GENERALITAT VALENCIANA
CONSELLERIA DE CULTURA I EDUCACIÓ
DIRECCIÓ GENERAL DEL LLIBRE, ARXIUS I BIBLIOTEQUES

Biblioteca Valenciana

S.XVIII

SIGNATURA

1020

# D. NICOLAI BAS, ET GALCERAN.

# THEATRUM JURISPRUDENTIÆ.

TOMUS PRIMUS.

# D. NICOLAI BAS, ET GALCERAN,

VILLÆ ALGEZIRÆ REGNI VALENTIÆ, ET IN EJUS CANCELLARIA REGIA CAUSARUM PATRONI.

# THEATRUM JURISPRUDENTIÆ FORENSIS VALENTINÆ, ROMANORUM JURI MIRIFICE ACCOMMODATÆ.

PARS PRIMA IN DUOS TOMOS DISTRIBUTA:

*COMPLECTENS PERUTILES, SELECTIORES, practicabilioreſque Forenſis uſus materias, & univerſam Praxim earum, quæ, aut peragantur in Judicio ſummariè, aut per uſum voluntariæ juriſdictionis, cum Formulis, & Libellis opportunis.*

## TOMUS PRIMUS.



VALENTIÆ:

Ex Officina Joſephi Stephani Dolz, Anno M.DCC.XLII.

*CUM LICENTIA, AC SUPERIORUM PERMISSU.*

# IMMACULATÆ DEIPARÆ VIRGINI DERELICTORUM, COELESTIS HIERARCHIÆ IMPERATRICI, PIENTISSIMÆ VALENTINORUM PATRONÆ,

*SUPPLEX , ET HUMILIMUS SERVUS NICOLAUS BAS, ſe , ſuaque dicat , vovet , conſecrat.*

ARIS appendo tuis , Piiſsima Derelictorum Mater , Lucubrationum mearum primitias , quas ſub numine , & munimine tuo publicas facio. Cuinam dicarem auſpicatiùs ? quam tibi , quæ infœlicitates mortalium caritate fœlicitas tua. Cui juſtiùs ? quam nitidiſsimo Juſtitiæ ſpeculo. Cui digniùs ? quam Dei Patris filiæ, Dei filii Matri , & Spiritus Sancti Sponſæ. Cui fidentiùs ? quam mu-

munerum erogatrici, miſerorum ſolatio, mirando ſoli gratiæ. Sed cui ſacrandi erant Studii mei Labores, niſi Studioſorum Lumini, Sapientiæ Trono, Sapientiſsimorum Magiſtræ: injurioſam ſanè in hoc volumine ſe proderet Juriſprudentia, ſi alteri, quam tibi ſe manciparet: Suſcipe ergo, vera afflictorum conſolatrix, grati animi obſequium, fove, protege, & parce.

CEN-

## *CENSURA JACOBI SALA, PRESBYTERI, Artium Magiſtri, Doctoris Theologi, & utriuſque Facultatis in Univerſitate Valentina Cenſoris, & Profeſſoris, Parochialis Eccleſiæ Divi Andreæ Apoſtoli, noſtræ Urbis, Rectoris digniſsimi.*

EX commiſsione D. D. Marci Antonii Alcaràz & Pardo, Presbyteri, Prothonotarii Apoſtolici, Nunciaturæque Hiſpaniæ Judicis Ordinarii, & pro Excellentiſsimo Archipreſule D. D. Fratre Joanne Thoma de Rocabertì, de Conſilio Catholicæ Majeſtatis, in Valentino Archiepiſcopatu Officialis, & Vicarii Generalis Meritiſsimi, libenti animo vidi, & attentè perlegi, opus juridicum in duos Tomos digeſtum, primam continens partem THEATRI JURISPRUDENTIÆ FORENSIS VALENTINÆ, quod in lucem edere parat Juriſconſultus *Nicolaus Bas & Galceràn*, in hac Regali Cancellaria cauſarum Patronus: in eoque nihil inveni, quod non ſit adamuſsim elaboratum, nihil quod noſtræ fidei puriſsimò officiat lumini, vel bonorum morum noceat candori: quin utili varietate quæſtionum, obſervationum, & Sententiarum, quas continet, inſpecta, dignum quidem, non ſolum approbatione, verum etiam immortali laude videatur. Gratulor Academiæ noſtræ, Foro, Regno, & Orbi, quod tantus, tamque eximius vir, ſcintillas ſuæ Juriſprudentiæ expandens, hujus grati, atque mirifici laboris ſuſciperet magnitudinē, & opus aggrederetur, quod hucuſque à nemine Provinciæ noſtræ Scriptorum tentatum fuit, & taliter perficeret, quod Judicibus omnibus, & Magiſtratibus Regni, & Orbis erit lucidiſsimum Juriſprudentiæ ſpeculum; Advocatis fulgentiſsimum clientelle luminare; Cauſidicis, & Procuratoribus ſecuriſsimum ſtrepitus judicialis itinerarium; Tabelionibus, & Scribis, indelebile actuationis monimentum; & omnibus in foro, & extra forum verſantibus inæſtimabile Romani juris, ac Patrii Theſaurum: Cum ergo THEATRUM iſtud tanta eruditione ornatum, omnibus appareat voluptuoſum, neceſſarium multis, & Reipublicæ bono utile, dignum erit prælo, & præmio, ſic cenſeo, Valentiæ 4. Septembris 1687.

*Doct. Jacobus Sala.*

Imprimatur.
*Doct. Alcaràz, Vic. Gen.*

Imprimatur.
*Don Matthæus Rodrigo, Reg. Fiſc. Advoc.*

SU-

## SUMA DE LA LICENCIA.

TIene licencia de los Señores del Real Conſejo , Joſeph Eſtevan Dolz , para poder reimprimir la Obra de Nicolas Bas en dos tomos , intitulada : *Theatrum Juriſprudentiæ* , como mas largamente conſta por Certificacion de Don Pedro Manuel de Contreras , Eſcrivano de Camara del Rey nueſtro Señor , y de Govierno del Conſejo , dada en Madrid à 16. de Noviembre de 1742.

---

## SUMA DE LA TASSA.

TAſſaron los Señores del Real Conſejo eſta Obra en dos tomos , intitulada : *Theatrum Juriſprudentiæ* , à ſeis maravedis cada pliego , como mas largamente conſta por Certificacion de Don Pedro Manuel de Contreras , dada en Madrid à 16. de Noviembre de 1742.

ERRA-

# ERRATA PRIMI TOMI.

PAg. 7. col. 1. lin. 21. *Lapus* , lege *Lupus*. Pag. 184. col. 1. lin. 10. *intervenenerunt* , lege *intervenerunt*. Eadem pag. col. 2. lin. 21. *eſcritos* , lege *eſcrito*. Pag. 433. col. 2. lin. 7. *identitatis* , lege *identitati*. Pag. 441. col. 1. lin. ult. *admit.* , lege *admiti*. Pag. 444. col. 1. lin. 23. *cenſetus* , lege *cenſetur*. Pag. 540. col. 2. lin. 37. *miliaribus* , lege *milliaribus*.

Eſte tomo primero de la Obra de Nicolas Bas , intitulada: *Theatrum Juriſprudentiæ*, con eſtas erratas correſponde à ſu original. Madrid , y Noviembre 24. de 1742.

*Lic. D. Manuel Licardo de Rivera*,
Correct. Gen. por ſu Mag.

AD

# AD LECTOREM.

ZELO utilitatis publicæ commotus luci incepi dare Theatrum Juriſprudentiæ forenſis, non animo docendi praxim Judiciorum Valentiæ, veteranos juris practici Profeſſores, ſed aliquantulum lucis dare imbecillis Fori Tironibus. Nullus hucuſque à Regno capto ex tam celeberrimis, eximiis, & Sapientiſsimis Advocatis, & Juriſcultoribus noſtris voluit ſtudiosè juventuti conſulere ( prout in aliis multis Regnis ) Typis mandando actionum formulas, & Libellos Judiciales ſimul cum praxi ordinis judicialis noſtri Regni; ego inter vigilias Juriſprudentiæ meæ hæc adimplere curavi, complicando, non ſine faſtidioſo labore, Juriſprudentiam forenſem Valentinam Romanæ accommodatam, & Judiciorum ordinem Libellatum: Ne ergo aliqua prætermitterem, in tres diviſi partes iſtiuſmodi lucubrationes. Primam in duo volumina digeſtam, nunc tibi offero, amantiſsimè Lector, in qua ferè omnia, quæ in Regni Tribunalibus per Summariam cognitionem, & voluntariæ juriſdictionis uſum trutinantur comperies mira claritate ordinata, ingenti numero ſelectiſsimarum Graviſsimi Senatus noſtri Sententiarum ornata, quarum non contemnendam partem vidi in originalibus, cæteras ex fidis animadverſionum adnotationibus ab Advocatis primariis reconditis, & cuſtoditis ſelegi. Secundam, ubi Judicium Ordinarium à Libelli oblatione uſque ad ſententiam, & appellationem enucleatur, & tertiam ubi univerſam executionum materiam, & praxim docetur, expecta: utinam ſit abſque ſalutis interitu ( nam inter laborum ærumnas aliquantulum illius precioſitatis amiſi ) & abſque mendis, & erratis, quæ minora forent, ſi Typographorum imperitia non eſſet tanta, & incommoda valetudo non me teneret. Tu igitur benevolè Lector, accipe benignè labores iſtos, corrige, auge, protege, & fruere fœlicitèr, vale, & fave.



# INDEX CAPITUM
## PRIMI TOMI.

PRÆLUD. Juris Practici Judicibus utile.
CAP. I. De Feriis.
CAP. II. De Regiſtratione inſtrumentorum, quæ ſolet fieri in Libris Curiæ Juſtitiæ Civilis Valentiæ, & illius utilitate.
CAP. III. De Inſinuatione donationis.
CAP. IV. De Manifeſtatione donationis, & aliorum inſtrumentorũ.
CAP. V. De Manifeſtatione, & publicatione teſtamenti nuncupativi.
CAP. VI. De Teſtamento ſcriptura privata facto, & illius publicatione.
CAP. VII. De Proteſtatione Apochę, & exceptione non numeratæ pecuniæ.
CAP. VIII. De Proteſtatione dotis, ſive de exceptione non numeratæ dotis.
CAP. IX. De Proteſtatione confeſſionis mutui, & depoſiti, ſive de exceptione non numerati mutui, aut depoſiti.
CAP. X. De Proteſtatione alimentorum.
CAP. XI. De Decretis.
CAP. XII. De Decreto ad alienanda bona immobilia minorum.
CAP. XIII. De Decreto ad alienanda Univerſitatis bona.
CAP. XIV. De Decreto ad alienanda Eccleſiarum bona.
Cap. XV. De Decreto ad conſtituendam dotem minoribus in bonis immobilibus.
CAP. XVI. De Decreto ad conficienda inſtrumenta, nuptialia matrimonio conſtante.
CAP. XVII. De Decreto ad alienanda bona majoratus, aut fideicommiſsi.
CAP. XVIII. De Decreto ad reeſmerſandam pecuniam proprietatis cenſus depoſitam.
CAP. XIX. De Decreto in tranſactionibus interponendo.
CAP. XX. De Decreto ad reparandas domos, & ædificia diruta reedificanda.
CAP. XXI. De Decreto ad alimenta minoribus taxanda.
CAP. XXII. De Decreto ad taxãda Salaria Tutoribus, Adminiſtratoribus, Advocatis, & Procuratoribus.
CAP. XXIII. De Remedio ad impugnanda decreta.
CAP. XXIV. De Declaratione Patriæ poteſtatis, & legitimæ adminiſtrationis.
CAP. XXV. De Majoris ætatis declaratione.
CAP. XXVI. De Declaratione inteſtatæ ſucceſsionis.
CAP. XXVII. De Declaratione ſuccedendi jure vinculi.
CAP. XXVIII. De Diviſione bonorum hæreditariorum, vel Communium.
CAP. XXIX. De Hærede beneficiato hæreditariarum rerum rationem reddente.
CAP. XXX. De Juribus domini directi, & ſtyllo capibreviandi.

# THEATRUM JURISPRUDENTIÆ FORENSIS VALENTINÆ.

## PARS PRIMA.

CONTINENS UNIVERSAM PRAXIM EARUM, quæ in Tribunalibus Civitatis, & Regni per uſum voluntariæ Juriſdictionis expediuntur.

AUCTORE

*NICOLAO BAS ET GALCERAN,*
*patricio Algezirenſi, J. U. D. & in Civitate Valentiæ Advocato.*

### PRÆLUDIUM JURIS practici, Judicibus utile.

### SUMMARIUM.

1 *JUdicari debet juxta leges.*
2 *Imperator mundi dominus dicitur.*
3 *Contrarium probatur.*
4 *Pontifex Summus, caput eſt univerſalis Eccleſiæ Catholicæ.*
5 *Regnum noſtrum, & alia Regna, vindicarunt proprio ſanguine Reges noſtri.*
6 *Hiſpaniæ Reges, nulli Imperio, in temporalibus ſubduntur.*
7 *Pontifici, in ſpiritualibus, ſubduntur.*
8 *Leges Imperatoriæ, & Pontificiæ, quoad temporalia, non ſequuntur in Regno, uti leges.*
9 *Civiles leges, aut gloſſæ, non allegantur in Regno ab advocatis, aut couſidicis in ſcripturis, & qua pœna puniantur contra facientes.*
10 *Judicari debet in Regno juxta foros.*
11 *Fori, quoad nos ſunt jus commune, quoad Regem jus municipale.*
12 *Leges latæ à Principe Seculari, an ligent Eccleſiaſticos, remiſſivè.*

13 *Judices Eccleſiaſtici, debent judicare in Regno juxta foros.*
14 *Fori Regis Jacobi, fuerunt facti intervenientibus Prælatis Coronæ, & Nuntio Apoſtolico.*
15 *Fori in Curiis generalibus fiunt de conſenſu ſtatus Eccleſiaſtici.*
16 *Fori habent vim Canonis Provincialis, ligantque Eccleſiaſticos, & eorum bona.*
17 *Fori contra Eccleſiaſticam libertatem, non debent obſervari ab Eccleſiaſticis, niſi Summi Pontificis interveniat auctoritas.*
18 *Eccleſiaſtici nequeunt juribus immunitatis renuntiare, etiam cum Prælatorum auctoritate.*
19 *Fori non debent rogari ab Eccleſiaſticis, contra ſtatuta à Romano Pontifice.*
20 *Actus Curiæ brachii Militaris, aut Regalis, pragmaticæ, & ſimiles leges, non ligant Eccleſiaſticos.*
21 *Fori ſunt intelligendi juxta literam, & abſque interpretatione.*
22 *Fori debent obſervari, licet rigoroſi fuerint, quia rigor ſcriptus, præfertur equitati non ſcriptæ.*
23 *Fori non admittunt interpretationem extrinſecam, benè verò intrinſecam.*
24 *Forus deſumptus à jure communi, admittit omnes interpretationes, quã jus cõmune.*
25 *Fori noſtri, non admittunt interpretationem extenſivam.*
26 *Limita, niſi omnimoda rationis identitas concurreret.*
27 *Fori pœnales, & odioſi, & cõtra jus, nõ admittunt extẽſionẽ ex rationis idẽtitate.*
28 *Fori pœnales, & odioſi, non extenduntur de caſu ad caſũ, etiã ex majoritate rationis.*
29 *Fori non admittunt interpretationem reſtrictivam.*
30 *Fori admittunt interpretationem ſignificatoriam, aut declarativam.*
31 *Fori poſſunt interpretari declaratoriè, non ſolum à Principe, ſed à quolibet judice.*
32 *Fori, & leges anteriores, revocantur per poſteriores.*
33 *Forus, & lex, ut obliget, non ſufficit, quod conſtituatur, & publicetur, ſed quod à Populo admittatur.*
34 *Forus, aut lex, ſemper cenſetur latus ſub conditione, ſi à Populo admittatur.*
35 *Forus, aut lex publicata in dubio ſemper cenſetur admiſſa, niſi contrarium probetur, ſecus ſi publicata non fuerit.*
36 *Forus nequit dici in obſervatus, etiam per mille annos, ſi non evenerit caſus, in quo potuit obſervari.*
37 *Forus debet obſervari, non obſtante conſuetudine contraria, aut ſtyllo.*
38 *Conſuetudo nequit allegari contra legem, ſi legitimè non eſt præſcripta.*
39 *Fori improbantes allegari conſuetudinem contra foros, non loquuntur de immemoriali conſuetudine.*
40 *Immemorialis conſuetudo numquam excluſa cenſetur, niſi de illa ſpecificè mentio fiat.*
41 *Immemorialis conſuetudo nequit allegari, contra conſtitutiones Cathaloniæ.*
42 *Conſuetudo legitimè præſcripta, poteſt legem derogare de jure.*
43 *Conſuetudo ordinaria in noſtro Regno, nequit foros derogare, niſi fuerit immemorialis.*
44 *Regnum Valentiæ fuit conquiſtatum expenſis Aragonenſium anno 1238.*
45 *Fori Aragonum fuerunt in Regni partibus obſervati.*
46 *Forus Aragonum hodie jam non allegatur in aliqua Regni parte, ſed forus Valentiæ.*
47 *Fori, & actus Curiæ, & privilegia differunt inter ſe, ſicuti leges Romanorum.*
48 *Fori ſunt leges generales, & feruntur ad ſimilitudinem legum Curiatarum.*
49 *Leges Romuli, cur dictæ Curiatæ.*
50 *Fori in noſtro Regno non fiunt, niſi in comitiis generalibus, omni Populo interveniente.*
51 *Populus Romanus, diviſus erat, in tres tribus.*
52 *Populus noſter Valentinus diviſus eſt in tres partes, ſive tribus, ex quibus una eſt brachium Regale, & ex quibus componatur, & cui parti Populi Romani correſpondeat.*
53 *Brachium militare ex quibus componatur, & cui parti Populi Romani correſpondeat.*
54 *Brachium Eccleſiaſticum ex quibus componatur, & cui parti Populi Romani correſpondeat.*
55 *Stamentum Militare facit deliberationes nemine diſcrepante, ex conſuetudine, non ita dicitur de aliis Stamentis.*
56 *Regnum omne, & illius vera repræſentatio, reperitur in tribus brachiis.*
57 *Fori feruntur in Regno calatis comitiis, & convocato Populo, & conſentiente, & quomodo convocetur, ubi quod non per bucinam.*
58 *Forus fit, ad propoſitionem brachiorum Regni, & quomodo.*
59 *Fori nequeunt fieri à Domino Rege, niſi in Curiis generalibus, Populo conſentiente.*
60 *Forus conſiſtit in Principis Decreto, & non in Populi propoſitione, ubi ratio juridica.*
61 *Rex poterit decernere detrahẽdo, aut addẽdo Populi propoſitioni dũmodo additum, aut detractũ, non ſit contra foros Regni.*





62 *Fori noſtri nihil aliud ſunt, quam quædam pacta inita inter Regem, & Populum.*
63 *Fori ſunt leges pactionatæ, quæ mediante pecunia in contractum tranſierunt, & fuerunt irrevocabiles facti.*
64 *Propoſitione facta in Curiis generalibus à Populo Regi, ut forum revocet, ſi decretum fuerit à Rege factum cum aliqua qualitate non conformi propoſitioni, debet ſtari decreto, niſi Populus proteſtetur.*
65 *Rex in Regno non eſt legiſlator abſque Populo ad revocandos foros.*
66 *Princeps tenetur obſervare conventiones, ſicuti privatus, & contractum non revocare.*
67 *Rex non poteſt extra Curias foros, & leges pactionatas ſtatuere.*
68 *Leges poteſt Rex facere in Regno extra Curias generales, quæ non derogent foris.*
69 *Forus in utilitatem privatam factus poteſt revocari à Rege, de privati conſenſu extra curias generales.*
70 *Fori poterunt revocari à Rege extra Curias generales, ſi neceſſitas publica urgeat.*
71 *Forus an in Curiis generalibus poſsit revocari proponente uno, aut duobus brachiis, quoad perſonas, & bona brachii proponentis.*
72 *Fori Regis Jacobi, an ſint leges pactionatæ.*
73 *Fori Regis Jacobi ſunt jurati, & confirmati, & promiſſum extat, quod a ſucceſſoribus jurentur.*
74 *Fori iurantur à Regibus in principio guberni.*
75 *Fori iurati irrevocabiles ſunt, iuxta ſententiam Aragonenſium.*
76 *Fori Regis Jacobi iuxta aliquos ſunt irrevocabiles.*
77 *Curias generales non celebravit Rex Jacobus Primus in Regno, neque leges pactionatas, aut irrevocabiles fecit.*
78 *Fori Regis Jacobi Primi fuerunt facti de procerum concilio, & maiorem habent auctoritatem, quam aliæ leges, ſed non ſunt leges pactionatæ, aut irrevocabiles.*
79 *Juramentum non facit foros irrevocabiles, quia non auget obligationem extenſivè, ſed intenſivè.*
80 *Confirmatio non dat novam eſſentiam actui, ſed relinquit illum intra ſuos limites.*
81 *Actus Curiæ quid ſit, & in quo differat a foro.*
82 *Actus Curiæ ſolum obligat perſonas illius brachii rogantis illum.*
83 *Actus Curiæ ligat perſonas alterius brachii non rogantis illum, ſi proteſtatio non emittatur à brachio, aut brachiis non conſentientibus, & quare.*
84 *Intellige quando actus Curiæ fuit cæteris brachiis favorabilis, nam tunc habetur pro conſenſu taciturnitas, ſecus ſi fuerit præjudicialis.*
85 *Privilegium, quid ſit.*
86 *Privilegia Regni apud nos ſunt leges generales, & ſub qua reperiantur differentia.*
87 *Privilegia noſtri Regni ſunt leges pactionatæ, & irrevocabilia, & qua de cauſa.*
88 *Privilegia conceſſa in remunerationem, ſunt irrevocabilia.*
89 *Limita ſi ſervitium quod remuneratur, non eſſet æquale privilegio.*
90 *Limita etiam ſi concurreret, publica utilitas.*
91 *Privilegium obtentum neque pro pretio, aut remuneratione, poterit ad libitum Principis revocari.*
92 *Amplia etiam ſi de illo non fiat expreſſa mentio, niſi clauſum fuerit in corpore juris.*
93 *Privilegia Regni ſi univerſaliter diſponunt, erunt leges, quoad omnes caſus, ſecus ſi particulariter.*
94 *Privilegia Regni particulariter loquentia non extenduntur, neque ex identitate, aut majoritate rationis, neque ad alium caſum, neque ad alias perſonas.*
95 *Pragmaticæ ſanctiones, ſunt leges generales in noſtro Regno, & fiunt a Domino Rege extra Curias.*
96 *Pragmaticæ non poſſunt fieri contra foros, aut Privilegia Regni, neque illis detrahere.*
97 *Limita ſi urgeret utilitas publica.*
98 *Pragmaticas poſſunt facere pro Reges in Regno, cum deliberatione Concilii Regii.*
99 *Pragmaticæ à pro Rege factæ cum deliberatione Senatus perpetuæ ſunt, & durant finito officio.*
100 *Pragmaticæ pro Regum non poſſunt derogare pragmaticis Domini Regis, & multò minus foris, & privilegiis Regni.*
101 *Pragmaticæ debent publicari, quia ſunt leges, quæ abſque publicatione non obligant.*
102 *Lex juxta aliquos non obligat, niſi poſt duos menſes poſt publicationem, & quomodo intelligatur.*
103 *Contrarium verius, niſi in ipſa lege tempus apponatur.*
104 *Fori, & actus Curiæ obligant à die quo in ſolio fuerint publicati.*

105 *Edicta Principum in civitatibus principalioribus proponebantur, ut omnibus innoteſcerent.*

106 *Pragmaticæ Regiæ, in quibus Regni partibus debeant publicari.*

107 *Epiſtolæ Regiæ vim legis habent.*

108 *Epiſtolæ Regiæ nequeunt aliquid ſtabilire contra foros.*

109 *Sententiæ Supremi Senatus Aragonum, vim legis habent in noſtro Regno.*

110 *Sententiæ Supremi Senatus vim legis habent quoad noſtrum Regium Senatum, & cæteros Magiſtratus, ſecus quoad ipſum Senatum Supremum.*

111 *Sententia Principis vim legis habet, quando ipſe ſuo nomine illam tulit cum cauſæ cognitione.*

112 *Sententiæ, quæ feruntur in noſtro Regio Senatu, cum votis Supremi Aragonum Conſilii, vim legis non habent, ubi ratio datur.*

113 *Sententiæ hujuſmodi non ſunt Supremi Senatus, ſed noſtri Regii Senatus.*

114 *Sententiæ Supremi ideò vim legis habent, quia ſubſignantur à Rege.*

115 *Sententiæ latæ à Principe ex relatione aliorum, vim legis non habent.*

116 *Senatus noſter judicat nomine Regis, utitur Regio Sigillo, & poteſt illa, quæ Dominus poſſet Rex ſi præſens eſſet.*

117 *Sententiæ noſtri Regii Senatus, non habent vim legis, ubi ratio redditur.*

118 *Sententiæ noſtri Senatus, & ſi vim legis non habeant, debent eſſe quaſi leges Magiſtratibus inferioribus à quibus niſi temerè non debent recedere.*

119 *Judicandi conſuetudine extante, debet judicari juxta conſuetudinem, non ſolum à Judicibus inferioribus, ſed ab ipſo Senatu.*

120 *Sententia à Senatu lata contra conſuetudinem judicandi eſt nulla, & qua de cauſa.*

121 *Judicari debet juxta conſuetudinem judicandi, etiam ſi adeſſet communis DD. opinio, aut ſtatutum in contrarium.*

122 *Sententiæ latæ contra foros, & privilegia Regni, non poſſunt facere conſuetudinem judicandi.*

123 *Conſuetudo judicandi inducitur ex bina judicatura.*

124 *Conſuetudo, ut inducatur, ſufficiunt duo actus iudiciales conformes.*

125 *Conſuetudo judicandi in Senatu non inducitur, ſi bis in una aula ſit judicatum, ſed requiritur, quod in utraque aula bis fuerit judicatum.*

126 *Conſuetudo judicandi non inducitur ſi ſemel in unaquaque aula iudicatum fuerit.*

127 *Conſuetudo judicandi non inducitur in Curiis inferioribus.*

128 *Conſuetudo legitimè præſcripta vim legis habet, & debet obſervari in Regno, ſi non ſit contraria foris, & privilegiis.*

129 *Fori noſtri nihil aliud fuerunt in ſui principio, quam conſuetudines, & cur fuerunt ſcripti.*

130 *Conſuetudo equiparatur ſtatuto.*

131 *Conſuetudo cōtra foros improbatur à foris.*

132 *Limita in immemoriali conſuetudine.*

133 *Conſuetudo præter ius inducitur tempore decem annorum.*

134 *Conſuetudo, ut inducatur quoad minus debent intervenire duo actus, & ſufficit quod ſint extrajudiciales.*

135 *Conſuetudo inducta præter jus, non eſt extendenda de caſu ad caſum, aut loco ad locum, aut de perſona ad perſonam.*

136 *Conſuetudo fori interpretativa, nequit à Rege derogari, ſicuti neque ipſe forus.*

137 *Conſuetudo temporalis poteſt à Rege derogari, etiam extra Curias generales.*

138 *Idem tenendum de conſuetudine immemoriali.*

139 *Styllus Curiarum vim legis habet, & juxta illum debet judicari.*

140 *Styllus debet attendi in judicando, etiam ſi fuerit contra juris regulas.*

141 *Styllus contra foros non eſt attendendus, ſicut nec conſuetudo, niſi fuerit immemorialis.*

142 *Styllo contra conſuetudinem inducto, ſtandum eſt.*

143 *Sententia contra ſtyllum lata, nulla eſt.*

144 *Styllus Tribunalium ſuperiorum vim legis habet, etiam quoad Curias inferiores.*

145 *Styllus Curiarum inferiorum, ſolum debet pro lege obſervari, in illa Curia ubi reperitur introductus.*

146 *Styllus in quibus differat à conſuetudine.*

147 *Styllus quoad deciſoria debet teſtibus probari parte citata, ſecus quoad ordinatoria, nam ſufficit quod judex ſe informet extrajudicialiter.*

148 *Foris deficientibus, & aliis, quæ vim legis obtinent in Regno, debet judicari juxta rationem naturalem.*

149 *Ratio naturalis nihil aliud eſt quam jus commune, ad quod recurritur non tamquam ad legem: ſed tanquam ad rationem naturalem.*

150 *Foro deficiente prius ad jus Canonicum, quam ad Civile recurrendum, ubi limita in graduum computatione.*

151 *Leges, & fori debent obſervari in foro conſcientiæ, & quid de rubricis fororum.*


152




152 *Legibus, & conſuetudinibus vicini Regni, debet in iudicando ſtari.*

153 *Communis opinio Doctorum prius, quam leges exteræ attendi debet.*

154 *Opinio probabilior ad iudicandum hodie ſequi debet omiſſa probabili.*

155 *Opinio probabilior, quæ dicatur.*

156 *Judicari debet in Regno ex bono, & equo, & ſola facti veritate attenta.*

157 *Judicari debet de iure attenta veritate facti in multis cauſis, & quæ ſint iſtæ.*

158 *Eodem modo iudicatur in aliis Regnis.*

159 *Senatus Supremi, & Regia Tribunalia iudicant ſine ſtrepitu, & figura iuditii, ſola facti veritate attenta.*


1 DEbent judicare Judices juxta Civiles, & Canonicas conſtitutiones, *l. rem* 14. *Authentic. hodie, Cod. de iudiciis, l. nemo iudex, §. non enim, Cod. de ſententiis, & interlocutionibus omn. Judic. l. de quibus* 32. *ff. de legib. l. ſed licet, ff. de officio Præſidis, l. omni* 6. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſ. l. ſacris* 45. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis, cap. iudicet.* 4. 3. *quæſt.* 7. *cap. Hac* 13. *cap. ideo* 16. 25. *quæſt.* 1. *cap.* 1. *cap. ne initiaris,* 5. *de conſtitutionib.* cum aliis adductis à Suarez *de legib. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 5. Azor *Inſtitut. Moral. lib.* 4. *cap.* 5. Rota apud Paulum Meli *poſt obſervat. deciſ.* 150. Vela *diſſertat.* 27. *n.* 24. Pareja *de inſtrumentor. edition. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 5. *à n.* 128. Fagnanus *ad text. in cap.* 1. *de conſtit. n.* 6. *cum ſeqq.* D. Emmanuel Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap.* 1. *n.* 13. Julius Caponi. *tom.* 1. *diſceptat.* 169. & 194. Ægidius Caſtejon *in Alphabeto iuridic. verb. Judex, n.* 6.
2 Imperator enim, cujus ſunt civiles conſtitutiones, mundi dominus dicitur, *l. deprecatio* 9. *ff. ad l. rodiam de iactu, l. bene azenone, Cod. de quadriennii præſcriptione,* & ſuadetur ex illo Lucæ 8. ibi: *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis.* Licet contrarium probetur, *ex*
3 *l. mercatores, Cod. de comertiis, & mercatorib.* ibi: *Tàm Imperio noſtro, quàm Perſarum Regi ſubiectos, l.* 2. *Cod. de vetere iure enucleando, l. omnibus, ff. ad S. C. Trebellianum, l. final. C. de ædificiis privatis, l.* 2. *Cod. de officio præfecti urbis, l. poſtliminium, in princip. ff. de captivis,* ibi: *Inter nos ac liberos populos Regeſque, moribus, &c.* de quo videndi Albericus, & Jaſon, & communiter DD. *in dict. l. deprecatio,* Menchaca *quæſt. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 23. Caſſaneus *in Catalogo gloriæ,* 5. *part. conſiderat.* 28. *per tot.* Molina *de iuſtitia, & iure, tom.* 1. *diſputat.* 30. Cenedo *collectan.* 60. *ad Decretal.* Covarruv. *in regul. peccatum,* 2. *par.* §. 9. *n.* 5. Parlador *lib.* 2. *rerum quotidianar. cap.* 21. *n.* 2. Cevallos *com. contra com. quæſt.* 576. & *quæſt.* 906. *n.* 34. Petrus Gregorius *lib.* 6. *de republica, cap.* 13. *ex n.* 14. Villalobos *in Summa,* 2. *part. tractat.* 10. *difficultat.* 14. Solorzano *de iur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 21. *per tot.* Marta *de iuriſdict. part.* 1. *cap.* 20. Amaya *obſervat. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 88. noſter Ægidius Trullench *in decalogum, lib.* 7. *cap.* 3. *dubit.* 2. *n.* 3. Nicolaus Fermoſin. *ad text. in cap. novit.* 13. *de iudiciis, quæſt.* 5. *per tot.* Felician. de Oliva *de foro Eccleſiæ, p.* 1. *q.* 5. *per totam.* Et Summus Pontifex, cujus ſunt
conſtitutiones canonicæ, Legiſlator, & caput 4
eſt univerſalis Eccleſiæ, *Extravag. unam ſanctam, de majorit. & obedient.* Pelagius *de planctu Eccleſiæ, cap.* 41. Hoſtienſ. *in cap. ſuper his, de voto.* Abbas *in cap. novit. de judiciis.* Salas *de legib. diſput.* 7. *ſect.* 4. Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.* 7. Diana 1. *par. tract.* 2. *reſolut.* 122. Ideòque ſuperioritatis ratione debent Pontificia decreta, & civilia jura tanquam leges ſequi; hæc in noſtro Monarcha, & ejus Regnis nequeunt abſolutè admitti, nam regnum noſtrum, & alia Regna invictiſſimi noſtri Reges vindicarunt ſanguinis va
ſallorum jure è manibus infidelium, *cap.* 5
*Adrianus, ubi gloſſ. verb. Per ſingulas* 63. *diſtinction.* noſter ſapientiſsimus Belluga *in Speculo Principum, rubric.* 11. §. *his igitur.* Et ibi Borellus *lit. A.* Ramirez *de lege regia, in initio à num.* 57. & §. 21. *n.* 20. *lit. H.* Dom. Hieronymus Leon *in ſuis doctiſsimis deciſion. lib.* 1. *deciſ.* 12. *num.* 14. & *deciſ.* 208. *n.* 13. *in fin. lib.* 2. Seſsè *deciſ.* 113. *n.* 182. Barboſa *in collectan. ad text. in dict. cap. Adrianus, n.* 8. Bovadilla *in ſua Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 217. *lit. B.* Solorzano *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 2. *à n.* 12. Salas *de legib. tract.* 14. *diſput.* 7. *ſect.* 9. *num.* 18. Larrea *allegat. fiſcali* 12. *num.* 10. Granado 12. *contract. tract.* 3. *part.* 1. *diſp.* 3. *ſect.* 3. *num.* 3. Salcedo *de lege politica lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 5. Fermoſin. *ad rubric. de conſtitut. quæſt.* 4. *num.* 31. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 7. *num.* 79. Dominus Laurentius Matheu *in ſuo utiliſsimo tractat. de regimine Regn. Valent. cap.* 1. §. 2. *n.* 6. Et ſupremam regalemque acquiſierunt juriſdictionem, &
auctoritatem, imperio non ſubjectam, ne- 6
que aliquo modo ſubordinatam Imperatori, aut illius decretis, & conſtitutionibus, ſed abſolutam cum eadem ſuperioritate, quam Imperator habere poteſt in ſuo imperio, *dict. gloſſ. in dict. cap. Adrianus.* Covarruv. *in regul. peccatum,* 2. *part.* §. 9. *num.* 9. Valdeſius *de dignitate Regum Hiſpaniæ cap.* 18. Borellus *de Regis Catholici præſtantia, cap.* 47. 48. & 53. Dom. Leon *deciſ.* 12. *num.* 14. *lib.* 1. & *deciſ.* 208. *num.* 13. *lib.* 2. Portol. ad Molin. §. *Rex, num.* 53. & 54. Ramirez *de lege regia,* §. 21. *à n.* 19. Barboſa *in*

*cap.*

cap.per venerabilem, n. 24. qui filii ſint legiti-
mi.Calicius in uſatic. cum domin.num.6. Deſ-
pujol ad Mieres, verb. Comes Barchinonæ,
f. 45. Scaccia de judiciis, lib. 1. cap. 16. n. 3.
Petrus Gregorius Toloſanus de republica, lib.
6. cap.13. num. 26. Gutierrez practicar. lib.4.
quæſt.11. Larrea allegat. fiſcal.12. n.10. lib.1.
Solorzano de jure Indiar. tom.1. lib. 3. cap.1.
num.85. Ferrer part.3. obſerv. cap. 278. verſic.
Dicit, Molino de ritu nuptiar. lib. 1. compa-
rat. 2. n. 18. Suelves conſil. 42. num.1. lib.2.
Fermoſin. ad text. in cap. novit, de judiciis,
quæſt. 6. per tot. Cortiada dict. deciſ. 7. num.
78. D. Matheu dict. cap.1. §.2. num.4. Supremo
7 autem Eccleſiæ Antiſtiti ſubduntur, non ſolũ
in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus,
ſaltem indirecte, id eſt, in ordine ad ſpiritua-
lia, & in quantum id finis ſupernaturalis exe-
gerit, cap.per venerabil. qui filii ſint legitim. Be-
larmin. de ſummo Pontifice, lib.5. per tot. no-
ſter Morlà in juris empor.1.part.tit.2. de juriſ-
dict. omn. judic. quæſt.4. n.12. Torreblanc. de
Magia, lib.3. cap. 4. Solorzan. de jure Indiar.
tom.1. lib.2. cap.22. num.40. cum ſequent. Ca-
rena de Offi. Sanctæ Inquiſitionis, par.1. tit.1.
8 num.67. Unde, in noſtro Regno non tenemur
ſequi in judicando juris communis conſtitu-
tiones, tamquam leges, Suarez de legib.lib.4.
cap.7. Molina de juſtitia, & jure, tom.1. tract.2.
diſput.30. Diana part.5. tract. Miſcellan.reſol.
69. Fermoſin. ad rubr. de conſtit. q.4. à n.31.
D. Matheu de regim. d. §. 2. num. 8.

Hæc quæ tradimus anſam præbuerunt no-
9 ſtris legiſlatoribus, ut prohiberent advocatis,
& procuratoribus allegare in judicio, & liti-
bus juris communis conſtitutiones, aut illarũ
gloſſas, For.4. in procemio foror. ibi: Sens alguna
allegaciò, ò interpretaciò de lleys, decretals, ò de-
crets, ò ſens gloſſes de aquelles. Privilegium 65.
Jacobi I. in corpor. privilegior. fol.19. ibi: Exclu-
ſis jure canonico, & civili, & omni forma legum,
quod nolumus ibi ab aliquibus allegari. Idem
habetur in Privilegio ejuſdem Regis 37. fol.
12. Et ſi de facto advocatus in ſcripturis, ad
litis deciſionem, legem civilem, aut Impera-
toriam, aut aliquam allegaverit gloſſam, de-
bet ſcriptura, aut libellus lacerari, & ſi à ju-
dice fuerit admiſſus mulctantur Advocatus,
& Judex, & cauſæ actuarius, decem mora-
batinis auri, For. 5. in procem. foror. ibi:
Ordenàm, è fem fur nou, que alguna perſo-
na de qualſevol lley, eſtament, ò condiciò ſia,
no gòs, ò preſumexca, advocant en pleyts, ò
queſtions, que davant la Cort ſe menaran alle-
gar algunes lleys, decretals, o decrets, ò gloſ-
ſes de aquelles; E ſi bo fara, que la Cort no
reba aquelles: ans encontinent faſſa eſquinſar
la eſcriptura, en la qual, les dites lleys, de-
cretals, ò decrets ſeràn allegades, e dicta-
des, ò poſſades, è no res menys, que lo Ad-
vocat que ordenades les haurà; è la Cort
que les rebrà, el Aſſeſſor de aquella, è lo
Notari de el pleyt, qui les regiſtrara, ſien
encorreguts caſcu en pena de deu morabatins
de or, pagadors de bens lurs, &c. Solum
ergo in Regno prout in multis aliis Regnis 10
debet judicari juxta foros, & diſpoſitum
in illis literaliter, For. 1. 3. & 4. in procem.
foror. ibi: Ordenam, que la Cort jutge, è
determine los pleyts, e queſtions, que ſon,
è ſeràn en lo Regne de Valencia, ſegons la for-
ma del fur de Valencia, à la letra tan ſola-
ment. Privileg. 37. Jacobi I. Docent ex no-
ſtris Dominus Leon deciſ.12. num.15. Domi-
nus Thomas Cerdàn de Tellada in ſuo veri-
loquio, cap. 1. §. 1. Belluga in Specul. Prin-
cip. rubric.11. §. bis igitur, num. 3. Doctiſſi-
mus Petrus Auguſtinus Morlà in juris em-
porio, part. 1. lib.1. quæſt.16. num. 13. Dom.
Matheu de regimin. dict. cap. 1. §. 2. num.8.
& 9. & cap. 10. §. 1. n. 5. Præpoſitus Hie-
ronymus Iranzo in praxi proteſtat. cap. 36.
n. 52. Excellentiſſimus Dominus Don Chri-
ſtophorus Creſpì de Valdaura, digniſſimus
Vicecancellarius in ſuis doctiſſimis obſerva-
tionibus, part. 1. obſervat. 1. num.16. cum ſe-
quentib. & ex exteris docent Petrus Grego-
rius de republica, lib. 6. cap. 13. n. 26. Moli-
nus in reportor. foror. verb. Forus, n.123. pag.
mihi 733. Diana part. 3. tract. 14. miſcellan.
reſolut. 69. Amatus Rodriguez de examinan-
do proceſſu, cap. 10. à num. 14. Villalobos in
Summa, part. 1. tract. 2. de legib. diffinit. 7.
Cortiada tom. 1. deciſ. 24. num. 189. cum ſe-
quentib. Fermoſin. ad text. in cap. in cauſis
15. de teſtibus, quæſt. 1. n. 17. cum ſequentib.
Lelius Altogradus conſil. 53. num.14. tom.2.
D. Emmanuel Alvarez Pegas reſolut. forenſ.
cap.1. n. 17. & 18. Don Petrus Queſada, &
Pilo diſſert. 14. n. 11. Felicianus de Oliva de
foro Eccleſiæ, part.1. quæſt.36. per tot. Cardi-
nalis de Luca de judiciis, diſcurſu 35. num.44.
& eſtò quoad Dominum Regem fori noſtri
jus municipale ſint, ut notat Dominus Creſpì 11
obſervat.111. n.24. quoad obſervantiam no-
ſtram, & quoad nos, jus commune noſtrum
ſunt, ut ex noſtris docent D. Leon deciſ. 1.
n. 17. tom. 2. & deciſ. 12. n. 15. & tom. 2. in
juris reſponſ. poſt deciſ. 210. n. 35. Morlà in
juris emporio, tit.1. quæſt.16. num.15. D. Ma-
theu d. cap. 1. §. 2. n. 10. & cap.10. §. 1. n.
5. D. Creſpì d. obſerv.111. num.24. & in ter-
minis aliarum Provinciarum docent Fran-
chis deciſ.102. n.21. p.1. Gama deciſ. 50. n.5.
Valaſcus conſult.103. n.8. Cancer. var. lib.2.
cap.1. n.2. Afflictis in procemio, conſtit. regni.
Lupus in introduct. rubric. de donat. inter, n.6.
Phebus deciſ. 546. n.2. Gutierrez practic. lib.
4. quæſt.42. n.14. Cabed. deciſ. 211. num. 1.
Mantiç. in dialogo relator. par.3. cap.34. n.3.
Dida-



Didacus Perez in procemio ordinat. quæſt. 3.
Don Acacius Ripoll de regalia, cap.4. num.3.
Don Petrus Queſada, & Pilo diſſertat. 21. n.
89. Felician. de Oliva de foro Eccleſiæ, 1. part.
quæſt. 36. num. 14. Cardinal. de Luca dict.
diſcurſu 35. num. 44. Benedictus Carpzo-
vius in juriſprudentia forenſi Romano Saxoni-
ca, part.2. conſtit.14. diffinit.53. num.1. & 2.
Ægidius de Caſtejon in Alphabeto juridico,
verb. Lex, n. 6. Carolus Spadaza in theatro
viduili, diſquiſition. 45. n. 246.

Debent non ſolum Judices laici in Regno
12 noſtro juxta foros judicare, ſed etiam Eccle-
ſiaſtici Judices, nam omiſſa quæſtione illa, an
videlicet leges à ſeculari Principe latæ de-
beant ab Eccleſiaſticis obſervari, in litium
deciſionibus, de qua videndi, text. in cap.
in adjutorium, diſtinct. 10. cap. in legibus 12.
quæſt.2. cap. innotuit, de arbitris, cap. ſuper
ſpecula, de privilegiis, cap. 1. de novi operis
nunciatione, Lapus allegat. 10. Mexia de
taxa panis, concluſ. 5. num.3. Bovadilla lib.2.
politicæ, cap. 17. & 18. Marta de juriſdict.
caſu 1. part.4. num. 27. Belarm. lib. 1. de Ro-
mano Pontifice, cap. 7. de Clericis, & cap.28.
Menoch. conſ. 800. num. 21. & conſ. 1000.
Salcedo in prax. cap. 55. Farinac. de Inqui-
ſit. quæſt. 8. num. 30. Covarruv. in regula
poſſeſſor. 2. part. §. 4. num.9. Gutierrez alleg.
10. num.2. Sarmiento ſelectar. lib. 7. cap. 13.
Diana part. 1. tract. 2. reſolut. 70. & part.6.
tract. 8. reſolut. 4. Solorzano de jure Indiar.
tom. 2. lib. 3. cap. 27. num. 26. Felician. de
Oliva de foro Eccleſiæ, part.1. cap.20. per tot.
Salcedo de lege politica, lib. 9. cap. 4. num.
9. Franciſcus Rocco de officiis, rubr. 14. §.
4. num.17. Mauſon. de contrabanno, quæſt. 8.
num. 3. In noſtro Regno certum eſt, quod
13 fori, tam conditi à D. Rege Jacobo I. quàm
ab aliis Regibus in Curiis Generalibus editi,
debent à Judicibus Eccleſiaſticis cuſtodiri,
qui tenentur juxta eos judicare, nam fori
Regis Jacobi prædicti, fuerunt facti inter-
14 venientibus cunctis Coronæ Aragonum Præ-
latis, for.1. in procem. foror. ibi: Ab conſell de
en Pere, per la Gracia de Deu Arquebisbe de
Tarragona, è de els Bisbes de Aragò, è de Ca-
talunya, &c. D. Leon tom.1. deciſ.61. num.5.
D. Raymundus Mora in recopil. foror. rubr.26.
in notis, verſic. primo, D. Creſpì obſervat.35.
num. 3. D. Matheu de regim. cap.1. §.2. num.
30. & adhuc legato Apoſtolico præſente, ut
communi traditione docetur, & auctor eſt,
Belluga in ſpeculo Principum, rubr. 11. §. vi-
dendum, num. 10. Dom. Leon dict. deciſ. 61.
num. 4. & 5. & tom. 2. deciſ. 148. num. 7.
D. Mora dict. rubr. 26. verſ. Et quamvis, D.
Matheu ubi proximè, D. Creſpì dict. num. 3.
Et ſimiliter fori editi in Curiis Generalibus
ſiunt intervenientibus cunctis Regni Valen-
tiæ Prælatis, & de illorum expreſſo conſenſu,
quia Stamentum Eccleſiaſticum, in quo re- 15
preſentatus reperitur omnis ſtatus Eccleſia-
ſticus Regni, intervenit, & cum in his fo-
ris, & D. Regis Jacobi I. ſtatus intervenerit
Eccleſiaſticus, & de Eccleſiaſticorum conſen-
ſu facti fuerint, habent vim canonis provin- 16
cialis, & ligant Eccleſiaſticos, & eorum bo-
na, ut recte probatur ex text. in cap. regula
2. §. porro, 3. diſtinct. cap. cum omnes, cap.
cum acceſſiſſent, de conſtitutionib. cap. 2. de
majorit. & obedient. cap. final. de feriis, cap.2.
de locato, Morlà in juris emporio, part. 1. tit.
1. quæſt. 16. à num. 9. D. Leon dict. deciſ.61.
num. 5. & deciſ.148. num.7. D. Mora ubi pro-
ximè, D. Creſpì dict. obſerv.35. num.3. D. Ma-
theu ubi proxim. Cenedo practicar. quæſt.18.
n.18. Cancer. variar. lib. 2. cap. 2. num. 124.
Anguianus de legib. lib. 2. controv. 14. cum
duabus ſequen. Carolus de Graſsis de effectibus
Clericat. effectu 2. per tot. præcipuè num. 183.
Seſsè de inhibition. cap.9. §.3. à num.14. Por-
toles ad Molin. §. Clericus, à num.17. Caſtro-
palao in opere moral. tom. 1. tract.3. diſput.1.
punct.23. à num.4. & punct.24. §. 6. à num. 6.
Cutellus de immunitate, lib.1. quæſt.1. n. 54.
Giurba deciſ. 126. à n. 1. Suelves conſ.9. ſub
n.39. lib.1. Morotus reſponſ.48. à num.2. Mu-
ta ad capitul. Regn. Siciliæ, in procem. tom.1. n.
8. & tom. 5. cap. 209. n. 5. Fragoſo de regim.
Reipublicæ Chriſtianæ, lib. 2. diſp. 4. num. 3.
Sperellus deciſ.10. cum tribus ſequentib. De-
xart ad capitul. Regn. Sardiniæ, cap.28. num.2.
de ſalariis, fol.853. & in procem. nu.23. fol.14.
Cortiada tom. 1. deciſ. 7. n.85. Capicius La-
tro tom. 1. deciſ. 66. à n. 21. Julius Caponi.
tom.3. diſcept.173. num.24. Sed hoc non ab-
ſolute intelligendum credo, imò cum hac di-
ſtinctione, quod ſi fori non fuerint contra Ec- 17
cleſiaſticam libertatem, debebunt ab Eccle-
ſiaſticis Judicibus obſervari, non ita erit ſi
cõtra libertatem Eccleſiaſticam fuerint, nam
etiam ſi cùm interventu Prælatorum Regni,
& totius Eccleſiaſtici ſtatus facti reperiantur,
non debent ab Eccleſiaſticis obſervari, Pon-
tificis auctoritate deficiente, Bardax. in foro
1. num. 7. de competentia juriſdiction. Suarez
contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 32. Rami-
rez de lege Regia, §.4. num.27. Cancer variar.
part.2. cap.1. num.124. Morla in juris emporio,
part.1. tit.1. quæſt.16. num.27. Balboa in cap.1.
de foro competenti, Suelves conſ.9. ſub num.39.
Sperellus deciſ 37. num.63. Delbene de parla-
mentis, dubitat.27. ſect.13. in advertentiis, nu.
1. Cortiada dict. deciſ. 7. num. 87. Ratio non
eſt inobſcura, quia Eccleſiaſtici intervenien-
tes in Comitiis generalibus, non poſſunt jux-
ta veriorem ſententiam, juribus immunitatis, 18
& libertatis Eccleſiaſticæ renuntiare, etiam
de conſenſu Prælatorum, cap. inolita 42. cap.
pla-

placuit 43.11.quæſt. 1. cap.2. & 3. 9. quæſt.2. cap. ſignificaſti, cap. ſi diligenti, de foro competenti, cum aliis adduct. ab Alexandro conſ. 8. lib.1.n.3.Farinac. de Inquiſit.delictorum,quæſt. 8. n. 13. Marta de juriſdict. 4. par. centur. 2. caſu 152. n. 8. Duardus in Bullam Cœnæ, lib. 2. canon. 14. quæſt. 8. n.2. Sayrus in clavi Regia, lib. 2. cap. 7. n. 10. Ambroſin. de immunitat. Eccleſiæ, cap.16.n.12. Carolus de Graſſis de effectibus Clericat. effect.1. n.652. Bovadilla in ſua politica, lib. 2. cap. 14. n. 80. lit. K. Maſtrillo deciſ. 169. à num.9. lib. 2. Italia de immunit. lib.1.cap.6. §.2. à n.84. Bonacin. de cenſuris, diſput. 2. quæſt. 4. punct. 2. n. 1. Caldeira de errorib. cap. 2. Anton. Faber lib. 22. conjectur. cap. 7. Larrea deciſ. 39. num. 2. Marinis reſol. 180. Salgad. de reten. bullar. 2. par. cap.27.n.4. Delbene de immunitat. tom.1. cap. 5. dubitat. 13. San Felicius deciſ. 242. n. 1. Cortiada tom. 1. deciſ. 12. num.24. Manrique de differentiis utriuſque fori, quæſt. 42. Uritigoyti in paſtoral. regular. par.3. voto 4. à n. 7. Don Michaël Luna de Arellano lib. 2. antinomiar. cap. 3. neque ſtatuere poterunt fori ab Eccleſiaſtico ſtatu rogati, contra illa, quæ jam à Summo Pontifice ſtatuta reperiuntur, nam concilium provinciale, & dioceſa-

19 num, licet canones, & conſtitutiones poſſit facere, non tamen ſtatuere contra decreta, aut conſtitutiones Summorum Pontificum poteſt, cap. catholica 11. cap. nullus, 3. quæſt. 4. cap. cum omnes, cap. cum acceſſiſſent, de conſtitutionib. Suarez de legibus, lib. 4. cap. 4. Barboſa de poteſt. Epiſc. 2. par. in compend. n.44. Gonzal. Tellez ad text. in cap.1. de conſtitutionib. n.7. Actus vero Curiæ brachii Regalis, aut Militaris in generalibus comitiis facti, proteſtante Eccleſiaſtico brachio, pragmaticæ ſanctiones, & ſimiles leges à D. Rege in Regno latæ, non ligant Eccleſiaſticos,

20 ut probant jura, in cap. final. de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non, cap. non minus, cap. adverſus, de immunit. Eccleſiar. cap. noverit, cap. grave, de ſentent. excommunion. cap. ad honorem, cap. ſicut, cap. quæ in Eccleſiarum, cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutionib. authent. caſſa, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. noſter Morla in juris empor. tit. de legibus, quæſt. 16. Suarez adverſus Regem Angliæ, lib. 64. cap. 16. n. 7. & cap. 17. n.10. Franciſc. Fulgin. de jure emphiteut. tit. de meliorament. quæſt.10.num.17. & 18. Francès de Uritigoyti de competentiis, quæſt. 99. & part. 3. paſtor. regular. voto 9. Chriſtin. tom. 1. deciſ.203. Marinis lib. 2. reſolut. cap. 213. Vicus ad leges Sardiniæ, tit. 5. cap. 4. Villaroel part. 2. de regim. Eccl. quæſt. 12. art. 5. Gibalin. tom. 2. ſcientiæ Canonic. lib. 5. cap. 9. quæſt. 2. Felician. de Oliva de foro Eccleſiæ, part. 1. quæſt. 28. num. 1. cum ſequent.

Non admittunt ſubtilitates juris hujuſmodi fori Regni noſtri, ut notant D. Leon tom. 1. deciſ. 24. num. 9. D. Matheu dict. cap. 1. §.2. num. 29. ſed juxta eorum literam, & abſque interpretatione debent ſemper intelligi, dict. forus 4. in procem. foror. ibi: *Segons la forma de fur de Valencia, à la lletra tan ſolament ſens alguna allegaciò, ò interpretaciò, &c.* for. 7. rubr. de acuſationib. for. 14. curiar. anni 1645. privilegium 37. fol. 12. & privilegium 65. fol. 19. Jacobi I. docent D. Leon tom. 2. in iuris reſponſo, poſt deciſ. 210. dubitat. 2. num. 45. & 46. & tom. 1. deciſ. 91. n. 10. Fontanel. deciſ. 498. n.18. D. Matheu d. cap. 1. §. 2. n.13. cum ſequent. D. Creſpì obſervat. 1. n. 16. cum ſequent. Præpoſitus Iranzo in prax. proteſt. cap.89. num.7. Cardinal. de Luca de credito, diſcurſu 128. n.4. & diſcurſu 142. num. 7. Carol. Spadaza in theatr. viduil. diſquiſition. 58. n. 35. Et licet forus durus, & rigoroſus fuerit, debet juxta illum judicari, & ab eo nequit recedi, D. Leon ubi prox. n.48. quia fori in Regno, noſtræ ſunt leges, & lex

quantumcumque dura eſt ſervanda, l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, Craveta conſ. 46. nu. 2. Menoc. conſ.168. n.14. Armendar. in procem. ad recopilat. legum Navarræ, n. 152. Barboſa axiom. 136. num. 20. & ſemper rigor ſcriptus, equitati præfertur non ſcriptæ, Fulgoſ. conſ. 158. n. 3. D. Leon ubi prox. n. 49. Vela diſſert. 37. à n. 20. Caſtejon in alphabet. juridic. verb. lex, n. 28. Carol. Spadaza in theatr. viduil. diſquiſit. 58. num. 5. 22

Sed non cogites literalem fororum intelligentiam, & interpretationis excluſionem 23

eſſe abſolutam, quia extrinſeca, frivola, cavilloſa, & fraudulenta interpretatio judicari debet tantum excluſa, intrinſeca vero, & quæ ex mente, & ratione fori venit, non excluditur à foris, neque lege prohiberi poteſt, Bartol. in l. omnes populi, num. 65. ff. de iuſtit. & iure, Baldus in l. ſi quis filium, Cod. de liberis præterit. & in l. 2. Cod. de condition. incertis, Camil. Gallin. de verbor. ſignificat. lib.8. cap. 30. n. 27. Belluga in ſpeculo princip. rubr. 38. de præſidibus, §. conqueruntur, n. 2. D. Leon tom. 1. deciſ. 1. n. 36. Cuman. conſ. 30. n. 1. Menoch. conſ. 5. n. 28. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 21. n. 15. Morla in iuris emporio, lib. 1. quæſt. 11. n. 16. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 15. n. 22. Portol. ad Molin. verb. forus, n. 9. Scobar de utroque foro, art. 6. n. 105. Mendez à Caſtro in prax. Lucitan. fol. 423. Carpan. ad ſtatut. mediolan. cap. 174. n. 14. & 69. lib. 2. Alderan Maſcard. de interpretat. ſtatutor. concluſ. 2. n. 77. cum ſequent. Fontanella tom. 2. deciſ. 498. n. 15. cum ſequent. D. Matheu dict. cap. 1. §. 2. num. 13. cum ſequentib. D. Creſpì dict. obſervat. 1. num. 20. cum ſequentib. Præpoſit. Iranzo in prax. proteſtat. cap. 89. n. 8. Julius



Julius Capon. tom. 3. diſceptat. 148. num. 26. Undè ſi forus à jure communi reperiatur deſumptus, ab ipſo jure interpretandus erit, & recipiet omnes limitationes, interpretatio-

24 nes, & intelligentias, quas juris communis diſpoſitio recipit, Belluga in ſpecul. princip. d. rubr. 38. §. conqueruntur, n. 2. Gallin. de verbor. ſignificat. lib. 10. cap. 32. n. 39. & 40. Monter. deciſ. 11. n. 14. Portol. dict. verb. forus, n. 9. Bardax. ad foros Aragonum, tit. de Prælatis Religioſ. perſ. n. 12. Seſsè deciſ. 339. n. 36. tom. 3. Carpan. ad ſtatut. mediolan. in prælud. num. 278. Fontanel. de pact. nuptialib. clauſ. 4. gloſſ. 18. par. 2. n. 68. & tom. 2. deciſ. 498. num. 15. Maſcard. de interpretat. ſtatutor. concluſ. 2. n. 71. Julius Cartar. deciſ. 94. n. 154. Giurba deciſ. 64. n. 14. Suelves conſ. 2. n. 17. & conſ. 14. num. 10. lib. 1. Cortiada tom. 1. deciſ. 34. n. 34. Cancer. variar. par. 1. cap. 16. n. 4. & par. 2. cap. 2. n. 256. D. Leon dict. deciſ. 1. n. 36. D. Matheu dict. §. 2. n. 14. D. Creſpì obſervat. 3. num. 57. & obſervat. 90. num. 9. Præpoſit. Iranzo in prax. proteſtat. cap. 37. num. 30. & cap. 89. num. 8. Anton. Faber. de errorib. pragmatic. decad. 73. error. 8. D. Antunez Portugal de donationib. tom. 1. lib. 1. par. 2. cap. 29. num. 144. Ægidius Caſtejon in alphabet. verbo ſtatutum, n. 4. Benedict. Carpzovius in juriſprudent. foren. Roman. Saxonic. par. 3. conſtitut. 29. definit. 6. num. 7.

25 De interpretatione extenſiva non debemus hæſitare, quod reperitur excluſa à noſtris foris, quia fororum verba ſunt intelligenda in propria ſignificatione, & in caſu de quo loquitur forus, l. non aliter, ff. de legat. 3. Præpoſit. Iranzo dict. cap. 89. num. 12. Unde nequit extendi forus de caſu de quo loquitur, ad alium diverſum caſum, Baldus in l. 2. num. 8. Cod. de patribus qui filios diſtraxer. Jaſſon. in l. non dubium, num. 30. & 31. C. de legibus. Felin. in cap. tranſlato, num. 4. & 12. de conſtitutionib. Brunus de ſtatut. fœminar. excluſivo, art. 5. quæſt. 29. Menoch. conſ. 325. num. 17. lib. 4. Portol. ad Molin. verb. forus à n. 16. uſque ad 51. Cancer. variar. lib. 3. cap. 3. à num. 62. D. Leon tom. 1. deciſ. 91. num. 4. Carpan. ad ſtatut. mediolan. cap. 174. num. 14. & 69. lib. 2. Maſcard. de interpretat. ſtatutor. concluſ. 2. num. 78. & 79. D. Matheu d. §. 2. cap. 1. num. 29. Præpoſit. Iranzo d. cap. 89. num. 12. D. Creſpì d. obſervat. 1. num. 43. cum ſequentib. Carol. Rota de privileg. mulier. cap. 2. num. 87. & 88.

26 Quod limita ſi omnimoda rationis idemptitas concurreret, nam tunc habebit locum extenſio, ut docent, Portol. ad Molin. verb. forus, num. 57. Menoch. conſ. 11. num. 10. lib. 1. Bardax. ad foros Aragon. tit. de juram. vendit. per D. Reg. præſtand. num. 2. fol. mihi 45. D. Leon d. deciſ. 91. num. 10. D. Matheu d. cap. 1. §. 2. num. 29. Regula juris eſt, quod ubi eadem, & omnimoda ratio reperitur, debet ibidem etiam reperiri eadem juris diſpoſitio, l. illud, ff. ad l. aquiliam, l. quidam numularios, ff. de edendo, l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſi poſtulaverit, §. 2. ff. ad l. Juliam de adulteriis. Quod ego intelligo de foris, aut conſtitutionibus favorabilibus; ſi autem fori fuerint pœnales, aut contra juris regulas, aut alia ratione odium contineant, tunc adhuc ex omnimoda rationis idemptitate, non eſt extenſio admittenda, quia leges, & conſtitu- 27

tiones ſingulares contra juris regulas ſtabilitæ, odioſæ, aut pœnales, non extenduntur de caſu ad caſum, aut de perſona ad perſonam, adhuc ex omnimoda rationis idemptitate, cap. 1. & 2. de filiis presbyteror. in 6. cap. petiiſti, 7. quæſt. 1. l. jus ſingulare, ff. de legib. Suarez de legibus, lib. 8. cap. 28. num. 11. Bonacin. in opere moral. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 7. §. 2. num. 11. Maſcard. de interpret. ſtatutor. concluſ. 4. Cardin. Tuſch. pract. tom. 6. lit. R. concluſ. 31. num. 43. Trullench in decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 11. dubitat. 6. num. 15. Cyriac. controv. 13. num. 75. Naten. juſtit. vulnerat. par. 3. tit. 1. cap. 4. num. 6. Paſqualig. in additionib. ad Franchis, controverſ. inter Epiſcop. & regular. par. 2. quæſt. 96. num. 5. Regens Rovito in §. 1. de aſſiſ. num. 20. & 21. Ferdinand. de Eſcaño de teſtam. cap. 7. n. 10. Franciſc. Rocco de officiis, rubr. 14. §. 12. num. 3. & 4. Rota coram Bich. deciſ. 67. n. 12. Julius Capon. tom. 2. diſcept. 113. n. 35. Fagnan. ad text. in cap. nihil. de election. n. 15. Caſtejon in alphabet. verb. lex, n. 61. Pacion. de locato, cap. 52. per tot. Zacchias de ſalario, quæſt. 105. num. 16. Cardin. de Luca de judic. diſc. 35. n. 66. & de feud. diſc. 92. n. 7. & de teſtam. diſc. 10. n. 6. Spadaza in theatr. viduil. diſquiſ. 78. n. 31. Carpzovius in juriſprudent. forenſ. part. 2. conſtit. 31. definit. 16. n. 2. Carolus Anton. de Luca in prax. judicial. civil. cap. 26. num. 5. D. Michaël de Caldero in ſuis doctiſſimis deciſionibus criminalibus, deciſ. 36. num. 3. & graviſſimus Senatus noſter, multoties judicavit denegando extenſionem fororum pœnalium, ex idemptitate rationis, & idem deciſum extitit, quãdo fori contra juris communis diſpoſitiones ſtabiliti reperiuntur. Ut ſententia publicata per Vincẽtium Ferrera militem R. M. S. in locum de Benavides, die 24. Septemb. 1670. in favorem D. Hieronymi Rocamora, & contra Conventum Monialium S. Joannis, Civitatis Orcelis ubi diſpoſitio fori 21. Curiarum anni 1645. loquentis de venditione, non poſſe extendi, ad alium caſum, nempè donationis, dixit Senatus: & noviſſimè ſentẽtia publicata per Joſephum Laurentium

tium de Saboya militem R.M.S. *die* 20.*Septemb.* 1687. in favorem Conventus Incarnationis,& contra D. Hylarionem Major Preſbyt. & alios Referente Doctiſsimo Senatore Franciſco Ortiz,& Luqui,generoſo,ubi diſpoſitio *fori* 3.*rubr.de inteſtatis*, excludens filium naturalem à ſucceſsione patris inteſtata, ex tantibus conſanguineis, non fuit extenſa ad caſum inteſtate ſucceſsionis matris.

28 Quod procedit etiam ſi major ratio concurreret ad extenſionem,odioſa enim,& pœnalis diſpoſitio non extenditur ad alium caſum, aut perſonam, etiam ex majoritate rationis, Salas *de legibus, diſput.* 20. *ſect.* 11. *n.* 110. Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 28. *num.* 11. Bonacin. *in opere moral. diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 7. §. 2. *n.* 12. Caſtropal. *in opere moral. par.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 4. *punct.* 13. *num.* 1. Ferdinand.de Eſcaño *de teſtament.dict.cap.* 7. *num.* 10. Cardinal. de Luca *de feud. diſc.* 92. *ſub num.* 7. *& de teſtam. diſcurſ.* 10. *n.*6. & habebit locum doctrina a nobis tradita, etiam ſi extenſio deſideraretur fieri in favorem Reipublicæ, Carol. Anton. de Luca ad Franchiſ. *deciſ.* 315. *num.* 6. Don Michaël de Caldero *dict. deciſ.* 36. *num.* 13. poterit tamen Princeps foralem extendere diſpoſitionem, ad alium caſum, ſanctione pragmaticali, non per modum extenſionis rigoroſæ, ſed per modum legis ad illum caſum latæ,de quo dicam infra, interim vide, D. Creſpì *d. obſervat.* 1. *n.* 15. *cum ſequent.*

De interpretatione reſtrictiva, ſive corre-
29 ctiva fororum, tene, non eſſe in Regno admittendam, nam Rex nequit limitare, corrigere, aut reſtringere id, quod in foris continetur, D. Creſpì *d. abſervat.* 1. *n.*45. adde Carpan. *ad ſtatut. mediolan. cap.* 174. *n.* 14. *&* 69. *lib.* 2. Maſcard. *de interpretat. ſtatutor.concluſ.*2. *n.*78. Cancer. *variar. lib.* 2.*cap.* 1. *n.* 7. *& lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 52. Ramirez *de lege Regia*, §. 19. *&* §. 25. Beilloga *in ſpecul. princip. rubr.* 47. *n.* 2. Sesè *deciſ.* 74. *n.* 46. *& de inhibitionib. cap.* 1. §. 5. *n.* 6. Fontan. *deciſ.* 3. *n.* 25. *& deciſ.* 283. *num.* 7. D. Matheu *d. cap.* 1. §. 2. *n.* 41. declaratoriam autem,& ſignificativam fororum interpretatio-
30 nem, preciſſe admittere debemus in Regno, quia, etſi cautum habeatur, quod fori ad literam intelligantur, & abſque interpretatione, ſignificativa tamen interpretatio, & declaratoria,non cenſetur rejecta,quia adeò naturalis eſt,& neceſſaria, ut nullo jure civili, ſive lege prohiberi poſsit, Baldus *in tract. an per ſtatutum, verb. interpretatio, n.*9. 10. 11. *&* 14. *& in l. jubemus*, §. *final. ff. ad S. C. Trebel.* Montepic. *conſ.* 85. *n.* 21. *&* 25. Signorol. *conſ.* 101. *n.* 5. Plot. *conſ.*17. *num.* 68. Orian. *de interpretat. ſtatutor. num.*6. Mierr. *ad conſtitut. Catalon. collat.* 4. *cap.* 10. *n.* 13. Ferrer. *par.* 1. *obſervat. cap.* 23. *n.* 1. Portol. ad Molin. *verb. forus, n.* 17. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 62. Maſcard. *de interpretat. ſtatutor. concluſ.*2. *num.*80. Fontanel. *de pact. nuptial.clauſ.* 7. *gloſſ.*3. *par.*9. *à num.* 24. Caſanat. *conſ.* 60. *n.* 16. Franciſc. Ferrer *ſuper conſtitut. Los impubers, gloſſ.*6. *n.* 35. Suelves *conſ.* 2. *n.* 16. *& conſ.* 100. *n.* 10. *cent.* 1. *& in ſemicent.* 2. *conſ.*11. *num.* 21. D. Creſpì *d. obſervat.* 1. *num.*67. *cum ſequent.* Carpzovius *in juriſprudent. forenſ. par.*3. *conſtitut.*20. *definit.* 10. *num.* 6. Et quamvis regula juris ſit,
quod ejus eſt interpretare,cujus eſt condere, 31
tamen hanc declaratoriam interpretationem, poſſunt facere non ſolum illi, qui condendi legem habent jus, ſed judices, & magiſtratus in deciſione cauſarum,ut probatur ex *tex. in l. nam, ut ait* 13. *ff. de legib.* Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 69. D. Creſpì *d. obſerv.* 1. *n.* 69. *&* 70.

Diximus ſtandum eſſe foris, ut decidantur 32
lites,ſed ut foris ſtari poſsit, non debent reperiri per foros poſteriores revocati, leges enim antiquę,per poſteriores abolentur, *l.*26. *cum vulgat. ff. de legib.* Gonzal. Tell. *ad tex. in cap. cum tanto* 11. *de conſuetud. num.* 9. Caſtejon *in alphabet. verbo lex, n.*73. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 38. *n.* 237. Franciſcus Mariæ Pechii *de aquaduct. tom.* 1. *cap.* 8. *quæſt.* 3. *n.* 44. debet etiam reperiri admiſſus forus, ut juxta illum judicetur nam forus, qui admiſſus non reperitur, nullius ro-
boris eſt, ut docet D. Leon *deciſ.* 144. *num.* 33
38. *cum ſequent.* D. Creſpì *obſervat.* 17. *num.* 14. & eleganti juris ratione comprobatur, quia ut quælibet lex,ſtatutum,ſeu forus obliget, eſto debeat conſtitui, & publicari, *l. final. C. de decretis ab ordine faciend. l. leges* 9. *C. de legib.* Suarez *de legib. lib.* 1. *cap.* 11. *& lib.* 4. *cap.* 14. Morla *in juris empor. tit. de legib. quæſt.* 5. Prado *tom.* 1. *Theologiæ moral. cap.* 3. *quæſt.* 5. §. 1. *&* 2. Gibalin. *in ſcientia canonic. tom.*2. *lib.* 7. *cap.*1. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 8. *tit.* 1. *n.* 41. *cum ſequent.* Marcha. *lib.* 2. *concord. cap.* 15. Joannes Carol. Antonel. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 1. *cum ſequent.* non ſufficit, quod conſtituatur, & publicetur,ſed debet moribus recipi, Sayrus *in clavi Regia, lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 1. Valenzuel. *conſ.*160. *num.* 16. *tom.* 2. Ricc. *collectan.* 1580. Theodor. Rubeus *tom.* 2. *ſingular. par.* 6. *circa ſtatutorum interpretat. obſervat.* 12. *n.*5. Thoro *voto* 49. *num.*6. *&* 7. *tom.* 1. Fermoſin. *ad rubr. de conſtitut. n.* 15. Fontanel. *deciſ.*479. *n.* 15. Prato *diſcept. forenſ. cap.*44. *num.*21. Don Petrus Queſada, & Pilo *diſſert.* 14. *num.*5. *& diſſert.* 21. *n.* 2. *&* 3. D. Creſpì *obſerv.* 103. *num.*14. Pirrhus Corrad. *in prax.benefic. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 145. D. Matheu *de re criminal. controverſ.* 7. *n.* 15. Vela *diſſertat.* 36. *n.* 20.





Moya *tract. 6. diſput.* 1. *quæſt.*1. *n.*1. Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 5.*reſolut.* 8. *num.* 57. Petrus de Oñate *de contractib. tom.*2. *diſput.* 36. *n.*111. Caſtejon *in alphabet. verbo lex, n.* 20. *&* 22. Pater Raymundus Lumbier *ſuper propoſit.* 28. *Alexandri VII. tom.* 2. *nu.* 773. *pag.*249. Pater Martin de Torreſilla *in exam. propoſit. Alexandri VII. tratad.* 9.*propoſition.* 28. *concluſ.* 2. *n.* 2. *cum ſequentib.* Franciſcus Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 36. Ratio eſt evidens, nam lex, aut forus editus, & publicatus, ſemper ea tacita con-
34 ditione publicatus cenſetur,ſi populi accedat acceptatio,& acceptatione per admiſsionem, & uſum non ſequuta, neque lex lata cenſetur, neque forus conſideratur ſtabilitus, Rovit. *ſuper pragmat. de extinct. pragmat.*10.*nu.* 6. Diana *reſolut. moral.tom.* 1. *tractat.* 10. *de legib. reſolut.* 1. Filiutius *tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 11. Julius Cartarius *deciſ.* 46. Queſada, & Pilo *dict. diſſertat.* 21. *n.* 4. *cum ſequent.* Pirrhus Corrad. *in prax. benefic. dict. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 146. ſed in dubio fori uſu cenſentur recepti, & probandi contrarium onus,incumbit ei, qui dicit, uſu recep-
35 tum non eſſe forum, Cartarius *d. deciſ.*46.*n.* 67. Gracian. *deciſ.* 14. *n.* 9. Marta *de juriſd. par.*4. *cap.*19. *n.*18. Cravet. *conſ.*811. *ex n.* 8. *lib.* 5. Serafin. *deciſ.* 153. Anton. Sola *in conſtit. Sabaudiæ, in procemio, gloſ.*4. *num.*46. Joannes Bapt. Coſta *tom.*1. *conſ.*41. *num.* 16. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 3. *gloſ.* 2. *n.* 21. *& deciſ.* 583. *n.* 27. *& deciſ.* 74. *nu.* 18. Gizzius *deciſ.* 74. *lib.* 2. Rubeus *par.* 6. *tom.* 2. *ſingular. circa interpret. ſtatutor. obſervat.* 12. *n.*8. §.2. Queſada, & Pilo *dict. diſſertat.* 14. *num.* 8. *& dict. diſſert.* 21. *n.*19. Capitius Galeota *lib.* 1. *controverſ. cap.* 17. *num.* 47. Vincentius Bonden. *de jure controverſ.colluct.* 2. *n.* 114. Aniden. *de ſtyllo datariæ lib.* 1. *cap.*15. §. 3. *n.* 13. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſu* 26.*num.*6. ſi autem lex, aut forus publicatus non fuerit, præſumptio erit, quod uſu receptus non eſt, & alleganti contrarium,incumbit onus probandi, Anton.Sola *ubi prox.* Queſada, & Pilo *d. diſſertat.* 21. *n.* 10. Sperellus *deciſ.* 20. *n.* 38. Lex, aut forus nequit dici uſu nõ admiſſus,etſi mille anni effluxerint,ſi in illis non evenerit caſus, in
36 quo forus obſervari deberet,requiritur enim, ut fori in obſervantia, aut non uſus legitimè allegetur, quod evenerint caſus, in quibus debuit obſervari, & obſervatus non fuit, ut rectè explicant, Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *cap.*18. *n.*9. Queſada, & Pilo *d. diſſertat.* 21. *n.* 10. Gonzal. Tell. *ad text. in cap.* 1. *de conſuetud. num.* 11. Cavaler. *deciſ.* 80. *num.* 6. Pirrhus Corrad. *in prax. benefic.lib.*2. *cap.*15. *num.* 95.

37 Debet, prout diximus in Regno juxta foros judicari, etiam ſi aliqua conſuetudo, aut ſtyllus contra illos fuerit introductus, nam prohibitum particularitèr habemus in Regno, quod adverſus foros allegetur conſuetudo,obſervantia, aut uſus, *forus ſi noſtres* 4. *rubr. ſi contra jus aliquid fuerit impetratum*, ibi: *Si noſtres anteceſſors, è nos, algun Oficial lur, ò noſtre, ò altra perſona havent fet, ò uſat en alguna coſa contra fur de Valencia, ò contra privilegis de la Ciutat, è de el Regne, en general, ò en eſpecial atorgats: Los furs, è els privilegis deſus dits romanguen en ſa força, è valor, e non valen, nen puixen valer menys per alguna rabo,encara adaqui avant ſe tentava uſar en contrari, ço que nils podia eſſer dit abus: ne alcun coſtum encontrari ſe puixa allegar ara, ò per avant per alguna rabo.* Idem habetur *in for.* 5. *& 6. ejuſdem rubr.* & notant Tarazona *inſtitut. foral. lib.*1. *tit.*3. *verſ. no poden.* Dom. Creſpì *d. obſervat.* 1. *n.*277. *& num.* 284. D. Matheu *de regim. cap.* 6. §. 1. *n.* 25. & de ſimili prohibitione allegandi conſuetudinem contra ſtatutum, tractant Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *n.* 4. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 4. *n.* 13. *&* 14. Gutierr. *practicar. lib.*3. *quæſt.* 31. *n.*6. Cevall. *com. contra com. quæſt.* 704. Bacil. Ponze *de matrim. lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 19. Diana *tom.* 6. *tract.* 5. *reſolut.* 21. Caſtropalao *tract.* 3. *diſput.* 3. *punct.* 4. *par.*2. *n.*7. Don Petrus Queſada, & Pilo *diſſert.* 21. *n.* 9. Fermoſin. *ad text. in cap.* 2. *de probationib. quæſt.* 3. *num.* 3. *cum ſequentib.* Pechii *de aquædactu tom.* 1. *cap.* 9. *quæſt.* 31. *num.* 15. Quod eſt de mente Senatus,qui judicavit pluries, poſſeſsionem, ſeu conſuetudinem,contra illa, quæ habentur in foris nullius momenti, & adhuc juris improbi eſſe,ut ſententia publicata per Alreus, cum votis S. S. A. C. *die* 6. *Novembr.* 1618. inter Syndicum Civitatis Setabis, & oppida contributionis: Et alia per Saboya, *die* 20. *Decembr.* 1686. in favorem Illuſtris Civitatis Valentiæ, & contra locũ de Torrent; Refferente Nobili D. Jacobo Madroño, R.C.D. Actuar. Seſſe.

Et diſpoſitiones forales prædictæ, non de-
viant à juris communis diſpoſitionibus,juxta 38
quas, ſtyllus, aut conſuetudo contra legem, obſervari non debet, nec ſubſiſtit, ut vincat legem, *l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetud. cap. ut litigantes, de offic. ordinar. in* 6. *cap. cum de benefic. de præbend. in* 6. Barboſ. *in l. cum prætor*, §.1. *n.*285. *ff. de judic.* Gribell. *deciſ.* 17. *n.* 14. Suarez *de legib. lib.* 7. *cap.* 15. Valaſc. *alleg.*76. *n.*71. Mendez à Caſtro. *in prax. Lucitan.* 2.*par. lib.*1. *cap.*6. §.2. *ſub num.*39. Anton. Thom. *deciſ.* 19. *n.* 38. Larrea *deciſ.* 29. *num.*16. *& par.*2. *deciſ.* 100. *n.*6. Hunnius *in encyclopædia, tit. de conſuetud. n.*25. Giurb. *conſ.* 35. *n.*45. Ganaverro *conſ.*6. *art.*2. *n.*85. Leyta *de jure Lucit. tract.*1. *quæſt.*6. *num.* 20.

*tom.* 1. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 1. *n.* 10. & 20. ſaltim quando non eſt legitimè præſcripta, Gracian. *diſcept. forenſ.* 395. Gonzal. Tell. *ad text. in cap.* 1. *de conſuet. nu.* 11. ſed non intelligas omnis conſuetudinis allegationem,
39 à foris in probatam eſſe, nam in primis prædicti fori, non loquuntur de immemoriali conſuetudine, ut obſervat, D. Creſpì *dict. obſervat.* 1. *n.* 277. D. Matheu *de regimin. dict. cap.* 6. §. 1. *n.* 25. Neque aliquis reperitur forus, qui conſuetudinem immemorialem ſpecificè improbet, undè forum vincet conſuetudo, ut à Senatu fuit deciſum ſententia publicata per Alreus, *die* 23. *Februarii, anni* 1641. inter partes Franciſci Alberti, & Bartholomei Bondon, confirmata in gradu ſupplicationis, alia publicata per eundem *die* 22. *Martii, ejuſdem anni*, ut refert, & probat D. Creſpì *d. obſerv.* 1. *n.* 283. Idem tene, de privilegio, nam cum fortius immemorialis operetur, quam privilegium, Amicangel. *in tit. quæ ſint regaliæ, cap.* 7. Carol. Anton. de Luca *in prax. civili, cap.* 26. *n.* 16. vincet privilegium immemorialis conſuetudo, ut fuit de mente Senatus, in dicta ſententia *diei* 20. *Decembr. anni* 1686. quam tradidi *n.* 37.

40 Confirmatur ex eo, quod fori improbantes conſuetudinem allegare, non loquuntur ſpecificè, ut diximus, de immemoriali conſuetudine, quæ nunquam intelligitur excluſa, niſi ſpecificè, & expreſsè de illa locutum fuerit, & nominatim excludatur, ut ſatis probatur, *ex conſ. Tridentin. ſect.* 13. *de reformat. cap.* 7. & *cap.* 16. Covarruv. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 5. Gracian. *diſcept. forenſ.* 492. *n.* 5. Barboſ. *in collect. ad tex. in cap. final. de conſuetud. n.* 7. & *in cap.* 1. *n.* 11. *de præſumptionib. in* 6. Cancer. *variar. par.* 3. *cap.* 4. *n.* 39. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 17. *n.* 34. & *par.* 5. *gloſſ.* 18. *n.* 69. Farinac. *deciſ.* 192. *par.* 1. *recentiſſimar. n.* 6. Grabiel. *comm. concluſ. tit. de præſcript. concl.* 1. *n.* 3. Fermoſin. *ad rubr. de conſuetud. quæſt.* 4. *n.* 18. & 19. & *ad tex. in cap.* 10. *d. conſtitutionib. quæſt.* 20. *n.* 44. Valenzuela Velazq. *conſ.* 8. *n.* 36. & 34. Altamiran. *in tractat. de viſitat. ſuper verbis non obſtantibus, n.* 5. Caſtillo *de tertiis, cap.* 24. *n.* 1. *cum ſequentib.* Salgad. *de Regia protect. par.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *n.* 153. Saiced. *de lege politic. lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. *n.* 108. Pereyra *de manu Regia, prælud.* 3. *n.* 10. D. Matheu *de regim. cap.* 6. §. 1. *n.* 24. D. Creſpì *d. obſervat.* 1. *à n.* 274. *uſque ad n.* 286. Larrea *alleg.* 69. *n.* 13. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 77. Tondut. *reſolut. civil. cap.* 25. *n.* 16. Antunez *de donationib. tom.* 2. *par.* 3. *cap.* 45. *n.* 9. & 10. Moſſazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 21. in Cathalonia neque
41 adhuc conſuetudo immemorialis, potens eſt contra conſtitutiones; *ut in conſtitutione penultima, tit. de obſervant. conſtitution.* Docent Mierr. *ad conſtitut. Cathalon. tom.* 2. *collat.* 10. *cap.* 23. *Curiæ Barchinon. Reginæ Mariæ, à n.* 1. *uſque ad* 18. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 126. Fontanel. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 11. *n.* 87. D. Creſpì *dict. obſervat.* 1. *n.* 276. conſuetudo, quæ non eſt immemorialis, ſed ordinaria, excluditur à foris noſtris, ut docet D. Creſpì *dict. obſervat.* 1. *n.* 284. quod intelligere debes, quando intenditur allegari conſuetudo, contra forales Regni diſpoſitiones, nam etſi de jure, conſuetudo legitimè præſcripta, aut per ſpatium decem annorum, juxta aliquos, aut quadraginta annorum, juxta veriorem opinionem, ſit potens
ad legem abrogandam, *cap. ut litigantes de* 42
*offic. ordinar. in* 6. *cap. cum de benefic. de præbend. in* 6. Suarez *de legib. lib.* 7. *cap.* 15. Tannerus *tom.* 2. *diſput.* 5. *quæſt.* 7. *dubit.* 1. *n.* 8. Gordon. *in ſumma, tom.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 14. *cap.* 4. *n.* 14. & 15. Megal. *in promptuario, verb. conſuetudo, n.* 5. & 8. Gracian. *diſcept.* 395. Ciarlin. *controverſiar. forenſ. cap.* 15. *n.* 86. Caſtropalao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 3. *punct.* 2. § 2. *n.* 5. Hunnius *in encyclopædia, tit. de conſuetud. n.* 25. Diana *reſolut. moral. tom.* 6. *tract.* 5. *de conſuetud. reſolut.* 2. Fermoſin. *ad rubr. tit. de conſuetud. quæſt.* 4. *per tot.* Gonzal. Tell. *ad tex. in cap.* 1. *de conſuetud. n.* 11. Pirrhus Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 21. Julius Caponi. *tom.* 3. *diſcep.* 212. *n.* 4. Torreſilla *en la expoſicion de las propoſiciones, tratado* 4. *de beneficios, conſult.* 1. *n.* 106. Carolus Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 31. *n.* 50. & *diſquiſit.* 46. *n.* 135. in Regno noſtro proptèr fororum reſiſtentiam, hujuſmodi conſuetudines ordinariæ,
non poterunt forales diſpoſitiones abrogare; 43
ſi vero conſuetudo, contra forales diſpoſitiones non fuerit, ſed prætèr illas, poterit legitimè, & abſque impedimento introduci in Regno, ſicuti de jure, per tempus decem annorum cum Principis notitia, & aliis circunſtantiis, de quibus agunt, DD. præcitati, & melius, Gonzal. Tellez.

Non debet in aliqua Regni Valentiæ par- 44
te, juxta alios judicari foros, quam juxta foros Regni Valentiæ, non enim ſunt obſervandi Aragonum fori, prout antiquitùs in multis Regni partibus obſervabantur; caſus fuit, quod Aragonenſes dederunt quintam bonorum ſuorum partem Domino Regi Jacobo I. ut Regnum noſtrum emanibus infidelium vindicaret, quorum expenſis, adquiſitum fuit à Domino Rege Regnum, ut probatur, *ex for. Aragonum unic. tit. privileg. general. Aragon.* §. *item de el feyto de la quinta*, & docet Molin. *in reportor. verb. Regnum Valentiæ*, Zurita *lib.* 1. *cap.* 27. Beuter. *lib.* 2. *cap.* 9.





*anno* 1095. *expugnato Regno anno Dñi.* 1238. ut ex Zurit. Beuter, Mariana, Miedes, Eſcolano, & Diago probat D. Matheu *de regim. cap.* 1. §. 1. *n.* 10. multi ex Aragonenſibus, qui in bello, & expugnatione fuerũt, villas, oppida, & bona adquiſierunt in Regno, à liberali manu invictiſsimi Regis, & villæ iſtæ, & aliæ villæ Regales, aliaque oppida Regni, noluerunt admittere Valentiæ foros à Rege Jacobo noviter editos, ſed remanſerunt ſub foris, & libertatibus Regni Aragonum, qua
45 propter in dictis Villis, & oppidis, non obſervabatur forus Valentiæ, neque juxta illum judicabatur, ſed juxta Aragonum foros, ut probatur ex privileg. 29. Reg. Alfonſi II. privileg. 2. Reg. Ferdinandi II. privileg. 9. Reg. Petri II. *for.* 4. *rubr. de ſtabliments, è manaments del Princep, for. quod ſtyllus curiæ gubernation. in extravag. fol.* 34. & inter foros Aragonum reperitur *rubr.* & *for. unic. de populat. ad for. Aragon. in Regno Valentiæ*, & villas populatas ad for. Aragoniæ in noſtro Regno, tradunt Belluga *in ſpec. Princip. rubr.* 32. *de populat. ad for. Aragon. per tot.* D. Leon *tom.* 3. *deciſ.* 37. *num.* 9. & notat Bardax. *in commentar. ad d. for. unic. de populat. ad for. Aragon. in Regn. Valent.* quod antiquatum habemus *in for.* 27. *fol.* 12. *curiar. anni* 1626.
46 ubi rogantibus omnibus Regni brachiis ſtabilitum fuit, quod in nulla Regni parte de cætero forus Aragonum ſervaretur, ſed quod in univerſo Regno ſolum deberet Valentiæ forus obſervari, ibi: *Item en algunes parts del dit Regne, los habitadors pretenen eſtar poblats à fur de Aragò, y ſobre dita pretenciò, y ha hagut altercats, y pleits, què han coſtat à les parts molt groſſes ſumes, y cantitats, per reſecar los quals, y per obſervaciò, y conſervaciò de els furs del dit Regne, ſupliquen ſia provehit, que en tot aquell ſe guarde lo fur de Valencia, ſens que es puga pretendre, ni allegar per perſona alguna per ningun temps que eſtarien poblats à fur de Aragò.*

47 Non omne jus noſtrum, & forales diſpoſitiones, eandem habent vim, ſed inter illas magna verſatur differentia, nam alii ſunt verè fori, alii actus Curiæ; & privilegia dicuntur, alia noſtri juris pars, D. Matheu *de regim. cap.* 1. §. 2. *num.* 46. & licet tam fori, quam actus curiæ, & privilegia ſint in Regno leges, differunt quoad obligationem, & quoad alia valdè inter ſe, ad exemplum legum Romanorum, & juris ſcripti, nam & ſi ſcriptum jus eſſet lex, plebiſcitum, Senatus conſultum, principum placita, magiſtratuum edicta, & prudentum reſponſa, §. *conſtat autem, inſtitut. de jure natural. gentium,* & *civil.* magna reperiebatur differentia inter legem, & plebiſcitum, quia lex, omnes tam plebeyos, quàm patricios, & nobiles ligabat, *l.* 1. *cum vulgat. ff. de legib.* plebiſcitum autem à principio, ſolum plebeyos ligabat, nòn verò patricios, aut Nobiles Romanos, Conan. *lib.* 1. *commentar. cap.* 13. *num.* 6. Pichard. *in* §. *plebiſcitum inſtitut. de jure natural. gentium,* & *civil. num.* 1. Dom. Matheu *de regim. cap.* 1. §.
2. *num.* 49. Fori propriè loquendo in noſtro 48
Regno, ſunt leges generales latæ ex univerſi populi conſenſu, & omnes perſonas ligant cujuſlibet ſtatus, & conditionis, ſicuti lex generalis inter Romanos omnes ligabat, *l. leges generales, Cod. de legib.* Conan. *d. lib.* 1. *commentarior. cap.* 13. *num.* 5. & 6. Barboſ. *in collectan. ad text. in d. l.* 3. *Cod. de legib. num.* 1. & 2. Dom. Matheu *d.* §. 2. *num.* 48. Arnoldus Corvin *in ſumma Cod. lib.* 1. *tit.* 13. *verſ. Generales.* Dicuntur leges curiatæ, Belluga *in ſpecul. princip. rubr.* 47. *num.* 7. Fontan. *de pact. nuptialib. clauſ.* 3. *gloſſ.* 3. *num.* 71. D. Matheu *d. cap.* 1. §. 2. *num.* 47. ad ſimilitudinem legum curiatarum, quas Romulus ad populum tulit, *l.* 2. §. *poſtea* 2. *ff. de origin. juriſ.* ibi: *Et ita leges quaſdam,* & *ipſe curiatas ad populum tulit.* D. Matheu *ubi proxim. n.* 46. nàm ex ſuo arbitrio non fecit leges curiatas Romulus, ſed populum rogando, ſi illi placebant, ut notat Anton. Faber. *in rational. ad text. in d. l.* 2. *lit.* G. & in comitiis generalibus, populo convocato, & congregato, ut docet Anton. Franciſc. Payeno *in Cronologia juris prudent. primevæ*, §. 2. & quia populum ipſe Romulus diviſum habebat in triginta partes, quas appellabat curias, ex eo quod habebant curam adminiſtrationis juſtitiæ, ut habetur *in d. l.* 2. §. 2. cognominatæ fuerunt illæ Romuli leges, curiatæ, à curiis, &
populo in curias diviſo, & poſtea illæ leges, 49
& quas ſequentes Reges tullerunt, appellatæ fuerunt jus Papirianum, ut in eadem *l.* 2. §. 2. dicitur, & obſervat Anton. Franciſc. Payeno *ubi prox.*

Non aliter, neque alio in tempore fori ſta-
biliri poſſunt, quam in comitiis generalibus 50
univerſo populo interveniente, & conſentiente; populus noſter, & univerſum Regnum in tres partes, ſive tribus diviſum habemus, prout populus Romanus antiquitus in triginta curias diſtributus, in tres diviſus erat partes, ſive tribus, à qua diviſione, tribuni
dicebantur, qui hiis populi partibus prehe- 51
rant, *d. l.* 2. §. 20. *ff. de origin. juris*, ibi: *Dicti tribuni, quod olim in tres partes populus diviſus erat.* Una pars populi noſtri eſt brachium Re-
gium, ſive ſtamentum regale, quod ex uni- 52
verſa Regni plebe componitur, & ex Civitate Valentiæ, aliiſque Civitatibus, & Villis Regalibus Regni, & earum Syndicis, D. Mora *in recopil. foror. rubr.* 2. *n.* 36. *cum ſequent.* D. Matheu *de regim. cap.* 3. §. 1. *n.* 78. D. Creſpì *obſervat.* 15. *n.* 196. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpecul. veræ juriſpruden. lib.* 1. *diſcur.* 9. *n.* 61.

& hęc correſpondet illi tertię parti, ſeu tribui Romani populi, quæ componebatur ex plebe, *d. l.2.* § *itemque* 21. *ff. de origin. juris*, §. *plebiſcitum, inſtitut. de jure natural. gentium, & civil.*
53 alia pars populi noſtri, eſt brachium militare, quod ex omnibus nobilibus, generoſis, & militibus Civitatis, & Regni componitur, D. Leon *tom.* 3. *deciſ.* 9. *n.* 176. Dom. Mora *in recopilat. foror. rubr.* 2. *num.* 18. *cum ſequent.* D. Matheu *de regim. d. cap.* 3. §. 1. *n.*56. *cum ſequent.* D. Creſpì *d. obſervat.* 15. *n.* 193. Et hæc pars correſpondet populi Romani parti, ſeu tribui, ex patriciis, Nobilibus, & Senatoribus compoſita, de qua *in l.* 238. *ff. de verbor. ſignificat. d. l.2.* §.20. *ff. de origin. juris*, §. *lex eſt, inſtitut. de jure natural. gentium, & civil.* Tertia pars noſtri Regni, eſt ſta-
54 mentum, ſive brachium Eccleſiaſticum, quod componitur ex Prælatis Eccleſiaſticis, & perſonis enumeratis, *in for.* 5. *curiar. anni* 1547. *fol.*12. *& for.*1. *curiar. anni* 1552. *fol.* 11. *for.* 4. *curiar. anni* 1604. *fol.* 52. Domin. Mora *ubi prox. rubr.* 2. *n.* 6. *cum ſequent.* Dom. Matheu *d. cap.*3. §.1. *n.*42. *cum ſequent.* D. Creſpì *d. obſervat.* 15. *n.*188. Solum in modo deliberandi differt ſtamentum militare, à cæteris ſtamentis, nam juxta conſuetudinem in-
55 concuſsè obſervatam, ſtamentum militare non facit deliberationes, niſi cum voto concordi omnium intervenientium, & nemine diſcrepante, ut obſervat Dom. Matheu *d. cap.* 3. §.1. *n.*72. Eccleſiaſticum brachium, cui parti populi Romani conveniat, docet ipſe Matheu *d.* §.1. *n.*39. Omnis itaque populus, &
56 univerſum Regnum noſtrum, ex hiis tribus brachiis componitur, D. Leon *d. deciſ.*9. *num.* 178. Belluga *in ſpecul. princip. rubr.*6. *num.*17. *cum ſequent.* Dom. Matheu *d. cap.*3. §.1. *num.* 36. Præpoſit. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 19. *n.*7. & in prædictis tribus brachiis intervenientibus in comitiis generalibus, reperitur univerſi populi, & totius Regni vera repræſentatio, D. Mora *in recopilat. foror. rubr.* 26. *n.*2. *cum ſequent.* D. Matheu *d. cap.* 3. §.1. *num.*1. *cum ſequent.* Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.*3. *gloſſ.*3. *n.*69. D. Creſpì *obſervat.* 60. *n.* 95. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprudent. diſcurſ.* 9. *num.* 61.

57 Fertur ergo forus in Regno calatis comitiis, ſicuti leges, latæ fuerunt tempore Romanorum, hoc eſt populo convocato, & conſentiente, §. *lex* 5. *inſtit. de jure natur. gentium, & civil.* Macrob. *lib.*1. *ſaturnalium. cap.* 16. Cicero *philipicc.* 5. *& in oratione pro flaco*, Conan. *lib.*1. *comment. cap.* 13. Rocin. *lib.* 8. *antiquitat. cap.*2. Forcatol. *dialog.*2. *n.*7. *&* 8. Oſvald. ad Donel. *lib.*1. *comment. cap.*8. *lit.*C. Azor *inſtit. moral. lib.*5. *cap.*3. *quæſt.*1. Amaya *obſerv. lib.*1. *cap.*3. *n.*11. Gonzal. Tell. *ad text. in cap.* 2. *de conſtitut. n.*11. D. Matheu *cap.*1. §.2. *n.*47. Solum apud Romanos convocabatur populus per bucinam, ut docet Franciſc. Scalona *de teſtam. lib.*1. *cap.* 3. *n.* 2. apud nos convocatio ſolet fieri, regiis literis expeditis, ut docet D. Leon *tom.*3. *deciſ.*24. *n.*34. *& deciſ.*6. *n.*17. Regni tria brachia ſupradicta, in curiis generalibus proponunt D. Regi, oblata ſupplicatione, legem quam deſiderant ha- 58
bere, & Rex decernit, prout utilitati publicæ convenit, & hoc Regis decretum, ſimul cum populi propoſitione, legem efficiunt, & forum, D. Creſpì *obſerv.*111. *n.* 6. Unde abſque trium brachiorum propoſitione, & conſenſu, nequit conſtitui, aut fieri forus, D. Matheu *d. cap.*1. §.2. *n.*49. Ripoll *de regalia, cap.* 4. *n.*38. Præpoſitus Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 19. *n.*8. *cum ſequent.* D. Creſpì *ubi prox.* non ergo aliter in curiis generalibus poſſunt ſtabiliri à D. Rege fori, quam proponente, & conſentiente populo, in tribus brachiis repre- 59
ſentato, ſed non erit forus, quod populus proponet, ſed quod Rex decernet, quia legis vis, aut conſtitutio, non continetur in propoſitione à populo facta, ſed in decreto Principis le-
giſlantis, *l. & ideo* 11. *ff. de legib.* D. Leon *deciſ.* 39. *n.*51. D. Creſpì *obſervat.* 111. *n.*6. *cum ſequent.* D. Matheu *de regim. cap.*3. §.1. *n.*134. *& cap.*11. §. 5. *n.*150. Et ſicuti apud Romanos, non erat lex, quod proponebatur, Senatorio magiſtratu interrogante, ſed quod populus decernebat, §. *lex eſt inſtit. de jure natural. gentium, & civil.* D. Creſpì *d. obſerv.*111. *n.*8. ita apud nos, non eſt forus, quod populus, & tria Regni brachia D. Regi proponunt, ſed quod decernit legiſlator noſter Rex, D. Leon *ubi prox.* Fõt. *dec.*338. *n.*14. D. Creſpì *ubi prox.* 60

Ex quibus ſequitur, quod ſi à brachiis facta propoſitione in generalibus comitiis, reſpon- 61
deat Rex detrahendo, aut addẽdo, aut decernat propoſitum cum aliquibus circunſtantiis, & modificationibus, prout ſolet, forus erit decretum Regis cum illa qualitate, detractione, aut modificatione à Rege data, & non aliter, nam hæſitandum non eſt, quod Rex in fororum decretis, & capitulorum curię, poteſt addere, vel detrahere ex illis, quæ à brachiis proponuntur, & decernere quidquid utilitati publicæ viderit convenire, D. Leon *tom.* 3. *deciſ.*39. *n.*51. D. Matheu *de regim. cap.*5. §.1. *n.*134. D. Creſpì *d. obſerv.*111. *n.*20. quod intellige dummodo adjectum, vel detractũ ultra propoſitionem à Regno factã, non ſit aliquid, quod deroget foris anterioribus, in curiis generalibus factis, quia fori noſtri nihil aliud ſunt, quam quædam pacta inita, & con- 62
venta inter Principem, & populum, D. Leon *deciſ.*144. *n.*10. *&* 40. *& deciſ.*39. *n.*73. *tom.*3. Olivan. *de action. lib.*3. *cap.*3. *n.*46. D. Mora *in recopil. foror. rubr.*26. *n.*2. Molfeſius *ad conſuetud. Neapolit. quæſt.*24. *part.*2. *In tit. de bonis*, Rovit. *conſ.* 98. *&* 99. Capicius Latro *deciſ.* 35. *per tot.* Præpoſit. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.*19. *num.*11. Julius Caponi. *tom.*3. *diſcept.* 164. *num.*37. Et quia fori ſunt leges pactionatæ, & in contractum tranſierunt, mediante pecuniæ oblatione, irrevocabiles ſunt, & ab illis nequit Dominus Rex recedere, non con-
63 ſentiente populo, & annuentibus tribus Regni brachiis, ut notat Belluga *in ſpecul. princip. rubr.*47. *num.*2. Dominus Leon, & Mora *ubi proxim.* Ripoll *de regalia, cap.* 35. *num.* 153. Dominus Matheu *dict. cap.* 1. §. 2. *num.* 36. Dominus Creſpì *d. obſervat.*1. *n.*75. *& obſerv.* 111. *num.* 20. Rocco *de offic. rubr.* 13. §. 7. *n.* 107. cum ergo fori abſque conſenſu populi nequeant à Rege revocari, pariter addendo contentis in propoſitione brachiorum, aut detrahendo, non poterunt revocari diſpoſitiones forales, quia populus non præbet conſenſum additioni, aut detractioni, Dominus Creſpì *dict. obſervat.* 111. *num.*20.
64 Sed ſi quod à brachiis Regni, Domino Regi proponitur, ſit contra forum, & Regium decretum ſupplicationis non ſit conformę, ne cenſeantur brachia conſenſu tacito admiſiſſe decretum, prout à Rege factum eſt, debent proteſtationem emittere, de non admittendis hiis foris, niſi prout ſupplicantur, fuerint decretati, quod faciet, ut nunquam intelligi poſsit à probatos fuiſſe foros, per Regni taciturnitatem, Dom. Matheu *de regim. cap.* 3. §. 1. *n.* 135. Præpoſit. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 19. *num.* 21. & licet inutilem dicat hanc proteſtationem, Dominus Creſpì *obſervat.* 111. *n.* 15. Ego utilem illam conſidero, quia ſi pro certo daretur, prout Creſpì ſupponit, poſſe Regem addere ſupplicatis, aut detrahere in decreto fororum, non erat dubitandum, quod proteſtatio eſſet inanis, prout foret (& ita poteſt intelligi doctrina doctiſsimi Creſpì) ſi foris non eſſent contraria, eaque adduntur, aut detrahuntur in decretis, ſed ſi antecedentibus foris contrariarentur, ſecùs eſſet, nam etſi brachia proponant contra foros, propoſitio debet prout proponitur reſpui, aut admitti à Domino Rege, quia ſi alitèr fieret, Dominus Rex abſque brachiorum conſenſu leges revocaret pactionatas, quod non eſt dicendum: & ut dicatur interveniſſe ſimultaneus conſenſus Regni, & Regis, opportet quod in una propoſitione conveniant, & Rex, & populus, propter quod, dato, quod populus dicat non convenire aliter, quam ut propoſuit, non poterit Rex addere, aut detrahere ad revocandos foros, & decreto facto difformi, ne populus tacitè cenſeatur conſentire, utilem, & adhuc neceſſariam judico proteſtationem.

Poteris ex doctrina tradita non ſine legiti-
65 mo fundamento inferre, Regem noſtrum non



eſſe abſolutè legiſlatorem in Regno, ſed ſimul cum curia, Ripoll *de Regalia, cap.* 35. *n.* 41. Domin. Matheu *de regim. dict. cap.*1. §.2. *num.*42. ſed non intelligas generalitèr in omni caſu, ſed ſolum caſu in quo, de revocandis foris in curiis generalibus ſtabilitis agatur, nam cum ut diximus, fori iſti ſint leges pactionatæ, & ſint veluti contractus, cum Principe celebrati mediante pecunia, non poteſt Princeps ab eis recedere, aut ſtatuere contra illos, niſi in curiis generalibus proponentibus, & conſentientibus brachiis, ad quorum rogationem fuerunt ſtabiliti, cum eadem quæ ad contractum ſunt neceſſaria, debent in diſtractu intervenire, *ex regul. text. in l. ſi ad reſolvendum, C. de præd. minor. l. nihil tam naturale* 35. *de regul. juris*, docent Belluga *in ſpeculo princip. rubr.* 2. *num.* 2. *& ibi* Borel. *lit.D. & rubr.*35. §. *poſt militares, num.* 11. Cancer. *variar. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 68. Cerdàn de Tellada *in veriloquio, cap.* 1. §. 1. Seſsè *deciſ.*74. *num.* 41. Xammar *de offic. judicis, part.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 21. Bardax. *ad foros Aragon. tit. de hiis quæ Dominus Rex, nu.* 5. *cum ſequentib. fol.* 49. Dominus Leon *deciſ.*21. *num.*2. *& deciſ.*144. *num.*10. *&* 56. *& deciſ.* 30. *num.* 70. *tom.* 3. Dominus Matheu *d. cap.* 1. §. 2. *num.*39. *&* 40. Domin. Creſpì *obſervat.* 4. *n.* 80. *& obſervat.* 111. *num.* 17. Don Michaël de Caldero *deciſ.* 44. *num.* 45. Cardinal. de Luca *de feudis, diſcurſ.* 4. *n.* 9. *& de Regaliis, diſcurſ.* 93. *num.* 3. Princeps conventionem factam, tenetur obſervare ſi-
cut quilibet privatus, Cyriac. *controverſ.*311. 66
*num.*19. *& controverſ.* 531. *num.* 33. Giurb. *conſ.* 94. *num.* 6. Surdus *conſ.* 419. *n.* 51. *lib.* 3. Tondut. *reſolut. civil.* 25. *num.* 3. Cenſal. *deciſ. lucenſ.* 14. *num.* 70. Altograd. *conſ.* 70. *num.*25. *lib.* 2. Georgius Mundus *conſ.* 1. *n.* 194. *& conſ.* 17. *num.* 128. Sperellus *deciſ.* 148. *num.* 38. Rubeus ad Rotam *deciſ.* 217. *a n.* 470. *part.* 9. *tom.* 1. *recentiſſimar.* Et non poteſt contractum initum revocare, Baldus *in l. qui ſe patris, Cod. unde liberi, n.* 33. *&* 34. Menoch. *conſ.* 1007. *n.* 68. Paſchal. *de patria poteſtat. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 49. *cum ſequent.* Noguerol. *allegat.*5. *n.*25. Arnis *de jure Majeſtat. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 12. Rodulph. *de abſolut. princip. poteſtat. cap.* 6. *n.* 170. Rocco *de offic. rubr.* 14. §. 7. *n.* 16. *cum ſequent. & rubr.*13. §.7. *n.*107. Cardinal. de Luca *de regal. diſcurſ.*93. *n.*3. *& diſc.*117. *n.* 21. Pechii *de aquæduct. tom.* 1. *cap.*9. *quæſt.* 15. *quæſit.* 3. *n.* 2. Antunez *de donation. tom.* 1. *part.* 2. *lib.*1. *cap.*11. *n.*8. foros autem non derogatorios aliorum fororum, volunt DD. quod extra curias generales non poſsit Rex condere, ut ex Cathalaunis, docent Calicius, Peguera, *& alii adduc.* à Cancer. *variar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. *& lib.* 3. *cap.* 3.

*num.* 52. Fontanel. *deciſ.* 3. *num.* 25. *tom.* 1.
& *deciſ.* 283. *num.* 7. Ferrer *in conſtitut. Los
impubers, gloſ.* 6. *n.* 34. & *in conſtit. hac no-
ſtra, evid.* 3. *num.* 9. Xammar *de offic. judic.
par.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 75. Cortiada *tom.* 1. *de-
ciſ.* 35. *num.* 101. & ex Aragonenſibus Moli-
no Bardax, Seſsè, & alii adducti, à D. Matheu
*ubi prox. n.* 42. quibus adde Suelves *conſ.* 16.
*n.* 1. & *conſ.* 42. *n.* 1. *in ſemicent.* 1. & *conſ.* 41.
*n.* 20. *in* 2. *ſemicen.* D. Creſpì *obſ.* 1. *n.* 75. Quod
67 in Regno non poteſt alio cenſu admitti, quam
illo videlicet, quod extra curias generales,
& abſque populi conſenſu, non poſsit Rex
foros condere, uti leges pactionatas, & irre-
vocabiles, nam ut diximus ſupponunt con-
ſenſum populi contrahentis, & principis ſi-
mul decernentis, prout rectè advertit, Do-
minus Creſpì *ubi proxim.* ſed indubitatum eſt,
68 poſſe Regem in Regno, condere leges abſ-
que populi conſenſu, & extra curias genera-
les, quæ non derogent foris, & legibus pa-
ctionatis, ut docent Belluga *in ſpecul. prin-
cip. rub.* 47. *num.* 2. Domin. Matheu *d.* §. 2.
*num.* 42. Dom. Creſpì *d. obſervat.* 1. *n.* 76.
& 77. & *obſervat.* 111. *num.* 14. & ello Rex,
ut diximus, leges abſque curia generali fa-
ciat, ut experimur quotidiè in pragmaticali-
bus ſanctionibus, non poterit per ſimiles le-
ges derogare, minuere, aut limitare in foris
contenta, *for.* 176. *curiar. anni* 1585. neque
per privilegium poterit derogatio fieri, imo
ſimilia privilegia contra foros expedita, non
poſſunt validitatem habere, ut probatur ex
privileg. 146. Jacobi II. *fol.* 76. & 26. Al-
fonſi II. *fol.* 85. & *aliis adduct.* à D. Creſpì *ob-
ſervat.* 4. *num.* 80. & 86.
69 Quod ego limitarem in aliquibus foris in
curiis generalibus poſitis, qui non in utilita-
tem communem univerſi Regni ſunt facti, ſed
ſolum alicujus perſonæ privatæ, aut univerſi-
tatis; ſi enim perſona privata, aut univerſitas
ſuum acommodaret conſenſum, ut foro con-
traveniri poſsit, tenēdum judico, quod etiam
abſque conſenſu brachiorum Regni poterit
ſimili forus derogari, neque aliqua poterit
conſiderari contraventio, cum omne jus, &
utilitas adquiſita privato, poſsit proprio facto
& conſenſu intereſſe habentis abdicari, *ex re-
gul. text. in l. penult. C. de pact. l. ſi quis in con-
ſcribendo, C. de Epiſcop. & Clericis, l.* 1. §. 10.
*ff. de novi operis nunciat.* docent Belluga *in
ſpecul. princip. rubr.* 47. *de publicat. foror. n.*
25. Cancer. *variar. cap.* 9. *num.* 19. Domin.
Creſpì *obſervat.* 1. *num.* 186. & *obſervat.* 6.
*num.* 96. & *obſervat.* 111. *num.* 33. alio etiam
in caſu generaliter limitare debes à nobis ſu-
70 pra tradita, & erit quando urgeret neceſsitas
publica, nam tunc poterit Rex contravenire
foris, in curiis generalibus ſtabilitis, & etiam
contractui, *l. ſi quis in gravi*, §. *utrum, verſic.
bi quoque, ff. ad S. C. Silanian.* D. Leon *de-
ciſ.* 39. *num.* 18. *lib.* 3. Cancer. *variar. lib.*
3. *cap.* 3. *num.* 51. Domin. Mora *in compilat.
foror. rubr.* 35. *in notis lit. E.* D. Matheu *dict.
cap.* 1. §. 2. *num.* 44. & *cap.* 3. §. 1. *n.* 133.
D. Creſpì *d. obſervat.* 1. *num.* 51. *cum ſequent.*
& *obſervat.* 4. *num.* 81. & ex doctrina à no-
bis ſupra tradita faciliter reſolvere poteris
quæſtionem illam propoſitam, ſed non deci-
ſam, à Belluga *in ſpecul. princip. reb.* 35. *de
gravaminib. Civitatum, num.* 11. an forus in
curiis generalibus factus, poſsit in aliis gene-
ralibus curiis inſtante, & proponente uno, aut
duobus ex tribus brachiis, quæ illum roga-
runt revocari, quoad perſonas, & res brachii,
aut brachiorum petentium revocationem, nā
cum non verſetur præjudicium reſpectu bra-
chii non conſentientis, & totum damnum, aut
lucrum ſolum conſiderari poſsit in brachio, 71
aut brachiis petentibus, & conſentientibus,
poterit à Rege revocatio fieri, ſecùs erit di-
cendum, ſi damnum, aut præjudicium irroga-
ri poſſet brachio non conſentienti, aut nego-
tium eſſet indiviſibile, tunc enim in præjudi-
cium juris quæſiti non poterit revocatio fieri,
ut optimis fundamentis, docet Domin. Creſ-
pì *d. obſervat.* 111. *num.* 31. *cum ſequent.*
Nunc inquirendum venit, an fori Domini
Regis Jacobi I. poſsint à Domino Rege ex- 72
tra curias generales revocari, nam video
pugnantes inter ſe DD. Regni; pro negativa
facit, quod fori prædicti videntur leges pa-
ctionatæ, quia ut ipſe Rex in procemio foro-
rum dixit, fori ſtabiliti fuerunt de voluntate,
& conſilio perſonarum brachii Eccleſiaſtici,
militaris, & Regalis, quod videtur ſupponere
pactionem, ut non ſine fundamento docuit
Mora *in recopil. foror. rubr.* 26. *n.* 2. *in gloſ.
verſ. nihilominus.* Deinde facit, quia ipſe Ja-
cobus in ſuo privileg. 60. *fol.* 18. & in privi-
leg. 81. *fol.* 24. juravit in perpetuum per ſe, &
ſuos, & confirmavit foros, quos tulerat, & 73
juſsit, ut ſucceſſores ſui illos jurare teneren-
tur, & perpetuò obſervare, & Petrus I. in cu-
riis generalibus idem juſsit, & promiſsit, *ut
forus* 115. *rubr. de Curia, & Bayulo.* Idem fe-
cit Jacobus II. in privileg. 1. *fol.* 38. & Alfon-
ſus II. in privileg. 29. *fol.* 86. Et omnes Re-
ges in regiminis ingreſſu, juramentum præ-
ſtant de ſervandis foris, ut docet Belluga *in
ſpecul. princip. rubr.* 9. Dom. Mora *ubi prox.* 74
Dom. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 248. *cum ſequent.*
& juramenti præſtiti virtute, videntur irrevo-
cabiles factos fuiſſe foros ex ſententia Ara-
gonenſium, & Gotholanorum, Oliva *in uſa-
tic. aliud namque, cap.* 4. *num.* 34. & *de jure* 75
*fiſci, cap.* 9. *n.* 7. Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 150.
Molin. *verbo privileg. n.* 2. & *verbo for. fol.* 155.
Seſsè *deciſ.* 74. *n.* 44. *tom.* 1. Font. *de pact. nupt.
clau.* 4. *gl.* 5. *n.* 27. Ramon *conſ.* 24. *n.* 74. & 75.
Suel-



Suelves *conſ.* 9. *n.* 28. *par.* 1. Et quod fori Ja-
76 cobi I. ſint leges pactionatæ, & irrevocabiles
defendit, licet non reſolvat, Dominus Mora
*in recopilat. foror. rubr.* 26. *n.* 2. *in gloſ.* & *hanc
opinionem tuetur*, D. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 269.
*cum ſequent.*
77 Contrariam tamen ſententiam veriorem
judico, quia Jacobus Rex I. curias generales
non celebravit in Regno, ut docet D. Matheu
*de regim. cap.* 3. §. 1. *n.* 30. & cum foros ex-
tra generales curias condidiſſet, non poſſunt
conſiderari leges pactionatæ, neque potue-
runt in contractum tranſire, & irrevocabiles
fieri, non interveniente pecuniæ oblatione,
& hanc ſententiam uti veriorem defendunt,
D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 144. *n.* 11. & 46. *cum ſe-
quent.* & *tom.* 3. *deciſ.* 21. *n.* 15. D. Matheu *d.
cap.* 2. §. 2. *n.* 31. *cum ſeq.* & probabilem illam
dicit D. Creſpì *d. obſerv.* 1. *n.* 268. & *obſerv.* 4.
*n.* 84. qua retenta non obſtant pro contraria
adducta, nam ad primum reſpondetur, quod
fori conditi à D. Rege Jacobo I. fuerunt facti
78 de conſilio procerum, ut ex procemio foro-
rum probatur, ſed non in curiis generalibus
pecunia interveniente, & licet leges latæ de
procerum conſilio, majorem habeant effica-
ciam, quo ad aliqua, quam latæ à ſolo Princi-
pe, ut docent Belluga *in ſpecul. princip. rubr.
de invention. curiæ, n.* 4. D. Mora *d. rubr.* 26.
*n.* 2. *in gloſsis*, non tamen per hoc tollitur
poteſtas revocandi illas, Principi competens,
D. Matheu *d.* §. 2. *n.* 32. quia Princeps non
ligatur conventione illa expreſſa concedendi
immunitates, veluti accepto pretio, quæ irre-
vocabilitatem cauſat; ad ſecundum reſpon-
detur, quod etſi Jacobus, & ſucceſſores ſui ju-
ramentum præſtiterint, de ſervandis foris, ta-
79 le juramentum non auxit obligationem ſer-
vandi foros extenſivè, ſed ſolum intenſivè,
Mantic. *de tacit. & ambig. conventionib. lib.*
14. *tit.* 32. *n.* 2. D. Creſpì *d. obſervat.* 1. *n.*
265. ſemper enim juramentum iſtud, debet
intelligi præſtitum ſecundum tenorem prin-
cipalis obligationis, & illius naturam ſequi-
tur, *l. final. C. de non numerata pecun.* Gutierr.
*de juram. confirmat.* 1. *par. cap.* 37. *per tot.*
Coſta *in l. ſi ex cautione. C. de non numerat.
pecun. limit.* 9. Domin. Leon *d. deciſ.* 144.
*num.* 18. & *deciſ.* 21. *num.* 14. *tom.* 3. Rota
*deciſ.* 128. *num.* 1. *par.* 1. *in noviſsim.* Do-
min. Matheu *dict.* §. 2. *num.* 34. Gibalin. *de
negotiation. lib.* 3. *cap.* 3. *art.* 2. Gonzal. Te-
llez *ad text. in cap. cum contingat.* 28. *de jure
jurand. in fine*: Ergo non obſtante juramento,
fori remanſerunt in ſua natura, & primeva
obligatione revocabilitatis. Minus obſtat,
quod fuiſſent confirmati in comitiis generali-
bus, juramento interveniente, nam confirma-
80 tio nihil eis de novo dedit, ſed reliquid illos
intra ipſos limites, & effectus, quos ante con-
firmationem habebant, quia ſimiles confir-
mationes, nihil addunt de novo, ſed confir-
matum relinquunt intra eoſdem ſuos limites,
& effectus, ut probant jura, *in l.* 1. §. *ſi quis,
ff. ut legatorum nomin. l. ſi legati, ff. de legat.*
1. *l. Aurelius*, §. *teſtamento, ff. de liberation.
legat. l. ſi quis ſtipulatus*, §. *verum, ff. de uſu-
ris, l. ſi eum*, §. *qui injuriarum, ff. ſi quis cau-
tionib. l. final. C. de non numerat. pecun. cap.
cum dilecta, de confirmat. util. vel inutil. cap.
quia diverſitatem*, 5. *de conceſsion. præbend.
cap. illa ne ſede vacan.* Menoch. *conſ.* 191. *n.*
46. Caſtillo *lib.* 5. *controverſiar. cap.* 85. *à n.*
205. Barboſa *in collectan. ad text. in dict. cap.
dilecta*, 4. *de confirmat. util. vel inutil. in* 6.
Fontanel. *de pact. clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *par.* 2. *n.*
42. Larrea *allegat.* 73. *n.* 5. Anton. Matthæus
*de auctionib. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 15. Domin.
Matheu *ubi proxim. num.* 35. Valeron *de tran-
ſactionib. tit.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 16. Gonzal. Tell.
*ad text. in dict. cap.* 4. *de confirmat. util. vel
inutil. num.* 7. Scalon. *lib.* 1. *Gazophil. cap.*
25. *num.* 36. Caſtejon. *in alphabet. verbo con-
firmatio, num.* 10.
Actus curiæ nihil aliud ſunt, quam conſti- 81
tutiones in comitiis generalibus à Dom. Re-
ge factæ, proponentibus, & rogantibus uno,
aut duobus brachiis tantum, & non conſen-
tiente univerſo populo, & omnibus brachiis,
Domin. Matheu *d. cap.* 1. §. 2. *num.* 49. Ri-
poll *de regaliis, cap.* 4. *n.* 44. Præpoſit. Iran-
zo *in prax. proteſtat. cap.* 19. *num.* 7. Dom.
Creſpì *obſervat.* 1. *num.* 200. & *obſervat.* 111.
*num.* 6. differunt curiæ actus, à foris, in illo,
quod ut diximus, fori ligant univerſaliter om-
nes Regni perſonas cujuslibet ſtatus; actus
verò curiæ ſolum ligant perſonas illius bra- 82
chii, aut brachiorum; ad quorum propoſi-
tionem obtenti fuerunt, & non alterius bra-
chii, aut brachiorum non intervenientium,
Belluga *in ſpecul. princip. rubr.* 47. *num.* 4.
Calixt. Ramirez *de lege Regia*, §. 19. *in fin.*
Oliban. *in uſatic. alium namque, cap.* 1. *n.* 16.
Domin. Leon *deciſ.* 21. *num.* 1. Fontanel. *de
pact. clauſ.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 70. Domin. Matheu
*dict. num.* 49. Præpoſit. Iranzo *in prax. pro-
teſtat. dict. cap.* 19. *num.* 7. Domin. Creſpì *d.
obſervat.* 1. *num.* 200. & *obſervat.* 111. *num.*
36. *cum ſequentib.* hocque optima ratione
ſtabilitum habetur, quia de jure plebiſcita ab
initio, ſolum plebem, cujus interventu con-
ſtituebantur, ligabant, & non alias populi par-
tes, ut patricios, & nobiles, donec lege hor-
tentia lata, juſſa fuerunt pro legibus univerſa-
libus obſervari, *l.* 2. §. *deinde* 8. *ff. de ori-
gin. juris*, Aul. Gel. *noctium atticarum, lib.*
5. Conan. *lib.* 1. *commentar. cap.* 13. An-
ton. Pichard. *in* §. *plebiſcitum, inſtit. de ju-
re natural. gentium, & civil.* Anton. Faber *in
rational. ad text. in dict. l.* 2. §. *deinde* 8. Do-


mi-

minus Matheu *ubi proxim.* Quod intellige
83 modo brachium, aut brachia non interve-
nientia in propoſitione actus curiæ, in ipſis
generalibus comitiis proteſtationem emiſſe-
rint, & contradixerint conſtitutioni propo-
ſitæ, tunc enim non ligabit perſonas illius bra-
chii proteſtãtis actus curiæ; ſi autẽ in ipſo cu-
riarũ actu, brachium, aut brachia non propo-
nentia, proteſtationẽ non emiſſerint, actus ille
curiæ obtentus ab uno, aut duobus brachiis
erit fortis, & lex generalis ligans, non ſo-
lum perſonas illius brachii, ad cujus propo-
ſitionem fuit factus, ſed aliorum brachiorum,
quæ non propoſuerunt, Bellug. *in ſpecul. prin-
cip. rubr.* 47. *n.* 4. Calixt. Ramir. *de lege Re-
gia*, §. 19. *in fin.* Domin. Leon *deciſ.* 21. *n.*
1. Ripoll. *de regalia*, *cap.* 4. *n.* 43. Fontanel.
*de pact. nuptial. clauſ.* 3. *gloſ.* 3. *n.* 70. Domin.
Matheu *d. cap.* 1. §. 2. *n.* 49. ubi refert deci-
ſum a Senatu, Præpoſit. Iranzo *in prax. pro-
teſtat. d. cap.* 19. *n.* 8. *&* 9. Dom. Creſpì *dict.
obſervat.* 111. *n.* 42. *cum ſequentib.* ubi pote-
ris videre formulas proteſtationum, & quo-
modo in curiis generalibus interponi ſoleat
hæc proteſtatio; brachia enim, quamvis non
proponant ſimul, cum brachio rogante actum
curiæ, præſentia reperiuntur in curiis genera-
libus, & ſi proteſtationem, aut contradictio-
nem non emittunt, ſed tacent, conſentire vi-
dentur propoſitioni factæ ab illo brachio, aut
brachiis, *ex regul. text. in l. qui tacet*, ubi
communiter DD. *de regul. juris, l.* 2. *C. de ad-
quirend. poſſeſsion. l.* 2. §. *voluntatem*, *ff. ſo-
lut. matrim. cap. qui tacet, de regul. jur. in* 6.
Et cum taciti, & expreſsi, idem ſit judicium,
*l. cum quid, ff. ſi certum petatur, l. ultima*, *C.
qui bonis cedere poſſunt, l. ultim. ff. de legat.* 2.
*l. item quia, ff. de pact.* eodem modo, ac ſi ex-
preſſum conſenſum præſtiterint brachia illa
non proponentia, ligata manebunt conſtitu-
tione actus curiæ, per tacitum conſenſum,
quem præſtare cenſentur tacendo; quod mihi
non diſplicet, ſi actus curiæ fuerit favorabilis
84 brachio illi tacenti, & non proteſtanti, *ex re-
gul. tex. in l.* 1. §. *penultim. ff. nautæ, caupo-
nes, & ſtabularii, l. ſicut proponis, C. de nuptiis,
l. qui patitur, ff. mandati*, ſed ſi actus curiæ fue-
rit præjudicialis, non ſatis mihi placet regu-
la ſupradicta proteſtationis, quia in præju-
dicialibus præſentes, & tacentes nunquam
conſentire videntur, *l. invitum*, *ff. de ſervi-
tutib. Urbanor. prædior. l. in eo*, §. *penultim. ff.
de ritu nuptiar.* Gracian. *diſcep. forenſ. cap.* 38.
*n.* 20. *& cap.* 68. *n.* 16. Barboſ. *axiom.* 217.
*n.* 3. Marius Antonin. *variar. lib.* 1. *reſolut.* 59.
*caſu* 1. imò ſilentium, & taciturnitas habetur
pro diſſenſu, & proteſtatione, *l.* 8. §. 1. *ff. de
procuratorib. l. qui vas*, §. *vetare, ff. de furtis*,
Donel. *in l.* 6. *C. mandati*, Gilchenius *de uſu
capionib. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 225. Paſqualig. *quæſt.
moral.* 19. *n.* 2. *centur.* 2. Præpoſit. Iranzo *in
prax. proteſtat. cap.* 8. *n.* 11.
Privilegium, ſi juris communis regulas inſ- 85
picimus, eſt beneficium à Principe indultum,
propter privatum commodum, & favorem
privilegiati, & dicitur quaſi lex privata, *l.
privilegia* 196. *l. in omnibus* 66. *ff. de regul.
juris, l. quia tale cum, l. ſequent. ff. ſolut. ma-
trim. l. ſunt qui* 16. *ff. de re judicat. cap. in
biis* 30. *de privileg. cap. privilegia*, 3. *diſtinct.
cum aliis adduc.* à Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.*
1. *num.* 3. Salas *de legibus*, *diſput.* 17. *ſect.* 1.
Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *per tot.* Portol.
ad Molin. *verbo: privilegium*, Azor *inſtitut.
moral. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 22. *&* 23. Garcia
*in politica regular. tract.* 8. *difficult.* 1. *dubi-
tat.* 1. Carol. Maranta *reſponſ.* 8. *n.* 40. *tom.*
2. Domin. Matheu *de regim. cap.* 1. §. 2. *num.*
50. Brunus Caſahynch. *de privileg. regular.
tract.* 1. *cap.* 1. *propoſit.* 5. *num.* 2. Prado *tom.*
1. *Theolog. moral. cap.* 5. *quæſt.* 1. Queſada,
& Pilo, *diſſertat.* 7. *num.* 6. Gonzal. Tellez
*ad text. in cap. cum veniſſent* 12. *de judiciis*,
*num.* 3. *cum ſequent. & ad text. in cap. ſi de
terra* 6. *de privileg. num.* 3. *cum ſequent.* Fag-
nan. *ad text. in cap. olim de verbor. ſignificat.
num.* 7. Apud nos habetur volumen privile- 86
giorũ, ubi aliqua reperiuntur privilegia, quæ
univerſalitèr diſponunt, & ſunt tanquam le-
ges generales, alia quæ in favorem perſonæ
privatæ, aut Univerſitatis, Civitatis, aut Vil-
læ ſtabilita inveniuntur, ut notat, Dominus
Matheu *dict. num.* 50. quæ omnia cum habea-
mus in corpore juris noſtri poſita, & in curiis
generalibus jurata, & confirmata, non eſt hæ-
ſitandum quod in Regno, tanquam leges de-
bent obſervari, ut docet Matheu *ubi proximè*,
Dominus Creſpì *obſervat.* 4. *num.* 87. Quoad
irrevocabilitatem autem privilegiorum, ſe-
quentes regulę conſiderandæ ſunt. Prima erit
ſi privilegium fuerit conceſſum mediante pe- 87
cunia, aut in curiis generalibus, data, & obla-
ta pecunia, confirmatum reperiatur, prout
privilegia noſtra in corpore privilegiorum
contenta, jurata, & confirmata reperiuntur,
ut tenet Dominus Matheu *de regim. cap.* 6.
§. 1. *num.* 41. & hoc in caſu tenendum judi-
co, quod privilegia erunt irrevocabilia, tan-
quam leges pactionatæ, ut probatur ex Re-
gio Privilegio 52. Alfonſi III. ibi: *Qui ſon
leis paccionades, è jurades, à les quals de juſti-
cia, no es pot contradir, ne prejudicar*, Belluga
*in ſpecul. princip. rubr.* 1. *num.* 12. *& rubr.*
36. *num.* 8. Dominus Matheu *de regim. cap.* 1.
§. 2. *num.* 51. *& cap.* 6. §. 1. *num.* 41. Do-
minus Creſpì *obſervat.* 101. *num.* 18. *cum ſe-
quent.* quidquid in contrarium vellint, Bal-
dus *in prælud. feudor. num.* 9. Capicius Galeot.
*allegat. fiſcal. reſponſ.* 23. *concluſ.* 7. *n.* 259. Se-
cundus caſus erit, ſi privilegia fuerint à Prin-
ci-



88 cipe conceſſa in remunerationem, nam cum
hæc privilegia vim contractus habeant, re-
manent irrevocabilia, ex tratione text. *in l.
ſi ſemel*, ubi Bartol. *ff. de decretis ab ordine
faciend. cap. conceſſa, ubi gloſ. de regul. jur. in*
6. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 3. *cap.*
3. *num.* 16. *cum ſeqq.* Gironda *de privileg.* 1.
*part. num.* 17. Paſqualig. *in quæſtionib. mo-
ralib. centur.* 2. *quæſt.* 106. *num.* 3. *cum ſeqq.*
D. Matheu *dict. cap.* 6. §. 1. *num.* 41. Dom.
Creſpì *dict. obſervat.* 101. *num.* 22. Fagnan.
ad text. *in cap. ex Epiſtolæ, num.* 18. *de proba-
tionib.* Cardinal. de Luca *de feudis*, *diſcurſ.*
4. *num.* 8. *& de regal. diſcurſ.* 93. *num.* 2.
Theodor. Amiden. *de ſtyl. datariæ, lib.* 1. *cap.*
15. §. 1. *num.* 109. Antunez *de donationib.
tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 54. *cum ſe-
quentib.* Pechii *de aquæductu*, *tom.* 2. *cap.* 2.
*quæſt.* 1. *num.* 34. Limita tamen ſupradictam
doctrinam duobus in caſibus. Primò, ſi pre-
tium pro privilegio datum, aut ſervitium pro
89 cujus remuneratione conceditur, non eſt
cum privilegio æquale, nam cum in exceſſu,
privilegium ſit mera liberalitas, revocabile
erit, Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 6. *num.*
6. à Ponte *de poteſt. pro Regis*, *tit. de tractis,
ſeu extractionib. num.* 25. *&* 26. Barboſ. *in
collectan. ad text. in cap. relatum* 12. *de teſta-
ment. num.* 7. Belluga *in Specul. Princip. ru-
bric.* 36. *num.* 2. Larrea *allegat.* 77. *num.* 23.
*&* 24. Capicius Galeota *in dictis reſponſis fiſ-
calib. cap.* 23. *num.* 14. D. Creſpì *obſerv.* 101.
*num.* 20. Antunez *de donationib. tom.* 1. *par.* 2.
*lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 57. Secundò, ſi publica
utilitas concurreret, nam poterit privilegium
90 pretio, aut remuneratione conceſſum, à Prin-
cipe revocari, aut pro bono pacis, aut cauſa
vitandi ſcandali, Gabriel *practicar. concluſ.
tit. de jure quæſit. non tollend. concluſ.* 6. *num.*
19. Suarez *de legibus*, *lib.* 8. *cap.* 37. *num.* 9.
Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 33. *num.* 3.
Mieres *de majoratu*, 4. *part. quæſt.* 22. *à n.*
22. Mandel. *conſil.* 185. *num.* 17. Moneta *de
comutat. ultimar. voluntat. cap.* 8. *quæſt.* 6. *à
num.* 500. Barboſ. *in cap.* 1. *n.* 11. *de pro-
bationib.* Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 152.
424. *&* 425. Salgad. *de ſupplicat. ad ſanctiſ-
ſim. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 58. Capicius Latro
*deciſ.* 178. *num.* 61. Galeota *reſponſ. fiſcal.*
23. *à num.* 59. D. Creſpì *ubi prox. n.* 23.
Rocco *de officiis*, *rubric.* 14. §. 7. *num.* 16.
*cum ſeqq.*
91 Ultimus erit caſus, ſi privilegium ne-
que pretio accepto, neque in remuneratio-
nem fuerit à Principe conceſſum, & hoc in
caſu poterit ad libitum Principis revocari,
*cap. quia ſæpè, de electione, cap. Clerici*, §. *non
obſtantib. de immunit. Eccleſiar. cap. final. de
ſententia excommunionis*, Peregrin. *de jure
fiſci*, *lib.* 1. *tract.* 3. *num.* 19. Covarruv. *va-
riar. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 1. Salgado *de ſuppli-
cat. ad ſanctiſsim. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 58.
Paſqualig. *in quæſtionib. moralib. centur.* 1.
*quæſt.* 3. *num.* 6. Regens Galeota *lib.* 2. *con-
troverſ.* 20. Regens Tapia *deciſ.* 23. *num.* 105.
Rocco *de officiis*, *rubric.* 13. §. 7. *num.* 107.
Fagnan. ad text. *in cap. cum capella*, *num.* 9.
*de privileg.* ubi ait procedere revocationem,
etiam ſi de privilegio non fuerit expreſſa
mentio facta, ſecus erit ſi privilegium fuerit 92
inſertum in corpore juris, nam non cenſebi-
tur revocatum, niſi de illo fiat expreſsè, &
ſpecificè mentio, ut docent Gloſ. & commu-
niter DD. *in l.* 2. §. *legatis*, *ff. de re judicat.
l. ejus militis*, §. *militia miſſus*, *ff. de teſta-
ment. militar.* Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 38.
*num.* 12. Salas *de legib. diſput.* 17. *ſect.* 14.
*num.* 73. Miranda *in manual. tom.* 1. *quæſt.* 25.
*artic.* 6. Sanchez *in opuſcul. tom.* 2. *lib.* 7. *du-
bitat.* 19. *num.* 20. Baſilius Ponce *de matrim.
lib.* 8. *cap.* 19. *num.* 16. Loter. *de re benefic.
lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 23. Diana *part.* 3. *tract.*
2. *reſolut.* 1. Caſtropalao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſ-
put.* 4. *punct.* 21. §. 4. *num.* 5. Paſqualig. *in
quæſtionib. moralib. centur.* 2. *quæſt.* 145. *n.*
7. Fermoſin. *ad rubric. de ætate, & qualitate*,
*quæſt.* 2. *num.* 4. Et non judices privilegia
Regni noſtri, quia in corpore juris clauſa,
generaliter eſſe leges obligantes ad omnes
caſus, nam ſi univerſaliter diſponunt, erunt 93
leges quoad omne Regnum, & caſus omnes,
D. Matheu *de regim. cap.* 1. §. 2. *num.* 50. Si
vero particulariter ſtabilita reperiantur, fa-
vore unius perſonæ, univerſitatis, aut certæ,
& determinatæ rei, ſolum erũt leges reſpectu
illius perſonæ, univerſitatis, aut rei de qua lo-
quuntur, neq; admittent extẽſionẽ ad aliũ ca-
ſum, perſonam, aut res, non obſtante, quod
in corpore juris fuerint, ut mirabiliter ad in-
tentum, docet Fagnanus ad text. *in cap. nihil*,
*num.* 15. *de elect.* Quod procedet, etiam ſi con-
curreret ad extenſionem eadem ratio, quia
privilegia favore particularis perſonæ, aut
univerſitatis data, etiam inſerta in juris cor-
pore, non admittunt extenſionem ex identi-
tate rationis, ut ipſe Fagnanus docet ubi pro- 94
xim. Bonacin. *in opere moral. diſput.* 1. *quæſt.*
3. *part.* 7. §. 2. *num.* 11. noſter Trullench *in
decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 12. *dubitat.* 6. *num.*
15. Stephanus Naten *juſtit. vulnerat. part.* 3.
*tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Cardenal de Luca *de feu-
dis*, *diſcurſ.* 92. *num.* 8. Julius Caponi *tom.* 2.
*diſceptat.* 113. *num.* 35. Ciarlin. *part.* 2. *cap.*
20. *num.* 33. *&* 34. Rota coram Bicchio *de-
ciſ.* 67. *num.* 12. Carolus Spadaza *in theatr.
viduil. diſquiſit.* 13. *num.* 5. Rocco *de offic.
rubric.* 14. §. 12. *num.* 3. *&* 4. Moſtazo *de
cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 19. Don
Michaël de Caldero *deciſ. crimin.* 6. *num.* 40.
Et quod magis eſt, idem procedet, etiam ſi
ad

ad extenſionem major concurreret ratio, ut docent Salas *de legib. diſput.* 20. *ſect.* 11. *num.* 110. Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 28. *n.* 11. Bonacin. *in opere moral. diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 7. §. 2. *num.* 12. Caſtropalao *part.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 4. *punct.* 13. *n.* 1.

95 Aliæ leges generales in Regno noſtro habentur, quibus ſtandum erit deficiente foro, & privilegio, & ſunt pragmaticæ ſanctiones à Domino Rege factæ, quæ à Domino Rege poſſunt abſque dubio fieri, & leges generales ſunt, & uti tales debent in Regno obſervari, ſicuti in aliis multis Regnis ſimiles Regiæ pragmaticæ obſervantur, *For.* 83. *fol.* 12. *Curiar. anni* 1564. *For.* 176. *Curiar. anni* 1585. *For.* 92. *fol.* 14. *For.* 176. *fol.* 24. *Curiar. anni* 1604. *For.* 66. *fol.* 53. *Curiar. anni* 1626. docent D. Mora *in recopilat. fovor. rubric.* 35. *num.* 3. *in notis.* Ripoll *de regalia, cap.* 35. *num.* 141. *& cap.* 25. *num.* 50. Xammar *de offic. judicis, part.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 45. D. Matheu *de regim. cap.* 1. §. 2. *num.* 43. Fermoſin. *ad rubric. tit. de conſtitutionib. quæſt.* 7. *num.* 26. D. Creſpì *obſervat.* 1. *num.* 76. *& obſervat.* 4. *num.* 86. Quas leges pragmaticales, poteſt Dominus Rex facere extra Curias generales, D. Matheu, & Creſpì locis proximè citatis; ſed nequit Rex hiis ſanctio-

96 nibus pragmaticalibus, diſpoſitiones forales, & Regni privilegia vulnerare, minuere, aut revocare, quia pragmaticæ non debent aliquid continere contrarium privilegiis, & foris Regni, *For.* 92. *fol.* 14. *Curiar. anni* 1585. *dict. For.* 176. *Curiar. anni* 1585. *fol.* 24. ibi: *Sa Mageſtat en tota occaſiò ha tengut gran compte, per lo amor que te à les gents de aqueſt Regne, que les pragmatiques que es fan, ſien per lo be de aquelles; y eſpecialment lo ha tengut, que no foſen repugnants à furs, y privilegis de el Regne, y mana que aixe ſe faſa en lo eſdevenidor.* Docent D. Mora ubi prox. D. Creſpì *dict. obſervat.* 4. *num.* 46. D. Matheu *de regimin. cap.* 2. §. 2. *num.* 54. *& cap.* 12. §. 1. *n.* 87. Quod ſemper credo limitandum, in caſu urgentis cauſæ, publicam utilitatem reſpi-

97 cientis, quia poterit Rex vulnerare, & ſi oportuerit revocare forales diſpoſitiones, & privilegia, per ſanctionem pragmaticalem extra Curias generales factam, ut docent Peguera *deciſ. crimin.* 39. Cancer *variar. tom.* 3. *cap.* 3. *de privileg. num.* 50. Dom. Mora ubi proximè, D. Matheu *de regim. cap.* 3. §. 1. *n.* 133. D. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 51. *cum ſeqq. & obſerv.* 4. *n.* 81.

Poterunt in Regno pragmaticales ſan-

98 ctiones, & edicta iſta fieri, non ſolum à Domino Rege, ſed etiam à Prorregibus, qui hanc poteſtatem habent condendi has pragmaticales leges, nomine Majeſtatis Regiæ, cum deliberatione Regii Senatus, Maſtrillo *de Magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 34. *cum ſequentib.* Giurba *conſil.* 12. *num.* 1. *& conſ.* 19. *num.* 45. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 5. *num.* 66. *& gloſ.* 19. *part.* 1. *num.* 73. Seſsè *deciſ.* 75. *num.* 6. Caravit. *ritu* 275. Amendola ad Franchis *deciſ.* 165. *num.* 3. Carolus de Graſsis *except.* 1. *num.* 48. Capiblanc. *de Baronib. pragm.* 1. *num.* 23. Novarius *ad pragmatic. Regn. Neapolit. in præfat. propoſit.* 2. *num.* 1. *& propoſit.* 8. *num.* 3. Cortiad. *tom.* 1. *deciſ.* 35. *num.* 103. D. Matheu *de regim. cap.* 2. §. 2. *n.* 53. Rocco *de offic. rubric.* 8. *num.* 175. Et ſi fuerint factæ hu-
juſmodi pragmaticæ, cum deliberatione Re- 99
gii Concilii, erunt perpetuæ, & durabunt finito Prorregis officio, ut docet Maſtrillo *de Magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 47. Cancer *variar. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 177. Xammar *de offic. judic. part.* 1. *quæſt.* 24. *à num.* 47. Regens Vico *ad pragmatic. Regn. Sardin. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 1. *à num.* 25. Capiblanc. *in pragm.* 14. *de Baronib. num.* 68. Sanfelicius *deciſ.* 221. *n.* 6. *&* 7. Rocco *de officiis, rubric.* 8. *num.* 187. *cum ſeqq.* Cortiada *dict. deciſ.* 35. *num.* 103. qui cum Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 3. *à num.* 52. docet ſecus eſſe in Cathalonia, ubi edicta iſta ſolum durant durante Prorregis officio, quia Senatus ille, non habet poteſtatem legis pragmaticalis condendæ, ut docent Ripoll ad Pegueram *in prax. rubr.* 24. *n.* 26. Ferrer *in conſtitut. hac noſtra, evident.* 2. *num.* 40. *& tempore* 1. *declarat.* 11. *num.* 53. Xammar *de offic. judic. part.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 25. Ramon *conſil.* 3. *num.* 96. Cortiada *deciſ.* 24. *num.* 24. *tom.* 1. Sed ſanctiones pragmaticæ à Prorrege factæ, non poterunt derogare pragmati-
calibus ſanctionibus, à Domino Rege ſtabili- 100
tis, & multò minus foris, & privilegiis Regni, Anguian. *de legib. lib.* 2. *controverſ.* 27. *num.* 8. Maſtrillo *de Magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 46. Dom. Matheu *dict. cap.* 2. §. 2. *num.* 54.

Debent ſanctiones pragmaticales ſu-
pradictæ, ut obligent publicari, quia ut dixi- 101
mus, ſunt leges generales, & ut leges obligent, debent omnibus innoteſcere, & publicari, *l. leges, C. de legib. l. final. C. de decretis ab ordine faciend. cap. erit autem, cap. in iſtis, §. leges, diſtinct.* 4. Gratian. *deciſ.* 200. *n.* 10. Borel. *in ſumma omnium deciſion. tit.* 13. *num.* 22. Suarez *de legib. lib.* 1. *cap.* 11. *& lib.* 4. *cap.* 14. Salas *de legib. diſput.* 1. *ſect.* 10. *& diſput.* 12. *per tot.* Anguian. *de legib. lib.* 4. *cap.* 1. noſter Morlà *in emporio, tit. de legib. quæſt.* 1. Barboſ. *in collect. ad text. in cap.* 2. *de conſtitutionib. num.* 6. Marcha *lib.* 2. *concordat. cap.* 15. Prado *tom.* 1. *Theolog. Moral. cap.* 3. *quæſt.* 5. §. 1. *&* 2. D. Creſpì *obſervat.* 63. *num.* 5. Gibalin. *in ſcientia canonic. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. Sed an ſtatim, & ab ipſo pu-



publicationis die obligèt lex, poterat non ſi-

202 ne fundamento dubitari, nam communis ſententia tenet, non obligare legem à die ipſo publicationis, ſed poſt duos menſes, à publicationis die, *cap.* 2. *& ultimo, ne Cleri, vel Monachi, cap. noveris, de ſentent. excommunion. cap.* 1. *de conceſsion. præbend. in* 6. *novella* 66. Juſtian. *cap.* 1. cum aliis adductis à Barboſ. *in collect. ad text. id dict. cap.* 2. *n.* 9. Vela *tom.* 2. *differt.* 45. Fermoſin. *ad rubric. de conſtitutionib. quæſt.* 8. *num.* 5. Quod intelligunt, dummodo ſcientia legis conſtitutæ non habeatur ante lapſum illorum duorum menſium, nam ſi haberetur, aliter ſentiunt, ut docent Baldus *in cap.* 2. *de conſtitut. num.* 5. & ibidem Panormit. *num.* 7. Felin. *column.* 4. *num.* 7. Azor *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *quæſt.* 8. Menoch. *de arbitrar. caſu* 185. *num.* 20. Barboſ. ubi proxim. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap.* 2. *de conſtitut. num.* 12. Sed non obſtante hac Doctorum opinione, verius judico, quod ſi in ipſa con-

103 ſtitutione, aut lege non exprimatur tempus ad obligandum, à die publicationis obligare legem, aut conſtitutionem, ut probat Fermoſin. *ad dict. rubric. tit. de conſtitutionib. quæſt.* 8. *num.* 6. Gonzal. Tellez ubi prox. Et ideò traditur Pontificias leges obligare, à die publicationis factæ in Curia Romana, & in Aſiæ Campi Flore, ut docent Silveſter *verbo Lex, quæſt.* 6. *verſ.* 3. ſapientiſsimus Ludovic. Gomezius noſter *in proœm. regular. Cancellar. quæſt.* 2. *ante finem.* Azor *dict. cap.* 3. *quæſt.* 3. Anguian. *de legib. tom.* 1. *lib.* 4. *controverſ.* 2. *num.* 17. Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.* 18. *& lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 11. Salas *de legib. diſput.* 12. *ſect.* 3. *num.* 20. Molina *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 395. Barboſ. ubi proximè *num.* 10. Fermoſin. *dict. quæſt.* 8. *num.* 5. Apud nos hæc quæſtio, quoad foros, & actus Curiæ, deciſa reperitur, *in Foro unic. tit. Que los furs tinguen forſa desde el dia que ſeràn publicats in ſolio. In extravaganti, fol.* 97. Ubi cautum habetur, quod fori, & capitula Curiæ incipiant obligari, & vires habeant, à die quo eorum publicatio in ſolio

104 fiat, Domin. Creſpì *obſervat.* 37. *num.* 52. Idem judico tenendum de pragmaticalibus ſanctionibus, nam obligabunt à die publicationis, cum hac differentia, quod fori ſufficiet publicari in Curiarum ſolio, ſed ſanctiones pragmaticæ non ſufficiet, quod publicentur in Civitate noſtra, ſed in aliis Regni partibus publicari debent, ad exemplum publicationis decretorũ, & edictorum Principum, quæ ut facilius innoteſcerent omnibus, pro-

105 ponebantur in Metropolibus Imperii Romani, *novella* 17. *&* 66. *l. quidem* 63. *C. Theod. de decurionib.* Et ſi edicta in Metropolibus dabantur, & conſtituebantur, proponebantur, in principalioribus urbibus earum, *l. quiſque* 11. *C. Theod. de tironib. l.* 54. *C. Theod. de decur. l.* 1. *C. Theod. de gladiatorib. authent. dict. ut fact. novæ conſtitut. collat.* 5. Et infert Fermoſin. *ad rubric. de conſtitutionib. quæſt.* 7. *num.* 26. Regias pragmaticas à Domino Rege factas, publicandas eſſe non ſolum in Curia Matritenſi, ſed in omnibus Provinciis, ac Civitatibus, quæ ſunt
capita Regni; in Regno noſtro habemus 106
cautum, quod Regiæ pragmaticæ publicentur, in noſtra Civitate Valentiæ, & in Civitatibus, & Villis Regni, in quibus Gubernator reperitur, aut Locumtenens gerentis vices generalis Gubernatoris, *For.* 76. *fol.* 53. *Curiar. anni* 1626. ibi: *Plau à ſa Mageſtat que es publiquen en la Ciutat de Valencia, y en les Ciutats, y Viles, abon y ha Governadors, y Lochtinens de Governadors.*

Aliud legum genus habemus in Regno,
quibus ſtandum eſt in judicando, & ſunt, 107
epiſtolæ Regiæ, quibus Dominus Rex ſolet multa jubere, & ſtatuere illa, quæ Reipublicæ tranquilitati conveniunt, & non eſt novum genus legis, nam quæcumque Princeps, Imperator, aut Rex per epiſtolam conſtituit, aut jubet, lex dicitur, & pro lege habetur, *l.* 2. §. *noviſsimè, & §. cum placuiſſet, ff. de origin. juris, l.* 1. *ff. de conſtitut. Princip. l. unic. ff. de offic. præfect. prætor. l.* 1. *§. ſed in hoc ſtudium, C. de vetere jur. enuclean. §. ſed & quod Principi inſtit. de jure natural. gentium, & civil.* ibi: *Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem, cum lege Regia, quæ de ejus Imperio lata eſt, populus eſt, & in eum omne Imperium ſuum, & poteſtatem concedat. Quodcumque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat, &c.* Dom. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 29. *num.* 17. *& deciſ.* 113. *num.* 5. Anton. Faber *ad text. in dict. l.* 2. *cum ſuis §§. & in ſuo C. lib.* 3. *tit.* 22. *diffinit.* 11. *n.* 3. Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 6. *num.* 111. Salgad. *de Regia protect. par.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 5. *num.* 296. Fermoſin. *ad rubric. de conſtitut. quæſt.* 12. *num.* 68. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 37. *num.* 18. D. Matheu *de regim. cap.* 3. §. 3. *num.* 24. D. Creſpì *obſervat.* 1. *num.* 76. 77. *&* 78. Et parem vim debent habere epiſtolæ expeditæ, à Prorregibus in noſtro Regno, ut docet Rocco *de offic. rubric.* 8. *num.* 187. Sed per reſcripta
illa Regia, aut Prorregum, privilegia, & fo- 108
ri Regni, derogari non debent, nec vulnerari, ſicut neque per pragmaticas, *argument. text. in prædict. for.* 176. *Curiar. anni* 1585. D. Creſpì ubi proxim.

Deficiente foro, actu Curiæ, aut privilegio, & non extante ſanctione pragmatica-
li, aut epiſtola Regia, juxta quam lys, & judi- 109
cia-

M.B.

civilis quæſtio dirimi poſsit, inſpici debet, an Supremi Senatus Aragonum, aliqua ſententia Regia lata fuerit, ad caſum acommodabilis, nam debet Senatus noſter, & cætera Tribunalia Civitatis, & Regni, juxta Supremi Senatus ſententiam judicare, quia de jure Principis diffinitiva ſententia, cum cognitione cauſæ lata, vim legis habet, & in ſimilibus caſibus, jus inter omnes facit, exemplis quæ earum judicari debet, *l. final. ubi gloſ.* & Communiter DD. *C. de legib. l. apud* 11. *in fin. ff. ad S. C. Trebelliar.* §. *ſed & quod Principi, inſtitut. de jure natural. gentium, & civil.* ibi: *Vel cognoſcens decrevit, &c. cap. unic. in fin. quæ fuerit prima cauſa, in uſibus feudor. cap. in cauſis* 19. *de ſentent. & re judicat.* ibi: *Cum in ſimilibus cauſis, cæteri teneantur ſimiliter judicare, &c.* Et apud nos expreſsè probatur *ex Privileg.* 2. *Regis Joannis II. fol.*204. ibi: *Et attento, quod ſententia Principis cauſa cognita promulgata, vim legis obtinet, & pro lege ſervanda eſt inter omnes, &c. Gloſ. in l. nemo, C. de ſentent. & interlocut.* Alexand. *in l. ſæpè, num.*73. *ff. de re judic.* Boer. *deciſ.* 255. Patiſius *conſil.* 76. *n.* 29. *lib.* 4. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 27. Tiraquel. *de jure primogenit. queſt.* 40. *num.* 167. Gamma *deciſ. Luſitan.*33. *in fin.* Pinellus *in l.*2. *C. de reſcinden. vend. par.* 2. *cap.*4. *num.*2. Afflictis *deciſ.* 169. *num.* 9. Joſeph. Ludovic. *deciſ.* 90. *num.* 2. *part.*1. Borel. *in ſumma deciſion. tit.*13. *de legib. num.* 15. Sardus *conſil.* 310. *num.* 17. & *conſil.* 403. *num.*83. Peregrin. *conſil.*91. *num.* 29. Gaiter. *practic. lib.* 3. *quæſt.*16. *num.* 74. Barboſ. *ad tex. in dict. cap. in cauſis* 19. *de re judicata, num.* 3. Coller. *de proceſsib. executivis, part.* 4. *pag.* 179. *num.* 11. D. Leon *deciſ.* 81. *tom.* 1. & *deciſ.* 10. *num.* 24. & 25. 16. & 45. *tom.* 3. Cabedo *deciſ.* 212. *part.* 1. Ramon *conſil.* 24. *num.* 97. Cancer *variar.* 3. *part. cap.*3. *num.*73. & 74. Maſtrillo *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.*4. *num.* 365. Ferrer *in conſtitut. hac noſtra, evid.* 3. *num.* 63. Otero *de paſquis, & jure paſcend. cap.* 34. *num.* 19. Caſtillo *controverſiar. tom.* 4. *cap.* 31. *num.* 97. Xammar *de offic. judic. part.*1. *quæſt.*15. *num.* 74. Ripoll in addictionibus ad praxim Peguer. *rubric.* 24. *num.* 24. Paſqualig. *in quæſtionibus moralib. centur.*2. *quæſt.* 117. *num.* 1. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 26. Queſad. & Pilo *diſſertat.* 21. *num.* 27. *cum ſequentib.* Dexart *deciſ.* 100. *num.* 22. Novarius *de gravaminib. vaſal. tom.*2. *gravam.* 132. *num.* 7. Prato *diſcept. forenſ. part* 4. *cap.*15. *num.* 14. & *cap.*17. *num.*62. D. Creſpi *obſervat.*1. *num.* 81. & 194. *obſervat.* 22. *num.* 199. & *num.* 217. & *obſervat.* 23. *num.*219. & 223. D. Matheu *de regim. cap.*8 §.5. *num.*32. & *cap.*
110 12. §.1. *num.*81. Quod non intelligas reſpectu ejuſdem Principis, aut Supremi Senatus, qui ſentẽtiam tulit, nam licet quoad noſtrum Regium Senatum, & quoad omnes Curias inferiores, Senatus Supremi ſententiæ, ut diximus, vim legis habeant, & ſint tamquam leges cuſtodiendæ, tamen quoad ipſum Principem, & ejus Supremum Senatum, non habent vim legis ſententiæ iſtæ; ſed poteſt Senatus Supremus Aragonum, ab eis recedere, & aliter judicare, ſi juſtum videatur, *ex regul. text. in l.*23. *C. de ſentent. & interlocut. omnium judic. l. penultim. ff. de adquirend. rerum domin. l. nam, & ſi parentib.* §. *ſi filius, ff. de in officioſ. teſtament.* Baldus *conſil.* 334. *in fin. lib.*2. Menoch. *conſil.* 59. *per tot.* Paridex *lib.* 2. *cap. final.* 1. *part.* §. 1. *num.* 10. Maſtrillo *de Magiſtratib. tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 454. Ludovicus *deciſ.* 208. *num.* 5. & *deciſ.* 317. Avendaño *reſponſ.*2. *quæſt.*11. Gracian. *diſcept. forenſ. cap.* 127. *num.* 49. Theſaurus *in præfat. deciſion. num.* 32. D. Leon *deciſ.* 26. *num.*8. *tom.* 3. Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. *num.* 30. Queſada & Pilo *diſſert.* 21. *num.* 30. D. Creſpi *obſervat.*22. *num.*222. & 224. D. Matheu *dict. cap.* 12. §. 1. *num.* 82. Carolus Anton. de Luca *in animadverſ. ad* Gracian. *cap.* 127. *num.* 11.

Sed non intelligas omnem Principis
ſententiam, vim legis habere, ſed ſolum 111
quando ipſe Princeps, diſcuſa, & examinata cauſa, & ex certa ſcientia cum cauſæ cognitione, ſententiam ſuo nomine profert, *l. final. C. de legib.* ibi: *Si Imperialis Majeſtas cauſam cognitionaliter examinaverit, & partibus comminus conſtitutis ſententiam dixerit, omnes omnino Judices, qui ſub noſtro Imperio ſunt, ſciant hanc eſſe legem, &c. l.* 1. *ff. de conſtitutionib. Princip.* §. *ſed, & quod Principi, inſtitut. de jure natural. gentium, & civil. dict. Privileg.*2. *Regis Joan. II.* Jaſſon *in dict. l.* 1. *ff. de conſtitut. Princip.* Felin. *in rubric. de reſcriptis, num.* 1. Suarez *lib.* 3. *de legib. cap.* 15. *num.* 11. Salas *de legib. ſect.* 8. *num.* 49. noſter Gomezius *in procem. ad regul. Cancellar. queſt.* 2. *ad.* 1. Menoch. *conſil.* 501. *num.* 33. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 14. *num.* 4. Maſtrillo *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 365. Merol. *tom.* 2. *Theolog. Moral. diſput.*4. *cap.* 3. *dubit.* 13. *num.* 134. Mancin. *in diſquiſition. geniacib. centur.* 1. *cap.* 84. *n.* 3. Paſqualig. *in quæſtion. moral. dict. cent.* 2. *quæſt.* 117. *n.* 2. D. Matheu *d. cap.*12. §.1. *n.* 88. Don Michaël Luna de Arellano *tom.* 2. *lib. ſingular. variar. lectionum, cap.* 1. *num.* 30. Unde Regiæ ſententiæ, quæ cum votis Sacri Supremi Aragonum Conſilii, mediis literis cauſa videndi feruntur, non habent
vim legis, neque tamquam leges obſervan- 112
dæ ſunt, triplici ex cauſa. Primò, quia hujuſmodi ſententiæ, non ſunt ſententiæ Supre-



113 mi Senatus Aragonum, ſed noſtri Valentini Senatus, & ideò à Senatoribus Senatus noſtri ſubſcribuntur, & feruntur ab ipſo Senatu, Franciſcus Salerni *tom.*1. *conſil.*32. §.1. *n.* 3. Secundò, quia prædictæ ſententiæ, à Domino Rege non ſubſignantur, & tota vis ſen-
114 tentiarum Senatus Supremi in ordine ad legem, ſtat, & conſiſtit, in ſubſignatione Regis, quæ fit in ſententiis, Cabedo *deciſ.* 212. *part.*1. D. Creſpì *obſervat.*1. *num.*83. D. Matheu *dict. cap.*12. §.1. *num.*84. Tertiò, quia eſto Princeps repræſentatus in ſuo Sacro Supremo Aragonum Conſilio, votum, & Conſilium reddat, Senatui noſtro reſcribendo, quod juxta illius placitum ferat ſententiam, & hæc ſententia ipſius Principis videatur, tamen Supremum Conſilium, & Princeps hoc in caſu procedit ex relatione noſtri Senatus, aut Judicis coram quo cauſa pendet, nam iſtæ cauſam mittit, ut a Principe videatur, & quando ipſe Princeps, & ejus Supremus Senatus cauſam non examinat, nec in ſuo Senatu actuatur, ſed ex relatione alio-
115 rum procedit, non habet ejus ſententia vim legis, ut rectè probat, *text. in l.* 1. *ff. quando appellandum ſit, cap. biduum,* §. *ſiquidem* 2. *quæſt.* 6. Ramon *conſil.* 251. *num.* 10. Socin. Senior. *conſil.* 195. *num.* 5. *lib.* 2. Gramatic. *deciſ.* 35. *num.* 2. & 3. Rebuf. *ad conſtitut. Regni Galliar. tom.*1. *tract. de ſupplicat. num.* 49. Decian. *conſil.* 47. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 501. *num.* 10. Paſqualig. *in quæſtionib. moralib. dict. centur.* 1. *quæſt.* 117. *num.* 3.

116 De ſententiis noſtri Valentini Senatus, etiam dubitari poteſt, an vim legis habeant, & tamquam leges ſint obſervandæ, & venerandæ, nam Senatus noſter nomine Regis judicat, D. Matheu *dict. cap.* 12. §. 1. *n.* 88. D. Creſpì *obſervat.* 1. *num.* 89. & Regio ſigillo utitur, D. Matheu *de regim. cap.*2. § 2. *num.* 22. Et Prorrex cum Conſilio Regio habet poteſtatem, tàm præeminentem, quod poteſt omnia facere, etiam ſi ſint ſpecialia, quæ ipſe Dominus Rex poſſet, ſi præſens eſſet in Regno, Aponte *de poteſtat. Prorregis, tit.* 1. *num.*1. Maſtrillo *de Magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 6. *à num.*25. Ripoll *de regal. cap.*21. *num.*27. Novar. *ad pragmatic. Regn. Neapol. propoſit.* 2. *num.* 4. Caſtillo *deciſ.* 125. *num.* 18. Sanfelicius *deciſ.* 221. *num.* 8. Regens Vico *ad pragmatic. Regni Sardin. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 4. *num.* 5. Dexart *ad Capitul. Regn. Sardin. in procem. num.* 25. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 10. *num.* 18. & 19. D. Matheu *de regim. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *ſub num.* 13. Cum ergo Regius Senatus, hac ampliſsima potiatur facultate, videtur ejus ſententiis dandam eſſe legis auctoritatem, ut de ſententiis ſimilibus, & adhuc in terminis noſtri Senatus tradunt Molinus *verbo Forus*, & ibi Portol. *num.*7. Barboſa *in cap. in cauſis, num.*3. *de ſentent. & re judic. & in l. final. num.* 8. *Cod. de legib.* Caſtillo *controverſiar. lib.* 5. *cap.* 89. *num.* 97. Ripoll *variar. cap.* 1. *num.*2. & 3. Valenzuela *conſil.* 40. *num.* 64. Novarius *gravamin.* 132. *num.* 7. *tom.*2. Xammar *de offic. judic. part.*1. *quæſt.* 15. *num.* 74. *in fin.* Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *num.*22. Prado *diſcept. forenſ. part.*4. *cap.* 18. *num.* 18. Sed contrarium judico tenendum, & defendendum, nam quamvis ſen-
tentiæ Regiæ noſtri graviſsimi Senatus, ma- 117
gnam habeant auctoritatem, non tamen obtinent vim legis, neque tamquam leges ſequi debent, nam non proferuntur immediatè nomine Regis, ſed Prorrege mediante, neque a Rege ſubſignantur, ut rectè defendit Dom. Matheu *de regim. dict. cap.* 12. §. 1. *n.* 83. & 89. & probant multi alii tenentes, ſententias Regiorum Senatuum non habere legis vim, ex quo poteſtatem condendi legem Senatus non habent, Valaſc. *conſultat.* 148. *num.* 27. Cabedo *deciſ.* 212. *num.* 4. *part.* 1. Menoch. *conſil.* 501. *num.* 27. *lib.* 6. Gregorius Lopez *in l.* 9. *tit.* 38. *partita* 3. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.*56. *num.*19. Theſaurus *in præfat. deciſion. num.*32. Ramon *conſil.*3. *num.*96. Xammar *de offic. judic. part.* 1. *quæſt.*15. *num.* 25. Ferrer *in conſtitut. hac noſtra, evid.* 1. *num.* 40. & *tempore* 1. *declarat.* 11. *num.*53. Gracian. *diſcept. forenſ. part.* 1. *cap.* 127. *num.*49. Ripoll ad Peguer. *in pract. civil. rubric.* 24. *num.*26. Regens Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. *num.* 30. Fermoſin. *ad rubr. tit. de conſtitut. quæſt.* 12. *num.* 70. Cortiada *dict. deciſ.* 24. *num.* 24. Queſada & Pilo *diſſertat.*21. *num.* 30. Carolus Anton. de Luca *in animadverſion. ad Gracian. cap.* 127. *num.*11. Curiæ tamen inferiores, quando ad deciſionem litis, habent caſum deciſum à Senatu ſententia Regia, non niſi temerè recedere poſſunt, à ſententia Se-
natus, aliter decidendo, quam Senatus præ- 118
habita matura deliberatione declaravit; debent enim eſſe veluti leges Curiarum inferiorum, ſententiæ Regiæ graviſsimi Senatus noſtri, nam non erit procul à temeritate, diſcedere à ſententiis iſtis inferiores, quando decretis, & ſanctionibus pragmaticalibus Domini Prorregis, & ejus Sacri Conſilii, cujus nomine Regiæ ſententiæ feruntur tenemur omnes obedire, præmaximè quando inſpectis juris regulis debemus in judicando, præoculis ſemper habere ſententias, & exemplaria judicum ſuperiorum, & juxta illa judicare, *dict. l. final. C. de legib. l. filius emancipat.*14. *ff. ad l. Corneliam, de falſis,* ibi: *Sic inveni Senatum cenſuiſſe, &c. l.* 1. §. *hæc autem, ff. ad S. C. Silanian. l.* 3. *C. de ædificiis privat. l. cum de in rem verſo, ff. de uſuriis, cap. in cauſis* 19. *de ſententia, & re judicata.*

Ra-

Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *n.* 34. Ripoll *dict. rubr.* 24. *n.* 2. Novarius *gravam.* 132. *n.* 7. & 8. *lib.* 2. Rovit. *conſil.* 18. & 68. Olaſc. *deciſ.* 22. *n.* 6. Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *cap.* 89. *n.* 87. & 98. & *de tertiis debitis*, *cap.* 12. *n.* 36. Sueives *conſil.* 83. *n.* 12. *lib.* 1. Arias de Meſa *variar. lib.* 3. *cap.* 45. *n.* 6. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *n.* 28. & 29. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 21. *n.* 28. Larrea *deciſ. Granatenſ.* 98. *n.* 59. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 55. Domin. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 289. *cum ſequentib.* Dom. Matheu *dict. cap.* 12. §. 1. *n.* 90.

119 Limita doctrinam à nobis traditam, ſi introducta fuerit conſuetudo judicandi in noſtro Regio Senatu, quia debet omninò ſervari, & judicandum erit juxta Senatus ſententias, *ex l. nam Imperator, ff. de leg.* ibi: *Aut rerum perpetuò ſimiliter judicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere l. minimè, l. ſi de interpretat. ff. eod. l. nemo, Cod. de ſententiis, & interlocutionib. omn. judic. §. penultim. inſtitut. de ſatiſdationib.* docent Belluga *in Specul. Princip. rubric.* 41. §. *leges Regni, n.* 43. & 44. Garcia *de beneſic. part.* 5. *cap.* 3. *n.* 239. & *cap.* 4. *n.* 78. Gutierrez *practic. lib.* 3. *quæſt.* 16. *n.* 11. Peguer. *deciſ.* 26. *n.* 13. & 14. *tom.* 2. Ramirez *de lege Regia*, §. 20. *n.* 32. Gracian. *diſcept. forenſ. cap.* 158. *n.* 15. & *cap.* 460. *n.* 12. & 745. *n.* 20. Xammar *de offic. judic. part.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 76. Ripoll *in additionib. ad praxim Peguer. rubric.* 24. *n.* 28. & *de Magiſtrat. cap.* 17. *n.* 19. Novarius *gravamin.* 132. *n.* 9. & 12. *lib.* 2. Dexart *deciſ.* 100. *n.* 12. Larrea *allegat. fiſcal.* 23. *n.* 27. & *deciſ.* 47. *n.* 13. & 14. Seſsè *deciſ.* 113. *ſub n.* 8. *lib.* 2. Cabedo *part.* 1. *deciſ.* 212. *n.* 7. Barcius *deciſ.* 98. *n.* 12. Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *n.* 55. Cortiada *deciſ.* 24. *n.* 32. Dom. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 89. & 289. & *obſervat.* 5. *n.* 231. & *obſervat.* 103. *n.* 71. Dom. Matheu *de regim. cap.* 12. §. 1. *n.* 91. & *cap.* 8. §. 2. *n.* 14. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 44. Et conſuetudine judicandi extante, non ſolum Curiæ inferiores debent juxta conſuetudinem judicare, ſed ipſe Senatus tenetur ſervare conſuetudinem, & judicare juxta illam, prout docent Belluga *in Specul. Princip. rubric.* 22. §. *quia quotidie, n.* 3. Ricc. *collect. deciſ.* 1009. *limit.* 7. *part.* 4. Franchis *deciſ.* 238. Camill. Borel. *in ſumma deciſion. lib.* 1. *tit.* 14. *n.* 20. Dom. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 89. & *obſervat.* 103. *n.* 71. Dom. Matheu *de regim. cap.* 8. §. 2. *n.* 14.

120 Adeò quod ſi Senatus, contra judicandi conſuetudinem ſententiam tulerit, nulla erit, & inſubſiſtens, Seraphin. *deciſ.* 166. D. Creſpì *dict. obſervat.* 103. *n.* 71. Dom. Matheu *de regim. cap.* 12. §. 1. *n.* 93. Ratio, eſt evidens, nam conſuetudo judicandi introducta, vim legis habet, *a. l. nam Imperator, ff. de legib.* Franchis *deciſ.* 91. *n.* 16. Fontanella *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *n.* 55. Cabedo *deciſ.* 212. *n.* 7. *part.* 1. Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 1. *n.* 89. Et Senatus noſter, cæterique Magiſtratus, debent juxta has leges judicare, aliter nulliter judicabunt, *l.* 2. *C. quando provocare non eſt neceſſe, l.* 1. *C. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcindantur authent. jubemus, Cod. de judiciis.* D. Creſpì *dict. obſervat.* 103. *n.* 71. Quod habebit locum, etiam ſi adverſus conſuetudinem judicandi, eſſet communis Doctorum opinio, aut ſi reperiretur ſtatutum diſponens, quod non attendatur conſuetudo in judicando, nam in
quolibet ex hiis caſibus, debet judicari juxta 121
judicandi conſuetudinem, ut docet Gracian. *diſceptat.* 158. *n.* 15. & 16. Fontanella *de pactis nuptialib. clauſ.* 1. *n.* 44. & 48. Novarius *gravam.* 132. *n.* 12. *tom.* 2. Xammar *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 7. Ripoll *in additionib. ad praxim Peguer. rubric.* 24. *n.* 28. Cortiada *deciſ.* 24. *n.* 33. Sed non intelligas iſta modo ſupradicto, caſu in quo
ſententiæ fuerint latæ contra foros, & pri- 122
vilegia Regni, nam non eſt inſpiciendum, quod judicatum fuit, imò debet inſpici, quod judicari debuit, Dom. Matheu *dict. cap.* 12. §. 1. *n.* 96.

Sed quanti actus, aut ſententiæ confor- 123
mes requirantur ad hoc, ut judicandi conſuetudo introducta dicatur, videamus. Aliqui docent tres, vel quatuor actus requiri, *per text. in cap. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſion. & propriet.* Theſaurus *in præfat. deciſion. n.* 33. *verſic. Quod ſi ter, aut quater.* Davallius *in part.* 2. *D. Thomæ, tract. de legib. quæſt.* 7. *artic.* 2. Monteſin. *in part.* 2. *Divi Thomæ, tom.* 2. *diſput.* 23. *quæſt.* 13. *n.* 224. Barboſa *in l. poſt dotem, n.* 47. *ff. ſolut. matrim.* Caſtillo *controverſ. lib.* 5. *cap.* 89. *n.* 97. *in fin.* Communis tamen ſententia, à qua non eſt recedendum, tenet, binam judicaturam conſuetudinem inducere judicandi, ex ratione text. *in l.* 3. *Cod. de Epiſcopal. audient. cap. ex parte, de conſuetud.* Baldus *in l. de quibus, verſ. ſed quare, ff. de legib.* Franchis *deciſ.* 91. *n.* 16. Cabedo *deciſ.* 212. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 24. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 427. *n.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 157. *n.* 23. Gutierrez *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 78. Garcia *de nobilit. in diviſion. oper. n.* 57. Lara *de anniverſar. & capellan. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 49. Tapia *deciſ. Suprem. Senat.* 7. *num.* 13. Valenzuela *conſil.* 104. *num.* 43. Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *n.* 55.



& *deciſ.* 245. *num.* 18. & *deciſ.* 398. *num.* 28. Xammar *de offic. judic. part.* 1. *q.* 15. *num.* 79. & *definit.* 17. *rerum judicatar. part.* 1. *n.* 28. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 745. *n.* 20. Larrea *allegat.* 23. *n.* 27. & *deciſ.* 47. *n.* 13. Genſius *deciſ.* 9. *n.* 11. Bovadilla *in politic. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 4. Fermoſin. *ad rubr. de conſuetud. q.* 1. *n.* 52. Ripoll *in additionibus ad praxim Peguer. rub.* 24. *n.* 29. & *de magiſtratib. cap.* 17. *num.* 19. Dexart *deciſ.* 100. *n.* 12. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 3. *num.* 37. D. Creſpì *obſervat.* 1. *num.* 114. & *obſervat.* 42. *num.* 17. D. Matheu *d. cap.* 12. §. 1. *num.* 93. & 94. Cardinal de Luca *de beneſic. diſcurſ.* 67. *n.* 7. & *de feudis, diſcurſ.* 53. *n.* 6. & *de praeminentiis, diſcurſ.* 23. *n.* 3. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 44. & 45. Ad in-
124 ducendam enim conſuetudinem, ſufficiunt duo actus judiciales conformes, Jaſſon *in l. de quibus, ff. de legibus, num.* 51. Bellamer. *deciſ.* 65. Galla *deciſ. diverſor. Franciæ* 91. Balbus *deciſ.* 121. Cacheran. *deciſ.* 99. Rota Genuenſ. *deciſ.* 17. Ricc. *collectan.* 109. Angel. *in ſumma, verb. Conſuetudo.* Silveſter *in ſumma, verb. Conſuetudo.* Leſius *de juſtit. & jure, lib.* 2. *cap.* 6. *dubit.* 14. *num.* 10. Lorca *in part.* 2. *tom.* 2. *de legib. diſput.* 29. *membro* 1. Diana *reſolut. moral. part.* 6. *tractat.* 5. *de conſuetud. reſolut.* 1. *per tot.* Vivius *commun. opinion. lib.* 2. *opinion.* 75. *verſic. Conſuetudo ut inducatur*, Suarez *in theſauro receptarum ſententiar. verb. Conſuetudo, num.* 278. Paſqualig. *in quæſtionib. moralib. centur.* 2. *quæſt.* 144. *n.* 1. Fermoſin. *ad rubric. tit. de conſuetudin. n.* 2. *cum ſequentib.* Pirrhus Corrad. *in prax. beneſic. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 22. Et non ſufficit ad inducendam judicandi conſuetudinem, quod in una ex aulis Senatus, bis judicatum ſit, ſed requiritur, quod in
125 utraque aula bis judicatum reperiatur, ut conſuetudo judicandi poſsit introducta conſiderari, ut obſervant D. Creſpì *obſervat.* 42. *num.* 17. Antunez *de donationib. d. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 45. & 46. Simili modo non inducta poterit conſiderari judicandi conſuetudo, ſi in una quaque ex aulis,
126 ſemel judicatum extet, quia unicus actus reputatur, & iſte non ſufficit ad inducendam judicandi conſuetudinem, Bartol. *in l. de quibus, num.* 21. & *in repetit. num.* 13. Jaſſon *num.* 51. *ff. de legibus*, Menoch. *conſil.* 2. *à n.* 207. & *de arbitrar. caſu* 81. *n.* 2. Cortiada *d. deciſ.* 3. *n.* 34. Hæc quæ diximus de judicandi conſuetudine intellige ſolum de noſtro
127 Senatu, non verò de magiſtratibus inferioribus, quia iſtorum ſententiæ ſolum faciunt jus inter partes, quæ in judicio fuerunt, & nō inducunt judicandi conſuetudinem, Ripoll *in addition. ad praxim Peguer. d. rub.* 24. *n.* 25. D. Matheu *d. cap.* 12. §. 1. *n.* 95.

Conſuetudines legitimè præſcriptæ, non
contrariæ foris, & privilegiis, debent in 128
Regno obſervari tanquam lex, & juxta eas debet judicari, ex juris principio docente debere obſervari pro lege, & vim legis habere conſuetudines legitimè præſcriptas, *l. de quibus, ff. de legib. l.* 1. *ff. de aqua pluviæ arcenda, §. ſine ſcripto inſtit. de jure natur. gentium, & civil. l. cum delanionis, §. aurum, ff. de fundo inſtructo, l. ſi publicanus, in fin. l. licitatio, §. eadem, ff. de publicanis, l. quod ſi nollit, §. qui aſsidua, ff. de edilitio edict. l. numis, ff. de policitationib. l. ſine hærede, §. Lucius, ff. de adminiſtrat. tutor. l.* 1. §. 1. *ff. de albo inſcribendo, l. uſum aquæ, C. de aquæductu, l. ſi non ſpeciali, C. de teſtament. l. in totum, C. de ædificiis privat. l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetudo, cap.* 2. *de frigid. & maleficiat. cap. conſuetudo,* 1. *diſtinct.* Seneca *lib.* 5. *de beneſic. cap.* 2. Cujacius *lib.* 20. *obſervation. cap.* 1. Revard. *de auctorit. prudentum, cap.* 16. Anton. Govean. *in l.* 2. *ff. de vulgar.* Donel. *lib.* 1. *commentar. cap.* 10. Diana *reſolut. moral. tom.* 6. *tract.* 5. *de conſuetud. per tot.* Criſtin. *volum.* 4. *deciſ.* 212. *à n.* 42. Stephan. Naten. *juſtit. vulnerat. tit.* 9. *cap.* 1. *à n.* 5. Paſqualig. *in quæſtionibus moralibus, centur.* 2. *q.* 144. *per tot.* Fermoſin. *ad rubric. tit. de conſuetud. quæſt.* 1. *num.* 1. *cum ſequentib.* Gibalin. *tom.* 2. *ſcientiæ canonicæ, lib.* 6. *cap.* 1. *cum ſequentib.* Gonzal. Tellez *ad text. in cap.* 1. *de conſuetud. n.* 9. D. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 62. Carol. Spadazæ *in theatr. viduil. diſquiſit.* 31. *n.* 34. Carolus Rota *de privileg. mulierum, cap.* 2. *n.* 95. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpecul. veræ juriſpr. lib.* 1. *diſc.* 1. *n.* 94. Cardin. de Luca *de beneſic. diſc.* 13. *n.* 11. Thomingius *conſ.* 14. *n.* 46. *volum.* 1. Caſtejon *in alphab. verb. Conſuetudo, n.* 23. & 24. Antunez *de donation. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 8. *n.* 20. Pechii *de aquæductu, tom.* 2. *cap.* 5. *q.* 1. *num.* 30. & 31. Carpzovius *de lege regia, cap.* 6. *ſect.* 9. *num. ultim.* Caponi *tom.* 4. *diſceptat.* 262. *n.* 16. Torecilla *en la expoſicion de las propoſiciones, trat.* 4. *de benef. conſulta* 1. *n.* 28. Fori noſtri in ſui principio, nihil
aliud fuerunt, quam conſuetudines non ſcri- 129
ptæ, introductæ tanquam jus non ſcriptum, & ne illorum memoria facilè amitteretur, conſcripti fuerunt, & ex conſuetudinibus, facti fuerunt fori, ut probatur *ex foro* 1. *in proœm. foror.* ibi: *Si coſtumes non eren poſſades per ſcrit, porie ſer entre aquells que pledechen gran confuſiò, è per açò aqueſtes coſtumes fem metre en ſcrit, &c.* Docet D. Matheu *de regim. cap.* 2. §. 5. *n.* 57. D. Creſpì *obſervat.* 1. *num.* 166. Et equum eſt, quod conſuetudines legitimè in-
troductæ, etiam ſi ſcriptæ inter foros non in- 130
veniantur, tanquam leges obſerventur, & in hoc ſtatutis, & foris noſtris equiparentur, ut docet Fermoſinus *tit. de conſuetud. quæſt.* 4.

n. 16. Fulgin. de jure emphiteut. tit. de renovationib. q. 1. n. 35. Conſuetudo enim equiparatur, non ſolum ſtatuto, ſed etiam privilegio, cap. ad apoſtolic. de ſimonia, Seſsè de inhibitionib. cap. 8. §. 3. n. 138. Antunez de donationibus, tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 33. n. 28.

131 Intellige tamen hæc quæ docemus, quādo
conſuetudo nō eſt cōtra foros, & privilegia,
nam ſi contrariaretur foris, & privilegiis Regni, non deberet juxta cōſuetudinē judicari, quia improbatur conſuetudo, contra foros, aut privilegia, For. 4. 5. & 6. rub. ſi contra jus aliquid fuerit impetratum, For. 1. in proœm. foror. Tarazona inſtit. foral. lib. 1. tit. 3. verſic. no poden. D. Matheu de regim. cap. 6. §. 1. n. 25. D. Creſpì obſerv. 1. n. 284. Niſi conſuetudo immemorialis eſſet, quia tunc ſtandū eſſet con-
132 ſuetudini, & non foro, ex eo, quod licet forus
improbet conſuetudinem, non improbat cōſuetudinem immemorialem ſpecificè, ut notant D. Matheu d. cap. 6. §. 1. n. 25. D. Creſpì d. obſerv. 1. n. 277. Undè ſolum erit impermiſſum allegare conſuetudinem ordinariam contra forum, non veró immemorialem, ut ipſe Creſpì notat ubi prox. D. Matheu d. cap. 6. §. 1. n. 25. & ipſe Creſpì obſerv. 1. n. 276. de quo latius egi n. 39. in hoc præludio.

133 Ut apud nos introducatur conſuetudo, ſufficit tempus decem annorum, cum ad inducendam conſuetudinem præter jus, juxta veriorem ſentētiam ſufficiat decenii tempus, ut probatur, ex l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, l. ſed ea quæ, ff. de legib. cap. vigilantes, de officio ordinarii in 6. cap. cū benefic. de præbend. in 6. docent Suarez de legib. lib. 7. cap. 15. Leſius de juſt. & jur. lib. 2. cap. 6. dubitat. 14. n. 47. & dub. 8. n. 25. Rebellus de oblig. juſt. par. 1. lib. 1. q. 15. n. 12. Gratian. diſcep. 395. Reginal. tom. 1. lib. 13. cap. 23. n. 247. Baldel lib. 5. diſp. 47. n. 13. Malder in par. 2. D. Tho. q. 97. art. 3. n. 1. in fin. Diana reſ. moral. par. 6. tract. 5. de cōſuetud. reſ. 2. & 3. Hunnius in encyclop. tit. de cōſuet. n. 25. Ciarlin. diſput. forenſ. cap. 15. n. 86. Granado in par. 2. D. Tho. controv. 7. par. 2. diſput. 16. ſect. 2. n. 9. Caſtropalao tom. 1. tract. 3. diſp. 3. punct. 2. §. 2. n. 9. Fermoſin. ad rub. tit. de conſuet. q. 1. n. 31. Gonzal. Tellez ad tex. in cap. 1. de conſuet. n. 11. Card. de Luca de benef. diſc. 30. n. 16. & 17. Ita Senatus ſententia per Daza die 14. Febr. 1625. inter Villam de Xerica, & Michaëlem Valero. Et ſi conſuetudo fuerit contra jus cōmune, non ſufficit tempus 10. annorū, ſed requiritur 40. annorū tēpus, Pirrhus Corr. in prax. benefic. lib. 2. cap. 6. n. 20. Moſtazo de cauſis piis, t. 1. lib. 2. cap. 11. n. 37. Requiritur etiam, quod actus quoad minus
134 duo fiant in diſcurſu hujus temporis, cum ad
inducendam conſuetudinem ſufficiant duo actus, ut jam diximus n. 124. qui quidē actus, dummodo ſint uniformes, ſufficient etiam ſi extrajudiciales fuerint, Suarez de leg. lib. 7. cap. 11. n. 2. Salas de leg. diſp. 19. ſect. 11. n. 93. Salazar de uſu, & habit. lib. 1. cap. 7. Donel. lib. 1. cōment. cap. 10. & ibi Oſvald. lit. H. Cujacius lib. 20. obſerv. cap. 20. Gordon. in ſumma, tom. 1. lib. 2. q. 14. cap. 5. n. 19. Ant. Faber in juriſprud. Papinian. lib. 1. princip. 11. illat. 1. Hunnius in encyclop. d. tit. de conſuet. n. 16. Fermoſin. ad d. rub. tit. de conſuet. q. 1. n. 52. Gibalin. in ſcientia canonica, tom. 2. lib. 6. cap. 2. per tot. Gonzal. Tell. ubi prox. Pirrhus Corr. in prax. benef. lib. 2. cap. 6. n. 23. & 31. Carol. Rota de privil. mulier. c. 2. n. 95. Et obſerva, quod conſuetudo, ſolum debet attēdi in caſu illo, & cū
circunſtantiis, quibus introducta reperitur, 135
quia etiam ſi fuerit Præter jus, non eſt extendenda, neq. de caſu ad caſum, aut de loco ad locū, aut de perſona in perſonā, l. 3. §. ſi quis hoc interdicto, & ibi Bartol. ff. de itinere actuq. privato, l. jus ſingulare, l. quod vero contra, ff. de leg. Purpurat. conſ. 522. n. 12. Salas de leg. diſp. 19. ſect. 14. n. 10. Menoc. de retin. poſſ. remed. 5. n. 62. Mantica deciſ. 284. n. 6. Ant. Gabr. tit. de præſcrip. concl. 2. Paſqualig. in qq. moral. cent. 1. q. 77. n. 4. Fermoſin. ad rub. de cōſuet. q. 3. n. 10. & 11. Ita Senatus ſententia per Caſes die 14. Octob. 1629. inter Joannam Canet, & D. Guitart. Idem de ſtyllo tradunt cōmuniter DD. denegantes extentionem illius, de caſu ad caſum, aut de loco ad locū, Amiden. de ſtillo dat. lib. 1. cap. 38. n. 35. Card. de Luca de benefic. diſc. 13. n. 8. diſc. 29. n. 23. diſc. 30. n. 12. & diſc. 65. n. 16. & de jure patron. diſc. 22. n. 6. & de parochiis, diſc. 38. n. 20. Fulgin. de jure emphiteut. tit. de renovationib. q. 6. n. 9. Carpzovius in juriſprudent. foren. 2. par. conſtitut. 44. definit. 12. n. 2.

De Principis poteſtate circa revocationē 136
conſuetudinis, multa poterant tradi, quæ non ſunt inſtituti noſtri, ſolū nequit omitti, quod ſi fuerit conſuetudo interpretativa fori, cum iſta conſuetudo ſit ipſe forus, ſicut Dominus Rex non poteſt foris derogare, non poterit conſuetudini interpretativæ, D. Creſpì d. obſerv. 1. n. 165. Si verò cōſuetudo fuerit præter foros, inſpiciēdū eſt, an fuerit temporalis, an immemorialis, ſi tēporalis fuerit, poterit abſque dubio à Domino Rege derogari, etiam extra Curias generales, quia & ſi cōſuetudo
ſtatutis equiparetur, & quoad obſervationē, 137
parem vim habeat, & ſit veluti quædam municipalis lex, tamen non eſt lex pactionata, neque in Curiis generalibus cum interventu, pecuniæ facta, & cauſa irrevocabilitatis deficiente, poterit à D. Rege revocari, ut docet D. Creſpì obſerv. 1. n. 163. cū ſeqq. Certū enim eſt in jure, Principē poſſe cōſuetudinē abrogare, lege ſtabilita, l. 1. §. ſed & hoc, C. de veteri jure enucleand. cap. 1. de conſtitut. in 6. cap. cum conſuetudin. de conſuetud. Diana

re-



reſolut. moral. d. tom. 6. tract. 5. de conſuet. reſol. 25. Fermoſin. ad tex. in cap. fin. de conſuet. q. 4. n. 15. Gonzal. Tell. ad tex. in cap. cum cōſuet. 9. de conſuet. n. 8. Quod à Principe, non debet fieri ſine magna cauſa, ut probat text. in l. 4. §. ingreſſum, ff. de officio proconſul. & legatis. D. Creſpì d. obſervat. 1. n. 168. Si conſuetudo immemorialis fuerit, videtur non poſſe revocari à Principe, ex eo quod majoris efficaciæ, quoad obſervantiam conſiderati debet immemorialis conſuetudo, quam fori, nam ut vidiſti, extante conſuetudine immemoriali, contra foros, prævalet illa, & ſi Princeps nequit in Regno ſtatuere contra foros, abſque Curia generali, & populi conſenſu, ut jam probavimus, neque poterit derogare immemoriali conſuetudini, quia ſi hæc potior eſt foro, ſi poteſtas Regia non eſt potens ad ſtabiliendum contra foros, minus potentes, neque erit potens ad ſtabiliendum contra conſuetudinem immemorialem magis potētem, ex regul. ſi vinco vincentem te, multo magis vincam te, l. de acceſsion. ff. de diverſis, & temporal. præſcript. l. equiſimum, ff. ad S. C. Tertil. Sed ſem per judico tenendum, poſſe Regem
138 derogare conſuetudini, etiam immemoriali,
quia, & ſi potentior ſit foro, & vim legis habeat, non eſt lex jurata, aut pactionata, & irrevocabilis, & perconſequens, non eſt potentior foro, quoad irrevocabilitatem, & deficiente nexu irrevocabilitatis, ceſſat omnis ratio ad hoc, ut non poſsit contraria revocari lege; benè verum eſt, quod ut cenſeatur revocata immemorialis conſuetudo, debet de illa fieri ſpecifica mentio, l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & ſtiva, cap. 1. verſ. niſi, de præſcriptionib. cap. final. eod. noſter Morlà in juris empor. tit. 6. q. 4. n. 3. Cancer variar. 3. par. cap. 3. n. 265. Salg. de regia prot. par. 1. cap. 1. prælud. 3. n. 153. Pereyra de manu regia, prælud. 3. n. 10. Fermoſin. ad rub. de conſuet. q. 4. n. 18. & 19. D. Matheu de regim. cap. 6. §. 1. n. 24. D. Creſpì obſerv. 1. n. 274. cum ſeqq.

139 Styllus Curiarum, juxta DD. cōmune placitum, vim legis habet, & ejus obſervātia eſt ſubſtantialis, talitèr, quod attendi debet in judicando, & juxta illum judicari, l. illud 19. ff. de excuſat. tut. l. fin. C. de emancip. liber. l. labeo, ff. de ſtatu liberis, l. fin. C. de injuriis, ibi: Sed in cæteris mos judiciorum, qui hactenus obtinuit, in poſterum ſervetur intactus. Cap. ex literis. de conſtitutionib. cap. quam gravi, de crimin. falſi, cap. literas 2. de jurament. calum. clement. ſæpè, §. quia de verb. ſignific. Bald. in d. l. illud 19. ff. de excuſat. tut. Afflictis deciſ. 135. n. 3. Caravit. ritu 1. num. 23. Balbus deciſ. 29. Ricc. collectan. 1206. Afflict. deciſ. 343. n. 4. Chriſtophor. de Paz in proœm. legum ſtyl. n. 94. Menoch. conſ. 187. n. 4. Gracian. diſcept. foren. cap. 100. n. 6. cap. 154. n. 18. & cap. 191. n. 15. D. Leon tom. 1. deciſ. 25. n. 4. Capic. Latro ſelect. conſ. 83. n. 41. Rovit. deciſ. 28. n. 4. & conſ. 18. n. 4. Pareja de inſtrum. edit. tit. 2. reſol. 3. §. 1. n. 16. & tit. 2. reſol. 5. n. 59. & tit. 6. reſol. 3. n. 145. Burat. deciſ. 148. n. 6. & deciſ. 417. à n. 6. Naten juſtit. vulner. par. 2. tit. 9. cap. 1. per tot. Fermoſin. ad rub. tit. de conſuet. q. 6. n. 2. Valenſis in paratit. ad tit. de conſuet. §. 4. de ſtyl. n. 2. Pereyra deciſ. 97. n. 1. Merlin. deciſ. 340. n. 2. Zachias de ſalario, q. 9. n. 28. Pegas reſol. foren. cap. 14. n. 122. cum ſeqq. D. Matheu de regim. cap. 10. §. 4. n. 82. & cap. 11. §. 6. n. 4. & cap. 12. §. 2. n. 178. D. Creſpì obſerv. 1. n. 46. Pirrhus Corrad. in prax. diſpenſat. lib. 7. cap. 5. n. 10. Caponi tom. 4. diſcept. 261. num. 25. Theodor. Amiden. de ſtyllo datar. lib. 1. cap. 38. n. 7. Torrecilla ſobre las propoſiciones, tratado 4. de beneficios, conſulta 3. num. 5. Quod procedit, etiam ſi fuerit introductus ſtyllus, contra juris diſpoſitiones, quia, & ſi aliqui voluerint, quod ſtyllus contra legem, non debeat obſervari, per text. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, Barboſa in l. cum prætor, §. 1. n. 285. cum ſeqq. ff. de judiciis, Valaſc. allegat. 76. n. 71. Grivel. deciſ. 17. n. 14. Larrea part. 1. deciſ. 29. n. 19. & 2. part. deciſ. 100. num. 6. Ganaverro conſ. 6. artic. 2. num. 85. Leita de jure Luſitan. tract. 1. q. 6. n. 20. tom. 1. Pegas reſolut. forenſ. cap. 1. n. 19. & 20. Et tantum ſibi locum vindicare ſtyllum tradant, quando lex deficit, Barboſa in collect. ad text. in cap. conſuetudo 5. diſtinct. 1. n. 4. Cabedo part. 1. deciſ. 22. n. 5. Fontanel. de pactis nuptialib. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 4. n. 98. Pegas ubi prox.
n. 21. Tamen communis opinio DD. tenet, 140
quod debet ſtari judiciali ſtyllo, etiam contra diſpoſitionem juris communis introducto, l. ſi quando, in fine, C. de jure jurando, §. final. inſtit. de ſatiſdationib. cap. ex literis, de conſtitutionib. Bald. conſil. 353. lib. 1. n. 3. Cravet. de antiquit. tempor. part. 4. cap. 1. n. 36. Menoch. conſil. 282. n. 27. Ferrer part. 1. obvat. cap. 505. Gratian. deciſ. 237. à num. 18. Valenzuela conſil. 94. n. 40. & conſ. 182. n. 30. Giurba deciſ. 68. n. 13. & 14. Noguerol. alleg. 11. n. 26. Scacc. de appellationib. q. 20. n. 1. Cap. Latro deciſ. 30. n. 19. & deciſ. 74. n. 17. Tapia deciſ. 12. n. 6. Leoncil. deciſ. Ferrar. 12. ex n. 7. Maſtrill. deciſ. 134. n. 4. D. Creſpì obſervat. 10. n. 46. Salcedo in theatr. honor. gloſ. 17. n. 9. Amiden. de ſtyllo datar. dict. lib. 1. cap. 38. n. 29. Sed non intelligas doctrinam
iſtam, reſpectu fororum noſtrorum, nam ſi- 141
cuti conſuetudo, ita neque ſtyllus contra illos induci poteſt in contrarium, niſi eſſet immemorialis, ut jam ſatis probavimus, n. 131. & 132. Ita Senatus ſententiæ per Alreus, die 13. Julii 1530. Eodem modo ſi ſtyllus contra
conſuetudinem induceretur, prævalebit, 142
& ei ſtandum erit, & non conſuetudini,



Gui-

Guido Pap.*deciſ.*292. Ricc. *collect.*1216. Fermoſin. *ad rubr.de conſuet. q.6.n.*4. Tanta ita-
143 que eſt ſtylli vis, quanta legis, aut conſuetudinis, & ſicuti ſententia lata cõtra legem, nulla eſt, ita ſententia cõtra ſtyllum lata, nulla erit, *l. prolatam, C.de ſentent.& interl.*ibi: *Prolatam à præſide ſententiam, contra ſolitum judiciorum ordinem, auctoritatem rei judicatæ non obtinere, certum eſt.* Guido Pap. *deciſ.* 292. Rebuf.3. *tom.ad conſtit. Regn.tit. de conſuet. art.2. gloſ.* 13 .*n*.44. Caſſaneus *conſ.68. n.*57. Ricc. *collect.* 794.*& coll.* 1206. Vancius *de nullit. n.68.fol.* 283. Caravit.*ritu* 1. *n*.1. Giurba *deciſ.68. n.*4. D.Leon *tom.*1. *deciſ.25. n.5.& tom.2. in juris reſp.poſt deciſ.*123. *n*.87. Novar. *ſuper pragm. Neapolit.tit.de offic. jud. pragm.7. colum.5. per tot.* Naten *juſtit. vulner.par.2.tit.9. cap.1. per tot.* Fermoſin.*ad d.rubric. q.6. n.*3. Salcedo *in theatro honor. d.gloſ.17. n.*11. Rocco *de offic. rub.17.* §.3. *n*.5.

144 Sed hoc non eſt generale, nam & ſi ſtyllus Tribunaliũ, ſuperiorũ, vim legis habeat, reſpectu etiam inferiorum Tribunalium, ubi cõſuetudo legitimè præſcripta contra ſtyllum non reperitur, tamen in Curiis inferioribus
145 debet obſervari pro lege ſtyllus, tantum in illaCuria, ubi introductus reperitur, D.Math. *de regim. cap.*12. §.2. *num.*178. Neque ſtyllus unius Curiæ, eſt ad aliam Curiam extendendus; imò ſtricta, & odioſa debet eſſe illius interpretatio, Cravet.*de antiq.temp. part.4. in princip.à n.*42. Flamin.*de reſign. benefic. lib.* 3. *q.18. n.*76. Paſqualig. *in quæſt. moral. cent.* 1. *q.77. n.*4. Naten *juſtit. vulnerat. tit.9. part.2. cap.3. n.*1. Giurba *deciſ.49. n.*27. Fermoſin. *ad rub.de conſuet.q.6.n.*8. Theod.Amid. *de ſtyllo dat. cap.38. lib.1. n.*10. Card.de Luca *diſc.*43. *de feud. ſub n.*12. Et hæc eſt una ex principalioribus differentiis inter ſtyllum, & cõſuetudinem; conſuetudo enim eſt generalis lex, & extendit vires ſuas generaliter ad omnia tribunalia; ſtyllus vero nihil eſt aliud, quã par-
146 ticularis conſuetudo judicialis alicujus tribunalis, ſive, ut proprius loquar, praxis admiſſa in aliquo tribunali, quoad judiciaria, *cap. quã gravi, de crim.falſi.* Felinus *in cap.2. n.18. de præſcript.* Paz *in rub. ad leges ſtylli.* Menoch. *lib.2. præſumpt.*8. Valenſis *in paratil.ad tit.de conſuet.* §.4.*n*.3. Fermoſin. *ad rub. de conſuet. q.6. n.1.&* 18. Salcedo *in theat. bon. d.gl.*17. *n*.10. Gonzal.Tell. *ad tex. in cap. venerabilis, de confirm. util. vel inutil. n.*7. Theod.Amid. *de ſtyllo datar. d. lib.1. cap.* 38. *n*.2.

Debet etiam ſtyllus probari, ut ei poſsit
147 ſtari, & communiter docent DD. quod ſi ſtyllus fuerit, quoad deciſoria litis, debet probari teſtium depoſitionibus, & parte citata, ut in noſtra praxi fit in probatione ſtylli ſubſcriptionis ſcripturæ privatæ per depoſitiones teſtium deponentium de nota manu ſubſcribẽtis, per verbum videtur; quoad ordinatoria vero judicii, non eſt neceſsè, quod ſtyllus judicialiter probetur, ſed ſufficit, quod judex ſe extrajudicialiter informet de ſtyllo, ex cauſidicis, & notariis, & aliis curialibus ſtyllum ſcientibus, ut docent Farinac.2.*par.deciſ.*468. *n.7. & deciſ.301. n.7. & deciſ.725. n.5. & deciſ.644. n.4. & in reportor. judic. q.* 82. *n.* 11. Rota Genuen. *deciſ.*206. Ricc. *collectan.*794. Magon. *deciſ. Lucenſi* 87. *n*.19. Valenſis *d.* §. 4.*n*.4. Fermoſin. *ad rub.de conſuet. d.q.6.n.*14. Franciſcus de Angelis *de confeſſ. lib. 2. q.*46. D.Creſpi *obſerv.10. n.55.& obſervat.27. n.*8. Amiden. *de ſtyl.datar.d.lib.1.cap.38. n.13. &* 14. Cardinal. de Luca *de feudis, diſc.53. n.*5. Licèt tàm in ſtyllo quoad deciſoria, quàm quoad ordinatoria vellit D. Matheu *de regimin.cap.*10. §.4.*n*.82. Quod non eſt neceſsè, ut probetur, ſed ſufficere quod allegetur, & quod judex ſe informet, & adhuc vult nõ eſſe præciſsè, quod allegetur, ſed quod judex debet inquirere illũ, ut probat ex Maſcar.*concl.* 423. Seſsè *deciſ.92. n.*7. quibus adde Fermoſin.*d. q.6. n.*12.

Deficientibus diſpoſitionibus foralibus, &
omnibus illis, quæ ut diximus; ſequi debent in 148
Regno tanquam leges in judicando, debet recurri ad rationem naturalem, & judicari juxta eam, *For.* 1. *in proœm. foror. in fin.* ibi: *Volem que lla hon aqueſtes coſtumes no porràn abaſtar, aquells que jutgaràn puixen leerivament recorrer à natural ſeny, ea egualtat. For.*4. *in proœm.foror.* ibi: *E en aquelles coſes que fur no baſtara, ſia recorregut à ſeny natural, &c.* Belluga *in Specu. Princip.rub.*11. §.*hiis igitur n.*3. Cerdan de Tallad. *in veriloq. cap.1.* §.1. Morlà *in juris empor. par.1. tit.1. q.16. n.*13. D.Leon *deciſ.4. n.2. in fin. & deciſ.12. n.13. & deciſ.* 107.*n*.20.*lib*.1. D.Matheu *de regim. cap.1.* §.2. *n*.11. Cortiada *tom.1. deciſ.* 24. *n.* 190. D.Creſpì *obſerv.9. n.*5. Hæc ratio naturalis, ad quam juxta forum recurri debet, nihil aliud eſt, quam jus commune, quod equi-
tate, & ratione, & non voluntate nititur, & 149
ideò recurri debet in Regno ad jus cõmune, non tanquam ad leges, & jura, ab habentibus poteſtatem legem faciendi condita, ſed tanquam ad rationem naturalem ſcriptã, Belluga *ubi prox.n.*3. Morlà *d. q.16.n.*13. D.Leon locis proxim. citatis, *& deciſ.* 55. *n.* 16. Bardax *de offic. Gubernatoris, 1. part. q. 1. n.5. & in foro 5. n.5. de advocatis.* Monter *deciſ.11. n.*4. Portoles *in additionib. ad Molin.* §. *forus, num.* 1. Cenedo *collectan.70. ad decretal. n.*4. Curia Philip. *par.*1.§.8.*n*.14. Carav.*ritu* 265. *n.6.* Cuenca *in addition. ad Niño ad Albaran. lit.E.n.*11. Dexart *in cap.3. à n.4. de capitulo cartæ local.* Suarez *de legib. lib. 3. cap. 8. n.* 7. Sanchez *de matrim. lib.7. diſput.* 87. *num.* 29. Caſtropalao *in opere moral. part.* 1. *tractat.*





3.*de lege in communi, diſp.1. punct.22.* §.1. *n.* 8. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.611. n.*23. Pareja *de inſtrum. edit. tom.1. tit. 2. reſol.6. ſpecie* 1. *n*.150. Gordon. *in Theol. Moral. tom.1. lib. 2. q.9. cap.3. n.*13. Granado 12. *contract. tract.3. pa.1. diſp.3. ſect.3. n.*3. Diana *part.5. tract.* 14. *miſcelaneo, reſol.* 69. D.Matheu ubi prox. Fermoſin.*ad rub. de conſtit.q.4. n.31. cũ ſeqq.* Cortiada *d. deciſ.* 24. *n.* 186. *cum ſeqq.* D.Creſpì *obſerv.9. n.*5. Et concurrente juris
150 Canonici, & Civilis conſtitutione, prius ad equitatem canonicam recurrendum eſt, quam ad jus Civile, & ſi Canonica conſtitutio non reperiatur, tunc ad jus Civile recurri debet, ut docent Belluga *d.rub.*11.§. *hiis igitur, n.*3. Morlà *d.tit.1. par.1. q.16. n.* 13. D.Leon *deciſ. 4. n. 2. & deciſ. 55. n. 16. tom. 1. & deciſ.* 136.*n*.18. *tom*.2. Ferrer 3.*par.obſerv. cap.*20. Oliban.*de actionib. par.1. lib.3.cap.2.n.22. &* 23. Rebuf. *in proœm. ordination. gloſ.5. n.* 20. *&* 21. Caſſaneus *conſ.63. n.24. &* 25. Rodriguez *de examinand. proceſſ.cap.10. n.*23. Fontanel. *deciſ.12. n.2. par.*1. Seſsè *deciſ.92. n.9.* Ripoll *de regal. cap.39. n.* 70. Ramon *conſ.3. n.*121. Xammar *de offic. iud.par.1. q.16.n.39. & definit.1. n.7. & definit.19. n.29. par.*1. Peguera *deciſ.69.n.6.* D.Matheu *dict.*§.2. *n*.12. Fermoſin.*ad tex. in cap.15. de teſt.n.*22. Cortiada *d.deciſ.24.n.184. cum. ſeqq.* D. Creſpì *d. obſerv.9.n.*5. Niſi tractaretur de computandis gradibus conſanguinitatis quoad ſucceſsionem, nam tunc prius recurrendum eſt ad jus Civile, quam ad Canonicum, D. Leon *d. deciſ.4. n.* 16. D. Matheu *d.* §. 2. *n.* 12. Carol. Anton.de Luca *in prax.cap.* 19. *n*.15. Et menti tene, quod leges Civiles, & fori noſtri, & quælibet conſtitutiones Principum ſecula-
151 rium, juſtæ debent cuſtodiri, & eis ſtandum eſt, etiam in foro cõſcientiæ, ut multis adductis docent Caſtropalao *tom.3. diſp. 1. punct.* 14. *n*.2. noſter Salon *de iuſtit. & iure, tom.2. q.77. artic.1. controv.7. colum.mihi* 79. Valero *different. inter utrumque forum, verb. Lex, differ.7. n.* 3. noſter doctiſsimus Rocafull *in prax.moral.tom.3. lib. 1. de legib. cap.5. n.*21. Eſcaño *de teſtament. cap.2. n.*45. Belarm. *tom.* 1. *controverſ. lib. 3. de laicis, cap.* 11. Acuña *in cap. 1. n.4 diſtinct.* 4. Caſtejon *in alphabet. verb. Lex, n.*26. Carol. Rota *de privil. mulierum, cap.3. ſpecial.* 8. *n*.68. Moſtazo *de cauſis piis, tom.1. lib.4. cap.8. n.71. & tom.2. lib. 2. cap. 6. n.* 7. Torrecilla *en la expoſicion de las propoſiciones condenadas, trat.5. de juſt.& jure, conſult.15. n.*24. Idem tene de rubricis fororum continentibus orationem perfectã, quia rubricæ titulorum, tàm juris cõmunis, quam ſtatutorum particularium, ſi contineant orationẽ perfectã, poſſunt tamquã leges allegari ad deciſionẽ cauſarũ, Oſvald.ad Donel.*li.26. cõment.cap.2. lit.A.* Gotofr. *in l. 1. ff. de rebus cred.lit.E.* Merlin. *de legit. lib.3. tit. 1. q.8. n.* 37. Fachineus *controv. jur. lib.11. cap.67. tom.* 2. Velaſco *axiom.*522. Altogr. *conſ.86. n.15. lib.*1. Fagnan. *in cap. canonũ ſtatuta, n.42. in fin.de conſtit.* Capic. Galeota *lib.1. controv.2. n.* 12. Othobono *deciſ.* 269. *n.* 17. Olea *de ceſsione iurium, tit. 1. q. 1. n.* 5. Bondeni *de jure controverſo, colluctat.28. n.*92.

Si juris Canonici, aut Civilis cõſtitutio nõ 152
reperiatur, ad quam recurri poſsit, debet in Regno judicari, juxta leges, & conſuetudines vicinioris Regni, ſi caſus fuerit dubius, *cap. cum olim 6.de conſuet. cap. ſuper eo 22. de cenſib.* ibi: *Quod illud obſervare tenetur, quod in vicinis Provinciis obſervatur.* Docent Rebuf. *in comment.ad l.114. in fin. ff. de verb. ſignific. pag.*455. Valaſcus *de partitionib. cap.19. n.*11. Gonzal.*ad regul.8. cancella.gloſ.5.* §.7. *n*.119. Gutierrez *pract. lib.3. q.17. n.*215. Peregrin. *variar.lib.1. ad rubr.de offic. iud. ordinar. n.*7. Cabed.*deciſ.Luſit.* 211. *in fin. part.*1. Maſcar. *de interpret. ſtatutor. concl.1. n.*123. Coſta *de remediis ſubſidiar.q.70. illat.*4. Barboſ. *ad tex. in d.cap.6.de conſuet. n.5. & ad text. in d.cap. ſuper eo 22.de cenſib.n.*3. Fermoſin.*ad text. in cap.cum olim 6. de conſuet. n.*17. Solorzano *de iure Indiar.tom.2. lib.3. cap.5. n.*65. D.Creſpì *obſerv.9.n.*5. Gonzal. Tell.*ad text. in d. cap.6. de conſuet.n.11.& ad tex.in d.cap. ſuper eo 22. de cenſ. n.*2. D.Emman. de Vedoya *in ſpeculo veræ iuriſprud.lib.3. diſc.2.de maiorat.* Cathalon.*n.*33. Card. de Luca *de feud. diſc.51. n.*7. Quod intellige, quando non invenitur communis opinio Doctorum ad caſus deciſsionem, nam ſi inveniretur, non ſunt attendendæ leges municipales vicinioris provinciæ, quia
jure deficiente, communis DD. opinio faciet 153
jus, & ad illam uti rationem naturalem continentem recurri debet prius, quam ad leges exteras, Gomezius *ad l. 1. Tauri, n.9. ad fin.* Rodrig.*de examin. proceſ. cap.10. n.*34. Cevallos *com. contra com. in præf. n.* 30. Villalobos *in ſumma, par.1. tract.8. difficult.1. n.*15. Menoch.*de præſumption. lib.2. præſumpt.71. n.*1. Azor *inſtit.moral.par.1. lib.2. cap.*13. Xammar *de offic. iudic. part.1. q.3. per tot.* Fermoſin.*ad tex. in cap.15. de teſt. n.*26. Caſtejõ *in alphab. verb. Judex, n. 61. &* 62. Carolus Spadaza *in theat.viduil. diſquiſit.42. n.*41. Carpzovius *in iuriſpr. for.1. par.3. conſtit.11. diffin.*34. Hodie autem debemus ſequi præciſsè in judicã-
do, opinionem probabiliorem, omiſſa, & ne- 154
glecta minus probabili, prout extitit declaratum à SS. P. Innocentio XI. in 2. propoſitione ex noviter reprobatis, ut explicant latiſsimè P.Raymun. Lumbier *ſuper d.2. propoſitione, advertent.4. n.91. cum ſeqq.* & P.Martinus de Torrecilla *in expoſitione iſtarum propoſitionum, tratado 1. de matrimonio, y orden, propoſicion 2. conſulta 1. numer.* 126. *cum*

ſequentib. Sed obſerva, quod non ex multitudine Doctorum, probabilitas erui debet, ſed ex ratione juridica, qua fulcitur opinio, & pro indubitato teneo, quod opinio unius Doctoris, munita optima juris ratione, probabilior erit, opinione duorum loquentium abſque juris fundamento, *l. Deo auctore*, *C. de vetere jure enucleando*, ibi: *Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius, & equius eſt judicatore, cum poſſet unius forſan, & deterioris ſententia, multos, & majores, aliqua in parte ſuperare.* Larrea *deciſ.66. num.* 20. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpec.veræ Juriſprud. in prologo ad lectorem, verſ.& cum multi.* Cardenal de Luca *de emphiteuſi, diſcurſ.* 3. *n.* 8. *& de dote, diſc.* 106. *n.* 6.

Vidiſti quo modo in Regno, & ſecundum
156 quas leges, & conſtitutiones debeant judices judicare, ſolum remanet advertere, quod in Regno non ſunt apices juris, & ſubtilitates attendendæ in judicando, imò ex bono, & equo, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſola facti veritate attenta judicandum eſt, *For. ſtabilim* 5. *& for.* 6. *rubric. de clamo non mutando*, ibi: *Stabilim, è ordenam, que en les Corts dels ordinaris, ò dels delegats del Regne de Valencia, ſia enantat, ſens tota figura de jubi, ateſa ſolament la veritat del feyt, è negoci, &c. For. cæterum* 7. *rub. de curia, & bayulo. Privileg.* 37. *fol.* 12. *D. Jacobi I. & Privileg.*65. *fol.* 19. noſter Morlà *in juris empor. part.* 1. *tit.*9. *quæſt.* 22. *num.* 6. D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 125. *num.* 34. D. Matheu *de regim. cap.*8. §. 6. *n.*9. *& cap.*10. §.1. *n.* 6. Dom. Creſpì *obſervat.* 32. *n.*19. Eodem modo proceditur de jure, in omnibus cauſis ſu-
157 per electionibus, poſtulationibus, vel proviſionibus, perſonatibus, dignitatibus, officiis, canonicatibus, vel prebendis, & quibuſcumque Eccleſiaſticis beneficiis, aut ſuper decimis, matrimoniis, & uſuris, *Clement. diſpendioſam* 2. *de judiciis*, Moneta *de decimis, cap.* 8. *n.* 41. Balboa *in repetitione ad text. in cap.* 1. *de libelli oblat. num.* 56. Barboſa *in collectan. ad text. in dict. Clementina diſpendioſam*, Anton. Graña *ad text. in cap. ignarus, de libelli oblat. n.*4. Fermoſin. *ad text. in cap.*1. *de libel. oblat. q.*1. *n.* 1.

158 Et in Regno Neapolitano, in Francia, Caſtella, Luſitania, & aliis Regnis, eodem modo proceditur, & judicatur, ut docent Regens Tapia *ad jus Regni, lib.* 3. *de judiciis ſummariis, & ſummariſſimis, ad cap. De les tales, fol. mihi* 233. Carocius *deciſ.* 55. Joannes Anton. de Palma *ad pragmat. quæſt.*1. *in tit. de ordine judiciorum, in ſuo diverſor. gloſ.* 5. *num.* 7. Regens Rovito *ad dict. pragmatic. n.* 3. Merlin. *centur.* 2. *controverſ.* 97. Regens Sanfelicius *in prax. judiciar. ſect.* 1. *per tot.* Morlà ubi proxim. Azevedo *in l.*10. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopil.* Valenzuela *conſil.* 70. *num.* 99. Bovadilla *in ſua politica, tom.*1. *lib.*2. *cap.* 21. *num.* 134. Guzman *verit. juris* 36. *num.* 73. Carolus de Graſalis *lib.* 1. *Regaliarum Franciæ, jure* 7. *verſ.* 2. Marquez *lib.* 1. *Gubernat. cap.* 20. *fol.* 120. Vela *diſſertat.* 42. *à num.* 75. Themut. 1. *part. in præfat. n.* 11. Pereyra *deciſ.* 15. *num.* 1. Mendez à Caſtro *in prax. Luſitan.* 1. *part. lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. *n.* 4. *& lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 38. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 2. *num.* 35. Carolus Rota *de privilegiis mulierum, cap.* 3. *ſpecialit.* 4. *n.* 51. Caſtejon *in alphabeto, verbo Judex, n.*60. Idem communiter traditur de Regiis, & Su-
premis Senatibus, in quibus ſemper judicari 159
debet, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſola facti veritate attenta, etiam independenter à lege municipali diſponente, quod ita judicetur, Bartol. *in l. Emilius, circa fin. ff. de minorib.* Craveta *conſil.* 198. *num.* 7. Gramatico *deciſ.* 19. *num.* 3. Roland. à Valle *conſil.* 70. *num.*17. *volum.* 1. Reminald. Junior *conſil.* 42. *num.* 4. *lib.* 1. Cartar. *deciſ.* 21. *n.* 31. Bovadilla *in politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 134. Peguera *deciſ.* 17. *num. final.* Cancer *variar. tom.*2. *cap.*5. *num.*19. D. Leon *tom.*2. *deciſ.* 125. *n.* 34. Xammar *de offic. judicis, part.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 53. Fontanel. *deciſ.* 404. *num.*5. *&* 24. Amigant. *in prax. rubric.* 16. *num.* 28. *& rubric.* 9. *num.*61. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpeculo veræ Juriſprud. lib.*1. *diſcurſu* 4. *num.* 108. Carolus Spadaza *in* 2. *apparatu, num.* 184.

# CAPUT I.

## DE FERIIS.

### SUMMARIUM.

1 *Dies juxta aliquos computatus fuit ab ortu ſolis, ad occaſum.*
2 *Alii à veſpere computarunt.*
3 *Dies computatur ab Eccleſia, à veſpera in veſperam.*
4 *Dies legalis componitur ex vigintiquatuor horis, & durat à media nocte, uſque ad mediam noctem.*
5 *Dies omnes, aut feriati, aut juridici.*
6 *Juridici præſumuntur omnes dies, & qui ſint juridici.*
7 *Dies feriati, qui ſint, & in eis actus juridici abſque nullitate nequeunt fieri.*
8 *Feriæ, aut ſolemnes, & ordinariæ, aut repentinæ, ſive extraordinariæ.*

9



9 *Feriæ ſolemnes, aut ſacræ, honorariæ, aut neceſſariæ, & quæ ſint feriæ ſacræ.*
10 *Honorariæ Feriæ quæ ſint, ubi de die natalitii Principis noſtri.*
11 *Neceſſariæ feriæ ſunt meſium, & vendimiarum, & à quo tempore dabantur.*
12 *Repentinæ feriæ, quæ dicantur.*
13 *Ferias repentinas nullus judex indicere poteſt, ſed ſolum Princeps.*
14 *Ferias poteſt in noſtra Civitate indicere ipſa Civitas, quia habet Principis privilegium.*
15 *Prorrex, & Regius Senatus, indicere poſſunt ferias repentinas in Civitate noſtra.*
16 *Feriæ repentinæ indictæ in Civitate, non extenduntur ultra contributionem particularem Civitatis.*
17 *Feriæ neceſſariæ meſium, & vendimiarum à judicibus ſolebant aſſignari.*
18 *Dies feſti, ſunt feriati, & ad poteſtatem Eccleſiaſticam ſpectat dies feſtos ſtatuere, nempe ad ſummum Eccleſiæ præſulem.*
19 *Epiſcopus in ſua Diœceſſi poterat dies feſtos indicere de Sanctis Canonizatis, aut Beatificatis à Sede Apoſtolica, ſecus hodiè.*
20 *Poteſtas ſecularis, non poteſt dies feſtos tamquam ſacros inſtituere.*
21 *Poteſtas ſecularis, poteſt ob devotionem præcipere ſub pœnis quod ab operibus ſervilibus abſtineantur Cives aliquo in die, prout fit in villa Algeziræ, in diebus Divi Bernardi Martyris, & ſororum Gratiæ, & Mariæ.*
22 *Feriis inſtitutis in honorem Dei, non poteſt renunciari; ſecus inſtitutis in hominum honorem.* 23.
24 *Feriæ in honorem Dei rarò à Senatu noſtro habilitantur, quia ferè ſemper habilitatio fit exceptis colendis.*
25 *Feriatis diebus poteſt procedi in caſu neceſſitatis, ut ſi actio, vel res ſit tempore peritura, aut ſi reperiatur periculum, in mora, aut ſi juriſdictio ſit tempore peritura.*
26 *Cancellarius Regius poteſt diebus feriatis procedere.*
27 *Cauſæ Syndicatus, & reſidentiæ poſſunt diebus feriatis actitari, juxta opinionem aliquorum.*
28 *Cauſæ pauperum, & miſerabilium perſonarum, & aliæ pietatis poſſunt tractari diebus feriatis.*
29 *Item cauſæ carceratorum.*
30 *Item cauſæ ſuper alimentis, quod intellige de futuris, aut præſentibus, ſed non de preteritis.* 31.
32 *Item in cauſis dotis, & fiſcalibus.*
33 *Item in cauſis ſalariorum.*
34 *Item in interponenda appellatione.*
35 *Feriatis diebus in utilitatem hominum, proceditur in cauſis matrimonialibus, beneficialibus, & aliis quibus judicatur ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſed non in feriis in honorem Dei.*
36 *Voluntariæ juriſdictionis negotia, ut emancipatio, & manumitio, fieri poſſunt diebus feriatis, etiam in honorem Dei.*
37 *Item poſſunt tutores, aut curatores dari, dummodo ex inquiſitione non dentur.*
38 *Poſſunt etiam excuſationes tutorum allegari, & maior ætas probari.*
39 *Item decreta ad alienanda minorum bona poſſunt diebus feriatis obtineri, & quid de abſolutionibus.*
40 *Contractus, teſtamenta, tranſactiones, & quelibet inſtrumenta poſſunt diebus feriatis etiam in honorem Dei fieri, & poſſeſſio capi.*
41 *Feriatis diebus poſſunt dari collationes beneficiorum, diſpenſationes, cenſuræ, privilegia, & alia ſimilia.*
42 *Negotia juriſdictionis contentioſæ, etiam urgentia, & præciſſa, non expediuntur in Regno diebus feriatis, niſi judex habilitaverit dies.*
43 *Negotia juriſdictionis voluntariæ, quæ abſque figura judicii expediuntur, ut emancipatio, adoptio, & contractus, abſque habilitatione dierum expediuntur in Regno diebus feriatis.*
44 *Negotia voluntariæ iuriſdictionis, quę in iudicii figura expediuntur, ut decreta ad alienanda minorum bona, tutellæ decretationes, declarationes ſuccedendi, & maioris ætatis, non expediuntur diebus feriatis, niſi habilitatione præcedente.*
45 *Emparæ expediuntur, & intimantur diebus feriatis.*
46 *Mandata de non faciendis actis, ſolum expediuntur diebus feriatis habilitatione præcedente.*
47 *Ferias in honorem Dei non poteſt tollere conſuetudo, in honorem hominum poteſt.*
48 *Libellus ad petendam habilitationem feriarum.*
49 *Jurari iudicialiter nequit diebus feriatis.*
50 *Jurari extra iudicialiter, ad corroborandos contractus bene poteſt, etiam in feriis in honorem Dei.*
51 *Teſtes iurare non poſſunt diebus feriatis, in negociis iuriſdictionis contentioſæ.*
52 *Jurati diebus iuridicis, poterunt examinari diebus feriatis.*
53 *Feriæ loci iudicis, ubi jus redditur obſerva-*

va-

*vari debent ; & non loci rei conventi, aut actoris.*

54 *Reus exiſtens in loco, ubi feſtum collitur, nequit illo die citari , etiam ſi in loco judicii fuerit ille dies juridicus , ſecùs, è contra.*

55 *Feriæ computantur in dilationibus.*

56 *Feriæ Nativitatis Domini , & Paſchatis , non computantur in Regno , in dilationibus ad producendos teſtes , neque in decem diebus executivi pręcepti.*

57 *Feriæ repentinæ, & Nativitatis,& Paſchatis , extra caſus ſupradictos computantur in omnibus dilationibus , & in anno fatali , & à quo tempore currere incipiat annus fatalis.*

58 *Feriæ non computantur in dilatione,quando abſorbent totam , aut majorem partem dilationis , ubi deciſio Senatus.*

59 *Libellus nequit offerri, aut præſentari judici in Regno diebus feriatis.*

60 *Citatio, aut præceptum de citando,nequit apud nos fieri diebus feriatis.*

61 *Citatio facta die juridico , ad diem feriatam , invalida.*

62 *Citatio facta die juridico,ad tertium,vel quartum diem poſt citationem , ſi ille dies feriatus fuerit , debet citatus ſequenti die habili comparere.*

63 *Citatus ad diem feriatum non comparens, neque opponens exceptionem feriarum, non ſanat nullitatem actus facti in feria , ſi in utilitatem hominum ſit feria. Feriis cenſetur renuntiare comparens, & non opponens feriarum exceptionem, ibidem.*

64 *Executio inſtrumenti, non poteſt fieri in diebus feriatis in honorem Dei , ſecùs in feriis in utilitatem hominum in dictis.*

65 *In Regno ſecùs eſt, nam non niſi habilitatis diebus executiones fiunt virtute inſtrumenti.*

66 *Proteſtatio poteſt fieri , & notificari diebus feriatis.*

67 *Proteſtatio ſi ſit judicialiter nequit expediri , aut intimari diebus feriatis.*

68 *Actus illi , qui judicialiter , & extra judicialiter poſſunt fieri , ſi extra iudicialiter expediantur, fiunt diebus feriatis, ſi iudicialiter non ita.*

1 DIES diverſimodè computati fuerunt ; alii putarunt computandos eſſe ab ortu ſolis , uſque ad occaſum , Julius Lavorius *variar. lucubrat. tit.* 1. *cap.* 6. *n.*66. Tiraquel. *de utroque retract. gloſ.* 11. *n.* 3. Fermoſin. *ad text. in cap. quoniam* 2. *de feriis , quæſt.* 1. *n.* 23. Narbon. *in horographia iuris , hora* 5. *nu.* 7. Lanmeter *lib.* 2. *de veteri clericat. par.* 1. *cap.* 61. Giurba *ad conſuet. meſan. cap.* 2. *gloſ.* 15. *num.* 13. Caſtejon *in al-*
*phabet. verbo dies , num.* 1 Alii à veſpere nu- 2
merare ſolebant , Divus Chryſoſtomus in Matthæum *homilia* 81. Divus Auguſtinus *de Geneſi*, adverſus Maniqueos *lib.* 1. Julius Lavorius *d. cap.* 6. *à n.* 78. Fermoſin. *d. quæſt.* 1.
*num.*22. Et Eccleſia,quoad officia divina, nu- 3
merat dies à veſpera, in veſperam , *cap.* 1. *de feriis, clementina* 1. *de religioſis, cap.* 1. *de conſecrat. diſtinct.* 3. *cap. quod die* , 75. *diſtinct.* Covarruv. *variar. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 9. Surdus *conſ.* 558. *num.* 8. Azor *inſtitut. moral. lib.* 1. *cap.* 26. *quæſt.* 12. Sayrus *in clavi regia, lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 13. Anton. Monach. *deciſ. Lucen.* 32. *num.* 1. Barboſa *in collect. ad text. in cap.* 1. *de feriis, num.* 3. Filiucius *in opere moral. tract.* 27. *cap.* 11. *num.* 208. Diana *par.* 2. *tract.* 12. *de horis canonic. reſolut.* 39. Duran. *lib.* 5. *rationalis divini officii, rubr. de nocturnis.* Bonacin. *de horis canonic. diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 3. *propoſit.* 1. *num.* 2. noſter Trullench. *lib.* 3. *cap.* 1. *dubit.* 2. Latiſsimè Scobar *de horis canonic.* Leandro 2. *par. tract.* 16. *diſput.* 13. *quæſt.* 21. Fermoſin. *ad text. in d. cap. quoniam, quæſt.* 1. *num.* 4. Narbon. *in horographia juris , hora* 4. *num.* 14. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 1. *n.* 37. Ricciol. *lib.* 6. *variar. lucubrat. cap.* 9. Gonzal. Tellez *ad text. in cap.* 1. *de feriis, num.* 3. Julius Capon. *tom.* 3. *diſcept.* 208. *num.* 21. Cardinal. de Luca *in miſelan. diſcurſu* 42. *num.* 9.
Quoad inſtitutum noſtrum feriarũ, & obſer- 4
vationis feſtorum, dies componitur ex viginti quatuor horis,& incipit à media nocte , & uſque ad mediam noctem durat, & dies hoc modo computatus, dicitur legalis,aut civilis, *l. more majorum* 8. *ff. de feriis.* Tiraquell. *de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſ.* 11. Caſſaneus *in catal. glorię mund. par.* 12. *conſiderat.* 42. & 43. Cuyacius *lib.* 15. *obſervationum, cap.* 32. & *lib.* 27. *cap.* 27. Antonius Auguſtinus *lib.* 4. *emendationum , cap.* 13. Franciſcus Caſtrac. *de ſocietatib. officior. cap.* 62. Azeved. *in curia Piſana, lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. Oſvald. ad Donel. *lib.* 24. *commentarior. cap.* 6. *lit. F.* Cornelius Vitel. *de dierum, menſiumque obſervat.* Ripoll *variar. cap.* 5. *num.* 143. Fermoſin. *ad text. in d. cap. quoniam, quæſt.* 1. *n.* 19. Narbon. *in horographia, hora* 20. *num.* 1. & *hora* 24. *num.* 2. Gonzal. Tellez *ad tex. in d. cap.* 1. *de feriis, n.* 3. Cardinal. de Luca *in miſel. d. diſc.* 42. *num.* 4. *cum ſequentib.*

Ex diebus iſtis, alii feriati ſunt, alii juridi-
cì, *l. omnes dies* 7. *Cod. de feriis , l. omnes dies* 5
2. *Cod. Theodot. de feriis, l. ultima, Cod. Theodot. de ſpectaculis* , Barboſa *in collectan. ad tex. in d. l. omnes, Cod. de feriis , num.* 1. *cum ſequentib.* Arnold. Corvinus *in ſumma , Cod. lib.* 3. *tit.* 12. *de feriis*, Jacobus Gotofred. *in commentar. ad text. in d. l.* 2. *Cod. Theodot. de*





6 *feriis.* Juridici dies,dicuntur illi,in quibus judiciorum ſtrepitus ſilere non debet, ſed poſſunt lites agitari; & ſemper præſumitur dies juridicos eſſe , & dicenti , vel alleganti , aliquem diem eſſe feriarum,incumbit onus probandi feriam, *d. l. omnes* 7. ubi Gotofred. *lit. I. Cod. de feriis* , *d. l. omnes* 2. *Cod. Theodo. de feriis* , ubi alter Gotofred. Alexand. *conſ.* 147. *n.* 11. *volum.* 6. Marqueſan. *de commiſſionib. par.* 3. *cap.* 1. §. 1. *de cõmiſsione derogationis feriarum* , *foleo* 365. *n.* 52. dies feria-
7 ti,illi ſunt in quibus litium ſtrepitus cõquieſcere debet, & actus contentioſæ juriſdictionis geri non poſſunt, taliter, quod ſi de facto gerantur ſunt ipſo jure nulli, *l. omnes* 7. *l. final. C. de feriis, cap. conquæſtus de feriis*, Maranta *de ordin. judiciorum, par.* 4. *diſtinct.* 16. Spinus *in ſpecul. teſtamentor. gloſ.* 16. *n.* 110. Suarez *de religione, t.* 1. *tract.* 2. *lib.* 2. *de diebus feſtis, cap.* 30. *n.* 1. Scacc. *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 5. *à n.* 17. Burgius *de modo procedendi ex abrupto, quæſt.* 25. *n.* 1. Zangerus *de exceptionib. par.* 2. *cap.* 7. Gracian. *deciſ.* 144. *à n.* 1. Rubeus *practicar. reſolut. cap.* 3. *à n.* 223. Robertus *rerum judicatarum, lib.* 4. *cap.* 15. Peguera *deciſ.* 53. *n.* 3. Gizzarel. *deciſ.* 61. *n.* 3. Carocius *exception.* 7. Carraſco *ad ll. recopilat. cap.* 2. §. 2. Anton. Faber. *in ſuo C. tit. de feriis , definit.* 1. *cum ſequentib.* Maceratenſ. *variar. lib.* 3. *reſolut.* 49. *à n.* 14. Rota apud Farinac. *in poſthum. deciſ.* 90. *n.* 4. *par.* 1. Cardos *in prax. judicum, verbo proceſſus, n.* 11. Fagundez *in quinque Eccleſię præcepta, par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 22. Barboſa *in collectan. ad tex. in cap. conquæſtus de feriis, n.* 31. Fontanel. *de pactis nuptialib. tom.* 1. *clauſ.* 1. *n.* 26. Ripoll *ad praxim.* Peguer. *rubr.* 14. *n.* 144. Fragoſo *de regim. Chriſtian. Reipub. tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 14. *n.* 41. Salmunt. *ad memorabilia Panciroli, tit.* 10. *pag.* 179. Suelves *tom.* 1. *conſ.* 79. *n.* 3. Arnold. Corvin. *d. lib.* 3. *tit.* 12. *verſ. iiſdem diebus.* Marinis *lib.* 1. *reſolutionum, cap.* 118. Anton. Graña *ad tit. de feriis, n.* 14. & 15. Valenſis *in paratildis ad tit. de feriis, n.* 6. Fermoſin. *ad text. in d. cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 1. *n.* 41. Antonel. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 1. Gonzal. Tellez *ad text. in d. cap. conquæſtus de feriis, n.* 19. *cum ſequentib.* Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 57. Fagnan. *ad text. in d. cap. conquæſtus, n.* 1. *cum ſequentib.* Ricciol. *lib.* 6. *variar. cap.* 25. Almon Ciazz. *diſcept. criminal.* 1. *n.* 262. Franciſcus de Angelis *de confeſ. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 14. *num.* 8. Andreolo *controverſ.* 131. *n.* 2. & 3. San Felicius *deciſ.* 173. *n.* 1. Pignatel. *ad ſtatut. Ferrar. rubr.* 45. *n.* 7. & 8. Caſtillo *de alimentis cap.* 3. *n.* 19. Joſephus de Mel. *deciſ.* 58. *n.* 17. Franciſc. Bordonus *in opere moral. regular. tom.* 5. *prax. criminal. cap.* 65. *de citat. reor. n.* 21. Gizzarel. *deciſ.* 58. *n.* 12. ubi Baldax. de Angel. *num.* 4. Joann. Anton. *ab Eccleſ. obſervat.* 77. *n.* 27. & 28. Paſqualig. *deciſ.* 152. *n.* 3. Niger *de execut. rei judicat. cap.* 15. §. 5. *n.* 5. Paulus Meli *in obſervationib. ad Caſtill. cap.* 3. *n.* 13. Zacchias *de ſalario, quæſt.* 92. *n.* 1. & 2. Ventrigiol. *de diebus feſtis annotat.* 16. *num.* 4. & 31. Caponi *tom.* 3. *diſceptat.* 209. *num.* 36. Caſtejon. *in alphabeto, verbo dies, n.* 8. Carolus Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 79. *n.* 21. & 22.

Feriæ iſtæ , aut ſolemnes , ſeu ordinariæ
ſunt, quæ ſcilicet certo ſpatio quot annis re- 8
currunt , aut repentinæ, ſeu extraordinariæ; quæ ſubito,pro re nata,& eventu indicuntur, *l. ſed etſi per prætorem* 26. §. *ſi feriæ extra ordinem* 7. *ff. ex quibus cauſis majores, l.* 3. *Cod. de dilationib.* Carpzovius *in juriſprudent. forenſ. par.* 1. *conſtitut.* 3. *definit.* 22. Feriæ ſolemnes, ſeu ordinariæ,aut ſacræ ſunt,aut honorariæ, aut neceſſariæ;ſacræ feriæ ſunt dies cultui di-
vino dedicati, & iſti ſunt dies dominici, *l.* 2. 9
*l.* 7. *l. vltima , C. de feriis, l.* 1. & 2. *C. Theodoſ. de feriis, cap.* 1. *de feriis, for. la cort,* 9. *rubr. de dilationib.* ibi: *No menen alcuns pleits , als dies de Dimenges, &c.* Carpzovius *vbi proximè, n.* 3. Kalendæ Januarii, *d. l.* 7. *C. de feriis, d. l.* 2. *C. Theodo. de feriis.* Epiphania , dies natalis Domini, commemoratio Apoſtolicæ paſsionis, *d. l.* 7. *C. de feriis*, quindecim dies Paſchales, *d. l.* 7. *l.* 2. *l. actus* 8. *C. de feriis, d. l.* 2. *C. Theodoſ. eod.* quadrageſima, *l.* 6. *l. penultima, C. de feriis.* Aſcentionis dies,Nativitatis Joannis Baptiſtæ, omnium Apoſtolorum,Evangeliſtarum , feſtivitatis Beatiſsimæ Matris Mariæ, Sancti Salvatoris,Sancti Laurentii,Divi Vincentii,Mariæ Magdalenæ , omnium Sanctorum , Sancti Michaelis,& aliæ feſtivitates,de quibus fit menſio, *in cap. conquæſtus de feriis, for. la cort* , 9. *rubr. de dilationibus*, latiſsimè Arnold. Corvin. *in ſumma C. lib.* 3. *tit.* 12. *de feriis*, Barboſa *in collect. ad text. in d. cap. conquæſtus , num.* 1. *cum ſequentib.* Fermoſin. *ad eundem text. quæſt.* 1. Gonzal. Tellez *ibidem, n.* 1. *cum ſequent.*

Honorariæ feriæ, ſunt dies, quæ celebran-
tur , in Principis honorem , ut dies natalis 10
ejus , & dies in quo ſuſcepit imperium , *d. l. omnes* 7. *C. de feriis*, ibi: *Noſtris etiam diebus, qui vel lucis auſpicia, vel ortus imperii protulerunt, &c.* Arnold. Corvin. *d. lib.* 3. *tit.* 12. *de feriis, verſ. honorariæ* , Jacobus Gotofred. *in commentar. ad text. in d. l.* 2. *C. Theodo. de feriis, verſ.* 8. hujuſmodi enim dies venerabantur, *l.* 27. *Cod. Theodoſian. de palatinis*,& apud Gentiles erant magnæ feſtivitates, *l.* 30. *Cod. Theodoſ. de pratorib.*& præbitæ erant hiis diebus populo , ſcenizæ voluptates, *l.* 29. & 30. *C. Theodo. de pratorib.*& non ſine miſterio,& juſtiſsima ratione veneratur , & collitur in Regno noſtro, tanquam feria,dies natalis invictiſsimi noſtri Monarchæ Caroli II. ſexto

Novembris die,cum ut jam tradidi,mos celebrandi hanc feriam in jure deſcriptus reperiatur.Etiam erant feriæ honorariæ,dies natales urbis Romanæ , & Conſtantinopolitanæ, *d. l. omnes* 7. *C. de feriis*, ibi : *Hiis adiicimus, natalitios dies urbium maximarum, Romæ, atque Conſtantinopolis, in quibus debent jura differri, quia, & ab ipſis nata ſunt. d. l.* 2. *C. Theodo. de feriis*, ubi Jacobus Gotofred. *verſ.* 4. naſci enim dicuntur urbes, dum conduntur,Petrus Faber 1. *ſemeſtr.* 9. *pag.* 56. Arnold. Corvin. *ubi proxim.*

11 Neceſſariæ feriæ ſunt illæ,quæ propter humanas neceſsitates obſervantur, ut feriæ meſſium, & vindimiarum, de quibus fit mentio, *in l.* 1. 2. 3. & 4. *ff. de feriis*, menſium,& vindimiarum tempore non licebat in foro agere, & hiis feriis, geminos, ſive duos menſes imperatores aſsignarunt, *l. publicas, l. omnes, C. de feriis, l.* 2. *ff. eod. l.* 2. *C. Theodoſ. de feriis*, ibi : *Illos tantum manere feriarum dies facerit, quos geminis menſibus , ad requiem laboris , indulgentior annus accepit eſtivis fervoribus mitigandis, & autumis fœtibus deſerpendis* , & Imperator Theodoſius *in l.* 2. *C. de feriis* , conſtituit, quod feriæ meſis,à die octavo Kalendarum Julii , uſque ad Kalendas Auguſti durarent , & feriæ vindimiales concederentur, à decimo Kalendas Septembris,uſque in Idus Octobris, ibi: *Et à die octavo Kalendarum Julii, uſque in Kalendas Auguſti, meſis feria concedatur, & à Kalendis Auguſti , uſque in decimum Kalendarum Septembris agendarum cauſarum tribuatur licentia , à decimo autem Kalendarum Septembris , uſque in Idus Octobris, vindimialis feria concedatur.* Docent Conſulti *in l.* 4. *ff. de feriis , l. ſi in aliquam* 7. *ff. de officio pro conſulis , l. aut* 10. *ff. ad S. C. Turpilian.* Cuyacius *de præſcription. cap.* 13. Ricciol. *lib.* 6. *lucubration. cap.* 11. Vultejus *de judic. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 315. Salmunt. ad Pancirol. *tom.* 10. *pag.* 179. Montalvus *in l.* 1. *verbo ni de Julio, tit.* 5. *lib.* 2. *fori.* Borel. *tom.* 2. *deciſionum, tit.* 38. Robert. *rerum iudicat. lib.* 4. *cap.* 15. Jacob Gotofred. *ad text. in d. l.* 2. *C. Theodoſ. de feriis* , Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis , quæſt.* 6. *n.* 6. Anaſtaſius Germon. *lib.* 1. *Sacrorum, cap. penultimo*, Arnold. Corvin. *in ſumma C. lib.* 3. *tit.* 12. *verſ. neceſſariæ*, Gonzal. Tell. *ad text. in cap. final. de feriis , num.* 25. Solorzan. *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 26. *cum ſequentib.* Caſtejon. *in alphabet. verbo feriæ , num.* 6. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 79. *num.* 5. Carpzovius *in iuriſprudent. forenſ. par.* 1. *conſtit.* 3. *definit.* 22. *num.* 7. & 8. & hiis feriis ruſticalibus poſſunt uti,qui colligunt caſtaneas,aut alios fructus, & advocati, mercatores,& alii circa rem ruſticam occupari non ſoliti , qui prædia non habent , ubi panem , aut vinum colligant , Felinus *in cap. ultimo, num.* 12. *de judic.* Bald. *in l. ligni appellatio , §. lignorum, ff. de legat.* 3. Jaſſon *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de feriis*, Montalvus *ubi proximè*, Gregorius Lopez *in l.* 3. *verbo pan, y vino , tit.* 2. *par.* 3. Cota *in memorabilibus , verbo feriæ.* Scacc. *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 147. Theſaurus *deciſ.* 39. *n.* 10. Barboſa *in collectan. ad text. in cap. final. de feriis, num.* 36. Fermoſin. *ad text. in d. cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 6. *n.* 8. Arnold. Corvin. *d. lib.* 3. *tit.* 22. *verſ. quare.* Fagnan. *ad text. in cap. final. de feriis, num.* 36.

Repentinæ feriæ , ſeu extraordinariæ , dicuntur illæ, quæ ita caſu ferente indicuntur, 12
nulla certa lege,aut tempore ordinario incluſæ, quæ ideo extraordinariæ appellantur , *l. ſed etſi, §. ſi feriæ, ff. ex quibus cauſis majores*, & etiam repentinæ dicuntur, *l. ſive pars, C. de dilationib.* quia repentæ, cauſa emergente,ab Imperatore indicuntur, idque,vel in publica letitia, ut adeptæ victoriæ cauſa, *l. ſed etſi per prætorem* 26. *§. ſi feriæ extraordinem* 7. *ff. ex quibus cauſis majores* , vel ob terræ motum, Gelius *lib.* 2. *noctium aticarum , cap.* 28. vel in communi luctu, ut in tumultu clade accepta, funere Principis, Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. repentinæ* , vel alia ſimili cauſa interveniente letitiæ, aut luctus, *l.* 17. *C. Theodoſ. de paganis, & ſacriſiciis videndi*, Petrus Gregor. *ſintagmat. juris, lib.* 2. *cap.* 16. Roa *de ſacro, & profano, cap.* 5. Briſonius *in l. Dominico, C. de ſpectaculis* , Robertus *rerum. judicatar. lib.* 4. *cap.* 15. Oſvald. ad Donel. *lib.* 24. *commentar. cap.* 7. *lit. H.* Azor *inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 27. *quæſt.* 1. Rocin. *de antiquitatib. lib.* 4. *cap.* 3. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. Anton. Graña *ad tit. de feriis , n. final.* Theſaurus *deciſ.* 39. Germonius *lib.* 3. *de ſacrorum immunitate, cap.* 20. *num.* 16. & 20. Solorzan. *lib.* 1. *de jure Indiar. cap.* 7. *num.* 68. Arnold. Corvin. *ubi proxim.* Fermoſin. *ad tex. in cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 6. *num.* 4. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. final. de feriis, num.* 26. Carpzovius *in juriſprudent. forenſi, par.* 1. *conſtit.* 3. *defin.* 22. *n.* 4. & 5.

Jus indicendi, & concedendi ferias , apud 13
nullum judicem eſt , *l.* 4. *C. de feriis* , ibi : *A nullo judice præſumi debet , ut auctoritate ſua ferias aliquas condat , &c. forus nengun* , 11. *rubr. de dilationib.* ibi : *Nengun Jutge , no ſie tã oſat, que per ſa propria autoritat do, ne atorch feries.* Quod non eſt intelligendum abſolutè de omnibus feriis , ſed ſolum de repentinis, nam jus in dicendi ferias repentinas , vel propter palmam,quia hoſtis ſubjugatus fuit, aut quia Princeps uxorem duxit, vel alia ſimili de cauſa , ſolum apud Principem eſt , *l. ſed etſi, §. ſi feriæ , ff. ex quibus cauſis maiores, l. dies feſtos, l. à nullo, C. de feriis* , Bald. *in d. l. à nullo*, Petrus Gregorius *ſintagmat. iuris. lib.*



*lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 12. & 20. Camil. Borel. *in ſumma deciſion. tom.* 2. *tit.* 38. *num.* 46. Perez *ad l.* 1. *verſ. præterea ſunt , tit.* 7. *lib.* 3. *ordinamenti* , Bernard. Genue *ad practicam cameræ Imperialis, lib.* 1. *concluſ.* 53. *conſiderat.* 2. *num.* 3. Oſvald. ad Donel. *lib.* 24. *commentar. cap.* 7. *lit. E.* Anton. Faber. *in rational. ad text. in d. l.* 4. *ff. de feriis*, Maſtrill. *de magiſtratib. lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 187. Barboſ. *in collectan. ad text. in dict. l. à nullo* 4. *C. de feriis*, Anton. Graña *ad tit. de feriis, n.* 18. Arnold.Corvin. *in ſumma C. lib.* 3. *tit.* 12. *verſ. repentinæ* , Fermoſin. *ad text. in cap. final. de feriis, quæſt.* 1. *num.* 16. *cum ſequentib.* Gonzales Tellez *ad eundem text. num.* 18. *in fine.*
14 Fagnan. *ad ipſum text. n.* 36. & 76. in Regno, noſtra Civitas Valentina , quæ abundantiſsimis privilegiis potitur Regiis, habet mutuatum à Principe, jus indicendi has ferias. Privilegium 15. Regis Ferdinandi II. in corpore privilegior. *fol.* 219. D. Matheu *de regim. cap.* 4. §. 3. *num.* 32. Et hoc quotidie experimur videndo indicere ferias iſtas à Civitate
15 noſtra, quod pariter fit à D.Prorrege,& ejus Regio Senatu, nam etiam indicunt ferias repentinas , quia nomine Principis jus dicunt, cui ut diximus ſpectat ferias iſtas ſtatuere; licet enim Princeps Civitati noſtræ communicaverit hanc regaliam feriandi , non ſe abdicavit omnino illam, imò cum ea remanſit, cum regaliarum conceſsio ſemper intelligatur facta cumulativè,& non privativè, ut optimè obſervat D.Creſpì *obſervat.* 93. *num.* 25. Sed feriæ iſte repentinæ, ſive à Civitate noſ-
16 tra, ſive à Domino Prorrege , & Senatu Regio indicantur, ſolum operantur effectum in Civitate , & contributione particulari , ubi forentia ceſſabunt; in Civitatibus autem,Villis , & Univerſitatibus Regni , nullatenus prorrigẽt hujuſmodi feriæ effectus ſuos, quia in illis non publicantur, neque cuſtodiri debent aliæ feriæ , quam poſitæ in Kalendario ordinario,quod virtute Regii privilegii quot annis editur , & in eo deſcribuntur feſta , & feriæ , in quibus ab ſtrepitu judiciali ceſſari debet, feriæ vero, quæ in noſtra Civitate repentæ conſtituuntur,non admittunt extenſionem extra Civitatem , & ad aliam partem Regni,ut optimè ad intentum docuit Baldus *in l. præſides in princip. ff. de feriis* , Marcus Angel. Leone *in præparat. juris , par.* 1. *præparator.* 9. *num.* 79.

17 Feriæ neceſſariæ , ut meſis , & vindimiarum , licet à Principe indicerentur , non deſignabantur ab ipſo Principe,ſed à judicibus, preſides enim,& alii judices, ſecundum conſuetudinem regionis , aſsignabant tempora harum feriarum , & in regionibus , quibus frumentum , & vinum, citius maturatur , indicebant ferias opportuno tempore,non quia ipſi ferias darent,ut male oppinatur Fagnan. *ad text. in d. cap. final. de feriis, num.* 36. nam hoc erat Principi reſervatum,& Princeps ſolus indictas habebat has ferias, *l.* 4. *C. de feriis*, ſed quia præſides, & alii judices,pro loci qualitate , & conſuetudine decernebant, quibus temporibus, feriæ meſis, & vindimiæ à Principe indictæ , introhire , & finire debebant, *l. præſides* 4. *ff. de feriis, l. ſed etſi* 26. *§. ſi feriæ, ff. ex quibus cauſis majores, l. ſi aliam* 7. *ff. de offic. pro conſul.* explicant Julius Pacius *legum conſiliat. centur.* 1. *quæſt.* 82. Anton. Faber. *in rationali ad text. in d. l.* 4. Oſvald. ad Donel. *lib.* 24. *commentarior. cap.* 7. *lit. E.* Graña *ad tit. de feriis, num.* 18. Fermoſin. *ad text. in cap. final. de feriis , quæſt.* 1. *num.* 16. *cum ſequentib.* Jacobus Gothofred. *in l.* 2. *C. Theodoſ. de feriis , verſ. primo loco.*

Feſti dies de præcepto , quoad judicialia, 18
ſunt etiam feriati , ut optimè conſiderat , & probat Fagnanus *in d. c. final. de feriis, n.* 25. ſed ad poteſtates ſeculares non ſpectat feſtos inſtituere dies, cum ſolum ad Eccleſiaſticam poteſtatem ſpectet , *cap. conquæſtus de feriis*, Suarez *de religione , tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 4. *cum ſequentib.* Covarruv. *lib.* 4. *variar. c.* 19. *num.* 8. Thomas Uvaldus *in lib. de ſacramentalib. cap.* 142. Sotus *lib.* 2. *de juſtit. quæſt.* 4. *art.* 4. Fagundez *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. Azor *inſtitut. moral. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 25. Belarmin. *tom.* 1. *controverſ. lib.* 3. *de cultu Sanctorum, cap.* 10. *per tot.* Fermoſin. *ad text. in c. final. de feriis, quæſt.* 1. *num.* 11. *cum ſequentib.* noſter Trullench *in decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 1. *dubit.* 2. *per tot.* Gonzal. Tell. *ad text. in dict. cap. conquæſtus de feriis , num.* 18. *in fin.* Fagnan. *ad eundem text. num.* 27. *cum ſequentib.* Pontifex qui ſolus habet in orbe toto poteſtatis plenitudinem,& Eccleſiæ principatum, *cap. cuncta per mundum,* 9. *quæſt.* 3. *cap. propoſuit de conceſsion. præben.* poteſt dies feſtos inſtituere , in univerſa Eccleſia , *cap. conquæſtus de feriis , cap.* 1. *de conſecrat. diſtinct.* 3. *clement.* 1. *de reliquiis, & veneratione Sanctor.* Butrius *in cap. conquæſtus de feriis, n.* 27. Suarez *de religione, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. Ricciol. *lucubrat. lib.* 6. *cap.* 11. Trullench *ubi proximè.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. conquæſtus , quæſt.* 1. *num.* 1. *cum ſequentib.* Gonzal. Tell. *ad eundem text. num.* 18. Fagnan. *ad ipſum text. num.* 29. idem de conſilio generali habetur , *in cap.* 1. *de conſecrat. diſtinct.* 3. & docent Trullench, Fermoſin. & Gonzalez Tellez. Locis ſupracitatis, ubi explicant poteſtatem abrogandi feſta.

Epiſcopus in ſua Diœceſi tantum , poteſt
dies feſtos indicere , abſque ſpeciali faculta- 19
te, aut confirmatione Summi Pontificis, *dict. cap. conquæſtus, cap.* 2. *de feriis, cap* 1. *de conſecrat. diſtict.* 3. *Concilium Tridentin. ſeſſ.* 25.

de

*de regularib. cap.*12. Felin. *in cap.* 1. *num.*18. *de ſponſalib.* Covarruv. *variar. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 4. Azor *inſtitut. moral. lib.* 1. *cap.* 26. *quæſt.*1. Suarez *de religione, tom.*1. *lib.*2. *cap.* 11. *num.*4. Sanchez *tom.*1. *ſummæ, cap.*43. *n.* 9. Cabedo *tom.* 1. *deciſ.*87. Fagundez *in præcepta Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 3. Ricciol. *lib.* 6. *lucubrat. cap.* 11. Barboſ. *de poteſtat. Epiſc. allegat.* 105. *num.* 36. & *in collect. ad text. in dict. cap. conqueſtus de feriis, num.*23. Theophilus *tom.*15. *in hæteroch. par.*2. *punct.*5. *fol.* 280. Trullench *ubi proxim.* Fermoſin. *ad tex. in dict. cap. conquæſtus, quæſt.*1. *num.*4. Gonzal. Tellez *ad eundem text. num.* 18. Pax Jordan. *lib.* 11. *tom.* 2. *tit.* 1. *num.* 54. Caponi *tom.* 3. *diſceptat.* 208. *num.* 36. Fagnan. *ad text. in dict. cap. conquæſtus, num.*29. Et licet in dicto cap. conquæſtus videatur neceſſarius Cleri, & Populi conſenſus, ut Epiſcopus dies feſtos ſtabilire poſsit, tamen univerſali conſuetudine admiſſum extitit, ut ſolus Epiſcopus abſque Cleri, & populi conſenſu, poſſet dies feſtos in ſua Diœceſi indicere, ut docent Azor *inſtitut. moral. lib.* 1. *cap.* 26. *quæſt.* 2. *in fin.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.*3. *allegat.*105. *num.* 36. & *in collectan. ad text. in dict. cap. conquæſtus, num.*25. Villalobos, *tom.*2. *tract.* 31. *difficult.* 1. *num.*3. Suarez *de religion. d. lib.*2. *cap.*11. *num.*9. Fagundez *d. cap.*3. *num.* 11. Diana *in opere moral.*4. *par. tract.*4. *reſol.* 178. Caſtropalao *tom.* 2. *tract.*9. *diſputat.* 1. *punct.*2. *num.*5. & 6. Gavant. *in enchirid. Epiſcopor. par.*2. *allegat.* 105. *num.* 39. Trullench *ubi proxim. num.* 2. Fermoſin. *dict. quæſt.* 1. *num.*6. & 7. Gonzal. Tellez, & Fagnan. *ubi proxim.* Solum requiritur, ut Epiſcopus poſſit feſtos dies indicere, quod ſancti illorum dierum, ſint in Catalogo Sanctorum deſcripti, auctoritate Romani Pontificis, Azor *dict. cap.* 26. *quæſt.*4. Suarez *dict. cap.* 11. *num.* 4. & 5. Sanchez *in decalog. lib.*2. *cap.*43. *num.*9. Fagundez *d. lib.*1. *cap.*3. *à num.* 5. Barboſ. *in collectan. ad text. in dict. cap. conquæſtus, n.* 24. Villalobos *in ſumma par.*2. *tract.* 32. *difficultat.* 1. *num.*3. Diana *par.* 3. *tract.*5. *miſelan. reſolut.* 9. Trullench *in decalog. d. lib.* 3. *cap.* 1. *dubit.* 3. *num.* 2. Fermoſin. *ad text. in dict. cap. conquæſtus, quæſt.*2. *num.*2. Gonzal. Tellez *ad eundem text. num.*18. Fagnan. *ad ipſum text. n.* 30. Qui licet loquantur de Sanctis canonizatis, idem tenendum judico, ſi Sancti fuerint beatificati, nam tunc jam dicuntur in numero Sanctorum relati, docent Trullench *ubi proximè.* Caſtropalao *in opere moral. tom.* 2. *tract.* 9. *punct.* 2. *num.* 3. Fermoſin. *ad text. in dict. cap. conquæſtus, quæſt.* 2. *num.* 3. & 4. Sed non immoremur in hiis, quia hodie Epiſcopi non poſſunt hos dies feſtos ſtabilire in ſua Diœceſi per Bullam Urbani VIII. de qua menſionem faciunt, Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.*11. *tit.* 1. *in fin.* Caponi *tom.* 3. *diſcep.* 208. *n.* 36.

20 Ex quibus ſequitur, quod Princeps ſecularis, Civitas, vel Reſpublica, non poteſt dies feſtos tanquam ſacros inſtituere, ita ut Chriſti fideles, ab operibus ſervilibus abſtineri teneantur, & Miſſam audire ſub peccato, quia laica poteſtas, nequit aliquod ſacrum, aut religioſum præcipere, *cap. cum laicis de rebus Eccleſiæ alienand. vel non, cap. decernimus de judiciis.* Abbas *in cap. quoniam*, 2. *de feriis.* Silveſter *in ſumma verb. dominica, quæſt.*1. *n.* 1. Suarez *tom.* 1. *de religione, lib.* 2. *cap.* 12. *num.*2. Cabedo *deciſ.*87. Azor *inſtitut. moral. tom.*2. *cap.*26. *verſ. primò quæritur.* Bonacina *tom.* 2. *diſput.*5. *quæſt. unic. punct.* 1. *num.*4. Sanchez *conſilior. moral. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *dubit.* 5. *num.* 7. & 8. Filiucius *tract.* 27. *cap.* 6. *quæſt.*7. Ricciol. *lib.* 6. *lucubrat. cap.* 12. Caſtropalao *tom.* 2. *tract.* 9. *diſput.* 1. *par.*2. *à n.* 7. Trullench *in opere moral. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *dubit.* 3. *num.* 3. Fermoſin. *ad text. in d. cap. conquæſtus, quæſt.* 1. *num.* 11. *cum ſequentib.* Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.*11. *tit.*1. *n.* 55. Fagnan. *ad text. in dict. cap. conquæſtus, num.*33. Gonzal. Tellez *ad eundem text. num.* 18. Leandro *tract.* 1. *tom.*3. *diſput.* 2. *quæſt.* 12. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 208. *num.*23. po-
21 terit tamen poteſtas laica, prætextu civilis, & politici honoris præcipere, ut tali die à ſervilibus operibus abſtinentur Cives, & imponere pœnas tranſgreſſoribus, prout in Villa Algeziræ Patria mea, quot annis practicatur, in feſtis Divi Bernardi Martyris, ejus Patroni (cujus Corpus fœlicitèr cuſtoditur in Monaſterio Sanctiſsimæ Trinitatis, ſimul cum reliquiis Corporum Gratiæ, & Mariæ, Bernardi ſororum, non ſine continuo ſolatio tot miraculorum, quæ interceſsione Sanctorum quotidie operantur) & in feſto Dive Gratiæ, & Mariæ Martyrum Bernardi ſororum, ut diximus: & licet tranſgreſſores non peccent, poterunt pœnis impoſitis puniri, nam eſto multi vellint, quod poteſtas laica hiis in caſibus, laborantes in tali die prohibito punire non poſsit, præmaximè ſi ab Epiſcopo habuerint laborandi licentiam, Megalius *conſ.* 97. *num.* 2. Homobon. *in examin. Eccleſiæ, par.*3. *tract.*15. *cap.*7. *quæſt.*17. *reſolut.*3. & *in conſultat. caſuum conſcient. volu.*1. *par.*2. *præcept.*3. *reſponſ.*32. Delbene *de immunit. tom.*2. *cap.*10. *dubitat.*2. *ſecc.*3. *num.* 1. & 2. Certius eſt, quod poteſtas laica poterit punire inobedientes, pœnis ſupradictis impoſitis, Trullen. *ubi proximè.* Fermoſin. *dict. quæſt.* 1. *n.* 11. & 12. Pax Jordan. *d. tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 1. *à num.*56. *uſque ad* 60. Daniel. *de nobilib. tom.* 1. *diſput.*34. *num.*10. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 208. *num.* 24.

22 Inter ferias in honorem Dei inſtitutas, & favorem hominum, & ob illorum neceſsitatem, notabilis differentia reperitur; feriis enim iſtis in hominum favorem introductis, poſſunt litigantes renuntiare, etſi renuntientur, poterunt lites agitari legitimè in hiis diebus feriatis, quia homines in quorũ favorem prædictæ feriæ ſtatutæ reperiuntur, eis renuntiare non prohibentur, ex regul. tex. *in l. penultima, Cod. de pactis, l. cum pater, §. libertis, ff. de legat.* 2. *l. ſi judex circumvento, ff. de minorib.* Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 213. *n.* 5. Pax Jordan. *tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *num.* 81.

23 Feriis autem in Dei honorem inſtitutis, non poterunt renuntiare litigantes, nam cum non ſint ob illorum privatum commodum indictæ, ſed in Dei honorem, non poterunt renuntiari à privatis litigatoribus, ut ex illorum conſenſu agitari lites valeant in hiis diebus, ex regul. text. *in l. jus publicum, ff. de pactis, l.*2. *§. ſed quia veremur, Cod. de jure jurando, propter calumniam dando, cap. ſi diligenti de foro competenti.* Et probatur ex text. *in dict. cap. conquæſtus ultimo de feriis*, ibi: *Quibus utique ſolemnibus feriis (niſi neceſsitas urgeat, vel pietas ſuadeat) uſque adeò convenit, ab hujuſmodi abſtinere, ut conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, quam contingit diebus hujuſmodi promulgari; licet diebus feriatis, qui gratia vindimiarum, ob neceſsitate, hominum indulgentur, procedi valeat, ſi de partium proceſſerit voluntate.* Gloſ. *in l. omnes dies, Cod. de feriis*, Jaſſon *in l.*1. *n.* 9. *ff. de feriis*, Abbas *in dict. cap. conquæſtus de feriis, n.* 9. Miranta *de ordine judicior. part.* 4. *n.* 83. *pag.* 207. Calvol. *in ſua practica, tit. de feriis, concluſ.* 3. *n.* 1. Lanfrancus de Oriano *in prax. cap.* 12. *de feriis, n.* 33. Azin. *in prax. florentin. §.* 3. *cap.* 7. *n.* 2. Azor *inſtitut. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 27. *quæſt.* 18. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 3. Damhaud. *in prax. civili, cap.* 119. *de feriis, n.* 18. Caldas Pereyra *de reſolut. emphiteu. cap.* 17. *num.* 10. *colum.* 5. Theſaurus *deciſ.* 39. Gaylus *obſervat. lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 16. Cardoſ. *in prax. judic. verbo feriæ, n.* 2. Camil. Borel. *in ſumma deciſ. tit.* 42. *de iudiciis, n.* 86. Franciſc. Leo. *in theſauro fori Eccleſiaſtici, part.* 2. *cap.* 1. *n.* 27. Chriſtophor. de Pace *in ſcollis ad ll. ſtyli, l.* 156. *à n.* 10. Peguera *tom.* 1. *deciſ.* 53. *n.* 5. Gracian. *deciſ.* 144. *num.* 2. Ferrer *part.* 3. *obſervat. cap.* 88. Barboſa *in collect. ad tex. in dict. cap. conquæſtus, num.* 30. *cum ſequentib.* & *in l. omnes*, 7. *Cod. de feriis, num.* 9. & 10. Ripoll ad praxim. Peguer. *rubr.* 14. *num.* 144. Giurba *conſ.* 18. *n.* 13. Fermoſin. *ad text. in cap.*1. *de feriis, quæſt.* 6. *per tot.* Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *n.* 58. Fagnan. *ad text. in dict. cap. conquæſtus, n.* 7. & 8. Pax Jordan. *dict. tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *num.* 81. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap. conquæſtus, num.* 28. Leone *in præparator. juris, part.* 1. *præparat.* 9. *n.* 79. & 80. Caponi *tom.* 3. *diſceptat.* 213. *n.* 5. Franciſcus de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 14. *n.* 12.

Non ergo abſque magna juris ratione in noſtro Senatu, rarò habilitantur feriæ in ho-
24 norem Dei inſtitutæ, ut in illis lites agitari poſsint, nam ſemper Senatus decernere ſolet habilitationem dierum, exceptis colendis etiam ſi aliqua ſubſit cauſa, niſi foret nimis neceſſaria, nam tunc etiam habilitantur à Senatu dies colendi, ea ratione, quod in cauſis neceſsitatis, vel pietatis, actus judiciales excerceri poſſunt, & ſententia ferri in diebus feriatis, etiam in honorem Dei, *cap. final. de feriis*, ibi *Quibus utique ſolemnibus feriis, niſi neceſsitas urgeat, vel pietas ſuadeat, &c. l. omnes judices*, 3. *Cod. de feriis, l.* 2. & 3. *ff. de feriis, l.* 1. *ff. de damno infecto, cap. licet de feriis*, docent Abbas *in cap. final. n.* 14. *de feriis*, & *ibidem*, Joannes Andreas, *n.* 22. Innocentius, *num.* 1. Turrecremata *in cap.* 1. *n.* 5. *cum ſequentib. de conſecrat. diſtinct.* 3. Ferrer *par.* 3. *obſervat. cap.* 88. Peguera *in practic. criminal. cap.* 26. Spino. *in ſpecul. teſtamentor. gloſ.* 16. *ſub n.* 113. Barboſa *in collect. ad text. in dict. cap. conquæſtus de feriis, n.* 1. *cum ſequentib.* Gracian. *deciſ.* 144. *num.* 16 Giurba *conſ.* 18. *num.* 16. *in fine*, Vela *diſſertat.* 39. *num.* 44. *tom.* 2. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 59. Gonzalez Tellez *cum multis ad text. in dict. cap. conquæſtus, num.* 19. *cum ſequentib.* Fagnan. *ad eundem text. num.* 13. & 14. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 1. *n.* 26. & 27.

Caſus neceſsitatis in quibus poteſt diebus feriatis procedi, & debent a judice
25 habilitari, ſunt multi, & omnes referre nimis longũ foret poterunt videri apud DD. *n.* 24. *citat.* principaliores ſunt quando actio, vel res, eſt tempore peritura, *l.* 1. *§.* 2. *ff. de feriis*, ibi: *Sed excipiuntur certæ cauſæ, ex quibus cogi poterimus, & per id temporis, cum meſis, vindemiæ, quæ ſunt, ad prætores venire: ſcilicet ſi res tempore peritura ſit. l.* 3. *ff. eod. gloſ. in dict. cap. final. verbo quibus in fin.* & *verbo, neceſsitas, ubi Panormitan. num.* 14. Et poſſe hiis in caſibus, diebus feriatis in honorem Dei excerceri actus judiciales, docent Ferrer *dict. par.* 3. *cap.* 88. Peguera *dict. cap.* 26. Layman. *in theologia moral. lib.* 7. *tit.* 7. *capit.* 2. *numer.* 7. Barboſa *ad text. in dict. capit. final. de feriis, numer.* 27. Cortiada *dict. deciſ.* 24. *numer.* 59. Fagnan. *ad text. in* *dict.*

*dict. cap. conquaſtus*, *n.* 14. Anton. Graña *ad*
*eundem text. n.* 21. Gonzal. Tell. *ad ipſum*
*text. n.* 27. & 31. Urrutigoyti *de competen-*
*tiis, quæſt.* 56. Caſtejon *in alphabet. verbo fe-*
*riæ, n.* 4. Carolus Spadaza *in theatr. viduil.*
*diſquiſit.* 79. *n.* 37. Antonel. *de tempore le-*
*gal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 17. & 20. Et hoc pro-
cedit in r., actione, aut inſtantia tempore pe-
ritura, & toties, quoties judex viderit pericu-
lum reperiri in mora, nam poterit procedi in
diebus feriatis in honorem Dei, ut ex ratio-
ne text. *in dict. cap. fin.* docent Gloſ. *ibidem*,
Bartol. *in l. Divus, ſub n.* 2. *ff. de feriis*,
Felin. *in dict. cap. final. n.* 27. Alexand. *in*
*l. ſi fidejuſſor. §. ſi ſatiſdatum, ff. qui ſatiſdare*
*rogantur*, & *conſ.* 17. *volum.* 4. Anchartan.
*conſ.* 117. Mandoſius *tract. de commiſſionib.*
*n.* 3. *Feriis non obſtantib. verſ. undecimo*
*quæro, folio* 78. *in fine*, Gaylus *lib.* 1. *obſervat.*
53. *ſub n.* 13. Maranta *de ordine judicior.*
*part.* 4. *diſtinct.* 16. *n.* 92. Azevedo *in l.* 2.
*n.* 4. *tit.* 4. *lib.* 4. *recopilat.* Scacc. *de judi-*
*ciis, lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 35. Gracian. *deciſ.* 5. *in*
*addit. n.* 3. Portoles *for.* 1. *num.* 11. *in fin.*
*de competentiis juriſdictionis*, Marqueſan. *de*
*commiſſionib. part.* 3. *cap.* 1. §. 1. *fol.* 389. *n.*
81. Ripoll ad Peguer. *in practic. crimin.*
*rubr.* 26. *n.* 59. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24.
*n.* 61. Fagnan. *ubi proxim.* Idem procede-
re, quando juriſdictio eſt tempore peritura
docent multi, tenentes poſſe procedi diebus
feriatis, Jaſſon *in l.* 1. §. *ſed excipiuntur*, *n.*
3. *ff. de feriis*, Maranta *in ſuo ſpeculo*, *par.* 6.
*actu* 10. *n.* 45. Fermoſin. *ad text. in cap. fi-*
*nal. de judic. quæſt.* 5. *n.* 1. & hac de cau-
ſa, quia juriſdictio Cancellarii Regii in cau-
ſis contentionum ſpirat triginta dierum ſpa-
tio, *for.* 25. & 28. *rubr. de juriſdict. omnium*
*judic.* Fontanell. *deciſ.* 409. *n.* 17. *part.* 2.
Ripoll *in practic. Vicariæ Barchinonenſ. rubr.*
11. *n.* 17. Domin. Matheu *de regim. cap.*
7. §. 1. *ſecc.* 1. *n.* 10. & *ſecc.* 4. *n.* 121.
*in fin.* 123. & 125. Regens Vico *lib.* 2. *tit.*
51. *à n.* 32. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 17. *n.*
26 30. poteſt Regius Cancellarius in cauſis con-
tentionum, etiam diebus feriatis in honorem
Dei, ſententias ſuas proferre, & actus judicia-
les excercere, Ferrer 3. *par. obſervat. cap.* 88.
Peguer. *in pract. crimin. cap.* 26. *verſ. prædi-*
*ctis*, Suelves *tom.* 1. *conſ.* 79. *n.* 9. Urruti-
goyti *de competentiis*, *quæſt.* 55. Caſtejon *in*
*alphabet. verb. feriæ*, *n.* 4. Cortiada *tom.* 1.
*deciſ.* 24. *n.* 63. Et eodem modo in cauſis
ſyndicatus, & reſidentiæ judicum, & officia-
27 lium poteſt procedi feriatis diebus, quia ſyn-
dicatori datur juriſdictio ad tempus, & hu-
juſmodi cauſæ debent breviſſimo tempore
expediri, Amod. *de ſyndicatu*, *n.* 182. *in*
*fin. fol.* 344. Baldus *in rubr. de re judic.* & *in*
*l. obſervare*, §. *proficiſci*, *quæſt.* 10. *ff. de offic.*
*proconſulis.* Laudenſ. *de official. dimin.* §. 57.
& §. 142. Belluga *in ſpecul. princip. rub.* 35.
§. *poſt militares*, *verſ. forma autem*, Pariſ. de
Puteo *de ſyndicatu, verbo feriæ, in fin. verſ. cau-*
*ſæ officialium*, Aviles *poſt cap. prætorum*, *de ju-*
*dicii ſyndicatu*, *cap.* 3. *n.* 14. Scacc. *de ju-*
*diciis*, *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 39. Bobadilla *lib.*
5. *politicæ*, *cap.* 2. *n.* 35. Portol. *for.* 5.
*n.* 11. *de competentiis juriſdiction.* Borel.
*in ſumma deciſion. part.* 2. *tit.* 38. *n.* 127.
Maſtrillo de Magiſtratib. *lib.* 5. *cap.* 13. *n.*
3. Berart. *in ſpeculo viſitat. cap.* 3. *n.* 58.
Suelves *dict. conſ.* 79. *n.* 7. *lib.* 1. Cortia-
da *dict. deciſ.* 24. *n.* 63. Licet contrarium,
doceat Cumia *de ſyndicatu*, *cap.* 17. *n.* 40.
Giurba *conſ.* 78. *n.* 16. & iſtorum opinio,
in illo fundari poteſt, quod licet juriſdictio
ſyndicatoris ſit ad tempus, & expiret, non
tamen inſtantia expirat, & ex multorum
ſententia, ut procedi poſſit diebus feriatis
in honorem Dei, non ſufficit quod juriſdi-
ctio tempore pereat, ſed requiritur, quod ſi-
mul cum juriſdictione, pereat etiam inſtantia,
Felin. *in cap. final. n.* 32. *verſ. item prædi-*
*cta, de judiciis*, Millis *in ſuo reportorio, verbo*
*feriatis diebus*, Scacc. *de judiciis*, *dict. lib.* 2.
*cap.* 5. *n.* 39. Fermoſin. *ad text. in cap. fi-*
*nal, de judic. quæſt.* 5. *n.* 3.

Caſus pietatis, in quibus feriatis diebus, 28
etiam in honorem Dei, procedi poteſt juxta
text. *in cap. final, de feriis*, ſunt, primo ſi cauſæ
pauperum, & miſerabilium perſonarum, acti
tentur, iſtæ enim poſſunt agitari feriatis die-
bus, Joannes Andreas *in dict. cap. final, de fe-*
*riis*, Gaylus *lib.* 1. *obſervat.* 53. Barboſa *in*
*collect. ad text. in dict. cap. final. num.* 26.
Scacc. *de judiciis*, *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 43.
Portol. *for.* 5. *n.* 10. *de competentiis juriſ-*
*diction.* Novarius *gravamin.* 187. *n.* 6. &
*in prax. privilegii miſerabilium perſonarum*,
*privileg.* 52. *n.* 5. Bonacin. *tractat. de le-*
*gibus*, *diſput.* 5. *punct.* 2. *n.* 10. Cortiada
*dict. deciſ.* 24. *n.* 66. Fagnan. *ad text. in*
*dict. cap. final. n.* 14. Antonel. *de tempore*
*legal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 26. Carolus Spada-
za *in theatr. viduil. diſquiſit.* 79. *n.* 7. & 8.
& 26. & quia carcerati præſertim pauperes
miſerabiles perſonæ dici poſſunt, *l. ſi quis ad*
*declinandam*, §. *quis enim*, *Cod. de Epiſcopis*,
& *Cleric.* Domin. Cerdan. *in viſitation. car-*
*ceris*, *cap.* 5. *n.* 2. Berart. *in ſpecul. viſita-*
*tionis*, *cap.* 18. *n.* 19. Cortiada *ubi proxim.*
*n.* 67. Poterit procedi in carceratorum
cauſis, feriatis diebus, etiam in honorem 29
Dei, ut probat Scaccia *de judiciis*, *dict. lib.*
2. *cap.* 5. *n.* 65. *cum ſequentib.* Cortiada
*ubi proximè.* Gonzalez Tellez *in dict. cap. fi-*
*nal. num.* 27. Leone *in preparatorio juris*,
*part.* 1. *preparat.* 26. *n.* 32. Antonel. *de*
*tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 26. Caſtejon *in* 30
*alpha-*



*alphabet. verbo feriæ*, *n.* 4. Secundo in cau-
ſis alimentorum, poterit agi diebus feriatis in
honorem Dei, *l.* 2. *ff. de feriis*, Speculat. *tit.*
*de feriis*, §. *ſequitur*, *verſ. porro*, *n.* 7. *in fin.*
Barthol. *in l. Divus ſub. num.* 2. *ff. de feriis*,
Mandoſius *tract. de commiſſionib. commiſſione*
1. *feriis non obſtantibus*, *verſ. octavo quæro, fol.*
*mihi* 78. Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ, pri-*
*vileg.* 156. Caldas Pereyra *quæſtion. forenſ. lib.*
2. *quæſt.* 50. Surdus *de aliment. tit.* 8. *quæſt.* 2.
*num.* 7. & *deciſ.* 323. *n.* 5. Scacc. *d. lib.* 2.
*cap.* 5. *num.* 46. Cardoſ. *in prax. judic. verbo*
*feriæ, num.* 5. Cevallos *com. contra com. quæſt.*
760. *à nu.* 4. & *de cognitione per viam violen-*
*tiæ, par.* 2. *quæſt.* 38. *num.* 8. Barboſ. *in collect.*
*ad text. in d. cap. final. n.* 38. Carraſco *ad ll. re-*
*copilat. cap.* 2. §. 2. *n.* 6. Caſtillo *de aliment.*
*cap.* 3. *n.* 21. Barcius *deciſ.* 15. *n.* 32. Pignatel.
*ad ſtatut. ferrariæ, rubr.* 45. *n.* 26. Fenſon. *ad ſta-*
*tut. urbis, cap.* 140. *n.* 24. Joannes Bapt. Anto-
nel. *conſ.* 91. *n.* 2. Carol. Antonel. *de tempor. le-*
*gal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 28. Lanfranch. Zacchias
*de ſalario, quæſt.* 92. *n.* 6. Leoncill. *de privileg.*
*pauperum, part.* 2. *privileg.* 151. *n.* 2. 3. & 4.
Baldax. de Angel. ad Gizzarel. *deciſ.* 58. *n.* 13.
Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 213. *n.* 3. & 4. Carolus
Spadaza *in theatro viduil. diſquiſi.* 79. *n.* 34.
31 Quæ locum ſibi vindicabunt in alimentis præ-
ſentibus, & futuris, non autem in præteritis,
quia nō potiuntur privilegio ſupradicto, Sur-
dus *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 2. *n.* 14. Carraſco
*d. cap.* 2. §. 2. *n.* 6. Scac. *d. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 49. Bar-
boſ. *ubi prox.* Caſtillo *d. cap.* 3. *n.* 21. Fenſonius
*d. cap.* 140. *n.* 24. Gonzal. Tell. *ad text. in d. cap.*
*final. n.* 27. Leone *in præparat. jur. par.* 1. *præp.*
26. *n.* 44. Carol. Antonel. Caponi, & Spadaza
*ubi prox.* Paul. Mel. *in obſerv. ad Caſtill. cap.* 3. *n.*
14. & 15. Ventrigliol. *de diebus feſtis, annotat.*
16. §. 2. *n.* 22. Hieronym. Nicol. *de feriis, n.* 5.
*tit.* 9. *lib.* 2. *de judic. tom.* 2.

Tertio in cauſis dotis poteſt diebus feriatis
32 in honorem Dei procedi, quia cauſæ piæ di-
cuntur, *l. cum his*, §. *in ea ff. de condictione inde-*
*biti*, Tiraquel. *de pia cauſa, privileg.* 156. Vi-
vius *tom.* 2. *commun. oppinion. lib.* 7. *tit.* 27.
Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *vel parenſ. num.* 9.
*cum ſequentib. ff. de liberis agnoſcend.* Cardoſ.
*in prax. judic. verbo feriæ, num.* 5. Caldas Pe-
reira *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 50. Fachin. *con-*
*trov. lib.* 10. *cap.* 36. Barboſ. *ad text. in d. cap.*
*final. n.* 39. Scacc. *de judic. dict. lib.* 2. *cap.*
5. *n.* 58. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de fe-*
*riis, quæſt.* 4. *n.* 10. *cum ſequent.* Antonell. *de*
*tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 3. & quod dotis
cauſæ, potiſſimè quando pauperi dos relicta
reperitur, æquiparentur cauſis piis, docent
Surdus *deciſ.* 298. *n.* 9. Amato *deciſ. Ferrariæ*
24. *n.* 7. Gracian. *diſceptat.* 700. *num.* 11.
Sperel. *deciſ.* 81. *n.* 26. & *deciſ.* 156. *num.*
37. Lanfranch. Zacchias *de ſalario*, *quæſt.* 36.
*n.* 4. & 5. Guilh. Anth. *de reſcriptis*, & *mo-*
*rator. concluſ.* 41. *n.* 3. Leoncil. *de privileg.*
*pauperum*, *privileg.* 94. *n.* 1. *cum ſequentib.*
Quarto in cauſis publicis, & fiſcalibus, poteſt
diebus feriatis procedi, *l. publicas*, 5. *Cod. de*
*feriis*, Martinus Laudenſis *in tract. de Fiſco*,
*quæſt.* 36. Petrus Gregor. *ſintagmat. juris, lib.*
2. *cap.* 16. *ſub n.* 8. Franciſcus Lucan. de
Parma *in tractat. de privilegiis fiſci, par.* 1. *n.*
67. Donel. *lib.* 24. *commentarior. cap.* 7. *colum.*
*final.* Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimon. par.* 1.
*n.* 51. Fachineus *controverſiar. lib.* 10. *cap.*
36. Farinac. *fragment. criminal. par.* 1. *lit. F.*
*n.* 202. Barboſ. *in collect. ad text. in dict. l.*
*publicas*, Arnoldus Corvin. *in ſumma Cod. lib.*
3. *tit.* 12. *verſ. Feriarum*, Gonzal. Tellez *ad*
*text. in dict. cap. final. n.* 27.

Quinto, quia ſalaria ſunt loco alimētorum, 33
Benincas *tract. de paupertate*, & *ejus privi-*
*legiis, quæſt.* 7. *in* 8. *ſpecial. num.* 16. 22. &
23. in cauſis ſalariorum, poteſt procedi tem-
pore feriato etiam in honorē Dei, Baldus *in*
*l. eadem, colum.* 2. *ſub. n.* 1. *verſ. in textu, ff.*
*de feriis*, Alexand. *in l.* 1. *n.* 5. *ff. eod.* Bo-
nacoſ. *tractat. de ſervis, & famulis, quæſt.* 222.
Surdus *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 2. *num.* 7.
Scacc. *de judiciis, dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 61.
Caroſius *de locat. & conduct. par.* 6. *remed.* 41.
*except.* 1. *nu.* 4. Antonell. *de tempore legal. lib.*
4. *cap.* 9. *num.* 31. Sexto in appellationis in-
terpoſitione, quæ poteſt fieri quocumque in 34
tempore, *l.* 1. ubi Bartol. & Baldus *Cod. de fe-*
*riis*, Abbas *in cap. final. de feriis ſub n.* 13.
Paulus de Caſtro *in dict. l.* 1. *in princip. Cod.*
*de feriis*, Felin. *in cap. ultim. n.* 10. *de ju-*
*dicis*, Maranta *in ſuo ſpeculo, par.* 6. *membro.*
3. *num.* 21. *limitat.* 2. & *actu* 10. *num.* 37.
Millis *in reportorio, verbo feriatis diebus*, Man-
doſius *de commiſſionib. commiſſion.* 13. *feriis*
*non obſtantibus*, *verſ. decimo quarto*, *fol.* 80.
Veſtrius *in practic. lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 25. Scac.
*de judic. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 72. Arnold. Cor-
vin. *in ſumma Cod. dict. lib.* 3. *tit.* 12. *verſ. po-*
*teſt.* Filiucius, Bonacina, Caſtropalao, & alii
adducti à Trullench *in decalogum, lib.* 3. *cap.*
1. *dubitat.* 9. *num.* 10. Valenſis *in paratitl.*
*ad tit. de feriis*, *n.* 15. Antonell. *de tempore*
*legal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 9. Fermoſin. *ad tex.*
*in dict. cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 2. *num.* 8. licet
contrarium doceant adducti ad ipſo, Fermo-
ſino *n.* 9. & 10. Leone *in præparat. jur. par.*
1. *præparat.* 26. *num.* 24. Vide alios caſus
apud Fachineum *dict. lib.* 10. *cap.* 36. Scacc.
*dict. cap.* 2. Marqueſan. *de commiſſionib. par.*
3. *cap.* 1. §. 1. *n.* 69. *fol.* 387. Gonzal. Tell.
*dict. n.* 27.

In cauſis matrimonialibus, beneficiali- 35
bus, & uſurariis, & aliis in quibus proce-
ditur, ſine ſtrepitu, & figura judicii,
ſola facti veritate attenta, tenent aliqui



poſſe

poſſe feriatis diebus in honorẽ Dei procedi, Ymola *in clement.* 1. *num.* 2. *de verborum ſignificat.* Cavalcan. *de brachio Regio, par.* 2. *nu.* 70. Maurus Burgius *de modo procedendi, ex abrupto, quæſt.* 25. *n.* 8. Marcheſan. *de commiſſionib. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 28. & *par.* 3. *cap.* 1. §. 1. *n.* 50. Suelves *centur.* 1. *conſ.* 79. *n.* 9. Fachineus *dict. lib.* 10. *cap.* 36. *prope finẽ*, ſed certius eſt, quod in cauſis ſupradictis, poteſt procedi tẽpore feriato ad hominum utilitatem, non autem in honorẽ Dei, ut ſatis probatur, ex *clementina ſæpè de verborum ſignificat.* ibi: *Sancimus, ut judex cui talitèr cauſam committimus, neceſſario libellum non exigat, litis conteſtationẽ non poſtulet, in tempore etiam feriarum, ob neceſſitates hominum indultarum, à jure procedere valeat. Gloſ. in dict. clementin. ſepè*, Abbas *in cap. final. de feriis, n.* 14. Milis *in reportorio, verbo feriatis diebus*, Scacc. *de judiciis, dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 86. Carolus Spadaza *in theatr. vidual. diſquiſit.* 79. *num.* 9.

36 Poſſunt etiam perfici tempore feriato in honorem Dei, omnia illa, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, *l.* 2. *ff. de feriis, l. actus omnes* 8. *Cod. de feriis*, Abbas *in cap. final. de feriis, num.* 18. Angel. *in ſumma, verbo feriæ, num.* 49. Tiraquel. *de retractu*, §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 55. Maranta *in ſuo ſpecul. par.* 4. *diſtinct.* 16. *num.* 86. *verſ. prædicta tamen*, & *par.* 6. *actu* 10. *limitat.* 3. *num.* 39. Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 30. *num.* 14. Camil. Borel. *in ſumma deciſion. tom.* 2. *tit.* 38. *de feriis, nu.* 93. Cardoſ. *in prax. judic. verb. feriæ, nu.* 3. Bertazol. *clauſ.* 1. *gloſ.* 5. *num.* 37. Scacc. *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 96. *cum ſequentib.* Anton. Faber. *in rational. ad text. in dict. l.* 2. *ff. de feriis*, Barboſa *in collect. ad text. in d. l. actus omnes*, 8. *Cod. de feriis, num.* 1. *cum ſequentib.* Fontanell. *de pactis nuptialib. tom.* 1. *clauſ.* 1. *num.* 27. & *clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *par.* 1. *num.* 116. *cum ſequentib.* Trullench *in decalogum, lib.* 3. *par.* 2. *cap.* 1. *dubit.* 9. *num.* 3. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 1. *num.* 33. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 3. *tit.* 12. *verſ. feriarum*, Gonzal. Tellez *ad text. in d. cap. final. de feriis, num.* 27. Leone *in præparat. jur. par.* 1. *præparat.* 26. *num.* 43. Buratus *deciſ.* 688. *nu.* 12. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 209. *num.* 42. & *diſceptat.* 213. *n.* 6. Antonell. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 4. Vnde poterit emancipatio fieri, & manumiſſio diebus feriatis, etiã in honorem Dei, *d. l. actus* 8. *Cod. de feriis*, ibi: *Actus omnes, ſeu publici ſunt, ſeu privati; diebus quindecim paſchalibus conquieſcant, in hiis tamen, & emancipandi, & manumitendi, cuncti licentiam habeant.* Speculat. *tit. de feriis*, §. *ſequitur, verſ. porro, n.* 7. Taner. *de ordine judicior. lib.* 2. *rubr. de feriis, in fin. fol.* 58. Maranta *in ſuo ſpeculo, par.* 4. *diſtinct.* 16. *num.* 86. & *par.* 6. *actu* 10. *limit.* 3. *num.* 39. Foller. *de cenſibus, in verbo Nicolaus, n.* 139. Menoch. *de arbitrariis, quæſt.* 30. *n.* 4. Camil. Borel. *in ſumma deciſion. tom.* 2. *tit.* 38. *de feriis, n.* 93. Scacc. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 99. & 100. Barboſ. *ad text. in dict. l. actus omnes*, 8. *Cod. de feriis, num.* 2. Arnold. Corvin. & Gonzalez Tellez *ubi proxim.* Poſſunt etiam diebus feriatis, tutores, aut curatores dari, *l.* 37
2. *ff. de feriis*, ibi: *Eadem oratione Divus Marchus in Senatu reſitata effecit, de aliis ſpeciebus, prætorem adiri, etiam diebus feriatis, ut puta, ut tutores, aut curatores dentur. l. nec mandante* 6. §. 2. *ff. de tutorib. & curatorib. datis, l.* 3. §. 3. *ff. de tutellis*, dummodo ex inquiſitione non dentur, *l.* 7. *ff. de confirmando tutore*, Speculat. *tit. de feriis*, §. *ſequitur, n.* 8. Maranta *in ſuo ſpeculo, par.* 6. *actu* 10. *limit.* 3. *n.* 39. Mandoſius *de commiſſionib. commiſſione* 13. *feriis non obſtantibus, verſ. ſexto quæro, fol.* 78. Foller. *de cenſib. verbo Nicolaus, n.* 140. Anton. Piag. *de tutorib. & curatorib. quæſt.* 6. *nam.* 2. Montan. *de tutellis, cap.* 25. *n.* 1. & 2. Scaccia *de judiciis, dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 102. Cardoſ. *in prax. judic. verbo feriæ, n.* 5. Camil. Borel. *in ſumma deciſion. tom.* 2. *tit.* 38. *de feriis, à n.* 102. Anton. Faber. *in rational. ad text. in l.* 2. *ff. de feriis*, Barboſa *in collect. ad text. in dict. l. actus* 8. *Cod. de feriis, n.* 6. Arnold. Corvin. & Gonzalez Tellez *ubi proxim.* Leone *dict. præparat.* 26. *n.* 20. *cum ſequentib.* Antonell. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 7.

Simili modo poterunt excuſationes tutorum, & curatorum proponi, & allegari die- 38
bus feriatis, *dict. l.* 2. *ff. de feriis*, ibi: *Excuſationes allegentur, &c.* Barboſa *d. num.* 6. Anton. Faber. & Gonzal. Tellez *ubi proximè*, & etiam poterunt feriato tempore, ætates probari, & eſſe aliquem ætate majorem declarari, *d. l.* 2. *ff. de feriis*, ibi: *Ætates probentur.* Anton. Faber. *ubi proximè*, poterunt donationes inſinuari, quia nulla deſideratur cauſæ cognitio, Burg. *conſ.* 3. *n.* 70. *in fin.* Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 3. *tit.* 10. *n.* 10. Rebuf. *tom.* 2. *ad ll. galliæ, tract. de donationis inſinuatione, art.* 3. *gloſ.* 8. *in fin.* Barboſa *in collect. ad text. in l.* 8. *C. de feriis, nu.* 9. Antonel. *de tẽpore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 11. & *lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 42. & dicam *in cap.* 3. *de inſinuatione donationis, num.* 41. Decreta ſuper alienatione rerũ minoris, poſſunt interponi,
etſi diebus feriatis in honorem Dei, nam 39
etſi in hiis, cauſæ cognitio deſideretur, ſunt actus voluntariæ juriſdictionis, Paul. de Caſtr. *in l. actus, C. de feriis, n.* 1. & *ibidẽ*, Salicet. ſub *n.* 3. Aret. *in* §. *appellantur inſtit. de except. n.* 32. Scac. *de jud. d. li.* 2. *cap.* 5. *n.* 104. licet nõ deſint, qui



qui contrarium tueantur, ut refert Scaccia *num.* 105. Fagnan. *ad tex. in cap. conquæſtus de feriis, nu.* 17. eodem modo poterit diebus feriatis, abſolutio ab excõmunicatione ad cautelam obtineri, Vivius Neapolit. *deciſ.* 93. *ſub num.* 9. Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 30. *nu.* 14. Camil. Borel. *dict. tit.* 38. *nu.* 114. Barboſa *ubi proxim. num.* 4. idem de abſolutione à juramento tenent, Anton. Corneus *in tract. de abſolut. à iurament. par.* 3. *quæſt.* 20. *per tot.* Camil. Borel. *dict. tit.* 38. *num.* 112. Barboſa
40 *ubi prox. num.* 5. Et generalitèr tene, quod diebus feriatis, etiã in honorem Dei, poſſunt celebrari contractus, & fieri tranſactiones, teſtamenta, & à notariis confici, quælibet inſtrumenta de contractu celebrato, aut ultima voluntate manifeſtata, *argum. text. in dict. l.* 2. *ff. de feriis*, & *l. actus, Cod. eod.* docent Speculat. *tit. de feriis*, §. *ſequitur, verſ. quid ſi in feriis, num.* 5. Abbas *in cap. ultim. ſub num.* 16. *de feriis*, Maranta *in ſuo ſpecul. par.* 4. *diſtinct.* 16. *à num.* 86. & *par.* 6. *actu* 10. *ſub n.* 39. Bertachin. *tract. de Epiſcopo, lib.* 1. *num.* 18. Mandoſius *de commiſſionib. commiſſione* 13. *feriis non obſtantibus, verſ. quintò quæro, foleo mihi* 78. Scacc. *de judiciis, d. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 108. Fagundez *in* 1. *precep. Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 14. noſter Trullench *in decalog. lib.* 3. *par.* 2. *cap.* 1. *dubit.* 9. *num.* 3. Fermoſin. *ad text. in d. cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 1. *num.* 33. Pax Jordan. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 352. Antonel. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 5. Gonzal. Tellez *ubi proxim.* Idem tene de poſſeſſione capienda, quia communiter traditur, poſſe diebus feſtivis capi, Burat. *deciſ.* 688. *num.* 12. Fontanel. *de pactis, clauſ.* 1. *num.* 26. Antonel. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 4. demum poſſunt beneficiorum
41 collationes fieri feriato tempore, diſpenſationes expediri, privilegia, cenſuræ, & alia ſimilia, quæ per uſum juriſdictionis voluntariæ dantur, Azor *inſtitut. moral. lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 27. *quæſt.* 12. Suarez *de religion. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 9. Trullench *dict. dubitat.* 9. *num.* 4. Caſtropalao *tom.* 2. *tract.* 9. *diſput.* 2. *punct.* 7. *num.* 11. Fermoſin. *dict. quæſt.* 1. *num.* 36. Pax Jordan. *dict. lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 352. Antonell. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 6.

42 Hæc omnia, licet de jure vera ſint, non reperiuntur in praxi noſtra omnino admiſſa, nam in negotiis contentioſæ juriſdictionis, etiam ſi neceſſitas urgeat, periculum immineat, aut pietas interveniat, non agitur feriato tempore, niſi judex periculo negotii inſpecto, urgentia, aut neceſſitate, habilitet dies feriatos, aut colendos medio decreto interlocutorio, & ita habilitatis diebus expediuntur hæc negotia, quæ de jure poterant in feſtis tractari, & hoc fit, non quia partes feriis renunciare videantur, nam nequeunt, ut diximus, renunciare feriis in favorem Dei ſtatutis, *cap. final. de feriis*, Ripoll ad Peguer. *rub.* 14. *num.* 144. & *de magiſtratib. cap.* 17. *n.* 23. Leone *in præparat. jur. part.* 1. *præparat.* 9. *n.* 79. & 80. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *n.* 58. Fagnan. *ad text. in cap. conquæſtus de feriis, num.* 7. & 8. Sed quia feriæ etiam, ſunt ſtatutæ in favorem judicum, & magiſtratum, quibus feriarum tempore conceſſum eſt, non aſsiſtere in tribunalibus, & datur eis requies, propter quod dicunt aliqui, quod partes feriis indictis in hominum utilitatem, renunciare nequeunt abſque judicis conſẽſu, Theſau. *deciſ.* 39. *n.* 3. Foſanenſ. *deciſ.* 39. *ſub n.* 3. Scacc. *de judic. d. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 159. Sperel. *tom.* 2. *deciſ.* 104. *n.* 89. & cum ſpectet ad judicem inſpicere, an periculũ in mora reperiatur, & cauſa pietatis, aut neceſſitatis concurrat, admiſſum habemus in praxi, quod etiam in his cauſis, quibus de jure procedi poteſt tempore feriato, non procedatur abſque nullitate, niſi prævia habilitatione dierum, à magiſtratu facta, & hoc non eſt reddere habiles dies judex, ſed decernere, quod negotium eſt neceſſarium, aut pium, aut quod ex illis eſt, in quibus feriarum tempore procedi poteſt; & judico hanc habilitationem, in Regno præciſſam eſſe, etiam in cauſa notoriæ neceſſitatis, aut pietatis, taliter quod ſi in ea procederetur abſq. habilitatione iſta, nullius erunt momenti actus judiciales, utpote diebus feriatis facti, ex regul. *text. in l. omnes*, & *l. final. C. de feriis.* San Felicius *deciſ.* 173. *num.* 1. Andreol. *controverſ.* 131. *n.* 2. & 3. Joſeph. de Mel. *deciſ.* 58. *n.* 17. Joan. Anton. ab Eccleſia *obſervat.* 77. *n.* 27. & 28. Niger *de execution. cap.* 15. §. 5. *n.* 5. Zacchias *de ſalario, quæſt.* 92. *n.* 1. & 2. Ventrigl. *de diebus feſtis annotat.* 16. §. 2. *n.* 4.

In negotiis juriſdictionis voluntariæ, quæ 43
extrajudicialiter expediuntur, ut adoptio, emancipatio, beneficii collatio, & præſentatio, manumiſsio, & ſimilia, proceditur, & procedi poteſt in Regno tempore feriato, abſque eo quod habilitentur feriati dies, aut colendi, quia cũ ſint actus extrajudiciales, poſſũt quolibet tempore, & die expediri, Marcheſan. *de commiſſionib. part.* 3. *cap.* 1. §. 1. *n.* 104. *fol.* 392. Trullench *in decalog. lib.* 3. *cap.* 1. *dubitat.* 9. *n.* 8. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 1. *n.* 21. In illis vero negotiis, quæ per uſum juriſdictionis volunta-
riæ expediuntur, non extra judicialiter, ſed 44
in judicii figura, etiam quod abſque alicujus citatione expediantur, non proceditur niſi prævia dierum habilitatione; unde decreta, ad alienanda minorum prædia, aut majoratus bona, & ad tranſactiones confirmandas, & ſimilia peragenda, non expediun-

diuntur feriarum tempore,ſicuti neque tutelæ, & curæ à judicibus decernuntur, quia ex inquiſitione, & ordine juris ſervato, tutores dantur, *l. 7. ff. de confirmando tutor.* Gonzal. Tellez *ubi proxim.* eodem modo declarationes ſuccedēdi ab inteſtato,aut jure vinculi,& declarationes majoris ætatis, non expediuntur in feriis,non habilitatis,quia hæc omnia, & ſimilia, licet ſummariæ, & abſque partis citatione, & per uſum voluntariæ juriſdictionis in Regno fiant, non aliter dantur, quam cauſæ cognitione interveniente, & hac de cauſa, non eſt feriarum tempus proportionatum ad expeditionem, Antonell. *de tempore*
45 *legal. lib. 4. cap. 9. num.* 16. ſolum emparæ videmus expediri, & intimari, diebus feriatis, abſque eo quod habilitentur, quod poſſe fieri legitimè, docent Cancer. *variar. par. 2. cap. 4. num.* 27. Ripoll *in ordine iudiciar. rubr. 3. de empara, num.* 10. Rebuf. *tom. 3. ad ll. gallicas, tit. de ſequæſtrat. & commiſsione ſequæſtr. artic. 1. gloſ. 2. n. 8. & 9.* Cortiad. *tom. 1. deciſ. 7. nu.* 59. Fermoſin. *ad rubr. de ſequæſtrat. poſſeſsionis, quæſt. 2. nu.* 11. & dicam alibi Latius. Quod non judices poſſe fieri, quia regularitèr adeſt periculum in mora,in expeditione, & notificatione emparæ, ut tradunt Cancer, Ripoll, & Cortiada locis ſupra citatis, ſed quia per uſum juriſdictionis voluntariæ expediuntur, abſque judicii forma, Domin. Matheu *de regim. cap. 11. §. 6. n.* 88.
46 Mandata de non faciendis actis, neque dantur,neque intimantur diebus feriatis,niſi fuerint habilitati, ut latiſsimè ſuo in loco tradam, nam etſi per uſum voluntariæ juriſdictionis mandata iſta expediantur, & ſimili modo,ac emparæ, ut docet D.Matheu *de regim. cap. 11. §. 6. n.* 98. conſuetudine admiſſum,& introductum habemus, ut emparæ expediantur, & intimentur diebus feriatis, & colendis, & non mandata de non faciendis actis, quia eſto empara,& mandatum de non faciendis actis conſiderari poſsint præcepta judicialia, potuit conſuetudo, quoad emparas tollere ferias,cum juxta juris conſtitutiones,licet conſuetudo nequeat tollere generalitèr ferias in honorem Dei ſtatutas,poteſt in aliquo caſu particulari eas reſtringere, & limitare ex cauſa,& valida erit conſuetudo, ut 47
docent Ripoll ad Peguer. *in pract. civil. rubr. 14. num.* 146. Baronius *decitat. par. 1. quæſt. 42. à num.* 18. Gracian. *deciſ. 21. à num. 5. & deciſ. 144. à num.* 11. Carocius *de exceptionib. except. 7. n.* 9. Fontanel. *de pact. nuptialib. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 10. par. 1. n.* 120. Xammar *de offic. judic. par. 1. quæſt. 18. nu.* 103. & 104. Suelves *tom. 1. conſ. 79. n.* 8. Cortiad. *tom. 1. deciſ. 24. n.* 68. Rubeus *practic. reſolut. cap. 3. a n.* 140.

La practica,que en los tribunales del Rey-
„no ay admitida, para habilitar los dias fe- 48
„riados,y colendos,ſe reduce, à que ſi la habilitacion ſe pide por alguna curia inferior, „ſe puede hazer proviſion interlocutoria,en „que ſe habiliten los feriados, ſin poner eſcritura la parte que pide la habilitacion, y „eſto es lo mas practicado, y admitido, no „obſtante, que tambien ſe puede pedir poniēdo eſcritura ante el Juez,pero ſi ſe pide „la habilitacion de ferias en el Senado, es „preciſo que ſe pōga ſuplicacion;y quando „ò en el Senado,ò en Curia inferior ſe pide „eſta habilitacion con eſcritura, ſe acoſtumbra pedir de dos maneras: la una, proponiendo la eſcritura, ò libello ſolamente para el efecto de que ſe habiliten las ferias, „narrando la urgencia, ò peligro de el negocio, ò aquella cauſa que huviere para la „habilitacion,y concluyendo, que ſe conceda en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. ſuplicant com millor pot,diu,que ab ſuplicaciò de 12. de Març proſſat, ſeu inſtancia,pera que es manàs ſequeſtrar,y crehuar tota la fulla que es trobaria en T. heretat propria de S.T. la qual inſtancia eſtà concluhida, y pera declararſe, y ha ocaſiò de entrar los feriats de Semana Santa,y Paſqua, no podrà obtindres la declaraciò ab brevetat, quant en la retardaciò, y ha manifeſt parill, per quant la fulla eſtà ya creixcuda, y el dit F. T. procurarà el anarla pelant. Tot lo qual ſe obviarà,manant habilitar qualſevols dies feriats,y colendos,pera la expediciò de dita inſtancia,y eixecuciò de lo que es declararà.

Pertant, & aliàs omni meliori modo, &c. Et utendo remedio quo magis expediat, ſuplica que pera la expediciò, y eixecuciò de tot lo de ſus dit, es manen habilitar qualſevols dies feriats, y colendos, attenta qualitate cauſæ, & quod periculum eſt in mora, & licet, &c.

Remitatur, &c. Altiſsimus,&c.

*Jeſus M. Die 21. Martii 1687.*
*F. V. fiant ſupplicata exceptis colendis, & intimetur.*
F. T.

La



La otra,pidiendo en la cōcluſiō de la miſ„ma inſtancia, en q̄ ſe pide, ò ſe ſuplica, ſe „mande proveer algo la habilitacion de las „ferias para la execucion, y notificacion de „lo proveìdo; y en eſte caſo ſe pide la ha„bilitacion de ferias, proponiendo el libe„lo, en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Suplicant com millor pot, diu, que pera efecte de notificar una inſtancia à S. T. en la cauſa de ferma de dret, que ſegueix per eſta R. A. contra aquell, es anat F. T. altre dels Verguers de eſta R. A. tres dies en hores comodes à la caſa del dit F. T. y ſobre haverlo buſcat per los pueſtos acoſtumats de la preſent Ciutat, no ha pogut conſeguir el notificarli, ſegons conſta per la relaciò continuada en procès: E com lo dit F. T. no tinga Procurador converſant en les Corts de la preſent Ciutat, y latitant com latita, dega manarſeli conſtituhixca procurador converſant, ab les cominacions acoſtumades, ab lo qual ſe puga ſeguir dita cauſa.

Pertant, & aliàs omni meliori modo, &c. Suplica li ſia manat al dit F. T. que dins de tres dies faſa Procurador cōverſant en les Corts de la preſent Ciutat, ab les cominacions acoſtumades, ab lo qual ſe puixa ſeguir dita cauſa; y perquant ſerà dificil, à occaſiò de la ſobredita latitaciò, que en dia de negoci ſe notifique eſta inſtancia, y proviſiò, pariter ſuplica es manen habilitar qualſevols dies feriats, y colendos pera la notificaciò de eſta inſtancia. Et licèt, &c.

Remitatur, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die 7. Maii 1687.*
*f. v. fiant ſupplicata cum habilitatione dierum, & intimetur.*
F. T.

Quæſtionis eſt inter DD. an diebus Dominicis,& feriatis Juramentum præſtari poſſit, & communis reſolutio docet, in actibus judicialibus non poſſe juramentum præſtari, & ſi de facto præſtetur judicialiter, nullius momenti erit, *cap. 1. de feriis, cap. decre-*
49 *vit. 22. q.* 5. Suarez *t. 1. de religion. lib. 2. cap. 30. n.* 17. Sayrus *in clavi, lib. 7. cap. 2. n. final.* Anaſtas Germon. *lib. 3. de ſacrorum immunit. cap. 20. n.* 47. Bonacin. *t. 2. diſput. 5. quæſt. unic. punct. 2. n.* 10. Trullench *in decalogum, tom. 1. lib. 3. cap. 1. dubitat. 9. num.* 6. Fermoſin. *ad text. in cap. 1. de feriis, quæſt. 3. n. 1. cum ſeqq.* Gonzal. Tell. *ad text. in d. cap. 1. de feriis, n.* 12. Caponi *tom. 3. diſceptat. 209. n.* 38. Antonell. *de tempore legal. lib. 4. cap. 9. n.* 8. Quod limita in juramento præſtito, pro rebus ſpiritualibus, aut religionis cauſa, ut puta in cauſis fidei coràm Inquiſitoribus, nam tunc poterit judicialiter præſtari diebus feſtivis Angelic. Præceptor. Divus Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſt. 89. à n.* 10. Sanchez *conſilior. moral. part. 4. lib. 5. cap. 2. dubitat.* 30. Trullench *in decalog. lib. 3. cap. 1. dubit. 9. n. 6.* Si vero juramentum fuerit præſtitum ad confirmationem contractus,aut
50 pacti, tenent multi præſtari non poſſe in diebus feſtis, & probant *ex dict. cap. 1. de feriis,* Abbas *in d. cap. 1. & in cap. ultim. n.* 18. Suarez *de religione, tom. 1. lib. 2. cap. 30. n.* 17. Molſes *in ſumma, t. 1. tractat. 11. cap. 17. n.* 51. Diana *part. 2. tractat. 15. & 1. miſcelan. reſolut.* 34. Filiucius *tract. 27. cap. 10. quæſt. 7. nu.* 201. & 202. Caſtropalao *t. 2. tractat. 9. diſput. 2. punct. 7. n.* 9. Trullench *dict. lib. 3. cap. 1. dubit. 9. n.* 15. Fermoſin. *d. quæſt. 3. n.* 1. Gonzal. Tellez *ubi prox.* Alii rectius docent, prohibitionem præſtandi juramentū cōtentam *in d. cap. 1. de feriis*, ſolum eſſe reſpectu juramenti judicialiter præſtiti, non autem extrajudicialiter, nam poteſt in contractibus extrajudicialibus, & quibuſlibet actibus præſtari, & non peccabunt notarii, qui in diebus feſtivis ſimilia juramenta à contrahentibus recipiunt, in corroborationem contractus, Cajetan. *2. 2. q. 122. artic.* 4. Layman *in theolog. moral. lib. 4. tractat. 7. cap. 2. n.* 8. Philiarc. *tom. 1. part. 2. lib. 3. cap.* 23. Rodrig. *t. 1. cap. 122. n.* 3. Barboſa *ad text. in dict. cap. 1. de feriis n.* 8. Paſchal. *de virib. patriæ poteſtat. 2. part. cap. 1. n.* 103. Fontanell. *de pactis clauſ. n. 29. & clauſ. 4. gloſ. 10. part. 1. à n.* 103. Gayto *de credito, cap. 2. tit. 7. à num.* 2177. Farinac. *deciſ. 777. n.* 3. Olea *de ceſsione jur. tit. 2. quæſt. 4. n.* 54. Caponi *dict. tom. 3. diſcept. 209. n.* 38. Antonell. *de tempore legal. dict. lib. 4. cap. 9. n.* 8. Et hoc reperitur admiſſum in noſtro Regno, ubi in-

con-

concusè obſervatur , quod juramenta ſuper contractibus , & pactis , diebus feſtivis præſtantur, & recipiuntur à notariis, & ſi in cõtrarium poſſet conſiderari juris diſpoſitio, ſufficienter abrogata fuit per hanc conſuetudinem, & uſum, ut in terminis docent Layman *d. lib. 4. tract. 7. cap. 2. in fin.* Barboſa *in d. cap. 1. n. 8.*

51 Ex traditis infertur , quod teſtes producti in negotiis juriſdictionis contentioſæ , non poterunt feſtivis, aut feriatis diebus juramẽtum præſtare, Azor *inſtitut. moral. lib. 1. cap. 27. part. 2. quæſt. 14.* Anaſtaſ. Germon. *lib. 3. de ſacror. immunit. cap. 20. n. 47.* Barboſa *in dict. cap. 1. n. 8.* Trullench *dict. dubit. 9. n. 14.* Fermoſin. *dict. quæſt. 3. num. 2.* Caponi *dict. tom. 3. diſcept. 209. n. 38.* Mancin. *de jurament. artic. 17. n. 10.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 11. n. 46.* Carolus Anton. de Luca *in prax. criminal. cap. 24. n. 8.* Franciſcus de Angelis *de confeſſionibus , lib. 1. quæſt. 7. effect. 14. n. 9.* Benè
52 verum eſt, quod ſi jurati fuerint diebus juridicis, poterunt feſtivis diebus,& feriatis examinari , & dicta eorum elongari , nam licèt ex multorum ſententia,teſtium examen actus ſit judicialis,qui die feſto nequit fieri,ac proinde, teſtes non ſolum jurare, ſed etiam examinari diebus juridicis, doceant Suarez *tom. 1. de religione , tract. 2. lib. 2. cap. 30. n. 13.* Reginald. *lib. 19. n. 45.* Filiuc. *tractat. 27. cap. 10. quæſt. 7. n. 193.* Bonacin. *tom. 2. diſput. 5. quæſt. unic. de Sabbati obſerv. punct. 2. n. 20. & 21.* Fagundez *in præcepta decalog. lib. 1. cap. 13. n. 16.* Caſtropalao *tractat. 9. diſput. 2. punct. 7. n. 6.* Trullench *dict. dubitat. 9. n. 14.* Valenſis *ad rubric. de feriis , n. 14.* Fermoſin. *ad text. in d. cap. 1. quæſt. 3. n. 4.* Tamen juxta praxim , & conſuetudinem noſtri Regni , teſtis die juridico jurans, poteſt examinari , & in actis deſcribi illius depoſitio, in die feriato, aut feſtivo, ut de praxi teſtatur noſter Trullench *n. 14. in fin. ubi prox.* & ipſum de jure procedere, ex ratione *text. in l. penultim. C. de teſtib.* docent *Gloſ. in Clement. 1. de offic. & poteſt. judicis delegat.* Bartol. *in l. ſi quando, num. 2. & 10. C. de teſtibus* , Abbas *in cap. 1. n. 9. de feriis*, Speculat. *tit. de feriis , §. ſequitur, verſ. Quid ſi tunc teſtis , n. 6.* Felinus *in cap. licet cauſam , ſub n. 19. de probationibus* , Papienſ. *in pract. in form. opponen. contra teſtes , in gloſ. ſuntque publicatis , n. 16.* Maranta *in ſuo ſpecul. part. 6. actu 10. limit. 4. n. 40.* Caravit. *ſuper ritu* 148. Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæſt. 30. num. 15.* Azor *inſtitut. moral. part. 2. lib. 1. cap. 27. quæſt. 14.* Scacc. *de judiciis , lib. 2. cap. 5. n. 73.* Sayrus *in clavi , lib. 7. cap. 2. in fin.* Germon. *lib. 3. de ſacror. immunit. cap. 20. n. 47.* Ricc. *collectan. deciſ.* 840. Farinac. *de teſtibus , quæſt. 80. n. 55.* Poſth. *de manutenen. obſervat. 90. n. 4.* Caponi *dict. tom. 3. diſceptat. 209. n. 38.* Antonell. *de tempore legali , lib. 4. cap. 9. n. 19.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 11. à num. 47. uſque ad 70.* Franciſcus de Angelis *d. lib. 1. quæſt. 7. effect. 14. n. 11.* Ratio hujus ſententiæ,in qua fundatur noſtra praxis eſt quia teſtis depoſitio , refertur ad diem juramenti , non verò ad diem examinis , vel in quo ejus dictum , in ſcriptis redigitur , D. Matheu *de regim. cap. 10. §. 2. n. 251.* qua propter ſolum inſpicitur, quod jurent die juridico , ad quem omnis depoſitio refertur , & non curatur , quod examinentur in die feſto, Anton. Faber. *in C. lib. 4. tit. 15. definit. 8.* Cancer *variar. lib. 3. cap. 12. n. 17.* Fontanell. *deciſ. 22. n. 19.* Leone *in præparat. jur. part. 1. præparat. 26. n. 38.*

Quoad obſervationem feriarum , poteſt 53
dubitari , an ſi in loco rei conventi diverſæ feriæ in dictæ ſint, quam in loco judicii , aut rei ſitæ,ſuper qua judicium ſuſceptũ eſt, debeant obſervari feriæ loci judicii , videtur enim ferias loci , undè reus eſt , attendendas eſſe , quia feriæ , non favore actoris , ſed rei ſtatutæ ſunt,ut docet Leone *in præparat. jur. par. 1. præparat. 26. n. 19.* Et ſi reus in prima citatione, & ante cœptum judicium citaretur ad Curiam , in qua feriæ non eſſent , ſi in loco undè reus fuerit, eſſent feriæ, citatio inſubſiſtens foret, & reum non arctaret, Speculat. *tit. de feriis , §. 1. n. 5. in fin.* Foller. *in practic. criminal. in verb. Vel eos verbaliter citari faciat , n. 36.* Caravit. *ritu 116. numer. 3.* Ergo ex eo eſt, quod feriæ loci undè reus eſt attendi debent , quod non parum confirmatur ex doctrina Thom. Triviſian. *deciſ. Venet. 31. part. 1.* Ricc. *collectan. 124. in fin.* Docentium, quod Nuncius Apoſtolicus, ad aliquem deſtinatum Principem , tenetur obſervare ferias Sacræ Romanæ Curiæ. Contrarium tamen tenendum judico, & in feriarum obſervatione, non eſſe attendendum locum rei, aut actoris, aut rei ſitæ, ſed judicis, ubi jus redditur, quia ſemper in ordinatoriis judicii , prout ſunt feriæ, attendi debet judicii locus , *l. 3. in fin. ff. de teſtib. l. cum clericis , C. de Epiſcop. & Clericis.* Facit etiam, quod licet exempti, non ſint de juriſdictione Epiſcopi , tenentur ſervare dies feſtos , quos Epiſcopus in ſua Diœceſi ſervandos præcepit, Conſilium Tridentin. *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 12.* Ugolin. *de offic. Epiſcop. cap. 20. §. 3. n. 2.* Navarr. *in manual , cap. 13. n. 5.* Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. allegat. 105. numer. 34.* Piaſequio *in prax. Epiſcopal part. 2. cap. 3. numer. 47.* Tamburin. *de jure Abbat. tom. 3. diſput. 15. quæſt. 11. n. 54.* Cochier *de juriſdict. in exempt. part. 2. quæſt. 45. n.*

55.



55. Peyrin. *de privileg. ad conſtitut. 28. Leonis X. n. 2.* Valenſis *in paratild. ad tit. de feriis , n. 17.* Ceſped. *de exempt. regular. cap. 20. dubitat. 311. num. 8.* Zachias Paſqualig. *in obſervationib. ad Laurent. de Franch. controverſ. inter Epiſcop. & regul. part. 1. n. 22.* Et quod in feriarum obſervatione, attendi debeat locus judicis , & magiſtratus, ubi jus redditur, & non rei, aut actoris, aut rei ſitæ, docent Innocent. *in cap. final. de feriis* , & ibidem Abbas *n. 23. in 3. quæſt.* Bald. *in Margarita ad Innocent. verb. Feriæ.* Speculat. *tit. de feriis. §. 1. in fin. num. 11.* Alber. de Roſat. *tract. de ſtatut. par. 1. quæſt. 31. n. 2. fol. 7.* Azor *inſtitut. moral. tom. 2. lib. 1. cap. 27. dubitat. 17.* Scacc. *de judiciis, dict. lib. 2. cap. 5. n. 188. cum ſequentibus*, Germon. *lib. 3. de ſacror. immunitat. cap. 20.* Marta *de juriſdict. part. 4. centur. 1. caſu 21. num. 6.* Valenſis *ad dict. tit. de feriis , n. 16.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. 1. de feriis, quæſt. 6. n. 10.* Neque obſtant adducta pro contraria,nam ad primum reſpondetur,quod feriæ conſiderantur in favorem reorum in dictæ , quoad opponendam exceptionem feriarum , ut ipſe Leone *dict. n. 19.* docet; ſecus eſt quoad obſervantiam:neque facit illud, quod de prima citatione diximus , nam loquuntur DD. de prima citatione , & ante inchoarum judicium , ad quam faciendam, attendi debent feriæ loci , ubi reus domiciliatus invenitur,& nequit fieri,feriato die in loco domicilii rei , etiam ſi dies juridicus fuerit in loco judicii , ſecus eſt in omnibus aliis actibus judicialibus , ut reſpondit Scaccia *de judiciis , dict. lib. 2. cap. 5. n. 190.* Ad ultimum reſpondetur , quod in Hiſpania contrarium obſervatur , nam ipſe Nuncius Apoſtolicus, & ejus audientia , obſervat ferias à Conſilio Supremo in dictas, Fermoſin. *ad tex. in d. cap. 1. de feriis, q. 6. n. 11.*

54 Ex quibus obſerva, quod ſi reus exiſtat in loco ubi dies feſtus collitur , aut feria , non poterit citari abſque nullitate , etiam ſi dies ille feſtus, aut feria, fuerit juridicus, in loco judicis , & magiſtratus , Caſtropalao *tom. 2. tractat. 9. diſput. 2. punct. 7. n. 4.* Trullench *dict. lib. 3. cap. 1. dubitat. 9. n. 13.* Et ex adverſo, ſi reus exiſtat in loco , ubi dies feſtus, aut feria non collitur, poterit citari, etiam ſi dies in loco judicis feſtus fuerit , aut feria, dummodo citatio expedita reperiatur die juridico, Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 29. n. 7.* Bonacin. *tom. 2. diſput. 5. quæſt. unic. punct. 2. n. 19.* Trullench *ubi proxim.* Fermoſin. *ad text. in cap. 1. de feriis , quæſt. 2. n. 17.*

55 In omnibus dilationibus, ad teſtes producendos datis, aut ad teſtium objecta probanda , ad impugnanda inſtrumenta , ad appellandum,vel dicendum de nullitate ſententię, aut quemlibet actum judicialem impugnandum , computantur , & includantur feriæ, etiam ſi fuerint inopinatæ,& repentinæ, *l. 1. & 3. C. de feriis* , Gregor. Toloſan. *ſintagmat. juris , part. 1. lib. 2. cap. 16. numer. 20.* Barboſa *ad text. in l. 1. C. de feriis , n. 1.* D. Matheu *de regim. cap. 10. §. 2. n. 140.* In regno autem feriæ Natalis Domini , quæ
durant à die Natalitii Domini,uſque ad Epi- 56
phaniam, & annis elapſis durabant, à die D. Thomæ Apoſtoli , uſque ad Epiphaniam, ut de ſimili obſervãtia teſtatur Cyriacus *tom. 1. controverſ. 158. n. 1.* Licèt de foro , ſolum à veſpere Natalitii , uſque ad Kalendas Januarii durari debebant, *For. La Cort, 9. rub. de dilationib.* Et feriæ Paſchatis reſurrectionis, quæ durant à Dominica Palmarum, uſq. ad diem Sancti Vincentii Ferrer Patroni noſtri , cujus feſtum celebratur , altera die poſt Paſchatis Octavam ; licèt de foro etiam ſolum durare deberent , à Dominica Palmarũ, uſque ad ultimum feſtum Paſchæ, *dict. For. 9. rub. de dilationib.* Et de jure durant per ſpatium quindecim dierum, ab hebdomada ſancta, uſque ad Octavam Paſchatis, *l. 7. §. dies, C. de feriis, l. 8. C. eod. cap. conquaſtus, de feriis*, Azor *inſtit. moral. part. 2. lib. 1. cap. 25. verſ. Quinto quæritur.* Filiucius *tractat. 27. cap. 3. num. 37.* Scaccia *de judiciis, lib. 2. cap. 5. num. 114.* Barboſa *ad text. in dict. cap. final. de feriis, num. 15. & 16.* Fermoſin. *ad eundem text. quæſt. 3. num. 13.* Gonzal. Tell. *ad eundem text. num. 8. & 9.* Et feriæ repentinæ , & inopinatæ, non computantur in dilationibus ad producendos teſtes , *For. Per lo preſent, 34. rub. de teſtib.* ibi : *Provebints, que ſi en lo temps de les dites dilacions ſobrevindràn les feries de Nadal , ò de Paſqua de Reſurrecciò, ò altres feries repentines, que novellament, per alcuna feſtivitat , ò ſolemnitat ſe ſeguiràn , que los dies de tals feries , no ſien compreſſes en los dies de les dites dilacions , è tots altres dies , y ſien compreſſos encara que ſien feriats.* Docet D. Matheu *de regimin. cap. 10. §. 2. n. 139. & 140.* Eodem modo feriæ ſupradictæ, non computantur in dilatione decem dierum , quæ datur, ad allegandas rationes contra mandatum executivum, *For. 16. fol. 11. Curiar. anni* 1626. ibi : *Per ço ſupliquen los tres braços à voſtra Mageſtad , ſia ſervit manar , que los dies de les feries de Nadal, y de la ſemana Santa, y Paſques , no correguen en dites dilacions, ni cauſes, ni entren, ni hajen de entrar en conte dels deu dies del manament eixecutori, ansbe eſtes feries hajen de ſer privilegiades.*

Extra caſus ſupradictos , feriæ repentinæ,
& inopinatæ, Nativitatis Domini, & Paſcha- 57
tis , computari debent in dilationibus , nam

cum

cum reperiatur in jure diſpoſitum, quod tempus dilationis continuum ſit, & in eo computentur, dies ſolemnes, & feſtivi, & feriæ repentinæ, *l. ſive pars, in fin. C. de dilationib. l.* 1. *&* 3. *C. de feriis*, Bald. *in dict. l. ſive pars*, ubi Paulus de Caſtro *n.* 7. *gloſ. in cap. final. in verb. Quibus, de feriis.* Innocent. *in cap. ultra tertiam, n.* 3. *de teſtibus*, Balbus *de præſcript. quæſt.* 6. *& ultim. n.* 7. Franciſc. Marc. *deciſ.* 35. *n.* 1. Cabalius *ad conſtitut. March. lib.*5. *cap.*16. *in gloſ.util.* Bellacomb. *tom.*1. *cõmun. opinio. lib.*3. *tit.* 8. *n.* 6. Scacc. *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 156. Barboſa *in collect. ad text. in l.* 3. *C. de dilationib. n.* 12. D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 2. *n.* 139. *&* 140. In omnibus aliis dilationibus, non exceptuatis à foro, remanebit in viridi juris diſpoſitio, & feriæ repentinæ, Paſchatis, & Nativitatis computari debebunt in dilationibus, *ex regul. text. in l. comodiſſimè* 10. *cũ vulgat. de liber. & poſthum.* Et quia de feriis repentinis ſolum loquitur dictus *For.* 34. *rub. de teſtib.* Sequitur, quod ſolum in caſu, dilationis datæ ad probandũ, non debebunt repentinæ feriæ computari in dilatione, in aliis vero caſibus, & etiam in caſu dilationis decem dierum, ad proponendas rationes contra mandatum executivum, computari debebunt feriæ repentinæ, nam in *Foro* 16. *Curiar. anni* 1626. ſolum cautum reperitur, quod feriæ Nativitatis Domini, & Paſchatis, non computentur in dilatione decem dierum prædicta. In dilationibus autem ad appellandum, aut ſupplicandum, vel dicendum de nullitate, aut interponendum alia remedia, computandæ erunt feriæ repentinæ, ſolemnes, & quælibet aliæ, nam in nullo foro cautum habemus, quod hujuſmodi feriæ non computentur in cæteris dilationibus, quia licèt *in dict. For.*16. *Curiar. anni* 1626. videatur deciſum, ferias Nativitatis, & Paſchatis, generaliter in quibuſlibet dilationibus non computari, ibi: *Les feries de Nadal, de la ſemana Santa, y Paſques no corregen en dites dilacions, ni cauſes.* Tamen in foro nihil aliud deciditur, quam ut in decem diebus præcepti executivi, non computentur prædictæ feriæ, & hæc fori verba ad ſolam dilationem iſtam contentam in principio fori referenda ſunt, & non ad aliam dilationem. In anno fatali ad introducendam appellationis cauſam coram judice ad quem, omnes ſupradictæ feriæ computantur, annus autem fatalis, non computatur à die admiſsionis appellationis, ſeu ſupplicationis, ſed à die interpoſitæ appellationis, aliter deſerta erit cauſa, ſicuti deſerta erit, ſi non concludatur, & acordetur intra annum, prout ſapientiſſimè Senatus, referente Nobili Don Didaco de Scals, & Salcedo, pronunciavit in favorem Valerii Paſtor Notarii, Procuratoris Monicæ Soler, & contra Vincentium Flores Notarium, Procuratorem Franciſci Soler, Regia ſententia publicata per Joſephum Laurentium de Saboya Militem, Regium Mandati Scribam, *die* 9. *Septembris* 1686. Solum caſu in quo pro dilatione dies utiles conceduntur, prout ſolet Senatus, non computantur in dilatione feriati dies, aut feſti, niſi tantum juridici, Domin. Matheu *d. cap.* 10. §. 2. *n.* 142.

55 Doctrinam à nobis traditam limita, quando dies feriati, vel ſolemnes, abſorberent totam, vel majorem dilationis partem, tunc enim non computantur dies feriati in dilatione, ſive dilatio fuerit ad probandum, ſive ad appellandum, aut ſupplicandum, ſive ad aliud remedium interponendum; imò feriæ iſtæ tolluntur de medio, & remanent ſolum dies non feriati, & totidem dies juridici adduntur dilationi, ut docent Baldus *in l. ſi quãdo, verſ. Quarto quæritur, n.* 6. *C. de teſtibus.* Paul. de Caſtro ubi proxim. Lanfranc. de Ariad. *tract. de dilationibus, num.* 13. *fol.* 102. Maranta *in ſuo ſpecul. part.* 6. *tit. de dilationib. num.* 18. Gravat. *in additionib. ad praxim Veſtri. lib.* 5. *cap.*4. *num.* 7. Paucirol. *in prax. fol.*100. *ubi ejus additionat.* Auguſtin. Fauſtin. Bellacom. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 6. Scaccia *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 157. Oſvald. *ad Donell. lib.* 24. *commentar. cap.*6. *lit. F.* Barboſa *ad text. in l. ſive pars* 3. *C. de dilationib. n.* 13. Ricc. *collect.* 1488. Speculat. *tit. de feriis, §. ſequitur videre, n.* 12. Caſtell. *in l.* 46. *Tauri, n.* 84. Gaylus *lib.* 1. *obſervat. cap.* 140. *numer.* 4. Ferrer *obſervat. part.*2. *cap.*2. *& part.* 3. *cap.* 297. Joſeph. Cumia. *in practic. ſyndicat. cap.* 13. *n.* 9. Parlador *rerum quotidianar. lib.* 2. *cap. final. part.* 5. §. 10. *n.* 12. Monachus *in practic. iudicial. part.*5. §.1. *cap.* 12. *n.* 10. *cum ſequentib.* Rota *diverſor. deciſ.* 25. *part.* 4. Fontanell. *deciſ.* 410. *n.* 11. *part.* 2. Ripoll *variar. cap.* 5. *n.* 9. *& in additionib. ad praxim Peguer. rub.* 14. *n.* 147. *& rub.* 16. *n.* 16. Poſthius *de manuten. obſervat.* 84. *n.* 36. Xammar *rerum iudicatar. part.* 2. *definit.* 137. *n.* 1. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de dilationibus, quæſt.* 10. *n.* 9. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 70. *n.* 1. *cum ſequentibus.* Regens Vico *ad leges Sardiniæ. to.* 1. *tit.* 10. *cap.* 3. D. Matheu *de regimin. cap.* 10. §. 2. *n.* 141. Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *n.* 65. & ita vidi, & obſervavi multoties, à Senatu noſtro deciſum; & ſignanter ſententia publicata per Gaſparem Maſcarò Militem, Regium Mandati Scribam, *die* 17. *Februarii* 1668. inter Syndicum Cleri Sancti Bartholomæi, & Doctorem Felicem Esbri, referente Nobiliſsimo D.D. Antonio de Ca-

la-



latayud, tunc noſtri R. S. Senatore, & nunc meritiſsimo Regente in S. S. A. C. & alia publicata per Ferrera, *die* 24. *Novembris* 1677. in favorem Don Bernardini Salcedo, & contra Don Philippum Vives de Cañamas.

59 De libello dubitant DD. an poſsit offerri, & præſentari judici diebus feriatis, communis opinio DD. tenet non poſſe diebus feriatis in honorem Dei, quia quodammodo eſt actus judicialis, aut ſaltim de primordiis judicii, Maranta *in ſuo ſpecul. par.* 6. *memb.* 3. *n.* 19. Mandocius *de commiſsionibus, commiſsione* 13. *feriis non obſtantib. verſ. Secundo quæro, fol.* 77. Scaccia *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 79. *&* 80. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 2. *n.* 1. *cum ſequent.* Licèt non deſint aliqui contrarium tenentes, & defendentes, videlicèt poſſe libellum offerri, & præſentari judici, diebus feriatis in honorem Dei, utpote actus merè extrajudicialis, Abbas *in cap. final. ſub n.* 17. *de judiciis*, ubi Anton. de Burrio, & Felin. *n.* 18. Miſis *in ſuo report. verb. Feriæ non impediunt, n.* 6. Azin *in prax. judic.* §. 5. *cap.* 3. *n.* 3. Caſtropalao *tom.* 2. *tract.* 9. *diſput.* 2. *punct.* 7. *num.* 9. Trullench *dict. n.* 16. Fermoſin. *dict. quæſt.* 2. *n.* 2. In feriis ſtabilitis in utilitatem hominum, poſſe offerri, & præſentari libellum judici, probant textus *in l. miles, §. ſexaginta, ff. ad l. Juliam, de adulteriis, l.* 1. *ff. de feriis*, Baldus *in l. jure, n.* 1. *C. ad l. Juliam, de adulteriis*, Alexand. *in l. ſi finita, §. Julianus, n.* 35. *in fin. ff. de damno infecto*, Felin. *in cap. ſignificaverunt, n.* 19. *de judiciis*, Maranta *dict. memb.* 3. *n.* 19. Mandocius ubi prox. Scaccia *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 85. Fagundez *in præcept. Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 13. Caſtropalao *dict. n.* 9. Trullench *dict. dubit.* 9. *n.* 16. Fermoſin. *dict. quæſt.* 2. *num.*2. Leone *in præparat. jur. part.* 1. *præparat.* 26. *n.* 8. Sed quod adhuc in hiis feriis non poſsit præſentari, aut offerri libellus judici, quia petitionem continet, & petitio actus eſt judicialis, docent Joan. Andreas *ad Speculat. tit. de libelli oblat. §. nunc videamus*, Anton. de Butr. *in cap.*1. *de libelli oblat.* Germon. *lib.* 3. *de ſacror. immunit. cap.* 20. *n.* 25. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 2. *n.* 3. 4. *&* 5. A quorum opinione nequit recedi in Regno, ex eo quod indiſtinctè habemus in praxi admiſſum, quod libellus non offeratur, neque præſentetur judici, neque adhuc Regenti Regiam Cancellariam, diebus feriatis in honorem Dei, aut utilitatem hominum, niſi in caſibus imminentis periculi, quibus petitur in ipſis libellis, quod dies habilitentur; libelli enim, manu ipſius judicis cum interpoſitione diei, menſis, & anni providentur, & in decreto, & proviſione continetur citatio partis, & mediante injunctione ipſius libelli fit citatio, ut docet D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 1. *n.* 22. Et cum hæc omnia nequeant conſiderari extrajudicialia, ſed imò actus judiciales ſint, non expediuntur in Regno diebus feriatis, ſed juridicis ex regula, quod actus judiciales, nequeunt fieri diebus feriatis, abſque nullitate, *cap. Conquæſtus cum vulgat. de iudiciis*, Pignatel. *ad ſtatut. Ferranenſ. rub.* 45. *n.* 7. *&* 8. Andreol. *controverſ.* 131. *n.* 2. *&* 3. Nigro *de execut. rei iudic. cap.* 15. §. 5. *n.* 5. Zachias *de ſalario, quæſt.* 92. *n.* 1. *&* 2. Ventrigliol. *de diebus feſtis, annotat.* 16. §. 2. *n.* 4. 60 Circa citationem etiam communiter ſolet quæri, an fieri poſsit die feriato, & ut referam Doctorum ſententias, triplex actus conſiderari debet in citatione, primus eſt præceptum, ſeu mandatum de citando, ſecũdus eſt executio præcepti, ideſt, ipſe citationis actus, qui fit per apparitorem, tertius eſt proceſſus ex citatione inchohatus, Fagnan. *ad text. in cap. Conquæſtus, de feriis, num.* 42. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 2. *n.* 2. Quoad primum, tenent multi, poſſe præceptum, ſeu mandatum de citando à judice expediri feriato die, quia abſque cauſæ cognitione præceptum datur, *l. actus, C. de feriis*, Cinus *in l.* 1. *ff. de novi operis nunciat.* Joan. Andreas *ad text. in cap. final. de feriis*, Valenſis *in paratitl. ad tit. de feriis, n.* 13. Gratian. *diſcept.* 712. *n.* 1. *& diſcept.* 818. *n.* 2. Tondut. *de præventione judicial. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 74. Fagnan. *ad text. in cap. conquæſtus, de feriis, n.* 49. Sed apud nos, & in praxi noſtra, hæc opinio non eſt ſequẽda, ſed contraria obſervatur, quia hæc præcepta, ſeu mandata de citando, ſive fiant in calce libelli propoſiti, aut alio quolibet modo, non dantur diebus feriatis; ratio eſt, quia hæc mandata de citando, dantur in Regno à judice judicialiter procedente, & cum expediantur judicialiter, nequeunt abſque nullitate dari feriatis diebus, *l. à procedente, C. de dilationib.* docent Bellamera *in cap. præterea, de dilationib. in* 6. *quæſt.* Bartol. *in l.* 1. *§. nunciatio, ff. de novi operis nunciat.* Abbas, & Anton. de Butrio *in cap. final. de feriis*, Vancius *de nullitat. ex defectu proceſſus, n.* 46. Azevedo *in l.* 4. *n.* 6. *tit.* 1. *lib.* 1. *novæ recopilat.* Suarez *tom.* 1. *de religione, lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 4. Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 27. *quæſt.* 5. Bonacin. *t.* 2. *diſp.* 5. *quæſt. unic. punct.* 2. *n.* 14. Barboſa *in collectan. ad text. in cap. final. de feriis, n.* 3. Marius Antonin. *variar. lib.*3. *reſolut.* 48. *n.* 16. Caſtropalao *tom.* 2. *tractat.* 9. *diſput.* 2. *punct.* 7. *n.* 1. Trullench *dict. lib.* 3. *cap.* 1. *dubit.* 9. *n.* 11. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis, quæſt.* 2. *num.* 7. *&* 8. Fagnan.

*ubi*

*ubi proxim. n.* 52. Gonzal. Tellez *ad text.*
*in cap. final. de feriis*, *n.* 29. Caponi *tom.* 3.
*diſcept.* 209. *num.* 36. & 37. Antonell. *de*
*tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 13. In ſecundo
caſu tenent aliqui, poſſe fieri actum citatio-
nis die feriata, ad diem non feriatam, & ita
de ſtyllo, & conſuetudine ſervari, Bald. *in l.*
*minorum*, *numer.* 5. *C. ſi ut omnis hæreditas,*
*vel bonorum poſſeſſio.* Cinus ubi proxim. Al-
beric. *in l. dies feſtus*, *C. de feriis*, Ricciol.
*lib.* 6. *lucubrat. cap.* 25. *n.* 21. Marcus An-
gel. Leone *part.* 1. *præparator.* 26. *n.* 16.
Germon. *de ſacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 20.
*n.* 50. Sed contrarium de jure verius eſt,
& inconcuſè obſervatur in noſtra praxi, nam
hujuſmodi citationes nequeunt abſq. nulli
tate ab Apparitoribus intimari in diebus fe-
riatis, ad non feriatos, *l. final. C. de feriis*,
Bald. *in l. in tempus*, *in fin. de hæredib. inſti-*
*tuend.* Vancius *de nullitat. ex defectu citatio-*
*nis*, *n.* 46. Guido Pancirol. *conſil.* 36. Pa-
normitanus *in cap. ultim. de feriis*, Suarez *d.*
*cap.* 30. *n.* 4. Azor *dict. quæſt.* 15. Rota *de-*
*ciſ.* 365. *n.* 1. *part.* 3. *recentiſsimar.* & apud
Farinac. *lib.* 2. *deciſ.* 238. Fagundez *in primũ*
*præceptum Eccleſiæ*, *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 1. &
11. Trullench *dict. dubit.* 9. *n.* 11. Fermo-
ſin. ubi prox. Gonzal. Tellez *dict. num.* 29.
Fagnan. *ubi proxim. n.* 53. In tertio actu in-
dubitatum eſt, quod proceſſus inchohandus à
citatione, fieri non poſsit die feriato, ut do-
cet Fermoſin. ubi prox. Fagnan. *n.* 45.

61 Diximus, & probavimus, quod tam actus
expeditionis præcepti de citando, quàm ci-
tationis intimatio, fieri debet die juridico,
nunc reſtat videre, an ſi in die non feriata
detur citatio, ad diem feriatam, valida ſit, &
diſtinguendum judico, aut citatio fit directè,
& formaliter, pro die feſto determinato, ut
pro die Dominica, vel pro die Sancti Petri,
aut fit pro tali die, menſis, vel hebdomadæ,
aut pro tali die in numero, ut puta tertia, aut
quinta (prout apud nos fit) poſt notificatio-
nem. In primo caſu judico citationem eſſe
nullam, & citatum non arctari obligatione
comparendi, quia citatio facta ad diem fe-
riatam, de jure civili non valet, *l.* 2. *ff. ſi quis*
*in jus vocatus non ierit. l. final. C. de feriis*,
Abbas *in cap. ultimo*, *de feriis*, *n.* 21. Sua-
rez *dict. cap.* 30. *n.* 3. Petrus de Bellapert.
*in l. dies feſtos, C. de feriis*, Hoſtienſis *ad text.*
*in cap. conquæſtus*, *de feriis*, *n.* 37. Tru-
llench *dict. dubit.* 9. *n.* 11. Fermoſin. *dict.*
*quæſt.* 2. *n.* 10. Fagnan. *ad text. in dict. cap.*
*conquæſtus*, *n.* 37. *de feriis*, Antonell. *de*
*tempore legal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 13. Et hoc in
caſu, non tenetur comparere citatus, die ſub-
ſequenti poſt feriam, nam & ſi aliqui volue-
rint teneri immediato die juridico poſt fe-
riam comparere, *ex cap. cum dilecti, de dolo,*
*& contumacia*, Gaylus *lib.* 1. *obſerv.* 53. *n.* 2.
Innocent. *in cap. conquæſtus*, *de feriis*, Valen-
ſis *in paratild. ad tit. de feriis*, *n.* 13. Cer-
tius eſt, citationem nullius momenti eſſe, &
nullo die obligare citatum ad cõparendum,
Speculat. *tit. de citat. num.* 13. Panormitan.
*in cap. final. de feriis*, *n.* 21. Suarez *d. cap.*
30. *n.* 3. Fagundez *in* 1. *præceptum Eccle-*
*ſiæ*, *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 7. Trullench *in deca-*
*log. dict. dubitat.* 9. *n.* 11. Fermoſin. *d. q.* 2.
*n.* 10. & 11. Fagnan. *ad d. cap. conquæſtus*,
*n.* 38.



In ſecundo verò caſu, quando citatio fit ad 62
tertiam, vel quartam diem poſt notificatio-
nem, aut ad diem decimum talis menſis, aut
ad diem talis hebdomadæ, volũt aliqui, quod
ſit nulla, & quod citatus non teneatur com-
parere adhuc ſequenti die poſt feriam, Bo-
nacin. *tom.* 2. *diſput.* 5. *quæſt. unic. punct.* 2.
*n.* 16. Trullench *dict. lib.* 3. *cap.* 1. *dubit.* 9.
*n.* 11. Fermoſin. *dict. quæſt.* 2. *n.* 11. Sed
contrarium de jure verius judico, & in no-
ſtra praxi admiſſum video, nam ſi citatio fiat,
ad tertiam, aut quartam diem poſt notifica-
tionem, & dies aſsignatus ſit feſtus, aut fe-
ria, in illo die non tenetur comparere cita-
tus, ſed die immediatè ſequenti, ſi juridicus
fuerit, aut dies immediatè ſequens habilis;
ratio eſt, quia duo videntur mandata, ideſt,
ut ad diem compareat, & ut compareat, *l.*
*Celſus*, *ff. de arbitris*, quamvis ergo excuſa-
tionem habeat in die feriata, in ſequenti die
excuſationem non habet, & datio termini
tenet Suarez *dict. cap.* 30. *n.* 3. Innocent.
*ad text. in dict. cap. final. de feriis*, Fagundez
*dict. cap.* 13. *n.* 7. Fagnan. *in dict. cap. con-*
*quæſtus*, *n.* 37. Caponi *dict. tom.* 3. *diſcept.*
209. *n.* 37. Et in Regno ſatis notam habe-
mus hanc praxim, in præceptis de ſolvendo,
aut quod die ſequenti dicat, & compareat ci-
tatus, aut in decretis de comparendis parti-
bus hora Audientiæ; nam & ſi omnes hujuſ-
modi citationes fiant ad ſequentem diem, ſi
intimatæ fuerint die juridico, & ſequens dies
fuerit feſtus, aut feria, non comparet citatus
in illo die, ſed tenetur comparere die juri-
dico immediato poſt feriam, & iſte eſt tribu-
nalium ſtyllus, & conſuetudo, cui in hac ma-
teria ſtandum eſt, ut in terminis docent Gay-
lus *dict. obſervat.* 53. *n.* 2. & 3. Valenſis *ad*
*dict. tit. de feriis*, *num.* 13. Fermoſinus *ad*
*text. in dict. cap.* 1. *de feriis*, *quæſt.* 2. *nu-*
*mer.* 14.

Sed an citatus tempore feriarum, aut ad
tempus feriarum, ut ſint invalida actus judi- 63
ciales, & citationes, teneatur comparere, &
allegare exceptionem feriarum videamus,
& reſpectu feriarum in honorem Dei indi-
ctarum, non eſt dubitabile, quod ſive partes
compareant, ad opponendam feriarum ex-
ceptionem, ſive non, actus in diebus feſtis
geſti, nullius erunt momenti, quia partes
non comparendo, non poteſt conſiderari re-
nunciaſſe feriis in honorem Dei ſtabilitis, cũ
hujuſmodi feriis, nequeant partes renuncia-
re, ut diximus. In feriis verò in utilitatem
hominum indictis, etiam ſi partes non com-
pareant, & contumaces fuerint, non ſuſtine-
tur citatio, & actus judiciales facti, quia non
præſumitur voluiſſe citatum feriis renuncia-
re, & citatio, & proceſſus remanent ipſo ju-
re nulli, *l.* 1. *ff. de feriis*, Aretin. *in* §. *appel-*
*lantur*, *num.* 35. *inſtitut. de exceptionib.* Ale-
xand. *conſil.* 213. *num.* 3. *lib.* 4. Scaccia *de ju-*
*diciis*, *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 165. Leone *in*
*præparat. jur. par.* 1. *præparat.* 26. *num.* 18. Si
verò citatus compareat, reſpondeatque li-
bello, & non opponat feriarum exceptio-
nem, tenet citatio, & proceſſus, quia cenſe-
tur tacitè feriis renunciaſſe, *l.* 1. *ff. de feriis*,
Alexand. *conſil.* 188. *viſo proceſſu*, *n.* 11. *lib.* 6.
Scaccia *d. cap.* 5. *num.* 166. Leone *d. par.* 1.
*præpar.* 26. *n.* 18. Ex adverſo autem ſi com-
pareat citatus, & opponat feriarum excep-
tionem, non poteſt amplius procedi, & ſi
procedatur, erit proceſſus nullus, Aretin. *in*
*d.* §. *appellantur*, *inſtitut. de exceptionib. n.* 35.
Scaccia *d. cap.* 5. *n.* 164.

64 Executio inſtrumenti habentis paratam
executionem, poteſt fieri diebus feriatis ad
utilitatem hominum, Jafredus *deciſ.* 2. Bartol.
*in l. omnes dies*, *num.* 1. & 2. & ibidem Paulus
de Caſtro *num.* 8. *C. de feriis*, Scaccia *de ju-*
*diciis*, *d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 87. Ricc. *collect.*
840. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de feriis*,
*quæſt.* 1. *n.* 43. Et poteſt ex eadem ratione
fieri executio ſententiæ in feriis prædictis,
Bald. *in ſua Margarita ad Innocent. in verbo:*
*Executio ſententiæ*, Feder. de Senis *conſ.* 144.
*diffinitiva*, Guido Papæ *deciſ.* 215. *ſub n.* 1.
Alexand. *conſil.* 130. *n.* 2. *lib.* 4. Milis *in Re-*
*portor. verbo: Feriatis diebus poteſt fieri*, Van-
cius *de nullitate ex defectu iuriſdictionis*, *num.*
131. Azin. *in practic.* §. 31. *cap.* 2. *ampliat.* 13.
*ſub n.* 2. & 3. Capella Toloſana *deciſ.* 158.
Ricc. *deciſ.* 124. Scaccia *dict. n.* 87. Fermoſin.
*ubi prox.* In diebus vero feriatis in honorem
Dei, aut in feriis repentinis, nequeunt de ju-
re executiones illæ fieri, Vancius, & Azin. ubi
proximè, Guido Papæ *d. deciſ.* 215. *n.* 2. Scac.
*d. cap.* 5. *n.* 91. Sed apud Nos, executio inſtru-
65 menti habentis executionem paratam, & ſen-
tentiæ executio, non fit, neque diebus feria-
tis in honorem Dei, neque in hominum utili-
tatem, & nullæ erunt ſi in hiis diebus fiant,
quia ſunt actus judiciales, & uti tales imper-
mittuntur, ex ratione text. *in cap.* 1. *de feriis*,
docent Suarez *d. cap.* 30. *à n.* 11. Bonacin. *t.*
2. *diſp.* 5. *q. unic. punct.* 2. *n.* 22. Caſtropal. *t.*
2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *punct.* 7. *n.* 12. Trullench *d.*
*dubit.* 9. *n.* 17. Fermoſin. *ad text. in d. cap.* 1. *de*
*feriis*, *q.* 1. *n.* 43.

Proteſtatio fieri poteſt feriatis diebus, & 66
etiam notificari ſi oportuerit, Bartol. *in l. non*
*ſolum*, §. *morte*, *ff. de novi operis nunciat. n.* 58.
*& in l. cum filius familias* 49. § *final. n.* 2. *ff. de*
*verbor. obligat.* Alexand. *conſil.* 78. *n.* 15. *lib.* 5.
Marcheſan. *de commiſsionib. part.* 3. *cap.* 1. §.
1. *n.* 103. Leone *in præparat. jur. par.* 1. *præpar.*
26. *n.* 37. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 51. *n.* 2.
*cum ſeqq.* proteſtatio enim ex ſe, actus eſt ex-
trajudicialis, Federic. Scotus *lib.* 5. *reſponſ.* 3.
*n.* 5. *tom.* 1. Ciriac. *controv.* 383. *à n.* 10. & ſi-
miles actus extrajudiciales, feriatis diebus
poſſunt fieri, *d. l. actus*, *l. dies feſtos*, *C. de feriis.*
Quod limita caſu in quo proteſtatio veniret
facienda in judicio, nam tunc non ratione 67
ſui, ſed quia in judicio expedienda, nequit
fieri, aut intimari, niſi die juridico, Oſvald.
*ac Donell. lib.* 24. *comment. cap.* 7. *lit. D.* & *V.*
Iranzo *d. cap.* 51. *n.* 4. Exemplum erit in pro-
teſtatione dotis, apochæ, alimentorum, aut
inſtrumenti mutui, aut depoſiti, nam hęc, quia
judicialiter in noſtra praxi proteſtantur, ne-
quit proteſtatio fieri, aut intimari, niſi diebus
juridicis, & etiam, quia proteſtatio dotis, ſuc-
ceſsit in locum exceptionis non numeratæ
dotis, apochæ, in locum exceptionis non nu-
meratæ pecuniæ, & aliæ proteſtationes in lo-
cum aliarũ exceptionũ, & quando proteſtatio
ſuccedit, in locum actionis, ſeu exceptionis,
induitur natura actuũ judicialium, & ſine du-
bio facienda erit, & intimanda die juridico,
Iranzo *d. cap.* 51. *n.* 4.

Ex hac doctrina formabis regulã generalẽ 68
ad omnes caſus, qui judicialiter, & extrajudi-
cialiter poſſunt expediri, ut ſunt denunciatio-
nes, quæ ab emptoribus, fiunt venditoribus,
de lite, aut cõtroverſia mota ſuper re vẽdita,
apud Nos dictæ intimę extrajudiciales, hujuſ-
modi enim denunciationes ſolent in praxi
fieri, aut extrajudicialiter, aut judicialiter, ut
ſuo loco dicam, & interim videndus, Guzmã
*de evictionib. q.* 4. *n.* 37. Si judicialiter fiant, in-
terveniente judicis proviſione, nequeunt fie-
ri, aut intimari, niſi diebus juridicis, ex regul.
text. *in d. cap. Conquæſtus*, *de feriis.* Si vero ex-
trajudicialiter fiant, prout frequentius evenit
in praxi noſtra, poterunt fieri, & intimari ad-
hibito notario, & teſtibus diebus feriatis, aut
feſtivis, nam merè actus extrajudiciales ſunt,
qui, ut multoties diximus, poſſunt fieri diebus
feriatis, & feſtivis, *l.* 1. §. *nunciat. ff. de novi*
*oper. nunciat. l. miles* 11. §. *ſexaginta*, *ff. ad l.*
*Juliam, de adulter.* Sayrus *in clavi*, *lib.* 7. *cap.* 2.
*n.* 15. Bonacin. *dict. q. unic. punct.* 2. *n.* 12. Tru-
llench *d. lib.* 3. *cap.* 1. *dubitat.* 9. *n.* 4. Fermoſin.
*ad text. in d. cap.* 1. *de feriis*, *q.* 1. *n.* 21. Narbon.
*in horograf. juris*, *hora* 24. *n.* 37.

## CAPUT II.

### *DE REGISTRATIONE inſtrumentorum, quæ ſolet fieri, in libris Curiæ Juſtitiæ Civilis Valentiæ, & illius utilitate.*

## SUMMARIUM.

1 *REgiſtratio inſtrumentorum quid ſit, & ad quem effectum fiat.*

2 *Inſtrumentum habens vitium viſibile, non eſt regiſtrandum, ut ſi cancellatum, aut dirutum fuerit, vel abſque teſtibus.*

3 *Inſtrumenta de jure, & conſuetudine multorum Regnorum, non probant, niſi ſubſcripta à teſtibus, & à contrahentibus, ſecùs in Regno.*

4 *Inſtrumentum carens ſigno notarii, non probat.*

5 *Notarius utens diverſis ſignis, pœna falſi punitur.*

6 *Notarius ſub pœna falſi, nequit ſuum ſignum mutare, aut uti alterius ſigno.*

7 *Notarii judicis auctoritate, & juſta interveniente cauſa poterunt novum ſignum ſumere, & antiquum dimittere.*

8 *Inſtrumentum non probat, ſi non fuerit in loco ſigni ſubſcriptum nomine, & cognomine notarii dicentis recepiſſe illud.*

9 *Inſtrumentum non habens locum in quo celebratum eſt, non probat, neque valet conſuetudo in contrarium.*

10 *Inſtrumentum, ut probet debet habere diem, menſem, & annum.*

11 *Annus antiquitus computabatur à die Incarnationis Domini, nunc à Nativitate.*

12 *Notarius tenetur pœna falſi, ſi alium diem in inſtrumento adnotet, quam receptionis inſtrumenti.*

13 *Menſis adnotari debet in inſtrumento, ut valeat, niſi dicatur actum die Incarnationis, aut Sancti Joannis Baptiſtæ, aut alio die certo.*

14 *Inſtrumentum abolitum, aut cancellatum in parte ſubſtantiali, non probat.*

15 *Limita, ſi notarius in ſignatura dicat abolitum, cancellatum, aut emendatum eſſe, ab ipſo notario, & quod non dubitetur.*

16 *Inſtrumentum in parte non ſubſtantiali raſum, aut cancellatum, probat.*

17 *Inſtrumenta in negotiis ſæcularibus recepta à Notariis Apoſtolicis, non probant.*

18 *Clerici nequeunt eſſe in Regno Notarii, & quid de jure.*

19 *Notarii Apoſtolici in negotiis Eccleſiaſticis, poſſunt inſtrumenta recipere.*

20 *Clerici, nequeunt eſſe Procuratores, niſi pro Eccleſia, & pro quibus aliis.*

21 *Clericus, ante oppoſitam exceptionem mandati legitimè intervenit in lite, poſt oppoſitam exceptionem, nulliter.*

22 *Procurator abſque ſpeciali mandato, non ſubſtituit ante litis conteſtationem.*

23 *Clericus Procurator habens mandatum ad ſubſtituendum, poteſt ſubſtituere, tàm ante oppoſitam exceptionem, quàm poſt.*

24 *Procurator ſubſtitutus, non habet mandatum à ſubſtituente, ſed à Domino, & non expirat, neque morte, aut revocatione, ſubſtituentis mandatum.*

25 *Procurator Religioſus, non poteſt ſubſtituere, etiam ſi in mandato habeat ſpecialem ſubſtituendi facultatem.*

26 *Clericus Procurator dominus litis factus, an poſſit ſubſtituere, ſi ſpeciale mandatum ad ſubſtituendum, non habeat.*

27 *Inſtrumenta nequent in noſtra Civitate, & in circuitu per leucam, recipere de contractibus, & ultimis voluntatibus, niſi Notarii Valentiæ.*

*Notarii Valentiæ in toto Regno recipere poſſunt inſtrumenta. Ibidem.*

28 *Notarii creati à Villis Regalibus, aut Barone, nequeunt recipere inſtrumenta extra Villas, aut Baronias, ubi creantur.*

29 *Notarii quibus limitata datur poteſtas ad recipiendum unum genus inſtrumentorum, nequeunt alia recipere.*

30 *Notarii Regales in toto Regno recipiunt inſtrumenta, ſolum in noſtra Civitate, & in circuitu per leucam, non poſſunt.*



31 *Notarii imperiales dicuntur in Regno, qui creantur à Vicecancellario.*

32 *Notarii imperiales poſſunt recipere inſtrumenta in omnibus Regnis, quæ gubernantur per Supremum Aragonum Conſilium.*

33 *Notarii imperiales, non poſſunt recipere inſtrumenta in Civitate noſtra, neque in circuitu per leucam.*

34 *Certificatoria à Notario facta de inſtrumento recepto, non probat.*

35 *Certificatoria à Notario facta de obitu alicujus abſque filiis, aut alia re ſimili, non probat.*

36 *Officialis non poteſt relationem facere, niſi de geſtis per ſe, & de ſpectantibus ad ſuum officium, dùm durat officium, & an inſtrumentum poſſit recipi a duobus, vel tribus Notariis ſimul.*

37 *Inſtrumentum exemplatum, non probat.*

38 *Inſtrumenti copia levata à prothocolo per ipſum Notarium, qui inſtrumentum recepit, pleniſſimè probat.*

39 *Notarius regens notas prædefuncti Notarii, poterit levare inſtrumentum in prothocolo elongatum à prædefuncto, & tradere copiam ſignatam, quæ fidem faciat.*

40 *Notarii regentes notas in Regno, ſolent obtinere decretum judicis ordinarii, ad levandam copiam inſtrumenti elongati in prothocolo prædefuncti Notarii.*

41 *Partes non citantur de conſuetudine in Regno, ad levandas copias inſtrumentorum ex prothocolo Notarii prædefuncti.*

42 *Notarii juxta praxim, abſque judicis proviſione extrahunt copias inſtrumentorum elongatorum à Notario prædefuncto.*

43 *Notarius receptor, aut ejus ſucceſſor, ſi levat copiam inſtrumenti, non à prothocolo, ſed ab alio inſtrumento ab eis tradito, debent citari partes, & interponi judicis auctoritas, ut probet.*

44 *Notarius ſucceſſor tenetur edere, & cuſtodire prothocola prædefuncti.*

45 *Notarius regens notas in Regno, nequit authenticare inſtrumenta, niſi habeat omnia prothocola in ſui poſſe manifeſtata Curiæ Juſtitiæ.*

46 *Notarius tenetur in Regno deſcribere inſtrumenta in prothocolo intra tres menſes à die rogitus, ſub diverſis pœnis.*

47 *Notarius regens notas, nequit inſtrumentum non elongatum extrahere, niſi præcedente judicis ordinarii proviſione.*

48 *Inſtrumentum non debet elongari, niſi in baſtardello, aut minuta reperiatur manu Notarii prædefuncti conſcripta ſubſtantia contractus, cum die, anno, & teſtibus.*

49 *Notarii in Regno, nequeunt publicare inſtrumenta ſub pœna 25. librarum, niſi prius ſubſtantiam contractus in baſtardello, cum die, menſe, & anno, & teſtibus minutaverint, ſecùs de jure.*

50 *Inſtrumentum interlineatum, aut cum imbreviaturis, abſque judicis auctoritate, & citatione partis, nequit à Notario ſucceſſore aliter extrahi, quàm prout jacet.*

51 *In Regno de conſuetudine extrahuntur elongato, & ſine interlineationibus, abſque partium citatione, ſola judicis ordinarii auctoritate.*

52 *Inſtrumentum defectuoſum, aut cum imbreviaturis in lite exhibitum, non elongatur, niſi parte citata, & judicis auctoritate.*

53 *Praxis, & libellus petendi conſilium majoralibus Artis Notariæ, ad elongandum inſtrumentum.*

54 *Imbreviatura, cui deficit dies, locus, annus, aut teſtis, elongari non debet, niſi dies, locus, aut teſtis ex aliis ſuppleatur.*

55 *Imbreviatura, quæ continet diem, menſem, annum, locum, & teſtes, ſi non continet ſubſtantiam contractus, non eſt extendenda, ut inſtrumentum.*

---- *Niſi ex eiſdem teſtibus ſuppleatur contractus ſubſtantia. Ibidem.*

56 *Imbreviatura non ſcripta manu Notarii, etiam reperta in ſuo baſtardello, non debet, ut inſtrumentum elongari.*

57 *Limita, ſi teſtibus inſtrumentalibus de contractu conſtet.*

58 *Limita, multis aliis modis.*

59 *Notarius regens prothocola prædefuncti, certis de cauſis tenetur de jure edere, & manifeſtare judici notas.*

60 *Notarius habens prothocola prædefuncti titulo legati, aut alio, tenetur infra decem dies illa manifeſtare Curiæ Juſtitiæ Civilis.*

61 *De manifeſtatione fit inſtrumentum, ut in illo manifeſtans ſe obliget notum facere Curiæ, ſi protbocola à ſua poteſtate evaſerint.*

62 *Nomina Notarii prædefuncti, & notarii regentis adnotantur in libro Curiæ Civilis.*

63 *Solidus debetur Archiotæ, pro labore perquirendi in libro nomina Notarii regentis, & prædefuncti.*

64 *Hæredes, aut ſucceſſores Notarii prædefuncti, penes quos ſunt protbocola, tenentur manifeſtare illa judici ordinario domicilii defuncti.*

65 *Ordinarius debet nominare Notarium regentem, qui cum ſucceſſoribus dividat medietatem emolumentorum.*

66 *Protbocola ſi non manifeſtentur intra decem dies, habent ordinarius extrahere illa à domo hæredum, & commendare Notario, & incurritur pœna fori, & ubi protbocola debeant eſſe.*

67 *Inſtrumentorum copiæ de jure ſolum debent dari contrahentibus, aut intereſſe habentibus.*

68 *Inſtrumenta in Regno Valentiæ traduntur illis, qui coram Judice ordinario jurant habere intereſſe.*

69 *Quod ferè non practicatur, nàm abſque heſitatione traduntur cuilibet intereſſato, aut non intereſſato.*

70 *Inſtrumentum ſignatum a Notario fidem facit, etiam ſi protbocolum fuerit amiſſum.*

71 *Amiſsio protbocoli debet de jure probari, ſecus in praxi noſtra.*

72 *Inſtrumẽtum à Notario rogato ſignatum, ſi in protbocolo non invenitur deſcriptum, non probat juxta aliquos. Contrarium verius.*

73 *Limita ſi non à Notario rogato, ſed à ſucceſſore fuerit ſubſignatum.*

74 *Inſtrumentum levatum, ſi non concordet cum protbocolo, ſtandum eſt protbocolo.*

75 *Inſtrumentum concordans cum protbocolo, & diſcordans à matrice, de falſo ſuſpectum.*

76 *Inſtrumentum diſcordans à protbocolo, & à matrice, debet regulari, & levari juxta matricem.*

77 *Inſtrumento non levato ſi diſcordent protbocolum, & matrix, levandum eſt prout in protbocolo.*

78 *Limita ſi protbocolum fuerit vitiatum.*

79 *Imbreviaturæ diſcordanti à protbocolo, juxta veriorem, potius credendum eſt, ſi perfecta reperitur.*

80 *Inſtrumentum non regiſtratur in Curia Juſtitiæ, niſi teſtibus probetur, quod Notarius illius receptor fuerit legalis, & quod ſua ſubſcriptione, & ſigno munitum reperitur.*

*Limita in inſtrumentis Notarii Valentiæ, quia ſufficit, quod ipſe Notarius dicat inſtrumentum recepiſſe. Ibidem.*

81 *Inſtrumentum receptum in Regno à Regni Notario habet præſumptionem pro ſe, quod illud luſtrans fuerit publicus Notarius, & dicenti non fuiſſe Notarium incumbit onus probandi.*

82 *Inſtrumentum extra Regnum receptum non habet iſtam præſumptionem, ſed allegans fuiſſe Notarium publicum, qui illud recepit tenetur probare.*

83 *Inſtrumentum antiquum poteſt regiſtrari, etiam ſi teſtibus non probetur Notarii legalitas, ſignum, & ſubſcriptio, dummodo ſit in forma probanti.*

84 *Regiſtratio inſtrumenti fit jubente, & decernente judice ordinario, quod fiat regiſtratio prævia informatione teſtium de ſupradictis atteſtantium.*

85 *Inſtrumenta Regni exteri, ut probent in noſtro Regno, debent venire ſubſcripta, & ſignata, non ſolum à Notario receptore, ſed à duobus, aut tribus Notariis.*

86 *Inſtrumenta exteri Regni debent venire cum literis teſtimonialibus legalitatis Notarii, judicis ordinarii loci, ut probent.*

87 *Inſtrumenta exteri Regni quomodo regiſtrentur, ubi praxis, & libellus.*

88 *Inſtrumenta Regni Caſtellæ, ut Franciæ ſcripta in marca papiri non ſigillata, ſuſpecta de falſo.*

89 *Regiſtratio chyrographi privati, quomodo fiat.*

90 *Regiſtratio chyrographi juxta praxim noſtram, inutilis.*

91 *Chyrographa quomodo legitimè poſſint regiſtrari.*

92 *Reſcripta Principis, Bullæ Apoſtolicæ, ſententiæ, & alia quælibet inſtrumenta regiſtrantur, & quomodo.*

93 *Sententiæ arbitrorum, aut calculatorum non exequuntur per judicem ordinarium, niſi prius regiſtrentur.*

94



94 *Magiſtri actorum Curiæ Civilis laudantur propter eorum peritiam.*

95 *Inſtrumenta regiſtrata, & copiæ à regeſtro levatæ plenam faciunt fidem.*

96 *Regeſtrum Curiæ Civilis, quoad inſtrumenta regiſtrata, ſuccedit loco matricis, & protbocoli.*

97 *Inſtrumentum à regeſtro levatum, eodem modo probat, ac levatum à protbocolo.*

98 *Inſtrumentum à regeſtro levatum, poteſt impugnari.*

99 *Inſtrumenta regiſtrata in Curia Civili, cur authentica.*

100 *Inſtrumentum ex archivo publico levatum, probat.*

101 *Inſtrumenta ſpectantia ad negotia Curiæ Gubernationis, aut Bayuliæ, poſſunt in hiis Curiis regiſtrari.*

102 *Idem dicendum de inſtrumentis ſpectantibus ad negotia cujuſlibet aliæ Curiæ.*

103 *Inſtrumenta non ſpectantia particulariter ad negotia alicujus Curiæ, ſolum debent regiſtrari in Curia Civili.*

104 *Regiſtratio inſtrumenti, fit ſummaria teſtium informatione recepta, abſque citatione partis.*

105 *Limita ſi à parte fuerit præventum, quod non regiſtretur inſtrumentum, niſi cum partis citatione.*

106 *Negotium voluntariæ juriſdictiones præventione facta, fit juriſdictionis contentioſæ.*

107 *Libellus præventionalis, ut non regiſtretur inſtrumentum, niſi cum partis citatione.*

1 REgiſtrare inſtrumentum nihil aliud
in propoſito eſt, quam prævio exa-
mine facto, de illorum legalitate,
& fidelitate in Curia Juſtitiæ Civilis, judicis
auctoritate deſcribere illa, in libris rege-
ſtris fideliſsimè cuſtoditis in archivo dictæ
Curiæ, juxta praxim Domini Matheu *de
regimin. cap.* 10. §. 4. *num.* 28. & 29. ut
immortaliter cuſtodiantur inſtrumenta, &
poſsint quolibet in tempore levari à rege-
ſtris, ſicuti à prothocolis, exemplaria au-
thentica, quibus in judicio, & extrajudi-
cium plena adhibeatus fides, ut Dominus
Matheu *dict. cap.* 10. §. 4. *num.* 30. ſed ut
deveniatur ad regiſtrationem debent in-
ſpici, & verificari multa, ſine quibus
inutilis erit regiſtratio, & ſemper in-
ſtrumenti regiſtrati fides remanebit du-
bia. Primo enim inſpiciendum eſt in-
ſtrumentum, & ejus forma, & figu-
ra qualis ſit, ſi enim ocülariter videa-
tur inſtrumentum cancellatum, diminutum,
abſque ſigno, aut alio defectu viſibili, non
eſt deveniendum ad regiſtrationem, & ge-
neraliter omnibus in caſibus, quibus ad ocu-
lum conſtat inſtrumentum regiſtrandum ſuſ- 2
pectum eſſe, aut vitiatum, non eſt regiſtran-
dum. Caſus hujus ocularis inſpectionis ſunt,
ſi abſque teſtibus inſtrumentum reperiatur,
cum non probet, neque validum ſit, *Authen-
tic. de inſtrumentor. fide*, §. *ſed ſi inſtrumenta.
Authent. de hæredib. & falſid.* §. *ſi vero. For.
Los Eſcrivans*, 2. *rubr. de Notariis.* Paul. de
Caſtro *conſil.* 308. *num.* 2. Trentacinq. *va-
riar. lib.* 2. *tit.* 6. *de fide inſtrument. n.* 1.
Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ.* 6. *gloſ.* 3.
*part.* 7. *n.* 49. Don Franciſc. de Cuenca *in
Scholiis comandæ*, *clauſula* 42. *n.* 1. Domin.
Leon *in juris reſponſo*, *tom.* 2. *poſt deciſ.* 20.
*in primo dubio*, *nu.* 3. Paul. Meli *obſervat.*
119. *num.* 14. Domin. Creſpì *obſervat.* 52.
*num.* 86. Domin. Matheu *de regim. cap.* 10.
§. 4. *num.* 19. Gonzalez Tellez *ad text. in
cap. ſcripta* 2. *de fide inſtrument. num.* 5. Cu-
ria Philippic. *part.* 1. §. 17. *num.* 30. Bayo *in
prax. lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. Carpzovius
*in juriſprudent. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 20.
*definit.* 2. *num.* 5. Et quamvis de jure com- 3
muni, & in aliquibus Regnis, ut inſtrumen-
to à notario publico confecto credatur, re-
quiratur ſubſcriptio contrahentium, & te-
ſtium intervenientium, *l. ſi conventus* 16. *l.
cum contractus* 17. *C. de fide inſtrument. Au-
thent. de tabellionib. collat.* 2. Anton. Gomez
*in l.* 3. *Tauri*, *num.* 30. Covarrub. *practic.
quæſtion. cap.* 20. *num.* 4. Caldas Pereyra *de
emptione, & vendic. cap.* 35. *num.* 5. Barboſa
*in collect. ad text. in dict. l. contractus*, *C. de
fide inſtrumentor. num.* 7. & 8. Suelves *conſil.*
77. *num.* 4. *centur.* 1. Don Franciſ. de Cuen-
ca *in Scholio comandæ*, *clauſ.* 43. *num.* 1. *cum
ſequentib.* Colerus *de proceſsib. execut. part.*
3. *cap.* 1. *num.* 138. Domin. Matheu *dict. cap.*
10. §. 4. *num.* 19. Carpzovius *in juriſprud.
forenſ. part.* 1. *conſtit.* 17. *definit.* 24. In no-
ſtro Regno ſumma fides notariis adhibetur,
& magna auctoritas tribuitur eis, in hiis, nam
abſque ſubſcriptionibus partium contrahen-
tium, aut teſtium eis creditur, & datur inte-
gra fides, atteſtantibus ſolum partes inſtru-
mentum firmaſſe, & celebraſſe contractum
in eo contentum, teſtibus ab eis deſcriptis
rogatis, & adhibitis Domin. Matheu *dict.
cap.* 10. §. 1. *num.* 61. & §. 4. *num.* 18. &
19.
Secundus caſus eſt, ſi inſtrumentum ca- 4
reat ſigno, quia non facit fidem ſi ſolitum
notarii ſignum non habeat, *l. final. C. de aſſeſ-
ſorib. Authent. de inſt. caut.* §. *oportet autem,
collat.* 6. *l.* 2. *C. de conveniendis fiſci debitori-*

*ribus*, *For.* 2. *rub. de notariis*, Azin. *de executionib. cap.* 6. *per tot.* Monter. *deciſ.* 12. *n.* 28. Morlà *in juris empor. par.* 1. *tit.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 13. *& quæſt.* 9. *num.* 2. Gutierrez *practic. lib.* 1. *cap.* 138. Cevallos *com. contra com. quæſt.* 32. Barboſa *voto* 68. *num.* 28. Greveo *practic. concluſion. lib.* 2. *concluſ.* 13. *num.* 17. Marius Cutel. *deciſ.* 28. *num.* 11. Bayo *in prax. lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 6. *n.* 2. D. Franciſc. Cuenca *in Scholio comandæ, clauſ.* 44. *num.* 1. *cum ſequentib.* Dom. Creſpì *obſervat.* 52. *n.* 86. *&* 89. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *&* 2. *de fide inſtrument. quæſt.* 10. *num.* 1. *cum ſequentib.* D. Matheu *de regimin. dict. cap.* 10. §. 4. *num.* 10. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 19. *num.* 26. Georgius *allegat.* 3. *num.* 8. Rochus *reſponſ.* 12. *num.* 11. Caponi *tom.* 4. *diſcept.* 275. *num.* 35. Cardinal. de
5 Luca *de judiciis, diſcurſu* 27. *n.* 30. Debet notarius unico ſemper uti ſigno, nam ſi diverſis uteretur ſignis, pœna falſi deberet puniri, Caſſaneus *ad conſuetudin. Burgund. rub.* 2. §. 1. *poſt n.* 29. *verſ. Item*, adde Franciſc. de Cuenca *in Scholiis comandæ, clauſ.* 44. *n.* 18. neque poteſt ſignum ſuum mutare, Padilla *in l. ſi qua beneficia* 4. *C. de di-*
6 *verſis reſcriptis*, *n.* 15. *in fin.* & ſi mutaverit ſignum, aut alterius notarii ſignum ſumpſerit, pœna falſi puniri debet, ut docent Baldus *in l. comparationes* 19. *ff. de fide inſtrum. num.* 18. Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi*, *part.* 1. *conſiderat.* 33. *& ad conſuetud. Burgund. tit. concluſio, & approbatio, verſ. Nos Don Jous, num.* 2. *colum.* 1517. Cuenca *in Scholio comandæ, clauſ.* 44. *numer.* 17. *&* 18. Quod ego intelligerē, quando notarius propria auctoritate dimiſſerit ſignum ſuum, & novum ſumpſerit, non autem ſi judicis au-
7 ctoritate fecerit, nam poterit judex, interveniente juſta cauſa, prævio examine probata, adhibito quæ maturo conſilio, dare facultatem notario ad ſignum antiquum dimittendum, & novum aſſumendum, & notarius ita mutans ſignum, rectè novo ſigno utere poterit, argument. text. *in l. non videtur* 167. §. *qui juſſu, de regul. jur. l.* 7. §. 4. *ff. de juriſd. l.* 7. §. 2. *in fin. ff. de minorib. l.* 4. *ff. de aqua pluv. arcend. l.* 13. §. 2. *ff. de injuriis.* Et in Regno poterunt iſta practicari, cum majora noſtris temporibus habeamus obſervata, nam Hieronymus Molina Notarius, juſta interveniente cauſa (quia utroque lumine orbatus erat) non ſolum procuravit iſta, ſed quod magis eſt (& neſcio qua ratione juridica ſuadente) obtinuit, quod inſtrumenta, quæ ab eo recipiebantur de contractibus, & ultimis voluntatibus, eo vivente, poſſet elongare, & ſignare adhibito proprio ſigno Andræas Matheu Notarius, & illis plena adhiberetur fides, ſed hoc Principis diſpenſatione, & privilegio Regio expedito factum fuit, de cujus poteſtate dubitare ſacrilegium eſſet, *l.* 3. *C. de crimine ſacrileg. l. ſacrilegii* 5. *C. de diverſis reſcriptis.*

Tertius caſus eſt, ſi in inſtrumento, & ſignatura, non reperiatur notarii ſubſcriptio, 8
nam ut inſtrumentum probet, requiritur, quod notarius in loco, ubi ſignum collocat, ſubſcribat litera ſua, & manu nomen ſuum, & cognomen, atteſtando ſe inſtrumentum recepiſſe, *l.* 2. *C. de conveniend. fiſci debitorib. lib.* 10. *l. ad teſtium*, §. *ſi quis*, ubi Bald. *ff. de teſtament. For. Los Eſcrivans*, 2. *rub. de Notariis, gloſ. in Authent. de inſtrumentor. cautel. & fide*, §. *ſed, & inſtrumentum, collat.* 2. *& in Authent. de tabellionibus, in princip. collat.* 4. *gloſ. magna, in l. tabularii, C. de tabulariis, lib.* 10. Gutierrez *practic. lib.* 1. *cap.* 139. *num.* 4. Caputaquenſ. *deciſ.* 41. *n.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 632. *n.* 3. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 2. *præſumpt.* 82. *num.* 2. noſter Morlà *in juris empor. part.* 1. *tit.* 11. *quæſt.* 9. *n.* 2. Aviles *in cap. Prætorum, cap.* 36. *verb. Y dè al Eſcrivano, n.* 5. Carolus de Graſsis *except.* 19. *n.* 33. Bayo *in prax. lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 6. *n.* 2. Cuenca *in Scholio ad comandam, clauſ.* 44. *num.* 19. *& in additionib. n.* 4. Barboſa *dict. voto* 68. *num.* 27. Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 52. *n.* 89. Pegas *reſol. forenſ. dict. cap.* 19. *n.* 25. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *&* 2. *de fide inſtrumentor. quæſt.* 10. *n.* 9. Gonzalez Tellez *ad text. in cap.* 1. *de fide inſtrument. n.* 10. Anton. Faber *in Cod. lib.* 4. *tit.* 16. *definit.* 21. *n.* 1. Gallupus *in prax. S. C. part.* 2. *cap.* 22. *n.* 7. Carpzovius *in juriſprud. for. part.* 1. *conſtitut.* 17. *definit.* 38. *n.* 1. Cardinal. de Luca *de iudiciis, diſcurſu* 27. *n.* 30. Caponi *tom.* 4. *diſceptat.* 275. *num.* 35. Caſtejon *in Alphabeto, verbo Inſtrumentum, n.* 17.

Quartus caſus erit, ſi in inſtrumento non reperiatur appoſitio loci, ubi receptum eſt, 9
ut ſi non dicatur: *Actum in tali loco*, nam tale inſtrumentum, nec probat, nec ſolemne eſt, *l. optimam, C. de contrahend. & comitend. ſtipulat. cap. ex tenore, de teſtib. For.* 2. *rub. de notariis, gloſ. in l. generali, C. de tabulariis, lib.* 10. Covarrub. *practic. cap.* 20. *n.* 3. Morlà *in iuris empor. part.* 1. *tit.* 11. *quæſt.* 3. *n.* 13. Seraphin. *deciſ.* 949. *num.* 1. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 84. *n.* 1. Cæſar Bartius *deciſ. Bononenſ.* 39. *n.* 24. Farinac. *tom.* 2. *noviſsimarum, deciſ.* 628. *n.* 3. Grevenſ. *practic. concluſ. lib.* 2. *concluſ.* 13. *tit. coronis, n.* 9. *fol.* 43. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 899. *n.* 15. Marta *clauſ.* 4. Seſsè *tom.* 2. *deciſ.* 377. *n.* 2. Barboſa *clauſul.* 2. *& dict. voto* 68. *num.* 29. Fontanell. *de pactis nuptialibus, clauſ.* 9. *gloſ. unic. n.* 5. Alexand. Galvan. *conſil.* 22. *n.* 39. Cuenca *in Scholio comandæ, clauſ.* 40. *n.* 1. *cum ſeqq.* Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 52. *n.* 87. Pegaſ. *reſolut. forenſ. dict. cap.* 19. *n.* 27. D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *n.* 19. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap.* 1. *de fide inſtrumentor. n.* 10. Paulus Meli *obſervat.* 119. *num.* 14. Eſcaño *de teſtamentis, cap.* 14. *n.* 22. Et eſt loci appoſitio, tam eſſentialis in inſtrumento, quod nec valet conſuetudo, ut inſtrumentum cōſtitiatur abſque loci appoſitione, Petrus Nuñez de Avendaño *in ſuo libro reſponſorum, tit. de las excepciones, in declaratione ad l.* 4. *&* 5. *n.* 22. Rebuf. *in tractat. de chyrographis, & ſcedulis in præfat. ſub n.* 7. Alexand. Galvan. *conſ.* 22. *n.* 36. Cuenca *in ſcholio comandæ, clauſ.* 40. *n.* 3. ubi ait, quod neque Principis, aut ſummi Pontificis diſpoſitio in contrarium facta tenet, Cyriac. *controverſ.* 406. *n.* 2. Rota apud Tanaglium *de Sacr. Rot. Roman. aud. cap.* 8. *ſub n.* 9. *verſ. unde cum ex facie ſcripturæ.* Paul. Meli *dict. obſervat.* 119. *n.* 14.

Quintus caſus eſt, ſi inſtrumentum careat
10 die, menſe, & anno, antiquitùs enim inſtrumenta abſque die, & conſule confecta vires habebant, *l. cum tabernam* 34. §. 1. *ff. de pignorib. l.* 1. §. *æditiones, ff. de ædendo*, Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap.* 1. *de fide inſtrument. num.* 10. nunc vero debet in inſtrumento apponi, ut valeat, & probet, dies, menſis, & annus, *authentica, ut proponatur nomen Imperatoris*, §. *unde ſanccimus, collat.* 5. *cap. inter dilectos de fide inſtrument. for.* 2. *rubr. de notariis*, Covarrub. *practic. dict. cap.* 20. *num.* 2. Morlà *in juris empor. part.* 1. *tit.* 11. *de fide inſtrumentor. quæſt.* 3. *n.* 13. *& quæſt.* 9. *n.* 10. Barboſa *in collectan. ad text. in cap. quoniam contra de probationib. n.* 18. Borel. *in ſumma deciſion. tom.* 2. *tit.* 18. *n.* 29. Carol. de Graſsis *except.* 19. *n.* 18. Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ.* 1. *à n.* 1. Cutel. *deciſ.* 29. *n.* 5. Alexand. Galvan. *conſ.* 22. *n.* 37. Cuenca *in ſcholio comandæ, clauſ.* 40. *n.* 13. *cum ſequent.* Ceſſar Manent. *deciſ.* 143. *n.* 11. Greveus *practic. concluſ. lib.* 2. *concluſ.* 13. *n.* 5. *&* 7. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap.* 1. *de fide inſtrumentor. n.* 10. Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 52. *n.* 86. *&* 87. Dom. Matheu *de regim. dict. cap.* 10. §. 4. *num.* 19. Vela *diſſertat.* 26. *a num.* 24. Cyriac. *controverſ.* 406. Eſcaño *de teſtament. cap.* 14. *n.* 22. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 1. *cum ſequentib.* Cardinal. de Luca *de judiciis, diſcurſ.* 26. *num.* 30. Caſtejon *in alphabet. verbo inſtrumentum, n.* 31. Annus in inſtrumentis, & negotiis judiciali-
11 bus, antiquitus computabatur à die Incarnationis Dominicæ, *for. los eſcrivans*, 2. *rubr. de notariis*, & ita computatur in multis Regnis, Anton. Pichard. *in procemio inſtitut. num.* 7. Cuenca *in ſcholio comandæ, clauſ.* 41. *n.* 6. nunc autē computari debet, à Nativitate Domini, *for. com ſat ſia*, 3. *rubr. de notariis*, idem inter Aragonenſes obſervatur, *per for. nos etiam, tit. de tabellionibus*, docet Cuenca *n.* 7. Et ſi notarius alium diem appoſuerit in 12
inſtrumento, quam receptionis, tanquam falſarius puniri debet, *for.* 1. *rubr. de notariis*, an menſis in inſtrumento debeat præcisè apponi dubitari poteſt, quia *in dict. for.* 2. *rubr. de notariis.* Solum cautum habetur, quod ap- 13
ponatur dies, & annus: nihilominus tamen, quia dies nequit apponi determinatè quin menſis apponatur, erit apponendus menſis eſſentialiter, ut notant Cutel. *deciſ.* 28. *n.* 5. Galvan. *dict. conſ.* 22. *nu.* 37. Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ.* 1. *à n.* 1. ſolum limitare poteris doctrinam caſu in quo dies, tam notus eſſet, ut abſque expreſsione mēſis, poſſet haberi certa ſcientia illius, ut ſi dictum fuerit receptum eſſe inſtrumentum die Nativitatis Domini, Incarnationis, Sancti Joannis Baptiſtę, aut Sancti Laurentii, nam tunc etiam non expreſſo menſe inſtrumentum valeret, Covarrub. *practic. cap.* 20. *n.* 2. *verſ. quarta eadem*, Cuenca *in ſcholio comandæ, clauſ.* 40. *n.* 15.

Sextus caſus erit, ſi inſtrumentum in parte 14
ſubſtantiali reperiatur cācellatum, abolitum, emmendatum, ruptum, aut alio modo vitiatum, nam ſimilia inſtrumenta ſuſpecta ſunt, *l. ultima, Cod. de edict. Divi Adriani Tolend.* ibi: *Non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque ſuæ formæ parte vitiatum, l. qui habebat*, 54. *ff. de manumiſsis teſtamento, cap. inter, verſ. inſtrumentum, cap. ex literis, de fide inſtrumentor. cap. cum venerabilis, verſ. ſed ſi pars, de religioſis domib. cap. cum olim, verſ. diſtinguentes, de privileg. cap. audientiam* 11. *de reſcriptis, cap. licet, verſ. quinto, de crimine falſi, cap. ultimo de fide inſtrument.* Fachin. *controverſiar. lib.* 9. *cap.* 29. Anton. Faber. *in ſuo Cod. tit. de fide inſtrumentor. definit.* 29. Barboſ. *in collect. ad text. in cap. inter, de fide inſtrumentor. nu.* 12. Farinac. *quæſt.* 153. Amato *reſolut.* 44. *n.* 12. *cum ſequent.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 741. *n.* 40. Genoa *de ſcriptura privat. lib.* 1. *quæſt.* 6. *dubit.* 4. Thoro *in ſuo C. rerum judicatar. caſu* 45. *n.* 4. Larrea *allegat.* 96. *num.* 32. Olea *de ceſsione jurium, tit.* 5. *quæſt.* 10. *nu.* 10. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 19. *n.* 57. *cum ſequentib.* Stayban. Junior *reſolut.* 11. *n.* 9. Fermoſin. *ad text. in cap. ex literis, de fide inſtrument. quæſt.* 2. *n.* 23. *cum ſequent.* Addentes ad Burat. *deciſ.* 456. Carol. Anton. de Luca *in prax. cap.* 32. *n.* 10.

Quod limitandum eſt, ſi ipſe notarius, in 15
ſignatura inſtrumēti proprio calamo atteſtetur,

tur, eſſe correctum, emmendatum, aut cancellatum inſtrumentum, in hac vel illa parte, nam tunc ſuſpectum non erit certificante notario, quod non dubitetur de emmendatione, aut correctione, utpote ab ipſo facta, *for. los Eſcrivans, 2. rubr. de notariis*, ibi: *E que tota hora fuſſen menciò de raſura, è de eſmena, è de ſobreſcrit, ſi y es, apres los ſeñals de ells*, idem probatur de jure, ex text. *in l. 1. §. ideo, ff. de his, quæ in teſtamento delentur*, Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, num. 145.* Cardinal. de Luca *de judiciis, diſcurſ. 26. n. 16.* Rot. *deciſ. 340. par. 10. recentiſſimar.* Carol. Anton. de Luca *in prax. dict. cap. 32. n. 10.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. ex literis, de fide inſtrumentor. quæſt. 2. n. 23. cum ſequentib. & in n. 27.* Reſolvit non procedere, ſi em-
16 mendatio facta reperiatur in margine inſtrumenti. Hæc intellige, quando cancellatio, raſura, aut emmendatio reperitur in parte ſubſtantiali inſtrumenti, quia ſi reperiretur in parte non ſubſtantiali, & loco non ſuſpecto, non erit inſtrumentum ſuſpectum, ut ſunt jura, *in cap. ex literis, de fide inſtrumentor.* ibi: *In loco non ſuſpecto fuerunt abraſæ, cap. cum venerabilis, de religioſis domib.* ibi: *In loco ſuſpecto, cap. ultimo, de crimin. falſ. gloſ.* Abbas, Cardinal. Imola, & Cujacius *in dict. cap. 3. de fide inſtrumentor.* Morla *in juris empor. par. 1. tit. 11. de fide inſtrumentor. quæſt. 9. n. 12.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. ex literis, quæſt. 2. n. 23.* Gonzal. Tellez *ad ipſum text. nu. 3. cum ſequentib.* Carol. Spadaza *in theatr. vidail. diſquiſit. 22. n. 120.*

17 Septimus caſus erit ſi inſtrumentum fuerit receptum, in rebus, & negotiis ſæcularibus, à Notario Apoſtolico, nam cum hujuſmodi Notarii in terris Principis ſæcularis, inſtrumenta conficere nequeant, de contractibus, & negotiis ſæcularibus, ut tenent Covarrub. *practic. cap. 19. in fin.* Afflictis *deciſ. 245.* Petrus Gregor. *ſintagmat. jur. lib. 47. cap. 42. n. 22. & lib. 48. cap. 14. num. 14.* Cancer. *variar. 3. part. cap. 2. n. 232.* Valenc. *conſultat. 9.* Ricc. *collect. 1322.* Peguer. *deciſ. 146. n. 2.* Bovadilla *in ſua politic. lib. 2. cap. 12. n. 124.* Scacc. *de re judic. gloſ. 7. quæſt. 4. ſpeculat. 2. n. 127.* Fontanella *deciſ. 567. n. 12. part. 2.* Ripoll *de regal. cap. 5. n. 74. & 75.* Novar. *part. 6. collect. 6. n. 8. de admin. univer. & in rubr. de notariis, collect. 1. n. 17.* ubi Rovit. *in additionib. verſ. Notarius cum ſequent.* idem Rovit. *in pragmat. 2. nu. 12. de contractib.* Cortiad. *tom. 1. deciſ. 9. n. 13. & 14.* Regens Vico *ad pragmat. Regni Sardin. lib. 1. tit. 14. cap. 2. n. 2.* Dom. Creſpì *tom. 1. obſervat. 15. n. 162.* Domin. Matheu *de regim. cap. 10. §. 1. n. 257.* Cardinal. de Luca *de judiciis, diſcurſ. 27. n. 12. & 13.* Carol. Anton. de Luca *in prax. civil. cap. 32. n. 11. verſ. in inſtrument.* Et in Regno, ubi frequentèr iſti
Notarii Apoſtolici, ſolent eſſe Clerici, parti- 18
culari ratione arceantur à receptione inſtrumentorum, prohibente foro, quod inſtrumenta recipiant habentes ordinem, & coronam, *for. 7. rubr. de notariis*, Dom. Creſpì, & Dom. Matheu *ubi proxim.* & quid tenendum ſit de jure, Cardinal. de Luca *de penſionib. diſcurſ. 47. n. 46. & diſcurſ. 5. num. 14.* ſequitur quod inſtrumenta a prædictis Notariis Apoſtolicis confecta de contractibus, aut ultimis voluntatibus, aut quibuſlibet negotiis ſæcularibus, non ſunt inſtrumenta, neque aliquam merentur fidem, Dom. Matheu *dict. §. 1. num. 257.* Circa res autem Eccleſiaſticas,
& negotia ſpiritualia, quæ coram judicibus 19
Eccleſiaſticis tratantur, & ſunt propria juriſdictionis Eccleſiaſticæ, poterunt Notarii Apoſtolici, inſtrumēta judicialia, & extrajudicialia conficere, & erunt authentica, & poterunt regiſtrari, ita cum multis, Dom. Creſpì *dict. obſervat. 15. n. 159.* Gayto *de credito, part. 1. cap. 3. tit. 1. n. 487.* Tondut. *ita intelligendus, de prævent. judicial. part. 1. cap. 17. n. 4. cum ſequentib.* Fermoſin. *ad text. in cap. cum P. tabellio. 15. de fide inſtrumentor. quæſt. 1. n. 19.* Cardinal. de Luca *de judiciis, diſcurſ. 27. n. 13.* Carolus Anton. de Luca *in prax. dict. cap. 32. n. 11.*

Non ſolum, prout diximus, arcentur Clerici à Notariatus officio in Regno, ſed ab
exercitio, & efficio Procuratorum, *for. 8.* 20
*rubr. de Notariis*; militibus enim armatæ militiæ, ne à militari exercitio retraherentur, prohibitum erat etiam adverſario volente, mandatum exercere ad negotia, *l. militem, 7. l. qui ſtipendia, 9. Cod. de procuratoribus*, ne ergo à militia divina, & contemplatione retrahantur Eccleſiaſtici, prohibetur illis habere mandata ad negotia, & illorum exercitium, *cap. 1. & 2. ne Clerici, vel monachi, cap. 4. cap. 5. §. 1. eod. cap. 1. de poſtuland. canon. 6. Apoſtol. Conſ. Trident. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 1. conſtit. ſynodal. 3. tit. 17. de vita, & honeſtat. Clericor. ſynodi celebrata, ſub Excellentiſſimo Archipreſule Don Petro de Urbina*, Solorzan. *lib. 4. politica, cap. 18. ad fin.* Larrea *allegat. 86.* Debene *de parlament. dubitat. 16. 17. & 18.* Joan. Nicolaus *de benefic. cap. 3.* niſi pro cauſa ſua, aut Eccleſiæ ſuæ, nàm poterunt eſſe procuratores, ut in dictis juribus cavetur, & docent Majol. *de irregularit. lib. 2. cap. 5. n. 15.* Fragoſ. *de regim. Chriſtian. Republic. cap. 1. lib. 5. diſput. 15. n. 243.* Gonzalez Tellez *ad text. in cap. 2. de poſtuland. n. 8.* ad militis exemplum, qui poterat pro cauſa ſua, aut cohortis ſuæ nomine, mandatum habere, & exercere, *l. filius famil. §. veterani, ff. de procuratoribus*, & in quibus cauſis, ultra traditas, & pro quibus perſonis, poſsint eſſe procuratores Clerici, videndi Majol. & Gonzal. Tellez *ubi proxim.*



21 Sed non intelligas Clericum procuratorem, proptèr prohibitionem ſupradictam, nulliter intervenire indiſtinctè in judicio, nā omne quod procuratorio nomine faciet, ante oppoſitam exceptionem validum erit, & ſuſtinebitur, & nullum erit illud ſolum quod faciet poſt oppoſitam exceptionem, *gloſ. in l. filius fam. §. veterani, ff. de procurat.* Pacian. *concluſ. 162. n. 128.* Cevallos *quæſt. 404. num. 2.* Cyriac. *controv. 587. n. 13.* Coccin. *deciſ. 54. n. 3. & deciſ. 62. num. 2.* Cancer. *variar. par. 3. cap. 17. n. 498.* Gratian. *deciſ. 105. n. 16.* Salgad. *de regia protect. par. 4. cap. 7. n. 126.* Golin. *de procuratorib. 3. par. cap. 3. à n. 3.* Pareja *de inſtrumentor. ædit. tit. 5. reſol. 10. à n. 30.* Olea *de ceſſ. jurium, tit. 6. quæſt. 9. n. 27.* Poſthius *poſt tractat. de manutenen. deciſ. 55. n. 1.* Dom. Matheu *de regim. cap. 10. §. 1. n. 239.* Quod vidi non ſemèl à Senatu noſtro deciſum, & recordor, quod in cauſa executionis ſuſcitatæ per Joſephum Torner Presbyterū, procuratorem Gaſparis Rovira & Coria Civis, contra Thomam Ribes, & alios, fuit oppoſita exceptio ſupradicta, dicto Torner, & Referente M. Ludovico Paſtor, & Bertran R. C. D. deciſum extitit, ſubſiſtere, quod dictus procurator fecerat ante oppoſitam exceptionem, & nullum eſſe quod actitavit, poſt oppoſitam exceptionem: Hoc tamen ſemper intellige caſu quo Clericus procuratorio egerit nomine perſonæ non privilegiatæ, nam ſi pro Tutore intervenerit, non ſolum habebit validitatem pro illo geſtum ante oppoſitā exceptionē, ſed poſt exceptionem oppoſitam actitatum, & vidi neglectam à Senatu ſimilem exceptionem Clerico oppoſitam agenti nomine Procuratoris Don Franciſci Martinez de la Raga Patris, & legitimi Adminiſtratoris filiæ infantis in cauſa miſionis in poſſeſſionem contra Joſepham Perez Domicellam, Regia interloquutione menſis Septembris 1687. Referente Nobili Senatore Don Joanne de la Torre & Orumbella, Monteſianę Familiæ Milite, tempore imprimendi iſta, Officio Regentis Cancellariam Regiam condignè honorato; & eruditionis ſuæ faſtigium, ingenii excellentia, ſanguinis ſplendor, & cordis integritas, majora petunt.

22 Obſerva etiam, quod Clericus licet habeat impermiſſum, mandati exercitium, ad negocia, poterit tamen, ſi in mandato habeat ſpecialem facultatem ſubſtituendi procuratorem (quia ſine illa, ante litis conteſtationem, non poteſt ſubſtituere, *cap. fin. cap. his qui, de procuratorib. in 6.* Paz *in prax. tom. 1. in initio ad adnotat. 4. n. 5.* Vantius *de nullitat. tit. ex defectu mandati, n. 109.* Barboſa *ad tex. in dict. cap. 1. n. 8.* Ridolph. *in prax. par. 1. cap. 3. n. 59. & 60.* Carol. Ant. de Luca *in prax. civil. cap. 47. n. 4.*) Tàm ante oppoſitam exceptionem, 23
quàm poſt, ſubſtituere procuratorē, ea ratione, quia clerici, non ſunt incapaces habendi mandatum, neque repelluntur ipſo jure, ſed exceptionis ope, & per conſequens ſubſtituere poterunt, Decius *in cap. poſt ceſſionem, in ultim. quæſt. n. 6. & præcipuè n. 66. de probationib.* Monter. *deciſ. 25. n. 32.* Cyriac. *controver. 587.*
*n. 13. & 14.* Et talis procurator, virtute ſpecia- 24
lis mandati ſubſtitutus, non erit procurator ſubſtituentis, ſed illius qui mandatum ad ſubſtituendum dedit, *gloſ. in c. 1. de procuratorib. in 6. verbo ſubſtituendi*, ubi notat Ancarr. *n. 5.* Bartol. *in l. ſi procuratorem, §. ſi quis mandaverit, in princip. ff. mādati, & in l. quod quis, Cod. de procurator.* Franchis *deciſ. 212.* Trentacinq. *var. lib. 2. reſol. 3. de procuratorib. n. 5. verſ. Et talis ſubſtitutus*, Caſtillo *deciſ. 119. n. 23.* Noguerol. *allegat. 36. n. 48.* Vnde ſubſtituens abſque ſpeciali facultate, revocare non poterit procuratorem ſubſtitutū, *cap. his qui 3. de procuratorib. in 6.* ubi Barboſ. *n. 1.* Carolus Anton. de Luca *in prax. cap. 47. n. 5.* neque morte ſubſtituentis finietur mandatum, Rota *deciſ. 414.* Franch. *in cap. 1. §. licet de procuratorib. in 6. n. 6. verſ. Quarto adverte*, Rota *deciſ. 33. n. 1. & deciſ. 38. n. 2. de procuratorib. in noviſ.* Rota apud Farinac. *deciſ. 521. n. 8. par. 1. in recentiſſim.* Noguerol. *dict. allegat. 36. n. 49.* Ridolph. *in prax. par. 1. cap. 3. n. 59. & 60.* Carol. Ant. de Luca *in prax. cap. 47. n. 4.* Aliter tenendum eſſet, ſi mandatum cum poteſtate ſubſtituendi, haberet perſona incapax in-
terveniendi in judicio, & quæ repellitur ipſo 25
jure, ut Religioſus profeſſus abſq. Prælati licentia, nàm non poterit legitimè ſubſtituere procuratorem, virtute mandati ſpecialis ad ſubſtituendum, juxta text. *in Clement. Religioſus, 3. de procuratorib.* ibi: *Sicut non poteſt ſine ſui ſuperioris licentia, procurationis officium ſuſcipere, &c. ita poteſt alium procuratorem conſtituere, ſeu ſubſtituere, etiam ſi per conſtituentem, hoc ſibi expreſsè fuerit commiſſum.* Docent ibidem Cardinal. *n. 4. oppoſit. 7. 10. & 12.* Ymola *num. 15.* Bonifac. *num. 35. & 36.* Sanchez *in decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 12. & 13.* Barboſ. *ad text. in Clement. Religioſus, n. 7.* Cyriac. *dict. controv. 587. n. 20.* Pellizar. *in manual. regul. tractat. 6. cap. 12. n. 14. cum ſequentib.*

Sed quid erit tenendum, ſi clericus pro-
curator, fuerit litis dominus factus, & in 26
mandato non habeat facultatem ſpecialem ſubſtituendi; videtur enim denegandam eſſe ſubſtituendi poteſtatem hoc in caſu, quia etſi procurator dominus litis factus per litis conteſta-

teſtationem, poſsit ſubſtituere procuratorē, etiam ſi in mandato, non fuerit ei data ſpecialis facultas ſubſtituendi, *cap.* 1. §. *licet, de procuratorib. in* 6. Boer. *deciſ.* 285. *num.* 1. Barboſ. *in l. cum prætor,* §. 1. *num.* 104. *cum ſequentib. ff. de judiciis*, Auguſtin. Barboſa *in dict. cap.* 1. *num.* 5. *cum ſequentib.* tamen hujuſmodi procurator, non videtur actiones acquirere domino, ſed ſubſtituenti, Bartol. *in l. ſi procuratorem,* §. *ſi quis mandaverit, n.* 2. *colum.* 2. *verſ. Aut ſubſtituit, ff. mandati,* Noguerol. *dict. allegat.* 36. *num.* 51. *verſ. & inferius,* quapropter mortuo ſubſtituente re integra, etiam ſi principalis, qui mandatum dedit vivat, expirat ſubſtituti mandatum, *ex regul. text. in l. mandatum, Cod. mandati*, docent in terminis Rota relata per Bellamera *concluſ.* 6. Cardinal. Zarabel. *in Clement. procuratorem, de procuratorib.* Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 7. *tit.* 23. *n.* 15. Oldrad. *conſ.* 130. *n.* 3. Cardinal. Tuſch. *verb. mandatum, concluſ.* 65. *num.* 6. Rota *deciſ.* 33. *aliàs* 414. *de procuratorib.* D. Leon *tom.* 3. *deciſ.* 32. *à num.* 7. *uſque ad* 26. Sed ſemper cenſeo ſubſtitutionem eſſe juridicam, quia non debet minus operari hominis diſpoſitio, tribuens ſubſtituendi facultatē Clerico procuratori, quam legis, eandem poteſtatem ei dantis per litis conteſtationem, & pari modo debet in hoc caſu validitatem habere ſubſtitutio, quam in alio.

27 Et generaliter quodlibet inſtrumentum, quod receptum in hac noſtra Civitate reperiatur, aut in ejus diſtrictu per unam leucam in circuitu, non debet regiſtrari, niſi receptum, & atteſtatum appareat a Notario Valentiæ, quia in Civitate noſtra, & in ejus circuitu per unam leucam, nemo quavis auctoritate præditus, poteſt recipere inſtrumenta contractuum, & ultimarum voluntatum, niſi fuerit Notarius Valentiæ, cui ſolum reperitur data poteſtas publica ad teſtificandum quælibet inſtrumenta, in noſtra Civitate, & in toto Regno, *for.* 13. *rubr. de ſententiis, for.* 18. *rubr. de Notariis, for.* 53. *curiar. anni* 1585. *fol.* 10. Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 15. *n.* 160. & 161. Dom. Matheu *de regim. cap.* 10.
28 §. 4. *n.* 14. *cum ſequentib.* Notarii electi ab Univerſitatibus, aut Villis, aut Comitibus, Ducibus, aut Baronibus, ſolum intra limites, & angulos juriſdictionis, & termini Univerſitatis, aut Baroniæ poſſunt inſtrumenta recipere; extra territorium autem non poſſunt, & ſi de facto recipiant, nullam habebunt auctoritatem, neque merentur fidem, Abbas *in cap. cum P. tabelio, de fide inſtrument. n.* 9. Bartol. *in l.* 1. *n.* 34. *Cod. de ſumma Trinit. & fide Catholica*, Alberic. *in l. nec ei,* §. *eorum, n.* 7. *ff. de adoptionib.* Bertrand. *conſ.* 281. *n.* 3. *part.* 2. *volum.* 3. Monarc. *in l. final. colum.* 1. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Azeved. *in l.* 19. *tit.* 25. *lib.* 4. *recopilat. n.* 1. Fermoſin. *ad text. in dict. cap. cum P. tabelio, quæſt.* 2. *n.* 1. *cum ſequentib.* Dom. Creſpì *d. obſervat.* 15. *n.* 163. Tondut. *de prævent. judicial. part.* 1. *cap.* 17. *n.* 8. Et ſi Notario 29
fuerit conceſſa poteſtas limitata, & reſtricta ad certum genus inſtrumentorum, non poterit alia recipere inſtrumenta, quam illa in facultate contenta adhuc in territorio creantis illum, Baldus *in l. teſtamenta omnia*, 18. *n.* 3. *Cod. de teſtament.* Avendaño *de exequend. mandatis, lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 4. Barboſa *in l.* 1. *art.* 1. *n.* 177. *ff. de judiciis.* D. Creſpi *dict. obſervat.* 15. *n.* 163.

Notarii autem Regales, qui creantur in 30
Regno minoribus ſolemnitatibus, leviori examine, & minori tempore praxis, *for.* 136. *curiar. anni* 1564. *for.* 50. *curiar. anni* 1585. & *for.* 75. *curiar. anni* 1604. ut obſervat D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *n.* 16. non habent tantam auctoritatem, quantam Notarii Valentiæ, nam iſti, ut diximus, tam in Civitate noſtra, quam in omni Regno, etiam in terris Baronum, inſtrumenta recipiunt, Avendaño *de exequendis mandatis, cap.* 10. *n.* 8. Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 15. *num.* 161. Notarii Regales, licet in toto Regno poſsint inſtrumenta recipere, tamen in noſtra Civitate, & ejus diſtrictu, per unam leucam in circuitu, nequeunt inſtrumenta recipere ſub pœna amitionis Notariatus, *for.* 53. *fol.* 10. *curiar. anni* 1585. ibi: *Item, que los Notaris Reals, no puguen rebre Actes, ni contractes alguns extrajudicials, una llegua al rededor de la Ciutat de Valencia, ſots pena de privaciò de ofici del dit Notari Real, que adaçò contravindrà.* Docent Dominus Creſpì *dict. obſervat.* 15. *n.* 160. & Dom. Matheu *dict. cap.* 10. §. 4. *n.* 16. & 17. de Notariis imperialibus (de quibus videndi, Solorzan. *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *à num.* 63. Caſtejon *in alphabet. verbo tabelio, num.* 39.) Qui apud nos
ſunt illi, qui à Supremo Aragonum Conſilio, 31
& per Summū Vicecancellariū creantur, & ſi poſsint recipere inſtrumenta in omnibus Regnis Domini Noſtri Monarchæ, ſaltim quę gubernantur per Supremum Aragonum Conſilium, & hac de cauſa etiam in noſtro Reg-
no, Domin. Creſpì *dict. obſervat.* 15. *n.* 160. 32
tamen quia in noſtra Civitate, & ejus diſtrictu in circuitu per unam leucam, prohibitum eſt inſtrumenta recipere aliis Notariis, quam Civitatis Valentiæ, *for. declarant.* 13. *rubr. de ſententiis, for.* 53. *fol.* 10. *curiar. anni* 1585. Non poterunt Notarii imperiales, non ob-
ſtante poteſtate eis attributa, inſtrumenta re- 33
cipere in noſtra Civitate, & in ejus diſtrictu per unam leucam in circuitu, & ſi de facto receperint, non erunt inſtrumenta authentica,

ne-



neque poterunt regiſtrari, Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 15. *n.* 16..

34 Octavus caſus eſt, ſi non ipſum inſtrumentum exhibeatur, ſed ſolum aliqua certificatoria inſtrumenti recepti, prout in noſtra praxi frequenter evenire ſolet, nam hujuſmodi certificatorię, etiam factæ ab ipſo Notario receptore de inſtrumento ab illo recepto, nullam merentur fidem, cum Notario atteſtanti de inſtrumento apud ſe confecto, aut de re per eum recenter geſta, non ſit adhibenda fides, quia taliter aſſerendo deponit, ut teſtis, ideoque tanquam unus, & non juratus non probat, qua de cauſa docent communiter DD. ſimilibus certificatoriis, & atteſtationibus, nullam eſſe dandam fidem, Angel. *in l. ſi donatis, verſ. Et ideo ſi Notarius, Cod. de donationib.* Decius *conſ.* 503. *num.* 2. Bartol. Alexand. Jaſſon, & alii *in authent. ſi quis in aliquo, Cod. de ædendo*, Boer. *deciſ.* 281. *n.* 4. Surdus *deciſ.* 231. *num.* 3. Alexand. Ludovic. *deciſ.* 177. *n.* 1. ubi Oliverius, Beltramin. *n.* 6. & *deciſ.* 469. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 924. *n.* 4. Gracian. *diſcept. forenſ. cap.* 268. *n.* 34. & 35. Salgad. *de ſupplicat. ad ſanctiſsim. par.* 2. *cap.* 30. §. 4. *n.* 22. Pareja *de inſtrument. ædit. tom.* 2. *tit.* 7. *reſolut.* 9. *n.* 6. & *tom.* 1. *tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 9. Cyriac. *controverſiar. forenſ. tom.* 4. *controverſ.* 687. *n.* 62.

Et multo minus probabit certificatoria à
35 Notario facta de morte alicujus, aut de obitu abſque filiis, aut in minore ætate, aut ſimilibus, ad Notariatus officium minimè ſpectātibus, ut Senatus declaravit ſententia per Saboya, *die* 19. *Julii* 1686. in favorem Joannis Sempere, & contra Canonicum Petrum Creſpo, Referente Doctiſsimo Senatore Franciſco Ortin & Luqui, Actuario Lafos: licet enim
36 Notarius, aut quilibet officialis, de rebus ſpectantibus ad ſuum officium referendo, credendus ſit, modo referat de geſtis per ſe, *l. ſi quis decurio, Cod. ad l. Corneliam, de falſis, l. theopompus de dote prælegata, l. final. Cod. de fideicommiſ. novel.* 73. *Juſtinian. cap. ad audientiam de probationib.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 99. *n.* 2. & 3. Ludovicius *deciſ.* 70. *verſ. Quæ opinio*, Covarrub. *variar. lib.* 2. *cap.* 3. Maſcard. *de probationib. lib.* 1. *in præfat. quæſt.* 11. *n.* 15. Grabiel *tit. de teſtib. concluſ.* 1. *n.* 18. Nellus *de teſtib. num.* 85. *caſu* 18. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 63. *n.* 227. Barboſa *in collectan. ad text. in cap.* 4. *de teſtib. num.* 11. Giurba *conſ.* 98. *n.* 11. Maſtrill. *deciſ.* 259. *n.* 52. Cutel. *ad cap.* 26. *concord. anni* 1633. *verſ. ſuſpendidos ipſo facto ſus oficios, pag. mihi* 515. Fermoſin. *ad text. in cap. cum à nobis*, 28. *de teſtib. quæſt.* 1. *n.* 40. *cum ſequentib.* Bordon. *in prax. criminal. cap.* 17. *n.* 13. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. veniens, de teſtib. n.* 4. D. Matheu *de regim. cap.* 7. §. 3. *n.* 17. & *cap.* 11. §. 2. *n.* 71. niſi officium finitum fuerit, quia eo finito, neque adhuc, ut officialis poteſt relationem facere de rebus, quę geſsit officio durante, Don Petrus Queſada, & Pilo *diſſertat.* 21. *n.* 108. Noguerol. *allegat.* 7. *num.* 36. Rocco *reſponſ.* 17. *n.* 7. tamen ſi relationem fecerit de rebus non ſpectantibus ad ſuum officium, & per ſe non geſtis, credendus non erit, Azin. *in prax.* §. 9. *cap.* 4. Tiraquel. *in judicio de rebus exiguis, fol. mihi* 48. *verſ.* 41. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 63. *n.* 230. Similiter non erit legitimum inſtrumentum, ſi receptum inveniatur à duobus Notariis ſimul, aut pluribus, nā licet antiquitus hoc permitteretur, noviori jure in permiſſum eſt, & non poſſunt hoc facere Notarii, ſub pœna 50. librarum, *ut in for.* 54. *fol.* 10. *curiar. anni* 1585. & judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 7. *Februarii* 1624. inter Philippum Alfonſo, & Petrum Gazull, quod reſpectu pœnæ procedit, ſed inſtrumentum, & contractus non erit nullus, prout in dicto foro cavetur.

Nonus caſus erit, ſi inſtrumentum, quod 37
deſideratur regiſtrari, fuerit exemplatum à Notario, nam regiſtrari non poterit, quia ſimilibus exemplis inſtrumentorum non datur fides, *l.* 2. *ff. de fide inſtrumentor. l.* 1. §. *ſed ſi annum, ff. de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas, l.* 2. & *final ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, l. unum* 24. *ff. de teſtamentis, l. exempla.* 11. *ff. de ædendo, l.* 4. *l. Pomponius* 8. *ff. familiæ erciſcundæ, l.* 3. *C. de diverſis reſcriptis, l.* 5. & 6. *Cod. de probationib. l. procurator. Cod. de ædendo, l. penultima, C. de diverſ. officiis, lib.* 12. *l. contractus, Cod. de fide inſtrumentor. authent. de tabellionib.* §. *nos autem collat.* 4. *cap. dicenti* 16. §. *ſanccimus,* 25. *quæſt.* 2. *cap.* 1. & 2. *de fide inſtrumentor.* Oſvald. ad Donel. *lib.* 25. *commentarior. cap.* 7. *lit. F.* noſter Morlà *in juris empor. tit.* 11. *quæſt.* 1. *per tot.* Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *cap.* 113. & 187. Barboſa *in collect. ad text. in l.* 3. *Cod. de diverſ. reſcriptis, n.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 859. *n.* 1. Genoa *de ſcriptura privat. lib.* 1. *quæſt.* 16. *n.* 12. Poſth. *de manutenen. obſerv.* 99. *per tot.* Selsè *tom.* 2. *deciſ.* 147. Cironius *lib.* 2. *obſervat. cap.* 1. Hunius *in encyclop. cap.* 2. *tit.* 18. Mancin. *de triplici juris collat. cap.* 202. Eſcobar *de nobilit. proban. cap.* 15. §. 1. Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 1. *reſolut.* 2. *per tot.* & *reſolut.* 3. §. 3. *tit.* 7. *reſolut.* 9. Graña, Barboſa, Cujacius, & Vela *ad text. in dict. cap.* 1. Fermoſin. *ad dict. text. quæſt.* 1. *num.* 1. *cum ſequentib.* Gonzal. Tellez *ad eundem text. n.* 3. *cum ſequentib.* & *ad text. in cap. final. de fide inſtrumentor.* Fagnan. *ad text. in cap. lator, qui filii ſint legitimi, n.* 44. Dom. Matheu

*de*

de regim. cap. 10. §. 4. n. 24. & 25. Cardinal. de Luca deciſ. Siciliæ, ex n. 415. & de juriſdict. diſcurſ. 2. n. 5.

38 Sed ut melius intelligatur ſupra tradita doctrina, & radicaliter in praxi intelligi poſsit, quæ inſtrumenta exemplata fidem faciant, conſiderandum eſt primo, an notarius ipſe, de inſtrumento rogatus, qui in protocolo habet inſtrumentum receptum, copiam levaverit ab ipſo protocolo, & ſignatam tradiderit, & hoc in caſu inſtrumentum tranſcriptum ab ipſo notario, etiam abſque judicis auctoritate, & partis citatione, pleniſsimam fidem facit, nam licet apud nos hæc inſtrumenta dicantur copiæ, revera ſunt originalia, & ſi multa extrahantur, cum contient eiſdem ſolemnitatibus, & requiſitis, & obtinent eandem auctoritatem, quam primum exemplar, & ab illo non diſtinguntur ſpecie, ſed numero, ideoque plenam fidem faciunt, l. unum, ff. de teſtamentis, l. Sempronius Proculo, 47 ff. de legat. 2. cap. duaum 20. de converſione conjugat. Bartol. in l. ſi quis ex argentar. §. prætor. ait, ff. de ædendo, & in l. Sempronius Proculo, ff. de legat. 2. Baldus, & Aretin. in d. l. unum, de teſtament. Covarrub. pract. cap. 21. n. 2. Menoch. conſ. 175. num. 28. Surdus conſ. 173. n. 109. Maſcard. de probationib. concluſ. 711. n. 35. Caldas Pereyra de emptione, & vendit. cap. 35. num. 18. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 187. à num. 13. & cap. 582. num. 13. Cenedus collect. 132. ad decretales, Ricc. collect. 185. Rota diverſor. deciſ. 544. n. 1. part. 4. Rota recentiſsimar. deciſ. 481. num. 2. Borel. in ſumma deciſion. tom. 1. tit. 44. n. 176. Rota poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 351. n. 7. Gregor. XV. deciſ. 38. n. 1. & deciſ. 99. num. 4. Paz de tenuta, cap. 25. n. 15. Barboſa in collect. ad text. in cap. 1. de fide inſtrument. n. 3. Graña ad eundem text. n. 3. Caſtillo controverſiar. lib. 2. cap. 16. n. 58. cum ſequentib. Poſthius de manutenen. obſerv. 99. n. 8. Pareja de inſtrum. ædit. tit. 1. tom. 1. reſol. 3. §. 3. n. 13. Cavaler. deciſ. 518. n. 3. Fermoſin. ad text. in cap. 1. de fide inſtrum. quæſt. 1. n. 16. D Matheu de regim. cap. 10. §. 4. n. 25. Gonzal. Tell. ad text. in cap. fin. de fide inſtrum. n. 2. in fin. Rota poſt collect. legal. Bonden. deciſ. 28. n. 2.

39 Secundo conſiderandum eſt, an notarius rogatus de inſtrumento mortuus fuerit, & copia inſtrumenti à notario ſucceſſore levetur, & ſub diſtinguendum eſt, an inſtrumentum, cujus copia levatur, in protocolo notarii prędefuncti reperiatur elongatum cum omnibus circumſtantiis, vel non. In primo caſu, poterit notarius ſucceſſor levare copiam inſtrumenti prout jacet in protocolo, & ſigno ſuo ſignare, tradereque illud partibus, & hujuſmodi copiæ, ſunt authenticæ, & legales, & apud nos nunquam de earum fide dubitatur, ut docet Dom. Matheu de regim. cap. 10. §. 4. n. 22. de jure enim notarii ſucceſſores in protocolis prædefuncti notarii, has inſtrumentorū copias levare poſſunt, Baldus in authent. ſi quis in aliquo, n. 6. C. de ædendo, Maſcard. de probat. concluſ. 711. n. 22. Rota diverſor. deciſ. 762. n. 1. par. 4. Serafin. deciſ. 1236. n. 3. Farinac. d. deciſ. 351. n. 15. Poſth. de manuten. d. obſervat. 99. n. 10. cum ſeqq. Selsè deciſ. 83. n 7. Pareja de inſtrum. ædit. tom. 1. tit. 1. reſolu. 3. §. 3. n. 128. Fermoſin. ad tex. in cap. fin. de fide inſtrum. quæſt. 2. n. 23. cum ſeqq. Gayto de credito, par. 1. cap. 3. tit. 1. à n. 304. Rota poſt collect. legal. Bonden. deciſ. 28. n. 3.

Sed de jure videntur requiri duo, ut notarius ſucceſſor notas regens poſsit copiam inſtrumenti levare, & tradere partibus, etiā ſi in protocolo, elongatum reperiatur inſtrumentum; primo quod judicis auctoritate, & proviſione præcedente hæc faciat, ſecundo quod partibus citatis exemplatio fiat, l. 2. ff. de fide inſtrum. l. Pomponius, 8. ff. familiæ erſciſcund. l. chyrographis in princip. ff. de adminiſtrat. tutor. authent. ut fratruum filii, §. illud, cap. 2. & 3. de fide inſtrumentor. cap. final. eod. cap. cum dilecta, de confirmat. utili, cap. ex parte Abbatiſæ, de privilegiis, cap. cum venerabilis 6. §. 1. verſ. intelleximus, de exceptionibus, for. final. rubr. de ædendo, ibi: En tots altres caſos valle translat, qui ſerà trāslatat, ò feit ab auctoritat de Jutge ordinari, per ma de Eſcriva publich. Covarrub. pract. cap. 21. n. 4. Grat. conſ. 268. n. 10. & conſ. 859. n. 2. Minſinger. obſerv. 73. n. 19. & obſer. 75. n. 1. Belug. in ſpec. Princip. rubr. 41. n. 52. Maſcard. de probat. concluſ. 711. n. 19. Paz de tenut. cap. 26. n. 16. Selsè deciſ. 202. n. 27. Menoch. conſ. 732. n. 6. volum. 8. Gratian. diſcep. forenſ. c. 268. n. 12. & cap. 577. ex n. 24. uſque ad n. 30. Valenzuel. conſ. 100. n. 89. Salgad. de ſupplicat. ad ſanctiſ. par. 2. cap. 26. n. 60. Pareja de inſtrum. ædit. tit. 1. reſol. 3. §. 3. n. 120. Fermoſin. ad text. in cap. 1. de fide inſtrum. quæſt. 1. n. 13. cum ſeqq. Gonzal. Tell. ad tex. in cap. fin. de fide inſtrum. n. 2. Et hac de cauſa notarii regentes notas ſolent obtinere proviſionem judicis ordinarii, ſemper, & quando levant copiam aliquam inſtrumenti in protocolo reperti, qua datur eis facultas ad levandam copiam, & virtute proviſionis tradunt inſtrumenta ſignata, abſque eo quod partes citentur, nam in Regno viget conſuetudo levandi has inſtrumētorum copias, abſque partis citatione, quæ conſuetudo ſufficiens eſt, ut legitimè inſtrumenta exemplentur abſque citatione partis, ut docēt Menoc. conſ. 745. n. 7. Gratian. diſcep. 268. n. 13. Gonzal. Tell. ad text. in d. cap. fin. n. 2. propè finem. Pareja d. §. 3. n. 127. 41

Benè verum eſt, quod non habita conſide- 42





ratione doctrinæ à nobis traditæ, magis in Regno video practicatum, quod notarii regentes protocola prædefuncti notarii levant inſtrumentorum copias, & tradunt authenticas, & ſignatas, non ſolum abſque partium citatione, ſed abſque ulla proviſione judicis ordinarii, & inſtrumenta hoc modo tradita plenè probant, & ſunt omninò fidelia: & non reperitur deſtituta juris ratione praxis iſta, imò meliori juris ratione fulcitur, quam illa obtinendi judicis proviſionem, ad faciendam exemplationem, quia inſtrumenta levata ab ipſo notario rogato, aut ejus ſucceſſore à protocolo ſunt originalia, Menoch. de arbitrariis, caſu 213. n. 9. & 10. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. n. 8. Surd. conſ. 141. n. 19. & conſ. 173. n. 109. Rota apud Farinac. deciſ. 135. part. 1. n. 6. in recentiorib. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 187. n. 13. Pareja de inſtrum. edit. tit. 1. reſol. 3. §. 3. n. 21. D. Matheu de regim. cap. 10. §. 4. n. 25. & ut inſtrumenta originalia à protocolo leventur, non eſt neceſſaria, neque partis citatio, neque judicis authoritas, nunc leventur ab ipſo notario rogato, nunc à ſucceſſore in officio, aut regente protocola, l. ſi unum, ubi gloſſ. communiter recepta, ff. qui teſtamenta facere poſſunt, cap. dudum, 20. de converſion. conjugator. Barthol. in authent. ſi quis in aliquo documento. ubi Baldus num. 6. Covarrub. practic. cap. 19. n. 3. Rodriguez de execution. cap. 1. art. 4. n. 12. Rota diverſor. deciſ. 762. n. 1. par. 4. Farinac. dict. deciſ. 135. in fin. Serafin. deciſ. 1236. n. 3. Coccin. deciſ. 219. num. 6. Maſcard. de probat. concl. 711. n. 22. Cened. collect. 132. ad decretal. Poſthius de manutenen. obſervat. 99. n. 10. cum ſequentib. Fermoſin. ad text. in cap. 1. de fide inſtrum. quæſt. 1. num. 26. cum ſequentib. Pareja de inſtrum. edit. dict. tit. 1. reſolut. 3. §. 3. n. 128. Gonzal. Tellez ad text. in cap. final. de fide inſtrumentor. in fin. D. Matheu dict. cap. 10. §. 4. n. 25.

43 Neque obſtant jura, & forus, Doctorumque authoritates ſupra adductæ, nam loquuntur, de tranſumpto abſtracto, non à protocolo, ſed ab alio inſtrumento, jam levato à protocolo, in quo notarius aſſerit ſumpſiſſe tranſumptum, ab ipſo inſtrumento, & non dicit ſumpſiſſe à protocolo, hæc enim inſtrumenta exemplata, non aliter fidem faciunt, quam levata judicis authoritate, & parte citata, leg. chyrographis in princip. ff. de adminiſtr. tutor. cap. 2. & 3. de fide inſtr. cap. 16. eod. cum aliis à nobis ſupra traditis, & de his exemplationibus inſtrumentorum debent intelligi forus, & jura ſupradicta, ut optimè notat D. Matheu de regim. cap. 10. §. 4. n. 24. & 25. quod procedit etiam ſi inſtrumentum exemplatum fuerit ab ipſo notario rogato, nam ſi iſte extrahat inſtrumenti copiam, non ſe referens ad protocolum, ſed ad aliud inſtrumentum, ab ipſo jam levatum à ſuo protocolo, non eſt adhibenda fides ſimili copiæ, tanquam exemplo, Paulus Caſtrenſ. in d. authent. ſi quis in aliquo, n. 5. C. de edend. Maſcard. de probat. concl. 711. n. 46. Pareja dict. tit. 1. reſol. 3. §. 3. n. 22. uſque ad 27. Rovi. ad pragmat. 2. de fide inſtrum. Galter. in pract. liquidationis inſtrum. in verbo reaſſumptum, n. 24. Tapia part. 3. juris Regni, de fide inſtrum. D. Matheu ubi proxim. n. 26. Gonzal. Tell. ad text. in cap. 1. de fide inſtrum. n. 12. Caponi tom. 4. diſcep. 275. num. 34. Cardinal. de Luca de dote diſcurſ. 85. ſub num. 7. & 8. & adhuc copiæ iſtæ, ſi ab aliis inſtrumentis, jam à protocolo levatis, ſummantur judicis authoritate, & partibus citatis, ſolum poterunt præjudicium afferre, partibus ipſis citatis, & earum ſucceſſoribus, & non aliis, unde quoad citatos, & eorum hæredes, & ſucceſſores fidem facient, quoad alios non citatos minimè, ex regul. text. in leg. ſi unus, 21. §. ante omnia, ff. de pact. docent Felin. in cap. quoniam contra, de prob. Minſinger. obſerv. 73. n. 19. Covarrub. pract. cap. 20. & cap. 21. num. 5. Poteus deciſ. 165. num. 4. lib. 1. Mohedan. deciſ. 2. de fide inſtr. aliàs 263. per tot. Paz de tenuta, cap. 26. n. 64. Pareja dict. reſol. 3. part. 3. n. 122.

Et quia notarius regens prædefuncti notarii protocola, tenetur illa cuſtodire, & edere, 44 leg. 6. §. cogentur, ff. de edend. Barboſ. in collect. ad text. in cap. quoniam contra, de probat. n. 12. & 13. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 261. n. 52. Pareja de inſtrum. edit. tit. 1. reſol. 3. §. 1. n. 42. Petrus de Oñate de contract. tom. 2. tract. 15. diſput. 46. num. 104. & debent in ſui poteſtate reperiri, & cuſtodiri, ut docent Bald. in leg. noſtram, n. 3. C. de teſtam. Felin. in d. cap. quoniam contra, de probat. notabil. 3. Fermoſin. ad text. in d. cap. 1. de fide inſtrum. quæſt. 1. n. 18. cum ſeqq. Gonzal. Tell. ad text. in dict. cap. 1. n. 10. Statutum eſt apud nos, quod notarius regens notas 45 prædefuncti notarii, non poſsit ſub pœna centum morabatinorum, authenticare, aut ſignare, aliqua inſtrumenta levata à protocolis notarii prædefuncti, niſi habeat in domo ſua, & poſſe, omnia protocola, & libros prædefuncti notarii, cum qualitate habendi illa manifeſtata, ſcribæ curiæ juſtitiæ civilis villæ, aut loci, ubi protocola reperiuntur, for. 32. rubr. de Notariis, privileg. 33. in extravag. fol. 246.

Si inſtrumenta à notario prædefuncto re- 46 cepta, non appareant in protocolo elongata, vel quia diſtulerit adimplere obligationem foralem elongandi illa in protocolo intra tres menſes à die rogitus computandos, ſub pœna ſuſpenſionis officii, per dimidium anni, & in contraventionem ſub falſi pœna, & 10. librarum pro prima vice, for. 22. & 23. rubr. de Notariis, for. 177. fol. 24. curia. anni 1585. & pro ſecunda viginti librarum, & pro tertia triginta, ut cautum habetur, in d. for. 177. curiar. anni 1585. quæ pœna nequit remitti per juſtitiam

in civilibus, ut cavetur, *in for.* 126. & 128. *fol.* 26. *curiar. anni* 1626. vel quia morte præventus, non potuit continuare illa in ſuis protocolis, non habebit facultatem notarius regens
47 tradendi, & ſignandi inſtrumentorum copias, etiam ſi inveniantur illa manu ipſius notarii prædefuncti conſcripta in minutario, neque ea elongare poterit, aut minuere, addere, aut detrahere quidquam, imò debet adhiberi cauſæ cognitio, & judicis authoritas, ut hujuſmodi inſtrumenta elongari poſsint, & in protocolo poni, & ex illo levari copiæ authenticæ, & ſignatæ, Galter. *in ſua prax. inſtrumentor. rubr. unic. n.* 18. Fermoſin. *ad text. in cap. final. de fide inſtrumentor. n.* 25. Rovit. *in pragmat.* 2. *de fide inſtrumentor. n.* 15. Gayto *de credito, part.* 1. *cap.* 3. *tit.* 1. *à n.* 792. Marin. *lib.* 1. *reſolut.* 196. Roccus *reſponſ.* 12. *n.* 15. Carol. Anton, de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 93. *n.* 9. & 10.

48 Non tamen faciliter, prout ſolet, debet à judice ordinario concedi facultas elongandi inſtrumenta non elongata à notario prædefuncto, ſed inſpici debet, an in baſtardello, aut minutario notarii prædefuncti reperiantur, & ab illius manu conſcripta ſint, cum die, & anno, & teſtibus, & ſubſtancia contractus continuata, Franchiſ. *deciſ.* 567. *n.* 2. Gayto *de credito, cap.* 4. *quæſt.* 6. *n.* 262. Carol. Anton. de Luca *in animadverſion.* ad Gratian. *cap.* 93. *n.* 11. *in fin.* quia ſi in baſtardello, aut minutario deficiant iſta, non debet judex decernere, quod elongetur inſtrumentum: & ex adverſo ſi ſupradicta reperiantur, abſque dubio decernere poterit, quod elongentur, & leventur; in Regno enim, notarii de inſtrumento roga-
49 ti nequeunt illud publicare ſub pœna vigintiquinque librarum, niſi primum inſtrumenti ſubſtantiam, cum die, menſe, & anno, & teſtibus in baſtardello, aut minutario conſcripſerint, *for.* 75. *fol.* 10. *curiar. anni* 1564. Quod non eſt ita de jure, quia nulla tenentur pœna, licet eis permitatur, per imbreviaturam deſcribere notas in baſtardello, ſeu broliardello, *gloſſ. in clement.* 1. *verbo quamvis, de re judicat. & in clement.* 2. *de rebus Eccleſiæ alienand.* Molin. *de Hiſpanor. primog. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 25. *cum ſequent.* Moneta *de commutat. ultimar. voluntat. cap.* 8. *n.* 198. Gutier. *lib.* 2. *pract. quæſt.* 80. *n.* 80. Salcedo *de repreſent. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 8. Pareja *de inſtrum. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 1. *n.* 7. & quando in baſtardello, aut minutario, aut qualibet alia charta, apparet hujuſmodi minuta juxta fori formam, poteſt elongari inſtrumentum judicis authoritate, nam etſi careat ſigno, & elongatione, poteſt hoc judicis authoritate ſuppleri, & elongari, levari, & ſignari, ex doctrina Cin. *in l. contractus, C. de fide inſtrument. n.* 14. Cravet. *conſ.* 558. *n.* 7. Roland. à Vale *conſ.* 44. *n.* 27. *lib.* 1. Serafin. *deciſ.* 909. Mier. *de major. par.* 1. *quæſt.* 62. *n.* 93. Menoch. *conſ.* 48. *n.* 15. Gratian. *deciſ.* 167. *per tot.* Pareja *de inſtrumentor. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 1. *n.* 56. & eſt tam eſſentialis judicis ordinarii proviſio, & decretum, ut inſtrumentum poſsit elongari, & aliter extrahi, quam reperitur deſcriptum, quod etiam ſi reperiatur in protocolo, ubi cætera reperiuntur inſtrumenta, non poteſt aliter reaſumi, quam prout jacet, neque extrahi, aut
tranſcribi à notario regente, niſi cum eiſdem 50
abreviaturis, interlineationibus, & cancellationibus, mendis, & verbis quibus reperitur. Bald. *in rubr. C. de fide inſtrum.* Fermoſin. *ad text. in cap. final. de fide inſtr. q.* 2. *n.* 30. Franch. *deciſ.* 486. *n.* 5. Tapia *ad conſtitut. Bavillos, & omnes, n.* 6. *& tit. de fide inſtr. lib.* 3. Gayto *de credito,* 1. *part. cap.* 3. *tit.* 1. *à n.* 304. Cardinal. de Luca *deciſ. Siciliæ, n.* 416. *& de dote, diſcurſ.* 85. *ſub n.* 7. & 8. Quia notarius propria authoritate, non poteſt extendere, aut elongare abreviaturas minutæ notarii prædefuncti, Menoch. *conſ.* 37. Narbon. *in* 3. *part. recopil. lib.* 4. *tit.* 25. *l.* 38. *gloſſ.* 2. *n.* 5. Et quando à parte intereſſe habente, deſideratur inſtrumenti extenſio abſque cancellationibus, interlineationibus, aut cæterationibus contentis in minutario, aut alio modo, & methodo, quam prout in illo jacet, debet proviſionem, & decretum obtinere judicis ordinarii, cum partis intereſſe habentis citatione, juxta juris regulas, nam cum poſsit lædi tertius ex his, citandi erunt illi, quos tangere poterit negotium, *ex regul. text. in l. nam ita, Divus* 33. *ubi gloſſ. verbo qui læderentur, ff. de adoption. l. de unoquoque* 47. *ff. de re judicata, l.* 1. §. *quamvis, ff. de ventre inſpiciendo, cap.* 2. *cap. Albericus, cap. ſignificavit, de teſtib.* Et docent in terminis Franchiſ. *deciſ.* 567. Abbas *in cap. cum P. tabellio, de fide inſtr.* Guid. Pap. *deciſ.* 2. Seſsè *tom.* 1. *deciſ.* 83. *n.* 7. Gayto *de credito, d. cap.* 3. *à n.* 806. Et hæc judicis proviſio decennio præſumitur, & quamvis de illa non appareat, ſemper inſtrumentum debet cenſeri legitimè elongatũ, ut judicavit Senatus ſententia publicata per Ferrera, *die* 11. *Martii* 1669. in favorem Jacobi Riera, civis, & contra Guiomarem Monroig, Referente D. Joanne Chryſoſtomo Berenguer R. C. D. Actuario Alfonſo. Quod apud nos non reperitur practicatum, nam li-
cet quoad judicis proviſionem, & decretum 51
inviolabiliter obſervetur, nam ſemper elongantur inſtrumenta minutata judicis ordinarii authoritate interveniente, tamen quoad citationem partium non obſervatur juris diſpoſitio, cum juxta praxim, & conſuetudinem uſu receptam partes non citentur ad elongationem faciendam, niſi magna concurreret difficultas, aut dubium, cui conſuetudini ſtandum eſt, ut ad propoſitum, docent Baldus *in*



*in dict. authentic. ſi quis in aliquo, Cod. de edendo, n.* 21. Maſcard. *de probation. concluſ.* 711. *n.* 21. Menoch. *conſ.* 745. *num.* 7. & 8. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 268. *n.* 13. Pareja *de inſtrumentor. edit. dict. t.* 1. *tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 127. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. final. de fide inſtrumentor. num.* 2. Et poterit elongatio fieri cum omnibus clauſulis, & renuntiationibus, etiam Senatus conſulti velleiani juxta ſtyllum notarii rogati, etſi in imbreviatura ſolum fuerit dictum, quod fieret cum omnibus clauſulis, ita Senatus in dicta ſententia, *diei* 11. *Martii* 1669. *de qua in num.* 50.

52 Solum caſu in quo, minuta, aut inſtrumentum non elongatum, aut ſine teſtibus, aut alio vitio exhibitum fuerit in lite, & de viribus, & legalitate illius diſputetur, non erit deveniendum ad illius elongationem, niſi examinata, & probata fuerit illius legalitas cum citatione partis intereſſatæ; & in ſimilibus caſibus ſolent judices, & Regius Senatus ad partis inſtantiam decernere, quod majorales preclaræ artis notariæ noſtræ Civitatis, qui periſsimi in his ſolent eſſe, conſulantur, ut dicant quid ſentiunt de validitate inſtrumenti, & proferunt judicium ſuum, cui ſolet ſtari, ut ſtatur peritis in rebus ſpectantibus ad ſuam peritiam, *l. final. Cod. de ponderatorib. l.* 3. *C. finium regund. cap. quia judicatæ,* 9. *de præſcriptionib.* nam etſi veluti per ſententiam judicium hoc, a majoralibus proferatur, non ſunt judices, neque aliud judicium proferunt, quam peritorum, ut rectè notat, D. Matheu *de regim. cap.* 8. §. 5. *per tot.*

Quando ſucede que el inſtrumento pre-
,, ſentado en el pleyto, tiene falta de clauſu- 53
,, las, de dia, teſtigos, ò otro requiſito, ſe ha-
,, ze inſtancia en el Tribunal que pende el
,, pleyto, narrando el defecto, y las razones
,, que ay para ſuplirle, y ſe concluye, pidien-
,, do, que los Mayorales de la preclara Arte
,, de Notaria, hagan ſu juizio, y digan ſi ſe de-
,, ve alargar la minuta, ò inſtrumento defec-
,, tuoſo, y concluida eſta inſtancia ſe declara,
,, que den ſu conſejo los Mayorales, los qua-
,, les en execucion de la proviſion, hazen co-
,, mo una ſentencia en latin con ſus motivos,
,, reſpondiendo à ſu Excelencia, y Real Con-
,, ſejo, ò al Tribunal que les ordena hazer el
,, juizio, al pie de la qual ſe ſubſcriven los
,, Mayorales, y hazen la declaracion, y juizio
,, de ſi ſe deve dar lugar, ò no, à que ſe alar-
,, gue como inſtrumento legitimo el que ſe
,, pretende defectuoſo, para lo qual ſe deve
,, poner eſta peticion.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. ſuplicant com millor pot, diu, que en un llibre de minutes de T. Notari, que eſtà en poder del Eſcrivà de la preſent cauſa, es troba una minuta de un Syndicat, fet per T. Univerſitat, à favor de F. T. en la qual no es troben los teſtimonis continuats, ni el dia en que es rebè, ſino es que ſols de la mà del mateix Notari es troba adnotat, *en lo mateix dia, y los mateixos teſtimonis del acte antecedent.* Y antecedent, è immediatament à la dita minuta ſen troba altra, ab teſtimonis, y Kalendari, y ab totes les circunſtancies que deu eſtàr, y per faltarli lo deſus dit à la minuta ſobredita del dit Syndicat, ſe ha entrat à dubtar, ſi lo Notari regent les notes, podria llegitimament lliurar copia del inſtrument del Syndicat ab totes les clauſules, ſegons eſtil del Notari rebedor, y ab los teſtimonis de la minuta antecedent, dia, mes, è any; è com encara que à la dita minuta li falte tot lo deſus dit, ſuplintſe com ſe ſuplix del acte, y minuta antecedent, dega entendres eſtar ab tota la perfecciò que dita minuta deuria eſtar, pera que ſen lliure copia del acte allargat ab totes les clauſules, ſegons lo eſtil del Notari rebedor.

Per tant, & alias omni meliori modo, &c. Suplica es mane provehìr, que los Magnifichs Majorals de la inſigne, y preclara Art de la Notaria, præbeant conſilium ſobre dits actes, quo facto es done permìs, y facultat al Notari regent les notes del dit F. T. pera que abſque alicujus pœnæ incurſu puga acabar de perficionar lo dit acte de Syndicat, y poſar los mateixos teſtimonis del acte antecedent, dia, mes, è any, y lliurar la copia, ò copies que ſeràn meneſter ſatisfactus; y que la preſent es mane evocar à eſta Real Audiencia, y cometre al M. F. T. Ohìdor que es de la dita Cauſa, qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die* 1. *Octobris* 1687.
*intimetur.*
F. T.

54 Non erit extra propoſitum advertere,quan-
do judex ordinarius juridicè poterit decer-
nere elongationem inſtrumenti in baſtardello
conſcripti, & quando non: ſi enim in imbre-
viatura dies, locus, aut teſtis deficiat, non de-
bet dari locus ad elongationem, ex doctrina
Farinac. *de falſit. & ſimulat. quæſt.*153. *par.*7.
*n.*131. Fermoſin. *ad text. in d.cap. final. de fide
inſtrument.quæſt.*2.*n.*23. Gayto *de credito,par.*
1. *cap.*3. *tit.* 1. *n.*783. *cum ſequen.* niſi defectus
diei,loci, aut teſtium verificetur, aut ſuplea-
tur aliunde,ut puta ſi in imbreviatura dicatur
eodem die, & coram eiſdem teſtibus, & re-
periatur in baſtardello, aut carta, in qua præ-
cedens folium, aut inſtrumentum continet
diem, locum, & teſtes, nam tunc poterit rea-
ſumi cum eiſdem teſtibus, die, & loco,ut mi-
rabiliter ad intentum, docent Bartol. *in l. ſi
quis ex argentariis*, §. *initium*, *ff. de edendo*,
Surdus *conſ.* 187. *tom.* 1. *n.* 34. & 35. Gayto
*de credito*, *dict. cap.*3. *n.*770. Fermoſin. *dict.
quæſt.*2. *n.*24. Marin. *d. lib.*1. *reſolut.*196.*n.*5.
Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad
Gratian. *cap.*93. *n.* 11. Eodem modo, non
55 debet dari locus ad extendendam imbrevia-
turam habentem teſtes,diem,& locum, ſi de-
ſit ſubſtantia contractus, Franchis *dict. deciſ.*
567.*n.*2.Gayto *dict. cap.*3. *n.*783. Fermoſin.*d.
quæſt.*2. *n.*23. Marin. *lib.* 1. *cap.* 186. *n.* 15. &
16. & *lib.*2. *cap.*139. Caponi *dict. tom.* 4. *diſ-
cept.* 275. *n.* 33. *cum ſequentib.* Carol. Anton.
de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.*
93. *in fin.* Quod limita ſi contractus ſubſtan-
tia, & inſtrumenti verificetur eiſdem teſtibus
inſtrumentalibus, quia poterit eo in caſu ex-
tendi, cum ſufficienter per teſtes prædictos
verificari poſsit contractus ſubſtantia, & inſ-
trumenti tenor, *l. cum præcibus*, *C. de proba-
tionib. l. optimam*, *Cod. de contrahenda ſtipula-
tione,cap. cum Joannes Eremita*, *de fide inſtru-
ment.cap.tertio loco, cap. poſt ceſsionem*, *de pro-
bationib.cap.cum à nobis,de teſtib.* noſter Mor-
là *in juris empor. tit.* 11. *quæſt.* 5. Farinac. *de
falſit. quæſt.* 158. *n.* 1. *cum ſequentib.* Oſvald.
ad Donel. *lib.*5. *comme. cap.*16. *lit.K.* Fermoſ.
*ad text. in d. cap. cum Joannes, quæſt.* 1. *per tot.*
Gonzal. Tell. *ad ipſum tex. n.*12. Pariter ſi mi-
nuta inventa non fuerit inter notarii præde-
functi inſtrumenta, & cartas, ſed extra illa,
non poterit reaſumi abſque magna ſpecula-
tione inſtrumentum ex illa, Barthol. Bald. &
Angel. *in l. ſi quis ex argentariis*, *ff. de edendo*,
Franchi. *deciſ.*567. Ponte *deciſ.*38. *n.*36. Mol-
feſ. *ſup. conſue. Neapo. par.*10.*q.*4. *n.*14. Carol.
56 Anton.de Luca *d. cap.*93.*n.*11. Demum ſi im-
breviatura non ſit manu ipſius notarii præde-
functi conſcripta,non debet dari locus, ut ex-
tendatur & reaſumatur Farinac. *de falſ.q.*153.
*par.*7.*n.*131. niſi teſtes inſtrumentales,de con-
57 tractu, & publicatione inſtrumenti deponant,
prout ſupra tradimus, aut niſi Kalendarium,
cum adnotatione diei, & anni, aut lineæ ali-
quæ ex imbreviatura,aut nomina teſtium,fue-
rint manu notarii cõſcripta,& cætera pars mi-
nutæ, manu ſcriptoris proprii notarii conſ-
cripta reperiatur, nam poterit dari locus, ut
extendatur, & elongetur, cum ut protocolla 58
ipſa,& matrices ſint authentica, ſolum requi-
ritur,quod prima, & ſecunda linea cujuſlibet
inſtrumenti manu notarii ſcripta reperiantur
in quolibet folio,& adnotatio diei,& anni,cũ
teſtibus, & hoc ſub pœna privationis officii,
*for.los Notaris.*4.*rub.de Notaris*, & ſi protoco-
la authentica judicantur,ſolum adnotante no-
tario manu ſua propria lineas ſupradictas,etiã
erunt imbreviaturæ, & minutæ inſtrumentorũ
fideles in caſu ſupradicto.Idem judico tenen-
dum ſi omnis inſtrumenti imbreviatura eſſet à
manuenſis manu conſcripta, ſed ante imbre-
viaturam,& poſt eam, recto ordine, adnotata
reperiuntur alia inſtrumenta in eodem baſtar-
dello,carta, aut libro manu ipſius notarii, nã
tunc (niſi ex inſpectione oculari, aliqna ma-
chinari poſſet fraus)poterit dari locus,ut tale
inſtrumentum extendatur,& elongetur, cum
probatis his extremis manu notarii conſcrip-
tis, debeat præſumi poſitam fuiſſe minutã illã
ex facto ipſius notarii, & quod ex voluntate,
& conſenſu ſuo conſcripta fuerit,*ex regul.tex.
in l.ſicut.*§.*non videtur ff. quibus modis pignus,
vel hypotheca*,Barthol. *in l.celſus*, *n.*21.*ff.de uſu-
capion.*Alciat.*de præſumpt. regul.*3. *præſum.*22.
media illa imbreviatura, debet cõgruere præ-
cedentibus, & ſequentibus, Roland. à Vale
*conſ.*25. *n.*30. & 31. *lib.*4. & ſuã fecit imbre-
viaturam notarius,qui eam inter imbreviatu-
ras ſuas, & inſtrumenta collocavit, ex regula
quod omnia noſtra facimus,quibus authorita-
tem noſtram, conſenſum,& voluntatẽ impar-
timur,*l.* 1. §.*omnia*,*C. de vetere jure enucleand.
gloſſ. in* §. *plebiſcitum*, *verb. conſule inſt.de jur.
natur. gent. civil.* Anton. Gom. *in l.* 4. *Tauri*,
*n.*89.Valaſc.*conſult.*105.*n.*63.

Tenẽtur notarii,qui notas,& protocola no-
tarii prædefuncti deſiderant regere, & facere 59
ſupradictas inſtrumentorũ extenſiones, & le-
vare illa, manifeſtare, & edere protocola ju-
dici certis in caſibus de jure, & hoc inſtante
aliqua perſona intereſſe habẽte,*l.ſi quis ex ar-
gent.*6. §. *exigitur ff.de eden. l.fin. C. de fide in-
ſtrum.cap.cum P.tabel.de fide inſtrum.*Bald.*in l.
imper.ff.de ſtatu.homin.*Covarrub.*practic. cap.*
19.*n.*3. Maſcard.*de probat. concluſ.*740. *n.* 33.
Oſaſc. *deciſ.*16. *n.*8. Grammati. *conſ.*66. *n.*16.
Farinac. *de falſ. q.*154. *n.*38. Trentacinq. *var.
lib.* 2. *tit.de fide inſtr. reſol.*9. *n.*2. Pareja *de in-
ſtr. edit. to.*2. *tit.*7. *reſ* 8. *per tot.* In Regno ha-
bemus admiſſum, quod omnibus in caſibus 60
indiſtinctè,& nulla parte inſtãte,tenetur nota-
rius regẽs notas prædefũcti notarii,& habens
illas



illas in ſui poſſe titulo legati, donationis, aut
alio manifeſtare ſcribæ juſtitiæ in cauſis civi-
libus urbis omnia protocola,& notas ſive mi-
nutaria infra decem dies, *for.*29. *rubr. de No-
tariis*, *privileg.* 33. *in extravagan. fol.*246. Ita
ſtatutum habetur in pragmat.a juſtitia in cau-
ſis civilibus urbis publicata, *die* 18. *Maii*
1676. & de manifeſtatione debet confici in-
61 ſtrumentum publicum à ſcriba, cum expreſ-
ſione omnium protocolorum, *d. for.* 29. *rubr.
de Notariis*, *d. pragmat.* §.1. & in inſtrumento
debet notarius manifeſtans promittere, & ſe
obligare, quod ſi protocola exierint à ſua
poteſtate, notum faciet curiæ, ut in *d. for.*29.
factaque manifeſtatione adnotatur in libro
curiæ civilis, notarii regentis nomen, ut om-
nibus innoteſcat, penes quem reperiuntur
62 notæ, & protocola notarii prædefuncti; habe-
tur enim in curia juſtitiæ civilis liber in quo
ordine alphabetico, & per indicem reperiun-
tur adnotata nomina tabellionum defuncto-
rum, & regentium illorum protocola, *for.*28.
& 29.*rubr.de Notariis*, *d.*§.1.*pragm.ſupradict.*
ut quoties dubitetur de notario regente, re-
curratur ad refugium libri, ubi breviſsimè re-
periatur, quis notas regat, D.Matheu *d. cap.*
10. §. 4. *n.* 21. pro manifeſtatione facienda
protocolorum, & recipienda, non debetur
ſcribæ aliquod ſalarium, *for.item,que lo Eſcri-
và,rubr.de Notariis*,licet de foro antiquo qua-
tuor denarii ei deberentur, *for.*30.*rubr.de No-
tariis*, pro mercede autem, & labore perqui-
63 rendi indicto libro regentem notas prædefun-
cti notarii, ſolum unus debetur ſolidus, *d.for.*
31. *rubr. de Notariis*; & ſi eveniat quod poſt
notarii mortem protocola apud alium nota-
rium non reperiantur, tenentur hæredes, tu-
64 tores, aut curatores, & quælibet aliæ perſo-
næ, penes quas ſint, manifeſtare illa in curia
judicis ordinarii Civitatis, aut Villæ, ubi no-
tarius prædefunctus domicilium habebat tem-
pore obitus infra decem dies, à die mortis
notarii computandos, *for.* 26. & 29. *rubr. de
Notariis*, *privileg.*33.*in extravagan. fol.*246. *d.
pragmat. curiæ civilis*, D. Matheu *d.cap.* 10. §.
4. *n.*21. Et hoc in caſu tenetur judex ordina-
rius notarium nominare infra alios decem
65 dies, cui tradere debet protocola, ut illa re-
gat, *d.for.*26.*rubr.de Notariis*,*d.privileg.*33.D.
Matheu *ubi proxim.* & ſimilem praxim docet
Seſsè *tom.*1. *deciſ.*83. *n.*21. & notarius regens
in caſu ſupra tradito, medietatem emolumen-
torum, quæ perceperit ex protocolis, & in-
ſtrumentis in eis conſcriptis, tenetur dare hæ-
redi, legatario, aut donatario, cujus ſunt pro-
tocola, *for.*26.& 27.*rubr.de Notariis*, *d.privil.*
33. Quibus non adimpletis, & cuſtoditis, no-
66 tarii, & cæteri habentes protocola, incurrent
pœnas pecuniarias morabatinorum, ut poteſt
videri *in d.for.*26.27.& 29.*rubr.de Notariis*, &
tenetur judex ordinarius, elapſis ſupradictis
diebus, ſimul cum majoralibus artis notariæ,
adire domum, ubi prothocola notarii præde-
functi reperiuntur, & extrahere illa, & co-
mendare notario regenti idoneo, ut proba-
tur *ex dict. privileg.* 33. *in extravag. fol.* 246.
Protocola notarii prædefuncti, remanere de-
bent, ubi notarius degebat tempore obitus,
Senatus ſententia per Alreus, *die* 27.*Februa-
rii* 1631. inter Eliſabethem Meſtre, & Duci-
ſam de Paſtrana, in qua deciſum fuit pro-
cedere, etiam ſi notarius, in alio loco vixerit
per aliquod temporis ſpatium.

De jure notarii regentes protocola præde- 67
functi, aut rogati de inſtrumentis, illorum
exemplaria authentica ſolum debent tradere
ipſis contrahentibus, & eorum ſucceſſoribus
quoties ab eis petuntur, §. *ſed*, & *unum*, *in-
ſtit. de teſtam.* D.Leon *tom.* 2. *deciſ.* 124. *n.* 5.
*cum ſeqq.* D.Matheu *de regim.cap.*10.§.4.*n.*22.
Si autem inſtrumenti copia petatur ab illo,
qui notarium non rogavit, debet inſpici an
ei interſit,& conſtito de intereſſe debet copia
tradi, *l.*3. §.*ſciendum*,*ff. ad exibendum*, *l.*1. &
2. *ubi gloſſ. ff. quemadmodum*, *teſtamenta ape-
riantur*, *l. fin.poſt medium, de prin.agen.in rebus
lib.*12.Barthol. *in l.* 1.*in princip.verſ. fateor ta-
men*, *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*,
Paul.de Caſtro *in l.quędam in prin. ff.de edendo*,
Menoch.*de arbitrar. lib.*2. *centur.*2.*caſu* 87. *ex
n.*1.& *conſ.*48. *ex n.*6. Tuſch. *pract.lit. O. con-
cluſ.*201. *n.*1. Farinac. *de falſ. quæſt.* 154. *n.*28.
D.Leon *d. deciſ.* 124. *n.*5. *cum ſequent.* Marin.
*quotidianar.reſolut. lib.*1. *cap.* 186. *n.*16. Dom.
Matheu *de regim. cap.*10. §.4. *n.*23. Gonzalez
Tellez *ad text. in cap. cum P.tabellio de fide in-
ſtrumentor.n.*3. In praxi Regni Valentiæ, hoc 68
intereſſe verificatur abſque partis citatione,
nam ſolum judex ordinarius, jurante in ſui
poſſe de intereſſe,illo,qui inſtrumenti copiam
deſiderat,decernit,quod ei tradatur,ut docent
D.Leon *dict. deciſ.* 124. *n.* 5. & D.Matheu *d.
cap.*10.§.4.*n.*23. Et licet de hoc conquæratur 69
D. Leon, magis poſſumus nos conquæri, &
admirari hodie videntes in praxi, quod nota-
rii indiſtinctè tradunt inſtrumentorum copias,
nulla expectata judicis juſsione, neque veri-
ficato intereſſe, adhuc juramento præſtito in
judicis manibus, quod ſanè indiget remedio
competenti.

Ultimus caſus qui venit conſiderandus,eſt, 70
ſi inſtrumentum reperiatur à notario rogato,
aut ejus ſucceſſore levatum à protocolo,& re-
cognito protocolo, in illo non apparet conti-
nuatum,aut aliter deſcriptum reperitur,quam
levatum,aut ipſum protocolum non invenitur.
Si protocolum non inveniatur, tenendum eſt,
inſtrumentum fidem facere, & authenticum
eſſe,*l.unum,ubi gloſſ. ff.de teſtam.*Barthol.Alex.
& Jaſſon *in l.ſi quis*, §. *prætor ait*, *ff.de edendo*,



Bar-

Bartol. Bald. Salicet. & Decius *in authent. ſi
quis in aliquo documento, C. de edendo.* Felin. *in
cap. ultim. de fide inſtrum. ſalentia* 2. Covarrub.
*pract. cap.* 10. *n.* 3. Facinin. *controv. lib.* 11. *cap.*
38. Pareja *de inſtrum. edit. tit.* 1. *reſol.* 3. §. 1. *n.*
47. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. *de fide inſtrum.
quæſt.* 2. *n.* 2. Paul. Meli *obſerv.* 108. *n.* 7. & 8.
Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 66. *n.*
10. Caſtejon *in alphabet. verbo inſtrumẽtum, n.*
17. Gratian. *diſcep. foren.* 877. *n.* 25. Andreol.
*controverſ.* 6. *n.* 2. Otthobon. *deciſ.* 251. *n.* 52.
*cum ſequentib.* Franciſc. de Angelis *de confeſ.
lib.* 2. *quæſt.* 7. *n.* 56. & 57. Sed an, ut fides ad-
hibeatur ſimili inſtrumento, probari debeat
71 amiſsio protocoli plenè, non eſt in comperto
apud DD. quia aliqui docent, non requiri,
quod plenè probetur protocoli amiſsio, etiam
ſi contractus fuerit inſcriptis celebratus, ſed
ſufficere, quod præſumptivè conſtet amiſſum
eſſe protocolum, ut ſi non appareat. Covarr.
*pract. dict. cap.* 19. *n.* 3. Fermoſin. *d. quæſt.* 2. *n.*
2. Paul. Meli *ubi proxim. n.* 9. & 19. Et in no-
ſtra praxi hoc videtur admiſſum, nam ferè
nunquam curatur de probanda protocoli
amiſsione, ut fides detur inſtrumento à pro-
tocolo levato, de jure autem verius eſt, pro
tocoli amiſsionem eſſe plenè probandam, ut
ſimilibus inſtrumentis fides dari poſsit, ut
probant jura, *in l. ſicut iniquum, C. de fide in-
ſtrum. l. ſi creditor* 4. *C. de pignoratitia actione,
l. teſtium, l. illatæ* 4. *C. de fide inſtrument. l. pu-
blicati, C. de teſtamentis, cap. cum olim, de pri
vilegiis,* Bald. *in rubr. Cod. de fide inſtrument.
n.* 39. Surd. *conſ.* 109. *n.* 9. Afflict. *deciſ.* 13.
*n.* 10. Menoch. *de præſumption. lib.* 6. *præſump.*
61. *n.* 19. Maſcard. *de probat. concluſ.* 911. *n.* 8.
Pacian. *conſ.* 84. *n.* 13. Gratian. *diſcep. forenſ.
cap.* 262. *n.* 18. Pareja cum multis *de inſtrum.
edit. tom.* 1. *tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 1. *n.* 47.
Si inſtrumentum à notario levatum, non
72 reperiatur in protocolo, ubi cætera reperiun
tur inſtrumenta, docent multi, fidem facere, &
legale eſſe inſtrumentum, quia cum ſit origi-
nale, ut jam docuimus, non indiget quod in
protocolo reperiatur tranſcriptum, ut plenam
faciat fidem, Bald. *in rubr. Cod. de fide inſtrum.
& conſ.* 464. Pariſi. *conſ.* 104. *n.* 62. *lib.* 1. Ale-
xand. *conſ.* 175. *n.* 4. *lib.* 7. Cagnol. *in l. ſi li-
brarius num.* 81. *de regul. juris,* Caſtrenſ. *conſ.*
125. *num.* 6. *lib.* 2. Paul. Meli. *obſervat.* 108.
*n.* 9. & 10. Contrarium tenent alii docentes
valde ſuſpectum eſſe, & nihil probare inſtru-
mentum, quod in protocolo conſcriptum non
apparet, Covarrub. *pract. cap.* 19. *n.* 3. Gram-
mat. *deciſ.* 106. *in fin.* Menoch. *de adipiſcen-
da remed.* 4. *n.* 736. & *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 187.
*num.* 30. & *de præſumpt. lib.* 5. *præſumptione*
20. *n.* 32. & *conſ.* 42. *n.* 11. & *conſ.* 188. *in fin.*
Tuſch. *pract. lit.* O. *concluſ.* 202. *n.* 38. Fa-
rinac. *de falſit. quæſt.* 153. *n.* 144. Fontanel. *de
pact. nuptialib. clauſ.* 3. *gloſ. unic. n.* 18. Carol.
Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gra-
tian. *cap.* 93. *n.* 8. Marin. *tom.* 1. *cap.* 196. Ca-
poni *tom.* 4. *diſcep.* 275. *n.* 32. Cardinal. de Lu-
ca *de judic. diſcurſ.* 26. *n.* 21. in hac varietate,
ego judico, priorem opinionem de jure ve-
riorem eſſe, ſi inſtrumentum conſcriptum, &
ſignatũ fuerit ab ipſo tabelione rogato, nam
cum abſque dubio originale ſit, *l. unum, ubi
gloſ. de teſtam. l. Sempronius Proculo* 97. *ff. de
legat.* 2. Covarrub. *practicar. cap.* 19. *num.* 3.
Surd. *conſ.* 141. *n.* 19. & 173. *n.* 109. Menoch.
*de arbitr. caſu* 213. *n.* 9. & 10. & *de præſumpt.
lib.* 6. *præſumpt.* 15. *n.* 8. Maſcard. *de probat.
concluſ.* 711. *n.* 36. Rota apud Farinac. *deciſ.*
135. *par.* 1. *num.* 6. *in recentiorib. & fragment.
crimin. par.* 1. *lit. I. n.* 23. Gratian. *diſcep. forenſ.
cap.* 187. *n.* 13. Poſthius *de manutenend. obſerv.*
99. *n.* 8. *cum ſequentib.* Pareja *de inſtrumentor.
edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 21. Graña *ad text.
in cap.* 1. *de fide inſtrum. n.* 3. Fermoſin. *ad ip-
ſum text. quæſt.* 1. *n.* 28. & originale plenè pro-
bat, etiam ſi non reperiatur aliud originale,
aut protocolum, Covarrub. *d. cap.* 19. *num.* 3.
Pareja *de inſtrumentor. edit. tit.* 4. *reſolut.* 3. §.
1. *num.* 25. & *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 4. plenam fidem
faciet inſtrumentum ſupradictum, nunc repe-
riatur continuatum in protocolo, nunc non
reperiatur. Secus erit ſi non à notario roga-
to, ſed ab illius ſucceſſore inſtrumentum le- 73
vatum, & ſignatum appareat, nam cum ſuc-
ceſſor levare debeat inſtrumentum à matrice,
aut protocolo, ſi inſtrumentum in protocolo
repertum non fuerit, erit ſuſpectum, & nihil
provabit, & in hoc caſu judico eſſe veram ſe-
cundam ſententiam, niſi appareat protoco-
lum laceratum, aut ruptum, & dirutum in
parte illa qua inſtrumentum reperiri debebat,
& aliqua folia inciſa, & lacerata reperiantur,
nam fidele erit inſtrumentum, & ut ejus fides
ſuſtineatur præſumendum erit à protocolo
ſublatum, ut rectè probatur ex doctrina Pauli
Meli *dict. obſerv.* 108. *n.* 9. & 10.
Et ſi evenerit, quod inſtrumentum in pro-
tocolo reperiatur, ſed non convenerit, cum 74
inſtrumento levato, & ſignato, recurrendum
eſt ad protocolum, cui in dubio magis ſtatur,
quàm inſtrumento inde levato, *l. ſi quis exar-
gentariis, §. penultimo, & ultimo, ff. de edendo
authentic. de tabellionib. §. final. & ibi gloſ.* An-
gelus, Baldus, Bartol. & Paulus de Caſtro *in
l. ſempronius, ff. de legatis* 2. idem Bartol. *in
l. ſi quis ex argentariis, §. prætor, ff. de edend.*
Grammatic. *conſ.* 66. *num.* 57. Alexand. *conſ.*
105. *num.* 1. *volum.* 2. Surdus *conſ.* 141. *n.*
8. *cum ſequentib.* Franciſcus Marcus *deciſ.*
163. *num.* 2. Boer. *deciſ.* 252. *n.* 7. Maſcard.
*de probat. concluſ.* 109. *num.* 31. Thuſc. *practic.
lit.* O. *concluſ.* 202. *n.* 1. & *n.* 23. Farin. *de falſit.
quæſt.* 153. *par.* 7. *n.* 127. Gratia. *diſcep. for. tom.*
3. *cap.*



3. *cap.* 548. *num.* 29. & 30. Pareja *de inſtru-
mentor. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 1. *num.* 48.
Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 16. *diffinit.*
24. *num.* 5. Carpzovius *in juriſprudent. fo-
renſ. part.* 1. *conſtitut.* 17. *definit.* 44. *num.* 1.
& 2. Ita Senatus ſententia per Alreus, *die* 1.
*Februarii* 1613. inter Laurentium Belaſco, &
Gabrielem Rovira. Si autem inſtrumentum
75 levatum concordaret cum protocolo, & re-
pugnaret matrici, ſive minutæ, dubitant DD.
an potius protocolo quam minutæ ſtari de-
beat, multi tenent ſtandum eſſe protocolo,
Maſcardus *de probationib. concluſ.* 4. *num.* 3.
Boer. *deciſ.* 252. *num.* 8. Franciſcus Marcus
*deciſ.* 163. *à num.* 10. Menoch. *de arbitrar.
caſu* 187. *n.* 22. Sfortia *conſil.* 78. *ſub num.*
23. Fermoſin. *ad text. in cap. final. de fide in-
ſtrumentor. quæſt.* 2. *num.* 1. Cardinal. de Lu-
ca *de judiciis, diſcurſu* 26. Alii tenent potius
eſſe credendum matrici, quam protocolo,
Curtius Senior *conſil.* 55. *num.* 24. Pariſius
*conſil.* 28. *num.* 22. & 23. *lib.* 2. Berojus *conſ.*
1. *n.* 6. *lib.* 2. Gargiar. *conſil. crim. diverſ.*
126. *n.* 72. *lib.* 1. Farinac. *de falſitat. dict.
quæſt.* 153. *n.* 129. & 131. Rovit. *ad prag-
mat.* 2. *de Notariis, n.* 19. Ego diſtinguen-
dum judico, an inſtrumentum reaſſumptum
concordet cum protocolo, & à minuta,
aut matrice diſcordet, nam tunc inſtrumen-
tum non probat, ſed eſt de falſo ſuſpectum,
Cephal. *conſil.* 287. *à num.* 11. *lib.* 2. Tuſch.
*lit. I. concluſ.* 247. *n.* 23. Fermoſin. *ad text.
in cap. final. quæſt.* 2. *num.* 4. *de fide inſtru-
mentor.* Gayto *de credito, part.* 1. *cap.* 3. *tit.* 1.
*n.* 750. Cardinal de Luca *de judiciis, diſcur-
ſu* 26. *n,* 22. & 27.
Si vero inſtrumentum levatum diſcordet
76 à protocolo, & matrice, aut minuta, tunc
judicio ſtandum eſſe matrici, & minutæ, quia
eſt prima inſtrumenti origo, Farinac. ubi
proxim. *num.* 128. & 129. Anton. Faber *in
ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 25. *diffinit.* 24. Andreol.
*controverſ.* 45. *n.* 10. & *controverſ.* 182. *n.*
9. Merlin. *deciſ.* 608. *num.* 16. *tom.* 2. Bon-
den. *de jure controverſ. colluctat.* 36. *num.* 56.
Caponi *tom.* 4. *diſceptat.* 275. *n.* 33. Carp-
zovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 17.
*definit.* 44. *n.* 3. Latro *conſil.* 160. Carol.
Anton. de Luca *in prax. cap.* 32. *n.* 11. Un-
dè ſi duo copiæ fuerint à notario ſignatæ, de-
bebit ſtari illi, quæ correſpondet magis ma-
trici, ut judicavit Senatus ſententia per Al-
reus, *die* 20. *Julii* 1630. inter Dominicum
Royo, & Rufinam Sabater. Et ſi inſtrumen-
77 tum adhuc levatum non fuerit, & reperiatur
diſcordantia inter protocolum, & matri-
cem, debet levari prout in protocolo repe-
ritur, nam non niſi à protocolo levatur,
Boer. *deciſ.* 152. *n.* 8. Farin. ubi prox. *n.* 131.
Gayto *de cred. d. cap.* 3. *à n.* 735. Rovit. *ad prag-
*1. *de fide inſtrum. n.* 10. Fermoſin. ubi proxim.
*n.* 5. Et videtur de mente Senatus, præma-
vimè, ſi teſtium depoſitionibns corrobore-
tur, quod in protocolo invenitur, ut ſen-
tentia per Daza, *die* 28. *Junii* 1618. inter
Martinum Joannem Garces, & Elenam Mon-
tañana, & de Ximeno, confirmata in alia
Aula, *die* 15. *Septembris* 1618. Quod limita
ſi protocolum fuerit vitiatum, nam inſtru- 78
mentum à protocolo vitioſo levatum nul-
lius eſt momenti, uti procedens ex radice
infecta, Ancharran. *conſil.* 431. *colum.* 1. Be-
rojus *conſil.* 1. *nu.* 12. *volum.* 2. Menoch. *de
arbitrar. lib.* 2. *caſu* 187. *num.* 17. Gratian.
*diſceptat. forenſ. cap.* 889. *per tot.* Caſtillo
*controverſiar. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 46. Pareja *de
inſtrumentor. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 1. *num.*
45. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1.
*conſtitut.* 17. *definit.* 44. *n.* 5. & 6. Et caſu
in quo inſtrumentum reaſſumptum diſcorda-
ret à protocolo, & concordaret cum matri-
ce, non erit authenticum, quia cum debeat
levari à protocolo, non erit fidele, ſi cum
protocolo non concordet, ut notant Fer-
moſin. ubi proxim. *n.* 6. Gayto *de creditor.
dict. cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 742. Licet verius in
ſententia multorum judicetur contrarium, 79
quia diſcordantibus protocolo, & imbre-
viatura, ſi hæc reperiatur cum die, teſtibus,
& aliis requiſitis neceſſariis, inſtrumentum
reaſſumptum, etiam ſi à protocolo diſcor-
det, dummodo cum imbreviatura concor-
det, erit fidele, & potius imbreviaturæ credi
debebit, ex ſententia Baldi *in l. noſtrum, C.
de teſtamentis,* Alexand. *conſil.* 105. *lib.* 2. Pa-
riſius *conſil.* 38. *n.* 22. & 23. *volum.* 2. Me-
noch. *conſil.* 187. *n.* 20. Farinac. *de falſitat.
quæſt.* 159. *n.* 131. Anton. Faber *lib.* 4. *C.
tit.* 25. *definit.* 24. Andreol. *tom.* 1. *contro-
verſ.* 45. *n.* 10. Caponi *tom.* 4. *diſcept.* 275.
*num.* 33. Carpzovius *in juriſprudent. forenſ.
part.* 1. *conſtit.* 17. *definit.* 44. *n.* 3. Et juxta
hanc ſententiam judicavit Senatus ſententia
publicata per Alreus, *die* 3. *Octobris* 1627.
inter Franciſcam Sanchis, & Curatores Ja-
cobi Planelles.
Secundo, quod inſpici præcipue debet, ut 80
deveniri poſsit ad inſtrumentorum regiſtra-
tionem, eſt, an probatum extet, quod ſigna,
& ſubſcriptiones inſtrumentorum, ſint nota-
rii publici, habentis poteſtatem, & authori-
tatem recipiendi ſimilia inſtrumenta, quia
non conſtito de his, nequit ad regiſtratio-
nem deveniri. Si notarius rogatus, fuerit Va-
lentiæ Notarius, & non ignotus in hac Civi-
tate, ſufficiet quod ipſe recognoſcat ſignum,
& ſubſcriptionem inſtrumenti, & quod atte-
ſtetur à ſe receptum, vel quod duo teſtes de-
ponant de ſigno, & ſubſcriptione notarii Va-
lentini; ſi vero fuerit Notarius Regalis com-
mo-

morans in aliqua Villa, Loco, aut Civitate Regni, tunc neceſſe erit, quod duo teſtes deponant de ſigno, & ſubſcriptionis litera, & de legalitate notarii, dicentes notarium illũ publice inſtrumenta recipere, quibus creditur, & plena fides datur, nam ut credatur inſtrumento notarii incogniti, debent verificari duo, primo legalitas, & poſſeſsio notariatus, ſecundo recognitio manus, & ſigni, Cinus *in l. comparationes*, *n.* 12. *verſ. Sexto juxta hoc quæro*, *C. de fide inſtrumentor.* & ibi Baldus *n.* 12. Anton. de Butrio *in cap.* 1. *n.* 5. *de fide inſtrumentor.* & ibidem Felin. *num.* 12. & Decius *n.* 19. Afflictis *deciſ.* 251. *n.* 1. & *per tot.* Pacian. *de probationibus*, *lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 59. Vivius *lib.* 2. *commun. opinion.* 148. Achiles de Graſsis *deciſ.* 5. *de fide inſtrumentor.* Capella Tolleſana, *deciſ.* 330. Veſtrius *in prax. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 8. Caputaquenſ. *deciſ.* 4. *n.* 2. *part.* 3. Maſcard. *de probationibus*, *concluſ.* 1097. *num.* 13. & 14. Parlador. *rerum quotidianar. lib.* 2. *cap. final.* §. 11. *n.* 16. Puteus *deciſ.* 359. *lib.* 2. Pareja *de inſtrumentor. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 2. *n.* 48. tradit praxim Dominus Matheu *de regimin. cap.* 10. §. 4. *numer.* 29.

81 Nunc libet advertere pro deciſione quæſtionis in praxi frequentiſsimæ, quod ſi inſtrumentum inveniatur ſignatum à notario, & negetur notarium fuiſſe, qui illud ſignavit, tunc videndum eſt, an inſtrumentum receptum in Regno reperiatur, & à notario regnicola ſignatum, & hoc in caſu inſtrumentum habet pro ſe præſumptionem de jure, verè fuiſſe notarium publicum, per quem luſtratur ſignatum, Molinus *in Reportor. verbo*, *Notarius*, & ibi Portol. Seſsè *tom.* 2. *deciſ.* 132. *n.* 1. & *deciſ.* 83. *n.* 30. Azin. *in prax. part.* 2. §. 1. *cap.* 14. *n.* 4. Pareja *de inſtrumentor. edit tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 2. *n.* 53. Don Petrus Queſada, & Pilo *diſſertat.* 10.
82 *n.* 3. Si autem notarius non eſſet regnicola, ſed forenſis, & extra Regnum inſtrumentum reperiatur atteſtatum, facta notariatus negatione, ut inſtrumento credatur, debebit probari à producente qualitas notariatus, Seſsè *dict. deciſ.* 132. *n.* 1. & 4. Cavalcan. *deciſ.* 45. *in additione*, *n.* 37. Ricc. *deciſ.* 170. *n.* 5. *part.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar.* §. 64. *n.* 10. *cum ſeqq.* Pareja *de inſtrumentor. edit. dict.* §. 2. *n.* 48. 49. & 50. Don Petrus Queſada, & Pilo *dict. diſſertat.* 10. *n.* 4.

83 Si inſtrumenta fuerint antiqua, & non reperiantur teſtes, qui de ſigno, & ſubſcriptione, legalitate, & quaſi poſſeſsione notariatus deponere poſsit, tunc inſpici debet inſtrumenti corpus, & ſi reperiatur in forma probanti, debent duo teſtes periti in materia inſtrumentorum dicere, inſtrumentum illud antiquum in forma probanti reperiri, quo facto poterit regiſtrari, quia in antiquis propter difficultatem probationis, ſufficiunt leviores probationes, nec præciſè deſiderantur plene, *l. penultim. ff. de probationib. cap. cum cauſam, eodem.* Et quod ſimilibus inſtrumentis antiquis, propter antiquitatem ſolam detur fides, præſertim ſi excedant metas centum annorum, docent Innocent. *in cap. Albericus*, *n.* 2. *de teſtib.* Covarrub. *pract. cap.* 21. *n.* 6. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 711. *num.* 81. Menoch. *conſil.* 924. *n.* 29. Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 49. Paz *de tenuta*, *cap.* 26. *n.* 17. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 268. *n.* 3. Barboſa *in additionib. ad collect. ad text. in cap. cum cauſam*, *de probationib. n.* 2. Pareja *de inſtrumentor. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 48. *cum ſequentib.* Caſtillo *controverſiar. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 56. *cum ſequentib.* Fermoſin. *ad rubric. tit. de fide inſtrumentor quæſt.* 2. *n.* 17. & 18. Gonzalez Tellez *ad text. in cap.* 1. *de fide inſtrumentor. n.* 12. Et Senatus ſententia publicata per Daza, *die* 24. *Decembris* 1638. inter Franciſcum Joannem Aliaga, & Joannem de Navas, declaravit inſtrumentum in antiquis authenticum, & legale præſumi.

Conſtito per relationem duorum teſtium, 84
verbaliter, & medio juramento dicentium in poſſe Scribæ Curiæ Civilis, quod ſignum, & ſubſcriptio notarii receptoris inſtrumenti regiſtrandi, eſt notarii legalis, & cogniti, qui in notariatus quaſi poſſeſsione reperitur, fit à judice ordinario provisio (quæ regulariter non inventa dubietate à dicto Scriba, ſolet continuari abſque Aſſeſſorum notitia) qua jubetur inſtrumentum regiſtrari, ex quo per teſtium depoſitiones conſtat, eſſe legale, & authenticum, ſubſcriptum, & ſignatum à notario publico, qui notariatum exercet, & his peractis regiſtratur inſtrumentum ad calcem ipſius proviſionis continuatæ in libro regiſtri, juxta praxim traditam à Dom. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *n.* 24. & non ineptè interponitur judicis authoritas in hac regiſtratione, nam ſine illa nunquam haberet ſufficientem firmitatem, & validitatem, ex regul. text. *in cap. cum P tabellio*, *de fide inſtrumentor.* ibi: *Authoritate ordinarii judicis, poteris ea fideliter in publicam formam redigere.* Maſcard. *dict. concluſ.* 711. *n.* 19. & 21. Menoch. *conſil.* 732. *n.* 6. *volum.* 8. Paz *de tenuta*, *cap.* 26. *n.* 16 Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 268. *n.* 2. & *cap.* 577. *ex n.* 24. Seſsè *deciſ.* 201. *n.* 27. & 35. Salgad. *de ſupplicat. ad ſanctiſsim. part.* 2. *cap.* 26. *n.* 60. Pareja *de inſtrum. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 120. Don Emmanuel Gon-



Gonzalez Tellez *ad text. in cap. final. de fide inſtrumentor. n.* 2.

85 In Regni exteri inſtrumentis major debet adhiberi inſpectio, ut regiſtrentur (non enim in Regno probant inſtrumenta extera, niſi prius regiſtrentur, ut judicavit Senatus ſententia publicata per Alreus, *die* 10. *Decembris* 1614. inter Franciſcum Piquer, & Gregorium Tornamira) quia hæc inſtrumenta, & quælibet, quæ in Regno recipiuntur, ut in exteris Regnis fidem faciant, non ſufficit, quod ſubſcripta, & ſignata ſint à notariis rogatis, ſed requiritur, quod alii duo, aut tres notarii ejuſdem Regni, ſignis, & ſubſcriptionibus ſuis authenticent illa, atteſtantes notarium illum inſtrumenti receptorem legalem, & fidelem eſſe, ſuiſque ſcripturis, & ſignis plenam ſemper adhibitam fuiſſe fidem, Gloſſ. *in authentic. de tabellionibus*, §. *nos autem*, *verbo ipſis*, *in fine*, ubi Angelus *colum.* 3. Cepola *cautel.* 54. *alias* 88. Boer. *deciſ.* 154. *n.* 5. Lanfranc. *in cap. quoniam contra*, §. *de fide inſtrumentor. n.* 5. *de probationib.* Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianar. cap. final.* §. 11. *n.* 17. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cacellar. in* §. 3. *proœmial*, *n.* 163. & *gloſſ.* 64. *n.* 16. Azeved. *in leg.* 1. *n.* 138. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ recopilat.* Tuſch. *tom.* 4. *lit. I. concluſ.* 239. *n.* 28. & 29. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 10. *n.* 6. Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 2. *n.* 52. Salgad. *de ſupplicat. ad ſanctiſsim. part.* 2. *cap.* 30. §. 3. *n.* 33. Suelves *centur.* 1. *conſil.* 20. *n.* 3. Gonzalez Tellez *ad text. in cap.* 1. *de fide inſtrumentor. n.* 9. Et quod extero inſtrumento à tribus notariis ſignato, plena debeat adhiberi fides, declaravit Senatus ſententia publicata *die* 7. *Martii* 1673. inter Marchionem de Benavites, patrem, & legitimum adminiſtratorem ſuæ filiæ, & Dominum de Cortes, referente Nobili Senatore Don Petro Monſerrat, R. C. D. Semper enim cadit minor ſuſpitio fraudis in pluribus ſignis, quam in uno, Felin. *in cap. poſt ceſsionem*, *n.* 16. *verſ. falit.* 9. *de probationibus*, Pareja *dict. n.* 52. Et quanto plura in chartis adhibentur ſigna, tanto ſunt cautiora inſtrumenta in eis deſcripta; Speculator *in tit. de inſtrument. edit. n.* 16. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 64. *n.* 17. Scaccia *de judiciis*, *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 549. Pareja *tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 1. *n.* 20.

86 Debent etiam inſtrumenta extera, ultra teſtimonium, & fidem duorum, vel trium notariorum, portare ſecum, poſt ſigna, & ſubſcriptiones notarii rogati, & aliorum, literas teſtimoniales legalitatis notarii receptoris, ab ordinario judice loci domicilii notarii ſubſcriptas, & ſuæ Curiæ ſigillo munitas, quibus extantibus, nequit aliquid opponi contra inſtrumentum, Baldus *in leg. comparationes*, *n.* 14. *C. de fide inſtrumentor.* Hippolyt. de Marcil. *in. l. ſi quis ne quæſtio*, *n.* 144. *de quæſtionib.* Boer. *deciſ.* 154. *n.* 4. Cepola *cautella* 54. Rebuf. *in tractat. de literarum obligationibus*, *artic.* 1. *gloſſ.* 7. *n.* 8. Aufrer. *in addit. ad Capell. Toloſan. deciſ.* 330. Maſcardus *de probationibus*, *concluſ.* 1098. *n.* 5. & 6. Veſtrius *in prax. Roman. Curiæ*, *lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 8. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 64. *n.* 15. Parlador. *dict. lib.* 2. *cap. final. part.* 1. §. 11. *n.* 17. Pacian. *de probationibus*, *lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 61. & 62. Seſsè *deciſ.* 132. Cacheran. *deciſ.* 117. *ex n.* 1. Genua *de ſcriptura privata*, *lib.* 3. *tit de literis teſtimonialibus*, *n.* 160. Toro *in compendio deciſion. part.* 1. *verb. inſtrumentum*, Gayto *de credito*, *cap.* 3. *tit.* 1. *n.* 12. Montan *de Regalibus*, §. *poteſtas conſtituendi magiſtratum*, *n.* 12. Pareja *de inſtrumentor. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 2. *n.* 51. Salgado *de ſupplicat. ad ſanctiſsim. dict. part.* 2. *cap.* 30. §. 3. *n.* 32. Andræas de Georgio *allegat.* 33. *n.* 1. Suelves *centur.* 1. *conſil.* 20. *n.* 3. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 10. *n.* 7. Domin. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *n.* 34. In noſtra Curia judicis ordinarii hujuſmodi literæ teſtimoniales legalitatis, non ſubſcribuntur à Juſtitia, neque illius Aſſeſſoribus, ſed ſolum ab Scriba dantur, & Curiæ ſigillo muniuntur, ut ſatis notum eſt. Et quod exteris inſtrumentis venientibus, cum literis legalitatis notarii, debeat adhiberi plena fides, judicavit Senatus ſententia publicata per Daza, *die* 26. *Auguſti* 1621. inter Procuratorem Patrimonialem Regiæ Majeſtatis, & alios.

„ Viniendo eſtos inſtrumentos foraſteros, 87
„ con los ſobredichos requiſitos, para paſſar „ à regiſtrarles, es meneſter ver ſi vienen de „ Caſtilla con el ſello del Supremo Conſejo „ de Aragon, ò con otro ſello de Curia conocido en la Corte Civil; y en eſtos caſos, „ ſin prueva de teſtigos, ſe paſſa à regiſtrarles „ ſolo con ſer conocido el ſello. Y ſi fuere „ inſtrumento del Reyno de Granada, Sevilla, Cerdeña, ò otro Reyno, del qual las „ letras teſtimoniales, y ſellos no ſon tan notoriamente conocidos en la Corte Civil, ſe „ reciben dos teſtigos, que digan con juramento, que el Notario que recibiò el inſtrumento es legal, que conocen ſu ſigno, y „ ſubſcripcion, y que ſiempre ſe ha reputado „ por Notario, y que conocen tambien el „ ſello de las letras de la legalizacion; y „ con eſta prueva ſe paſſa à regiſtrar el inſtrumento, precediendo proviſion.

„ Pero ſi el inſtrumento fueſſe de los Reynos de Francia, ò de otros Reynos muy remotos, y vinieſſe en idioma Francès, ò otro

„ que

,, que no ſe entienda, para que ſe regiſtre, es ,, preciſo que ſe prueve, que la letra del ,, cognombre del Notario, es del Notario ,, ſubſcripto, y tambien el eſtilo de que en los ,, Reynos de Francia los Notarios no ſignan ,, los inſtrumentos, ſino es que les firman ,, con ſolo ſu cognombre, y aſsi firmados, ſe ,, les dà plena fee, ſin otro requiſito, y tambien, que el Notario es legal, y que en los ,, Reynos de Francia ſe les dà credito à ſus ,, eſcrituras. Todo lo qual, ſegun la practica ,, de la Corte Civil, ſe deve probar, propo- ,, niendo una eſcritura, y pidiendo ſe reciba ,, una ſumaria informacion de teſtigos; con- ,, cluyendola, pidiendo, que ſe declare ſer ,, legal el inſtrumento, y que ſe deve regiſ- ,, trar; de todo lo qual ſe haze declaracion, ,, y la firma el Juez, nombrandoſe tambien ,, perſona inteligente en el idioma, para que ,, le vierta en lengua Caſtellana; y vertido, ſe ,, regiſtra por execucion de la declaracion, ,, advirtiendo, que la eſcritura ſe ha de pro- ,, poner en eſta forma.

IHS. F. T. propoſſant com millor pot, diu, que pera els efectes, que mes, y millor de Juſticia aprofitarli puixen, y deguen, neceſsita es regiſtre en la preſent Cort de v. m. lo Juſticia en les cauſes Civils de la preſent Ciutat, y libres de rigiſtres, un acte de T. fet, y fermat per F. T. y rebut en lo Loch de T. de la Provincia de T. Regne de Franſa, per F. T. Notari de dit Regne; y aximateix neceſsita, que dit acte, que vè en lengua Franſeſa, es vertixca en lengua Caſtellana, ſens mudarli la ſubſtancia; è com lo ſobredit acte vinga en la forma probant, fermat per dit Notari rebedor ab ſon cognom, y per altres Notaris, ab ſos teſtimonis, y en paper ſellat, y ab totes les demès circunſtancies, y calitats, que conſemblants actes ſolen, y acoſtumen venir pera que ſels done fee, y credit.

Per tan, & alias, fent fee, preſentació, ſi, & in quantum del acte ſobredit, requir, li ſia rebuda una ſumaria informació de teſtimonis, à fi, y efecte de verificar, y probar, que la ferma que es troba al peu, y en ſeguida del dit acte, à hon ſe lig. *Farxeres*, es eſcrita de la mà, y letra del dit Antoni Farxeres, el qual es Notari publich en dits Regnes de Franſa, y als actes que reb en aquells, ſels dona, ple, y baſtant credit, & etiam pera verificar, y probar, que conſembants actes fermats en eſta conformitat, ſon feſaents, y legals, y que com a tals ſels deu donar fee, y credit, aixi en juhi, com fora de juhi; y que en dits Regnes de Franſa es coſtum, que quant ſe reben conſemblants actes, y es liuren à la part que te interès, no fa lo notari rebedor altre modo de ferma, ni ſigne al peu del acte, que lo fermar ſon cognom, en la conformitat que lo ha fermat lo dit Farxeres, ab los teſtimonis, y en lo modo, forma, y en la mateixa conformitat, que es troba lo ſobredit poder preſentat, al qual eſtant en dita forma, ſe li dona fee, y credit, com à acte publich, ſens que es puixa ductar de la legalitat; y per quant dit acte eſta en la lengua Franſeſa, y ha neceſsitat que es vertixca en lengua Caſtellana, pariter requir, ſia nomenada una perſona inteligent, y perita en la lengua, y letra Franſeſa, pera que vertixca dit acte de lengua Franſeſa en Caſtellana, ſens mudarli coſa alguna en lo ſubſtancial, ſino es vertintlo prout jacet, y en la conformitat que es troba fet. Y conſtant per dita informació de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis pariter requir, ſe li mane al Eſcrivà de la preſent Cort, regiſtre, eo faſa regiſtrar lo ſobredit acte, com à legal, y feſaent, en lo libre de regiſtres de actes foraſters de dita Cort, precehint la verſiò ſobredita, y regiſtrat que eſtiga dit acte, liure una, ò mes copies al propoſſant, ſignades, y feſants. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus, M. Die* 24. *Maii* 1687.
*fiant requiſita.*
F. T. Aſſeſſor.

88 Non ſine myſterio in libello ſupradicto dixi, inſtrumentum Regni Franciæ venire in marcha papyri ſigillata, quia aliter inſtrumentum authenticum non eſſet, quia in Regnis Caſtellæ, & Franciæ, ubi inſtrumenta conſcribi non poſſunt, niſi in papyro ſigillata, non ſunt fidelia inſtrumenta, ſi in marchâ papyri non ſigillata inveniantur, & hac de cauſa non debent regiſtrari, quia ſemper de falſo ſuſpecta ſunt, *l.* 44. & 45. *tit.* 25. *lib.* 4. *novæ recopilationis*, Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 2. *n.* 60. & an lex



iſta chartæ ſigillate ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, vide Arauxo *in* 1. 2. *D. Thomæ, quæſt.* 97. *diſput.* 3. *ſect.* 5. Delbene *de immunitate, part.* 1. *cap.* 1. *dubitat.* 4. *ſect.* 3. *cum ſequentibus.* Fermoſin. *ad text. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. quæſt.* 7. *per tot.*

Solent etiã regiſtrari in libris Curiæ Civi-
89 lis chyrographa, & ſcripturæ privatæ, & ut regiſtrẽtur practicatur, quod duo teſtes deponũt cũ juramẽto de nota manu ſcribentis, aut ſubſcribentis ſcripturas prædictas, & conſtito per teſtium depoſitiones verbaliter factas, quod chyrographa ſcripta, aut ſubſcripta fuerint ab aliqua perſona, provideri ſolet, quod regiſtrentur, & ſit regiſtratio, & ſi oportuerit à regiſtro extrahuntur copiæ authenticæ. Quæ praxis inanis mihi ſemper viſa fuit, & judicavi regiſtrationem chyrogra-
90 phorum modo ſupradicto factam ad nihil deſervire poſſe, quia ſcriptura privata ex ſe, nihil probat, *l. inſtrumenta, l. exemplo, l. rationes, C. de probationibus, l. nuda, ff. de probationib. Authent. ſi quis vult, in fin. C. qui potiores in pignore habeantur, Authent. de inſtrumentor. cautela, & fide, §. ſi vero quiſquam, collat.* 6. Noguerol. *allegat.* 10. *n.* 118. Genua *de ſcriptura privata, lib.* 1. *quæſt.* 4. *in princip.* Nicolaus de Paſeribus *de ſcriptura, privata, lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 1. Mauro *de Laudemio* 3. *part. inſpectione* 35. *num.* 38. Gayto *de credito, cap.* 2. *tit.* 8. *n.* 2591. Paulus Rubeus *reſolut. practic. cap.* 24. *n.* 3. Stayban Junior *reſol.* 3. *n.* 21. & ut aliquid probet, neceſſe eſt, quod aut ab ſcribente recognoſcatur, aut teſtibus comprobetur, Genua *dict. quæſt.* 4. *n.* 84. Scaccia *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 33. Stayban ubi proxim. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 15. Paulus Rubeus *reſolut. practicabil. cap.* 26. *num.* 224. & 225. Leoncillus *deciſ.* 36. *n.* 3. Thomat. *deciſ.* 16. *n.* 13. *tom.* 1. Bondeni *de jure controverſ. colluctat.* 42. *n.* 5. Carolus Anton. de Luca *in prax. cap.* 29. *n.* 17. & tàm ad effectum recognitionis, per ſubſcribentis confeſsionem faciendæ, quàm ad effectum comprobationis per teſtes, debet citari ſubſcribens; aut qui prætenditur obligatus, ut illi præjudicium inferat recognitio, aut comprobatio, ex regul. *text. in l. de unoquoque* 47. *ff. de re judicata, l. nam ita Divus* 33. *juncta gloſſ. verb. qui læderentur, ff. de adoptionib. l.* 1. §. *quamvis, ff. de ventre inſpiciendo, cap.* 2. *cap. Alberic. cap. ſignificavit, de teſtib.* Pereyra *deciſ.* 79. *n.* 4. Merlin. *deciſ.* 15. *num.* 1. Toro *voto* 35. *n.* 10. Mendez à Caſtro *in prax. Luſitan.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 60. Vela *diſſert.* 23. *n.* 43. Si ergo ante chyrographi regiſtrationem fieret recognitio, aut ſubſcriptio teſtibus probaretur parte citata, uti-
liter fieret regiſtratio, quia ſcriptura privata 91
recognita, aut cum citatione partis comprobata, publice equiparatur ſcripturæ, *l. publica, §. final. ff. depoſiti*, Mieres *de majorat. part.* 1. *quæſt.* 65. *n.* 12. Rodriguez *de executione, cap.* 1. *artic.* 2. *n.* 4. Barboſa *ad text. in cap.* 2. *de fide inſtrumentor. n.* 5. Thomat. *deciſ.* 16. *n.* 13. Vela *diſſertat.* 23. *n.* 5. Et ſicuti publica ſcriptura regiſtratur, poſſet regiſtrari ſcriptura privata, & fidem faceret copia à regiſtro ſumpta, reſpectu illius, aut illorum, cum quorum citatione probata fuerit ſubſcriptio, aut recognitio facta, ex doctrina Felini *in cap. quoniam contra, de probationib. n.* 50. Covarrubias *practic. cap.* 20. Puteus *deciſ.* 165. *n.* 4. *lib.* 1. Paz *de tenuta, cap.* 26. *num.* 64. Pareja *de inſtrumentor. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 122. At, regiſtrato chyrographo abſque recognitione ſubſcriptionis factæ, cum citatione partis, ad quid deſervire poteſt regiſtratio? Nam etſi à regeſtro ſumatur copia, hæc non probabit chyrographi veritatem, neque manu alicujus ſcriptum, aut ſubſcriptum, quia hæc ſemper verificari debent, oſtenſo ipſo regiſtro chyrographi, & citata parte, ut poſsit damnum adferre parti intereſſatæ.

Regiſtrantur in libris prædictæ Curiæ Ci- 92
vilis, principis reſcripta, diplomata Pontificia, literæ è Regnis exteris emanatæ, & quælibet inſtrumenta, proviſiones, aut ſententiæ, quæ deſiderantur haberi ſalvæ, & ſpecialiter, judicium calculatorum ad diſpungenda compota tutelæ, & curæ, & ſententiæ judicum delegatorum regiſtrantur, nam hujuſmodi ſententiæ debent exequi per judicem ordinarium, *l. à Divo Pio, ff. de re judicata, for. La Cort*, 5. *rubric. de execut. rei judic.* Domin. Matheu *de regimin. cap.* 13. §. 1. *cum ſequentib.* Et in praxi noſtra non exequntur niſi prius regiſtrentur in Curia Juſtitiæ in Civilibus, aut in Curia ordinarii ju-
dicis, ubi petitur earum executio. Et ſanè ex- 93
pertus ſum in Curia noſtra Juſtitiæ Civilis, ſumma cura, & legitima inquiſitione præeunte, has fieri regiſtrationes, propter magnam peritiam ſcribarum, nam & ſi loquendo in his dixerit Dominus Matheu *de regimin. cap.* 10. §. 4. *n.* 35. ſuo in tempore hæc mirabiliter expediri, propter peritiam Mi-
chaëlis Creſpo in hac Curia actorum magi- 94
ſtri, nunc mirabilius ſine dubio fit, propter magnam peritiam, & experientiam Ludovici Añon, & Hieronymi Sanchis notariorum, qui tàm in ſupradictis regiſtrationibus, quàm in negotiis forenſibus prædictæ Curiæ, oculatiſsimè ſemper procedunt, ut ſatis notum habemus.

Ex his regiſtrationibus, magna reſultat 95
uti-

utilitas, quia inſtrumentis, modo ſupradicto regiſtratis, tàm in judicio, quàm extra judicium plena fides adhibetur, & copiis inſtrumentorum à regiſtro levatis, non minor datur authoritas, quàm ſi levatæ fuiſſent à prothocolis tabellionum Valentiæ, Domin. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *n.* 30. *&* 32. Et ſi originale inſtrumentum fuerit deperditum, non erit neceſſe illud quærere in Regnis longinquis, aut loco, ubi receptum fuit, ſed poterunt unum, vel plura exemplaria, ex archivo publico, & regiſtrationum libro leva-
96 ri, cum tunc regeſtrum, ſuccedat loco matricis, ſive prothocoli, remanentis penes tabellionem receptorem, multoties in longinquis partibus degentem, Caputaquenſ. *deciſ.* 74. *n.* 1. *part.* 1. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1266. Scaccia *de judiciis*, *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 740. Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 1. *tit.* 4. *reſolut. unic.* §. 4. *n.* 67. D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *n.* 32. *&* 33. Et ſicut inſtrumentum à prothocolo extractum
97 fidem facit, ita inſtrumentum à regeſtro levatum, etiam ſi prothocolum non appareat, aut deperditum fuerit, *l. geſta 6. C. de re judic.* ubi Baldus *n.* 18. Valenzuela *conſil.* 105. *n.* 19. Maſcard. *dict. concluſ.* 1266. Scaccia *dict. n.* 740. Caputaquenſ. *dict. deciſ.* 103. *n.* 2. Pareja ubi prox. Domin. Matheu *dict.* §. 4. *n.* 32. Sed hoc non tol-
98 lit, quod hæc inſtrumenta regiſtrata poſsint impugnari, ſi aliqua ſuſpitio contra illa reſultet, quia per regiſtrationem, non aufertur hæc facultas, ut cum Scaccia, Maſcardo, & Domino Creſpì, docent Domin. Matheu *de regimine*, *dict. cap.* 10. §. 4. *num.* 30. *&* 31.

99 Quare tantam mereantur authoritatem, hæc regiſtra Curiæ Civilis, non eſt difficilè ſcire, nam cum in hac Curia reperiatur archivum publicum cum archiota, & omnibus aliis qualitatibus archivi publici, & libri regiſtrationum, in archivo cuſtodiantur, inſtrumentis ab archivo publico extractis plena debet adhiberi fides, præmaximè quando in libris archivi non deſcribuntur, niſi adhibita omni diligentia, & ſtudio, probataque illorum legalitate: ſemper enim præſumitur inſtrumentum in archivo publico repertum
100 eſſe fidele, & authenticum, eique fides adhibetur, etiam ſi extra archivum repertum fidem non mereretur, ut probatur ex text. *in authent. ad hæc, C. de fide inſtrumentor. cap. audientiam* 13. *de præſumptionibus*, Craveta *de antiquitat. temporis*, *part.*1. §. *quarto limitatur*, *ex n.* 1. Valaſc. *de jure emphiteutic. quæſt.* 6. *n.* 26. Maſcard. *de probationibus*, *concluſ.* 111. *n.* 9. *&* 10. *& concluſ.* 711. *n.* 61. Caldas Pereyra *de emptione*, *& vendit. cap.* 21. *n.* 19. *&* 22. Alciato *de præſumptionib. regul.* 3. *præſumpt.* 13. Cardoſ. *in prax. judic. verbo : inſtrumentum*, *numer.* 7. Trentacinc. *variar. lib.* 2. *tit. de fide inſtrument. num.* 7. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 582. *num.* 1. Barboſa *in collectan. ad text. in cap.* 1. *de probationibus, num.* 12. *& in cap. ad audientiam, de præſumptionibus, num.* 13. Rota apud Farinac. *deciſ.* 644. *part.* 1. *& deciſ.* 161. *part.* 2. *in poſthumis.* Hieronym. Bucaron *differentia* 54. *n.* 2. Maſtrillo *deciſ.* 43. *n.* 11. Scaccia *de judiciis*, *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 756. Genua *de ſcriptura privata*, *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 2. Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 27. *cum ſequentib.* Collerus *de proceſsib. executivis*, *part.* 3. *cap.* 1. *numer.* 53. Koppen. *deciſ.* 46. *n.* 11. Cardinal. de Luca *de fideicommiſ. diſcurſ.* 180. *num.* 5. *& de parochiis*, *diſcurſu* 32. *n.* 3. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 17. *definit.* 38. *n.* 5. Domin. Creſpì *obſervat.* 23. *n.* 20. Domin. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *n.* 27. *&* 28. Ubi ex Pareja tradit, ſolam archiotæ ſubſcriptionem ſufficere, ut inſtrumento ab archivo levato, plena adhibeatur fides.

Sed an hujuſmodi inſtrumentorum regi- 101
ſtrationes ſicuti in Curia Juſtitiæ Civilis fiunt, poſsint etiam fieri in cæteris Curiis Juſtitiarum Civitatum, & Villarum Regni, & in Curiis Bayuliæ Generalis Regni, & Bayulorum Localium, Civitatum, & Villarum Regni, & in Curia Gubernationis, non erit otioſum videre, & ego diſtinguendum judicio, an inſtrumenta ſpectantia ad negotia alicujus Curiæ deſiderentur regiſtrari, & in hoc caſu, certum eſt, poſſe regiſtrari, & cuſtodiri inſtrumenta in eadem Curia, ad quam ſpectat negotium, & cuſtodiri in archivo illius Curiæ, fidemque facient copiæ levatæ à regeſtris prædictarum Curiarum, Domin. Matheu *de regimin. dict. cap.* 10. §. 4. *n.* 36. Quapropter, ſi tractetur de re ſpectante, ad Regium Patrimonium, vel Fiſcum, quia in archivo Bayuliæ reperiuntur originalia regeſtra, omnium Regiorum privilegiorum, & contractuum, poterunt levari à dicto archivo, copiæ horum privilegiorum, & contractuum inſtrumentorum, & his copiis plena erit adhibenda fides, *For.* 103. *Curiarum anni* 1564. refert deciſum in Senatu Dominus Matheu *de regim. dict. cap.* 10. §. 4. *n.* 36. *&* 37. Idem erit dicendum de rebus ſpe-
ctantibus ad Curiam gerentis vices generalis 102
Gubernatoris, ut ſi de viſitationibus Villarum Regiarum, aut aliis tractetur, nam poterunt levari copiæ inſtrumentorum ad hæc negotia ſpectantium, à regeſtris in Archivo dictæ Curiæ cuſtoditis, & plenam facient fidem, Dominus Matheu ubi proximè. Et in omnibus aliis Curiis Juſtitiarum, & Bayulorum,



rum, ubi debent haberi libri, in quibus omnia negotia in Curiis actitata regiſtrentur, *For.* 4. *&* 5. *Curiar. anni* 1626. Domin. Matheu, *ubi ſupra n.* 38. Idem erit dicendum, nam ab earum archivis, poterunt levari copiæ inſtrumentorum, & earum rerum, quæ actitata fuere, & eis fides adhibebitur, ut notat Domin. Matheu, *ubi proximè.* Eodem modo ex libris regeſtri Regiæ Audientiæ, ubi continuantur Regiæ literæ a Senatu expeditæ, & alia multa, qui quidem libri per Scribas Regeſtri reguntur, Domin. Matheu *de regimine*, *cap.* 2. §. 2. *n.* 209. Poterunt etiam levari copiæ Regiarum literarum, & executorialium, & cujuſlibet documenti regiſtrati, quibus dabitur, prout datur plena fides cum ſigno, & ſubſcriptione Scribæ Regeſtri, ex doctrina Gilchenii *in Authent. ſi qui in aliquo*, *n.* 15. *C. de edendo*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 582. *n.* 1. *&* 2. Rota apud Farinac. *deciſ.* 161. *in poſthumis*, *n.* 3. *part.* 2. Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *n.* 35. *cum ſeqq.*

103 Si verò deſiderentur regiſtrari inſtrumenta ad negotia privatorum ſpectantia, de quibus non agitur particulariter in aliqua Curia, non debent regiſtrari, niſi in Curia Civili, & ſi in alia Curia regiſtrentur, & à regiſtro leventur non erunt authentica, nam cum perſonæ curantes de aliis archivis, non habeant peritiam illam in his, quam archiotæ Curiæ Juſticiæ Civilis, neque in Curia aliqua, aut archivo examinentur inſtrumenta, examine illo, & fidelitate, quam in Curia Civili Valentiæ, hæc regiſtratio non debet alibi fieri, quam in Curia Civili, neque poterunt ab alio regeſtro levari copiæ inſtrumentorum, ut fidem faciant, & eis omnino credatur, Domin. Matheu *de regim. dict. cap.*
10. §. 4. *n.* 38. Et ut nihil prætermitamus, 104
eſto regiſtrationes in noſtra praxi fiant nulla parte citata, ſed ſola teſtium ſummaria informatione adhibita, ut tradit Domin. Matheu *dict.* §. 4. *n.* 29. Si aliquis deſiderat, ut inſtrumentum non regiſtretur, niſi cum illius citatione, poteſt inſtantiam præventionalem facere, petendo, quod inſtrumenti regiſtratio, non aliter fiat, quam illo
citato, quo facto debebit fieri regiſtratio 105
parte citata, nam illud, quod voluntariæ juriſdictionis erat, per inſtantiam præventionalem factam, transfertur in negotium ju-
riſdictionis contentioſæ, *l. nec quidquam* 9. 106
§. *obſervari*, *ff. de offic. proconſulis*, *l. illicitas* 6. §. 1. *ff. de offic. præſidis*, *l.* 1. §. 1. *ff. de appellationibus*, *l. qui gravatos* 5. *C. de cenſibus*, Solorzan. *de jure Indiarum*, *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *ex n.* 38. *& cap.* 10. *n.* 54. Dom. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *n.* 12. *cum ſequentib.* Domin. Creſpì *obſervat.* 114. *ex n.* 53.

Eſta inſtancia prevencional, para que 107
„ los inſtrumentos no ſe regiſtren en la „ Corte Civil, ſin citacion de las partes, „ ſe puede hazer por la Corte de la Go„ vernacion, pero de ordinario ſe haze por „ la Real Audiencia, y ſe deve concebir en „ eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Suplicant com millor pot, diu, que à ſa noticia novament ha pervengut, que à inſtancia de F. T. es voldria paſſar à regiſtrar en los llibres regiſtres de la Cort del Juſticia en les cauſes Civils de la preſent Ciutat, T. actes, rebuts en T. Regne, en virtut dels quals voldria paſſar lo dit F. T. à demanarli al ſuplicant diferents cantitats, è com los ſobredits actes no vinguen en forma probant, ni ab aquelles calitats, que conſemblants actes dehuen venir, ans be ſien ſoſpitoſos; y per eſta cauſa als drets del ſuplicant convinga, no es done loch à que es regiſtren, ſens iniuncciò del ſuplicant, y averiguant ab eſte medi, ſi eſtàn fe facients.

Per tant, & alias omni meliori modo, &c. Suplica ſia manat al dit F. T. no paſſe à fer regiſtrar los ſobredits actes, ſino es obtenint proviſio ab iniuncciò del ſuplicant pera haverlos de regiſtrar, y al Eſcrivà de la Cort de dit Juſticia, que ſub nullitatis decreto, no paſſe à regiſtrar los actes ſobredits, que no ſia precehint cogniciò de cauſa, y recahent proviſiò de dit Juſticia, ab iniuncciò del ſuplicant, pera que es regiſtren; y que la preſent es mane evocar à eſta Real Audiencia, y cometre à hu dels Nobles eo Magnifichs D. D. R. C. Qui eam, &c. Et licèt, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus, M. Die* 24. *Maii* 1687.
*f. v. fiant ſupplicata*, *&*
*intimetur.*

F. T.

## CAPUT III.

## DE INSINUATIONE DOnationis.

### SUMMARIUM.

1 DOnatio excedens tercentos ſolidos antiquitus inſinuabatur.
2 Hodie ſi excedat quingentos ſolidos.
3 Donatio non inſinuata, non valet in Regno, niſi quoad ſummam quinque mille ſolidorum.
4 Morabatinus in Regno valet decem ſolidos.
5 Solidus in Regno valet duodecim denarios.
6 Inſinuatio, quid ſit.
7 Inſinuatio, cur introducta.
8 Donatio inſinuatur de jure, comparente ſolum donatore coram judice.
9 Inſinuatio ſit in Regno comparente donatore, & donatario coram judice, & quid jurare debeant.
10 Inſinuari debent renunciationes jurium, remiſsiones debiti, & ſimilia, & quid de legitimæ renunciatione.
11 Tranſactio, quando aliquid ſapiens donationem continet, inſinuari debet.
12 Inſinuatur ceſsio jurium facta, ex cauſa donationis.
13 Inſinuari, quæ debeant remiſsivè, & an pactum de non petendo, debeat inſinuari.
14 Donatio a Rege, vel Regina, aut Principe facta, non eget inſinuatione.
15 Donatio ratione dotis, aut donationis propter nuptias in tabulis matrimonialibus facta, non inſinuatur. Idem ſi fiat contracto matrimonio.
16 Donatio contemplatione matrimonii, non indiget inſinuatione. 17 Contrarium.
18 Donatio contemplatione matrimonii certi non inſinuatur, ſecus ſi contemplatione matrimonii incerti fiat.
19 Repudiationes hæreditatis, legati, aut alterius juris non quæſiti, non indigent inſinuatione.
20 Donatio remuneratoria, non inſinuatur. 21 Limita in Regno.
22 Donatio facta Eccleſiæ, aut piæ cauſæ, non inſinuatur; contrarium docent multi.
23 Donatio facta regularibus, non eſt inſinuanda.
24 Idem de donatione facta pauperibus, ut alantur.
25 Donatio facta pro ingreſſu Religionis, non inſinuatur.
26 Idem de donatione pro redemptione captivorum, tene.
27 Donationes, quæ juxta forum, non inſinuantur. 28 Et quæ comprehendantur, non obſtante foro.
29 Donatio cauſa ſtudii, aut emancipationis, aut ob ſimilem cauſam de jure, non inſinuatur.
30 Donatio remuneratoria, & ob cauſam, apud nos debet inſinuari, & quid de donatione juris incerti.
31 Donatio annua, non excedens ducentas quinquaginta libras ſingulis annis, non inſinuatur, ſi tantum fiat durante vita donatoris, aut donatarii. 32 Si ultra vitam donatarii, aut donatoris ſe extendat, veniet inſinuanda.
33 Donator, nequit compelli, ut inſinuet donationem.
34 Donatio, non poteſt inſinuari donatore mortuo. 35 Limita, ſi tempus certum à ſtatuto deſignetur ad inſinuationem faciendam.
36 Donatario mortuo ante inſinuationem, non poteſt inſinuari donatio.
37 Donator, & donatarius ſoli poſſunt inſinuationem donationis petere, & facere.
38 Creditor, nequit petere inſinuationem donationis. 39 Limita, quando donator dederit mandatum in ipſa donatione ad inſinuandum.
40 Donatio in Regno, non inſinuatur per Procuratorem, etiam ſi ſpeciale mandatum habeat, & quid de jure.
41 Inſinuatio poteſt fieri diebus feriatis, & feſtivis.
42 Inſinuatio debet coram judice competenti fieri, qui in noſtro Regno eſt juſtitia.
43 Inſinuatio fit coram judice ordinario donatoris, aut loci ubi bona donata ſita ſunt.
44 Ordinarius judex laicus erit competens ad inſinuationem, etiam ſi donans, aut donatarius fuerint Eccleſiaſtici.
45 Inſinuatio legitimè fit, etiam elapſis triginta annis, à die factæ donationis.
46 Inſinuata præſumitur donatio, ſi fuerint triginta anni elapſi, à die quo fuit facta, ubi deciſio Senatus.



47 Donatio poteſt inſinuari, etiam poſt oppoſitam nullitatem defectus inſinuationis; contrarium tenent multi.
48 Inſinuationis defectum de jure ſupplet juramentum in donatione appoſitum. 49 Contrarium in Regno, quia Notarii nequeunt illud recipere, aut renunciationem aliquam interponere in his.
50 Dominium rei donatæ non adquiritur donatario ante inſinuationem.
51 Donatio inter conjunctos facta, debet inſinuari.
52 Donatio in Regno excedens quinquaginta libras, nulla eſt in exceſſu, ſi non fiat cum inſtrumento publico. 53 Limita in donatione contemplatione matrimonii. Et quid in donatione annua.
54 Donatio facta inter vivos, ſortitura effectum poſt mortem, debet inſinuari.
55 Donatio cauſa mortis, non indiget inſinuatione, & poteſt fieri abſque ſcriptura, etiam ſi excedat centum morabatinos.
56 Nullitas donationis ex defectu inſinuationis poteſt allegari à donante, ſed non à tertio, neque donatario.
57 Renunciari inſinuationi non poteſt.
58 Donatio incipit valere à die inſinuationis, & non antea, & quid de tranſactione.
59 Praxis inſinuandi donationem.

ANTE Conſtitutionem Imperatoris
1 Juſtinianii, donatio excedens tercentum ſolidorum ſummam, ut validitatem haberet, debebat inſinuari, *l. ſanccimus, C. de donationib.* Anton. Gomez *variar. tom. 2. cap. 4. n. 6.* Oñate *de contractib. tom. 2. tract. 10. diſputat. 30. n. 110.* Moſtazo *de cauſis piis, tom. 1. lib. 1. cap. 3. n. 37.* Poſteà verò, conſtitutione ſua Im-
2 perator decrevit, ut donationes excedentes quingentos ſolidos inſinuarentur, quod ſi inſinuatio omiſſa fuerit, ſolum valerent, uſque ad quingentorum ſolidorum ſummam, in exceſſu verò inutiles, & nullius momenti forent, *l. penultim. verſ. final. C. de donationib.* Mozzius *de contractib. tit. de donat. cap. de ſubſtantialib. donationis, n. 7.* Cujacius *in parat. ad hunc tit. n. final.* Camil. Borel. *in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 11. à n. 1. & 4.* Ant. Gabriel *commun. concluſ. tit. de donat. concluſ. 1. n. 1. cum ſeqq.* Cancer *variar. part. 1. cap. 8. ex n. 1.* Farinac. *fragment. criminal. verbo: lex, n. 232. & in conſil. 42.* Gratian. *diſcept. for. cap. 343. n. 3.* Hermoſilla *in l. 9. gloſſ. 1. n. 27. & gloſſ. 15. n. 1. tit. 4. part. 5.* Salgado *in labyrintho. part. 2. cap. 4. ex n. 44.* Canar. *de inſinuat. part. 2. q. 17.* Ciriac. *controverſ. 10. n. 72.* Martin. Medic. *deciſ. Senenſ. n. 1.* Tondut. *reſolut. civil. cap. 57. n. 13.* Anton. Faber *de errorib. decade 44. error 8. n. 9.* Spadaza *conſil. 144. n. 5. lib. 1. & conſil. 169. n. 5. lib. 3.* Cutel. *de donationib. diſcurſu 1. ſpecial. 4. n. 5. cum ſeqq. & ſpecial. 5. n. 1.* Altogrado *conſil. 7. n. 1. & 30. lib. 1.* Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. n. 107. cum ſeqq.* Treuler. *conſ. 7. n. 86.* Burat. *deciſ. 7. n. 5.* Sperel. *deciſ. 84. n. 50.* Carpan. *ad Statut. Mediol. tom. 1. cap. 324.* Olea *de ceſsione jur. tit. 8. q. 1. n. 15.* Merenda *controv. lib. 1. cap. 12. cum quatuor ſeqq.* Antonel. *de temp. leg. lib. 1. cap. 34. n. 16.* Kniſpſchilt. *de fideicom. fam. nobilium, cap. 6. n. 65.* Carol. Carut. *in ſylva term. arb. 9. n. 8. & 9.* Oñate *de contract. tom. 2. tract. 10. diſp. 30. n. 110.* Urceolus *de tranſact. q. 67. n. 1.* Car. de Luca *de donat. diſcurſu 60. n. 8.* Carpzovius *in juriſprud. for. par. 2. conſtitut. 12. definit. 17. n. 1. & 2.* Antunez *de donat. tom. 1. lib. 1. prælud. 2. n. 26. & lib. 1. cap. 3. n. 29.* Caſtejon *in alphabet. verbo: donatio, n. 34.* Moſtazo *de cauſis piis, tom. 1. lib. 1. cap. 3. n. 36.*

In noſtro Regno donatio non inſinuata, ſo- 3
lum valet uſq. ad quinque mille ſolidorum ſūmam, & in exceſſu nullius roboris eſt, *For. 22. rub. de donat.* ibi: *Statuim, que donaciò fahedora de quantitat, ò de coſa ſobrepujant ſuma, ò valor de cinchmilia ſous de reals, encara que es faſa ab carta publica, no haja alguna valor, ultra los dits cinchmilia ſous.* Docent D. Leon *tom. 1. deciſ. 110. n. 18. & tom. 2. deciſ. 164. n. 3.* Et quod non valeat, niſi uſque ad ſummā quinque mille ſolidorum, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die 5. Novemb. 1633.* inter Petrū Ludovicū Cerda, & Michaelē Guillem. Quod procedit, etiam ſi in uno, eodemq. inſtrumento reperiantur factæ multæ donationes, nam quælibet ex illis valebit abſque inſinuatione, uſque ad ſummam quinque mille ſolidorū, ut dixit Senat. ſententia per Alreus, *die 9. Novemb. 1591.* inter Joannem Garo, & Joannem Ferrucas. Et forus iſte non deviat à jure cōmuni in illo, quod valeat abſq. inſinuatione donatio, intra metas prædictæ ſummæ, cū doceatur cōmuniter, validam donationem eſſe abſq. inſinuatione, in illa ſumma quingentorum ſolidorum, etiam ſi majoris fuerit ſummæ, Fulgineus *de jure emphit. tit. de contract. q. 8. n. 9.* Card. de Luca *de donat. diſc. 60. n. 8.* Antunez *de don. lib. 1. prælud. 2. n. 26.* Carpzovius *in juriſprud. for. part. 2. conſtit. 12. defin. 17. n. 2. & 3.* In aliis Regnis, in hac inſinuationis materia diſputatur de valore ſolidorū Juſtinianeæ conſtitutionis, ut videri poteſt apud Treuler. *conſ. 7. n. 87.* Parlad. *differ. 144.* Scac. *de comerc. §. 2. gloſ. 3. n. 13.* Scob.

de ratiocin. lib. 2. comput. 25. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 51. n. 14. Pichard. in §.1. inſtitut.
de donationib. n. 12. Hermoſilla in d. l. 9. tit.
4.par.5.gloſſ.14.per tot.Burat. deciſ.7. n.5. An-
tonel. de tempore legali, d. lib. 1. cap. 34. n. 19.
Carolus Carutius in ſylv. termin. arbor.9.n.7.
Oñate de contractib. tom. 2. diſput. 30. n.123.
Carol.Anton. de Luca in animadv.ad Gratian.
cap.51.n.1. & 2. In noſtro Regno diffinitum
hoc reperitur, nam unicuique ex ſolidis Ju-
ſtinianeæ cõſtitutionis, nõ datur plus æſtima-
4 tionis, quam unius morabatini, qui valet in
Regno decem ſolidos, ut docent Dom. Leon
tom.1.deciſ.120.n.9. D.Matheu de reg. cap. 1.
§.1. n.9. & cap.8. §.8. n.60. Solidi in Regno
5 propriè loquendo ſolum conſtant duodecim
denariis,ut obſervat D.Matheu de regi. cap.4.
§. 1. n. 6. Et ſicut de jure communi donatio
valebat abſque inſinuatione, uſque ad quin-
gentos ſolidos, valet apud Nos, uſque ad
quingentos morabatinos, qui faciunt ducen-
tas & quinquaginta libras, aut quinque mille
ſolidos. In Civitate Romæ ad ducatos biſ-
centum, reducta reperitur ſumma illa quin-
gentorum ſolidorum, ut notat Fenſonius ad
ſtatuta urbis, cap.150. n.31.
6 Hujuſmodi inſinuatio, nihil aliud eſt,
quam præexiſtentis donationis in ſcripturam
redactæ, facta coram judice competente de-
ſcriptio, & publicatio, Tepat. tit.495. cap.7.
verſ.1. Cancer variar.par.1. cap.8. n.6. Bona-
cin. diſput. 3. de contractib. q. 12. par. 6. n. 1.
Larrea deciſ. 66. n. 20. Pellizarius in manuale
regul.tom.2. tract.8. cap.7.n.69. Hermoſilla in
l.9.tit.4. part.5. gloſſ. 1.a n.27. Olea de ceſſione
7 jur. tit 4.q.3.n.12. Et reperitur introducta, ut
exceſſivæ donationes, majori fiant propoſi-
to, & deliberatione, & ut fraudes, inductio-
nes, & ſeductiones evitentur, l. data, verſ.1.
C.de donat. Joann. Andræas in addit. ad Spe-
culat. in tit.de inſtrument. edit. §.Porro, col. 5.
verſ. Dona, Abbas in cap. cum contingat, de
jure jurando, col. 12.n.17. Anton.de Canar.in
tract. de inſinuationib.q.9. Anton. Gomez va-
riar. tom. 2. cap. 4. n. 6. Fontanella de pactis
nupt. clauſ. 4. gloſſ. 29. n.11. Cutel. de donat.
tom. 1. diſcurſu 11. ſpecial.4. Corrad. in prax.
diſpenſationum, lib. 10. cap. 5. n.5. & 6. Ant.
Faber in ſuo C. lib. 8. tit. 38. definit. 2. n. 3.
Oñate de contract.tom.2. tract.10.diſputat.30.
n.93. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 2.
conſt.12. defini.13.n.1. Antunez de donat. tom.
1. lib.1. cap.3. n.30. Moſtazo de cauſis piis, to.
1.lib.1.cap.3.n.36. Et alia poteſt reddi ratio,
quia convenit reipublicæ, ne ſubditi depau-
perentur, & prodigaliter utantur ſubſtantia
ſua, §. Sed & major. inſtitut. de his qui ſunt
ſui, vel alieni juris, authentica, ut judices ſine
quoquo ſuffragio, §. conſideravimus, collat. 2.
& hanc rationem tradit Bald. in l. illud, C. de
ſacroſanctis Eccl. col. 5. q.5. & eum refert An-
ton. Gomez ubi proximè.
De jure, inſinuatio donationis fit hoc mo- 8
do,quod donator coram judice comparet, &
voluntatem ſuam manifeſtat, dicẽdo, ſe velle
talem donationem facere, quod in ſcriptis
redigatur à tabellione,& in facienda inſinua-
tione,nulla cauſæ cognitio,aut judicis decre-
tum, vel licentia, nec alia judiciaria requiri-
tur ſolemnitas,quia eſt actus merè voluntariæ
juriſdictionis, l. donatio,l. data, l. in donationi-
bus,& l.ſanccimus,C. de donat.Barthol. in l.mo-
deſtinus,ff.de donat. col.1.Canar. in tractat. de
inſinuationibus, q.10. Anton. Gomez d. tom.2.
variar. cap. 4. n. 6. in fine, Guido Papæ deciſ.
325. Cancer variar.par.1. cap.8.n.6.& 7. Her-
moſilla in l. 9. tit.4. par.5. gloſſ.1. n.27. & gl.
17.Amaya in l. 1. C.de apochis publicis, lib. 10.
n.20. Pellinarius in manual. regul. tom.2.tract.
8. cap.7. n.69. In Regno inſinuatio aliter de- 6
bet fieri, quia non ſolum donator, ſed & do-
natarius etiam tenentur comparere coram
judice ordinario, & jurare donator, quod
donationem facit liberè, abſque metu, aut
fraude, & donatarius,quod non induxit frau-
dulenter donatorem,ut donationem faceret,
neque procuravit alicujus ope fraudulenter
donationem ſibi fieri, quo facto ordinarius
judex ſuam interponere debet authoritatem,
& decretum in ſcriptis, d. For.22. rubr. de do-
nationib. tradit proxim D. Leon tom. 1. deciſ.
110. n.19.
Debent inſinuari,non ſolũ donationes, quæ
in ſui figura,& apparientia cõſtat donationes, 10
& meras liberalitates eſſe, ſed etiam libera-
tiones, vel remiſſiones debiti, ex cauſa dona-
tionis,aut renunciationes jurium, aut rei pre-
tioſæ in favorẽ alicujus perſonæ, l. in ædibus,
ff. de donat.& ibi Gloſ.& cõmun.DD. l.ſi mu-
lier.ff. de cõdictione ob cauſam, gloſſ. in l. ſi quis
obligat. d. regul.juris, & in l. 1. §. 1.ff. quibus
modis pignus,vel hypotheca, Barthol. in l. mode-
ſtinus ff. de donat. col. 1. & q.Baldus in l. illud,
C. de ſacroſan.Eccleſ. 3. col. 2. q.Canar. de inſi-
nuationib. 2.part.q.13.Tiraquel.in l. ſi unquam
C. de revocandis donat. in verb.donatione largi-
tus, n. 144. Clarus in §. donatio, q. 16. n. 2.
Mozzius de contract.cap.de ſubſtantialib. n.17.
& 18. Anton. Gomez d. tom. 2. cap. 4. n. 9.
Covarrub. variar. lib. 2. cap.4. n.9. Matienſo
in l. 7. tit. 10. lib. 5. recopilationis, gloſſ.6. n.6.
Borel. in ſumma deciſ. 3. part. tit. 11. n. 93.
cum ſequentib. Cancer variar. part. 1. cap. 8.
n. 4. Hermoſilla in l. 9. tit.4. gloſſ.15. ex n.5.
Ciriac. controverſ. 128. n.16. Emmanuel Bar-
boſ. ad ordination. l.4. tit. 62. n. 1. Antonel.
de tempore legal. lib.1. cap. 34. n. 22. Oñate de
contract. tom.2. tract.10. diſp.30. n.134.Card.
de Luca de donationib. diſcurſu 60. n.16.& de
decimis, diſc. 3. ſub n. 17. & de renunciatione,
diſ-



diſcurſu 6. n. 38. Burat. deciſ. 640. n. 4.
Urceol. conſultat. forenſ. cap. 48. n. 1. & 2.
& de tranſactionib. quæſt. 67. n.3. & 10. Bon-
den. de jure controverſ. colluctat. 8. n. 57. An-
tunez de donat. tom. 1. lib. 1. prælud. 2. n. 27.
Undè, renunciatio legitimè debet inſinuari,
ut declaravit Senatus ſententia per Daza, die
19. Decembris 1615. inter Clerum Eccleſiæ
Parochialis Villæ de Morella, & Gaſparem
Pedro. Et ſi ille cui fuerunt bona donata,
reſtituerit illa, debet inſinuari reſtitutio ex
ſententia Senatus publicata per Alreus, die 5.
Febr. 1611. inter Don Antoniũ Ferrer, & D.
Martinum Giron de Reboliedo. Debet etiam
11 tranſactio ſuper re liquida, ex cauſa donatio-
nis facta,inſinuari nam licèt in vera tranſactio-
ne de re dubia, non ſit neceſſaria inſinuatio,
Petrus Franciſcus Linglois deciſ. 50. quæſt.
2. n. 13. Rota coram Manzaned. deciſ. 532.
n. 8. Urceol. de tranſactionib. quæſt. 67.
n. 5. Tamen quando tranſactio fit ſuper
re liquida, meram ſapit donationem, &
non conſiderato tranſactionis contractu,
debet inſinuari ſicut mera donatio, Anton.
Gomez dict. tom. 2. cap. 4. n. 9. Meneſes
in l. præſes, C. de tranſactionib. n. 12. Cu-
ria Piſana lib. 2. cap. 20. n. 2. in additioni-
bus, Hermoſilla gloſſ. 15. l. 9. tit.4. partita 5.
n. 9. Valeron de tranſactionibus, titul. 6.
quæſt. 2. n. 56. Cardinal de Luca de dona-
tionibus, diſcurſu 60. n. 36. Urceolus de
tranſact. dict. quæſt. 67. n. 21. & 22. Idem
12 erit dicendum de ceſſione jurium ex cauſa
donationis facta, nam debet inſinuari, uti
donatio ipſa, Gozadin. conſil. 87. n. 9. Te-
pat. variar. tit. 495. cap. 6. verſic. inſinuatio,
Marta in compendio deciſ. tom. 3. verb. inſinua-
tio, cap. 14. Intrigliol. conſil. 7. n. 37. & 38.
Olea de ceſſione jurium, tit. 8. quæſ. 1. n. 16.
Tondut. reſolut. civilium, cap. 57. n. 21.
Antonel. de tempore legal. lib. 1. cap. 34. n.
22. Et generaliter requiritur hæc inſinuatio,
in qualibet donatione, quamvis fiat in con-
tractu quolibet oneroſo emptionis, tranſa-
13 ctionis, vel ſimili, Tondut. ubi proximè n.
22. & pariter in qualibet renuntiatione, quæ
fit juris quæſiti, Paulus Galerat. de renuntia-
tione, lib. 1. cap. 4. n. 107. Burat. deciſ. 640.
n. 3. Urceolus conſultat. forenſ. cap. 48. n. 1.
& 2. & de tranſact. quæſt. 67. n. 3. Quia
hujuſmodi renuntiationes juris quæſiti, ſem-
per indutæ ſunt natura donationum, Hodier-
na ad Surdum deciſ. 70. n. 12. Joann. An-
dræas Georgius allegat. 29. n. 18. Be-
llon. de jure acreſcendi, cap. 7. quæſt. 138.
n. 36. & quæſt. 41. n. 68. & 69. Tondut.
ubi proximè, n. 15. Merlin. part. 1. cap. 32.
n. 12. Idem tene de pacto, de non peten-
do, nam debet inſinuari, DD. in l. creditori,
C. de pactis, Bertazold. clauſ.35. gloſſ.6. n.22.
Clarus in §. donatio, q. 16. Burat. dict. deciſ.
640. ſub. n.3. Urceol. de tranſact.q.67.n.4.
Ex adverſo autem multæ reperiuntur 14
donationes, quæ inſinuatione non indigent,
ut in quacunque ſumma valeant,ut ſi donatio
facta fuerit à Regibus, aut Primogenito Re-
gis, vel ejus uxore, quia ſimiles donationes
abſque inſinuatione validæ ſunt, l. illud quod
16. C. de ſacroſanctis Eccleſiis, l. Sancimus
34. C. de donationib. ibi: Exceptis donationi-
bus, tàm Imperialibus, &c. dict. For. 22. rubr.
de donationibus, ibi: De el qual, empero ex-
ceptam los caſos tanſolament ſeguents. Prime-
rament, de donaciò feta per Nos, ò per la Rey-
na, ò per Primogenit noſtre, ò muller de aquell.
Anton. Gomez dict. tom. 2. cap. 4. n. 10.
Cevallos com. contra com. quæſt. 222. n. 9.
Molina de juſtitia, & jure, diſput. 279. Aze-
vedo in l. 1. tit. 8. lib. 5. recopilat. n. 8.
Borel. in ſumma deciſion. 3. part. tit. 11. n.
10. Menochio conſil. 1. n. 375. Barboſa in
collectan. ad text. in dict. l. illud 16. C. de
ſacroſanctis Eccleſiis, n. 12. Hermoſilla in
dicta l. 9. tit. 4. part. 5. gloſſ. 1. ex n. 36.
Antonel. de tempore legali, lib.1. cap. 34. n.25.
Knipſchilt. de fideicommiſ. cap.6. n.65. Oñate
de contractibus, tom. 2. tractat. 10. diſput. 30.
n. 143. Leoncil. de privilegiis paupertat.
privileg. 91. part. 2. verbo, donatio, n. 11.
Carpzovius in juriſprud. for. part.2. conſtitut.
12. definit. 16. Cardinal, de Luca de donat.
diſcurſu 60. n. 47. Caſtejon in alphab. verbo,
donatio, n. 34. Antunez de donat. tom.1. lib.1.
cap. 3. n.28. Moſtazo de cauſis piis, tom. 1. lib.
1. cap. 3. n. 39. Idem de donatione facta per
privativum in Principis favòrem tenẽdum eſt,
juxta textum expreſſum in Authent. Item, C.
de donationib. ibi: Item, & à privatis in Prin-
cipem, etiam ceſſantibus actis fit donatio.
Omnes donationes, quæ fiunt ex cauſa 15
dotis, ut validè judicentur, non indigent in-
ſinuatione, & pariter propter nuptias dona-
tiones, quæ fiunt in capitulis matrimoniali-
bus. l. final. & ibi gloſſa, verbo, indigere, C. de
jure dotium, Authent. eo decurſu, C. de donat.
propter nuptias, dict. For.22.rubr.de donat. ibi:
Item, conſtituciò de dot feta per pare, ò mare, ò
altra qualſevol perſona, à fill, filla,ò altra qual-
ſevol perſona. Docent Guido Papæ deciſ. 325.
Cancer. variar. part. 1. cap. 8. n. 3. Surdus
deciſ. 214. Caputaquenſis deciſ. 119. part. 3.
Corſet. conſil. 29. n. 1. Barboſa in l. 1. ff. ſo-
luto matrimon. part.1. n.12.Gratian. diſceptat.
297. n. 7. Rota deciſ. 377. n. 5. part. 2.
recentiſſimar. Canar. de inſinuatione, q. 37. n.
144. Seraphin. deciſ. 18. n. 10. & deciſ.
201. n. 11. Borellus in ſumma deciſ. part. 2.
tit. 11. n. 143. Novel. de dote, privil.47. n.2.
Fabro in C.lib.3. tit. 20. Cutel. de donat. diſc.
1. ſpecial. 4. n. 2. & ſpec. 5. n. 1. Barb.in colle-
ctan.

*ctan. ad text. in l. final. C. de jure dotium, n.* 2. *cum ſequentib.* Fontanell. *de pactis nuptialibus, clauſ.* 4. *gloſſ.*29. Tondut. *reſolut. civil. cap.* 57. *n.* 23. *cum ſequentib.* Meli *obſervat.* 9. *n.* 7. Bocius *de dote, tom.* 1. *cap.* 8. *n.* 8. *cum ſeqq.* Altogradus *conſil.* 57. *n.* 31. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 28. Oñate *de contract. tom.*2. *tract.*10. *diſp.* 30. *n.*130. Cardinal. de Luca *de donat. diſc.*60. *n.*45. Antunez *de donat. dict. tom.*1. *lib.*1. *cap.*3. *n.*35. Caſtejon *in alphab. verbo: donatio, n.*34. Et procedit, non ſolum quando donationes ex cauſa dotis fiunt ante matrimonium, & in tabulis nuptialibus, ſed etiam quando matrimonio conſtante, & jam contracto factæ ſunt, ut Senatus declaravit ſententia per Arbizu, *die* 24. *Decemb.* 1590. inter Ludovicum Grimaldo, & Franciſcum Dionyſium Sãcho; & alia per Alreus, *die* 27. *Febr.* 1598. inter Eliſabethem Angreſola, & Michaelem Angreſola, & Joannam Mata; & alia per Alreus, *die* 19. *Octob.* 1625. inter Joannem Torres, & D. Joannam Vich.

16 Sed quid erit dicendum in donatione contemplatione matrimonii facta; videtur enim donationem hanc ad ſui validitatem inſinuandam eſſe, *l. donatio* 25. *C. de donation.* & docent per hunc text. Tiraquel. *in l. ſi unquam, n.* 241. *C. de revocandis donationib.* Surdus *conſil.* 36. *n.* 24. Giovagnon. *conſil.* 83. *n.* 51. *lib.* 1. Gabriel *conſil.* 57. *n.* 11. *lib.* 2. Merenda *controverſiar. lib.* 7. *cap.* 40. Contrarium tenent multi docentes donatio-
17 nem contemplatione matrimonii factam, non indigere ad ſui valorem inſinuatione aliqua, Rota *diverſor. deciſ.* 125. *part.* 1. Seraphin. *deciſ.* 201. Afflictis *deciſ.* 154. Franchis *deciſ.* 182. Gratian. *diſcept. for. cap.*297. *n.*3. *&* *cap.* 984. *n.*3. Molino *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 34. *n.*27. Cutel. *de donat. contemplat. matrimonii, diſcurſu* 1. *tract.*7. *diſc.*7. *part.*1. *n.*13. *&* 62. *& diſcurſu* 2. *part.* 15. *n.* 5. Tondut. *dict. cap.* 57. *n.* 29. Merlin. *centur.*2. *controver.*60. *n.* 3. & pro hac opinione videtur in Regno, *Forus* 22. *rubr. de donationib.* ibi: *Item, de donaciò feta en temps, ò per rabo, è contemplaciò de matrimoni.*

18 Ex ſupradictis opinionibus non eſt indifficilè ſcire, quænam verior in puncto juris ſit, ſed in praxi, ita poſſunt admitti, nam ſi donatio facta reperitur contemplatione matrimonii certi, contrahendi cum certa, & diſtinata perſona, quia talis donatio pars contractus dotis cenſetur, & cum eo confunditur, taliter, ut aſſumat ipſius naturam non eſt neceſſe, quod inſinuetur, & in hoc caſu venit intelligendus forus noſter. Et hoc procedet, etiam ſi donatio contemplatione matrimonii certi facta fuerit cõſtante matrimonio, ex Senatus ſentent. publicata per Alreus, *die* 19. *Octobr.* 1625. inter Joannem Torres, & Domnam Joannam Vich. Si verò donatio facta fuerit contemplatione matrimonii incerti, inſinuanda erit, de quo caſu poteſt intelligi, *text. in dict. l. donatio* 25. *C. de donationib.* docent, & explicant Monter *deciſ.* 10. *n.* 7. Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 5. *n.*65. Maſtrillo *deciſ.*211. *n.*4. Gratian. *diſceptat. for. cap.*984. *n.*25. Ludovicus *deciſ.*563. *n.* 8. Thomat. *deciſ. maſerat.*77. *n.*8. *&* 9. Giurba *obſervat.*38. *n.*12. *& per tot.* Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. de inſinuat. donat. definit.* 2. Rota *deciſ.* 58. *n.* 51. *part.* 6. *recentiſſimar.* Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ.*4. *gloſſ.*29. *n.*1. Ferrentil. ad Burat. *deciſ.*924. *n.*17. Altogrado *conſil.*7. *n.*8. *&* 30. *& per tot. lib.*1. Staiban *reſol.* 22. *n.*19. Michalor. *de fratribus, part.*1. *cap.* 20. *n.* 21. Carol. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 58. Marius Cutellus *de donationib. tract.*2. *diſcurſu* 1. *ſpecial.* 4. *n.* 12. Oñate *de contractib. tom.*2. *tractat.*10. *diſputat.* 30. Paulus Meli *in additionibus ad Caſtillum, cap.* 11. *n.* 10. Bocius *de dote, tom.* 1. *cap.*8. *n.* 11. Andreol. *controverſ.* 155. *per tot.* Antunez *de donat. d. lib.*1. *cap.*3. *n.*36. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 67. *n.* 10. *&* 12. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionibus ad Gratian. cap.* 297. *n.* 8. Licèt non deſint multi tenentes doctrinam ſupra adductam, non eſſe admittendam in patre, & adhuc in conſanguineis, donantibus ratione matrimonii incerti, nam volunt hoc in caſu valere donationem abſque inſinuatione, Altogrado *conſil.* 7. *n.* 31. *cum ſeqq.* Cutel. *de donationib. tract.* 2. *diſcurſu* 1. *ſpecial.* 4. *à n.* 2. Antunez *de donationib. dict. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 36. Et in hoc ſenſu poteſt intelligi, quod declaravit Senatus ſententia, publicata *die* 5. *Februarii* 1640. in favorem Andreæ Rey, & de Artiada, & contra Catharinam Pinedo, nam deciſum extitit donationem contemplatione matrimonii incerti, non eſſe inſinuandam, & hoc non debemus admittere abſolutè, ſed in caſu paternæ donationis.

In repudiationibus, aut renunciatio- 19
nibus juris, non quæſiti, aut juris de futuro, non requiritur inſinuatio, ut ſi repudiatur legatum, aut hæreditas delata, aut filius renunciet paternæ ſucceſsioni, Anton. Gomez *variar. dict. tom.* 2. *capit.* 4. *numer.* 10. Dueñas *regul.* 224. *limitat.* 14. Mozzius *de contractibus in titul. de donationibus, cap. de ſubſtantialibus, numer.* 9. Molina *de juſtitia, & jure, tom.* 2. *diſputat.* 279. *num.* 13. Hermoſilla *in l.* 9. *titul.* 4. *partita* 5. *gloſſ.* 15. *num.* 17. Rota *deciſ.* 323. *num.* 54. *& deciſ.* 320. *num.* 24. *cum ſeqq. part.* 6. *recentior.* Joſephus Aylion *in additionibus ad* Gomezium *dict. tom.* 2. *cap.*



*cap.*4. *de donationib. n.*11. Burat. *deciſ.*333. *n.* 8. & ibi addentes, Tondut. *reſolut. civil. cap.* 57. *n.* 21. Antonel. *de tempore legal. lib.*1. *cap.* 34. *n.* 75. *cum ſequentib.* Oñate *de contractib. tom.*2. *tractat.*10. *diſput.*30. *n.*135. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.*60. *n.*31. *&* 32. *& de renuntiatione diſcurſ.* 6. *n.* 28. *&* 33. Et quod in his repudiationibus jurium de futuro non requiratur inſinuatio judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 22. *Maii* 1620. inter creditores Villæ de Gandia, & Peregrinum Cathalà. Sed hæc non intelligas poſt acceptationem hæreditatis, & adquiſitionem bonorum hæreditariorum, nam renunciatio illorum non erit valida abſque inſinuatione. Ut dixit Senatus ſententia per Alreus, *die* 13. *Octobris* 1629. inter Joannem Blaſco, & Seraſinam Blaſco, & alia *die* 16. *Decembris* 1630. inter eaſdem partes.

20 De donatione remuneratoria, tradunt communiter DD. non indigere inſinuatione, ſi meritorum expreſsio, ficta reperiatur in ipſa donatione, Anton. Gomez *d. cap.* 4. *n.* 10. Garcia *de donatione remunerator. n.*5. *cum ſeq.* Donel. *lib.*10. *commentar. cap.*1. & ibi Oſvald. *lit.* O. Minſinger. *centur.* 4. *obſervat.*75. Anton. Gabriel. *tit. de donationib. concluſ.*1. *ex n.* 59. Caldas *in l. ſi curatorem, verſ. contractum feciſti, n.*19. Borrel. *in ſumma deciſion.* 3. *par. tit.* 9. *ex n.* 171. Cevallos *quæſt.* 222. *n.* 8. Mantic. *de tacit. & ambig. conventionib. lib.* 13. *tit.* 15. *n.* 31. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 657. *ex n.* 51. Hermoſilla *in l.*9. *tit.* 4. *partita* 5. *gloſſ.*15. *n.*16. Faber *de errorib. pragmatic. decad.*77. *error.*8. Merlin. *deciſ.* 699. *n.*34. Rota *deciſ.* 186. *part.*12. *recentiſſim. n.* 4. Altograd. *conſ.*7. *n.*31. Reynoſo *obſervat.* 31. *n.* 14. Antunez *de donationib. tom.*1. *lib.*1. *cap.* 3. *n.* 37. Carpzovius *in juriſprudent. forenſ. part.*2. *conſtitut.* 12. *definit.* 15. *n.* 5. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.*20. *n.*6. *&* 8. *& diſcurſ.* 60. *n.*41. Pechii *de aquæductu, tom.*2. *cap.*9. *q.* 7. *n.* 5. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 39. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 355. *n.*1. Et videtur de mente Senatus, nam ſententia per Alreus, *die* 3. *Julii* 1623. inter Urſolam Gil, & de Benet, & Paulam Benet, & de Servent judicavit remiſsionem debiti in remunerationem, aut ſatisfactionem, non indigere inſinuatione. Sed apud nos, ut prædicta dona-
21 tio valeat inſinuari debet, ut cavetur, *in dict. for.* 22. *rubr. de donationib.* ibi: *Declarants que en donaciò, que es faſſa per qualſevol remuneraciò, paga, ò ſatisfaciò, ſia neceſſaria inſinuaciò, ſegons la forma del preſent fur.*

22 Pari modo non eſt neceſsè, quod inſinuentur ad ſui validitatem donationes factæ Eccleſiis, aut ad pias cauſas, *l. illud* 16. *C. de Sacroſanct. Eccleſiis, l. ſancimus* 34. §. *exceptis, C. de donationib.* ibi: *Exceptis donationibus, tam imperialibus, quam his, quæ in cauſas piiſſimas procedunt, &c.* Anton. Gomez *d. cap.* 4. *n.* 10. Dueñas *regul.* 4. *limit.* 6. Clarus *in* §. *donatio, quæſt.* 17. *n.* 1. Mozzius *de contractib. tit. de donationib. cap. de ſubſtantialib. n.* 15. Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privileg.* 62. *n.* 8. Genuenſis *pract. Eccleſiaſtic. Triſen.*10. *quæſt.* 196. Farinac. *noviſſimar. tom.*1. *deciſ.* 458. *n.* 7. Molina *de juſtit. & jur. diſput.* 179. *tom.*2. Hermoſilla *in l.*9. *tit.*4. *partita* 5. *gloſſ.*12. *n.*1. Barboſ. *de jure univerſ. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 13. *ſub n.* 12. Caſtillo *de alimentis, cap.*11. *n.*8. Larrea *tom.* 2. *deciſ.*66. *n.* 22. Latiſsimè cum multis prædictus Barb. *in collectan. ad text. in l. illud, C. de Sacroſanct. Eccleſiis*, Burat. *deciſ.* 7. *n.* 9. *& deciſ.* 584. *n.* 15. Emmanuel Barboſa *in remiſsionib. Doctorum, tit. de donationib. inſinuand. ad tit.* 62. *ordinationis Regiæ, n.* 5. Spada. *conſ.* 139. *n.* 10. *lib.* 3. Sperel. *deciſ.* 10. *n.* 10. *cum ſequentib.* Diana *part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 107. Layman. *tractat.*4. *part.*3. *cap.*1. *n.*3. Sanchez *conſilior. moral. lib.* 4. *cap.*41. *n.*7. Pellizar. *in manual regular. tom.*2. *tractat.* 8. *cap.*7. *n.*69. Carol. Carutius *in ſylva term. arb.*9. *n.*28. *&* 29. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.*34. *n.* 23. Oñate *de contractib. tom.*2. *tractat.*10. *diſput.*30. *n.*141. Leoncil. *de privileg. paupertat. part.* 2. *privileg.* 91. *n.* 4. Rubeus *practic. cap.* 100. *n.* 451. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.* 60. *n.* 43. Caſtejon. *in alphabet. verbo donatio, n.* 34. Moſtazo *de cauſis piis, lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 37. Licet non deſint multi tenentes donationem factam Eccleſiæ, aut piæ cauſæ inſinuandam eſſe, per text. *in l. illud* 18. *C. de Sacroſanct. Eccleſiis* Fontanell. *de pactis nuptial. clauſ.*4. *gloſſ.*21. *par.*2. *n.*19. Merend. *controverſ. lib.* 1. *cap.* 14. *ex n.* 1. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. par.*2. *conſtitut.*12. *definit.* 13. *n.* 2. *&* 3. & de donatione facta regulari-
bus traditur etiam, non indigere inſinuatio- 23
ne, Pellizar. *in manual. regular. tom.*2. *tract.*8. *cap.* 7. *n.* 69. Et fuit judicatum juxta hanc ſententiam à Senatu, ſententia per Daza, *die* 5. *Julii* 1628. inter Domnam Gaiomarem Angreſola, & illius creditores. Idem tenendum
eſt de donatione facta pauperibus, cum onere 24
alendi, aut alimẽtorum cauſa, Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *utrum, n.* 19. Surdus *de aliment. tit.*8. *privileg.* 72. *n.* 9. Borel. *tit. de inſinuand. donationib. n.* 158. Rota apud Farinac. *in noviſsim. tom.*1. *deciſ.*458. *n.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 386. *n.* 1. Mantic. *de conjectur. ultimar. volunt. lib.*6. *tit.* 3. *n.* 18. *&* 22. Barboſ. *de jure Eccleſiaſtic. univerſ. lib.*3. *cap.* 27. *n.* 10. *& in collectan. ad text. in l. illud quod* 16. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis, n.*11. Caſtil. *de aliment. cap.*11. *n.*8. *&* 20. & ibidem Meli *in obſervat. n.* 15. Emmanuel Barboſa *ad d. tit.*

*tit.62. ordinationis Regiæ*, *n.* 2. Leoncil. *d. privileg.* 91. *n.* 11. Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.*38. Et Senatus judicavit donationem factam pauperibus, non indigere inſinuatione, ſi ratione alimentorum facta fuerit, ſententia per Daza, *die* 5. *Julii* 1628. inter creditores Domnæ Guiomaris Angreſola, & ipſam Domnam Guiomarem. Quod etiam procedere dicitur, quando donans expreſsè dixerit, quod inſinuaretur donatio, ut ſententia per Daza, *die* 10. *Februarii* 1629. inter eaſdem partes. Sed ſi donatio alimentorum cauſa non fuerit facta pauperi, dixit Senatus inſinuandam eſſe, quando reperitur facta ab illo, qui non habebat obligationem alendi, ut indicta ſententia, *diei* 5. *Julii* 1628.

25 Ex doctrina ſupradicta infertur, quod donationes factæ pro ingreſſu religionis, non indigent inſinuatione, etiam ſi per viam renuntiationis emanatæ fuerint. & ſive ante ſuſceptum habitum religioſum, ſive poſt illius ſuſceptionem fiant, nam utroque in caſu ſunt donationes piæ, & ſicuti donationes pro dote, aut pro matrimonio carnali non inſinuantur, ita pro dote, aut donatione contemplatione matrimoni ſpiritualis inſinuari non debent, cum valeat argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale, *authent. niſi rogati*, C. *ad S. C. Trebelian. cap. penult.* & *ultim. de tranſlat. prælator. cap. cum inter Canonicos, de elect.* Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 429. *n.* 22. Seſsè *deciſ.* 45. *n.* 24. Rota apud Farinac. *part* 2. *recentiſsimar. deciſ.* 115. *n.*2. & multi apud Barboſam *loco* 70. Et quod prædictæ donationes non indigeant inſinuatione, docent Manent. *conſ.* 58. *n.* 18. Cutel. *de donationib. tractat.* 1. *diſcurſ.* 2. *part.* 3. *à n.* 3. Burat. *deciſ.* 461. *n.*1. & *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*975. *n.* 33. Duran. *deciſ.* 121. Olea *de ceſsione jurium, tit.* 4. *quæſt.*3. *n.*12. Roxas *deciſ.*140. *n.* 3. & 4. Pellizar. *in manual. regular. tract.* 8. *cap.* 7. *n.*69. Meli *in obſervationib.* ad Caſtill. *cap.* 11. *n.* 9. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 37. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 10. *n.* 48. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.* 60. *n.* 44.
26 Idem erit tenendum in donatione facta, pro captivorum redemptione, nam quia ex cauſa pia, valebit abſque inſinuatione, *dict. l. Sancimus* 34. §. *exceptis, Cod. de donationib.* Anton. Gomez *d. tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 10. Molin. *de juſtit.* & *jure, tom.* 2. *diſput.*179. Barbosa *ad text. in dict. l. illud* 16. *Cod. de Sacroſancti. Eccleſiis*, *n.* 4. Hermoſilla *in l.* 9. *tit.*4. *partita* 5. *gloſſ.*12. *n.* 1. Pichardo *in relectione ad tit. ff. de ſubſtitut. cap.* 2. *n.* 15. Antonel. *de tempore legal. d. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 24. Oñate *de contractib. tom.* 2. *tractat.* 10. *diſput.* 30. *n.* 140. Carpzovius *in juriſpr. forenſ. par.*2. *conſtit.*12. *def.*15. *n.*1.

Sed non levis poteſt oriri dubitatio adver- 27
ſus ſupra tradita, ex noſtro *for.*22. *rubr. de donationib.* nam in foro cavetur, quod tantum ſint exemptæ ab inſinuatione, donationes à Principe factæ, & primogenito, & eorũ uxoribus, & illæ, quæ ex dotis cauſa fiunt, aut contemplatione matrimonii, & non aliæ, ibi: *Del qual emperò exceptam los caſos tanſolament ſeguents*, &c. *è no altres coſes*: Ergo videtur, quod donationes ex cauſa pia, & pro religionis ingreſſu, & cæteræ aliæ, debent in Regno inſinuari, cum in foro non ſint exceptuatæ, ſed huic dubio faciliter ſatisfacies dicendo,
quod licet in foro non fiat expreſſa mentio 28
prædictarum donationum, ut excepta cenſeatur donatio pro ingreſſu religionis, ſufficit, quod excipiatur in foro donatio contemplatione matrimonii carnalis, cum de iſta diſpoſitum, cenſeatur diſpoſitum etiam de aliis. Et reſpectu donationum piarum, eſto in foro nõ ſpecificentur, exceptæ etiam judicari debent, quia jure communi non eſt neceſsè quod inſinuentur, per text. *in dict. l. ſancimus* 34. *C. de donationib.* Unde etſi in foro non excipiantur, earum exceptio remanet ſub diſpoſitione juris communis, uti caſus omiſſus, *ex l. commodiſsime*, 10. *cum vulgat. ff. de liberis*, & *poſthumis.* Neque facit illud, quod dicitur in foro, videlicet quod non excipiantur aliæ donationes, nam non debet intelligi de his, quæ jure communi exceptæ jam reperiuntur, ſed de aliis, quæ ſub dubio cadere poterat, an eſſent exceptæ; & ratio non eſt indifficilis, quia ſtatutum noſtrum, non faciens expreſſam mentionem diſpoſitionis juris communis, nõ cenſetur illi derogare, etiam ſi generaliter, prout noſter forus loquatur, *cap. ex parte, de capellis monachor. cap. non nulla*, §. 1. *in fine de reſcriptis*, Frances de Urutigoyti *in paſtoral. regular. part.* 1. *clauſ.* 4. *n.* 10. & *in paſtoral. interno*, *part.*1. *tract.*5. *quæſt.*2. *n.* 15. Hieronym. Fernand. de Otero *in repetit. cap.* 1. *de judiciis*, *n.* 10. Brunus Calahinc. *in privil. regular. tract.*3. *cap.* 3. *propoſit.* 8. Rota apud Paul. Rubeum *tom.* 1. *deciſ.* 350. *n.* 28. & *tom.* 12. *deciſ.* 223. *n.* 14. & *deciſ.* 334. *n.* 4. Fagnan. *ad text. in cap. ex parte* 3. *de capellis monachor. n.* 14.

Ex quibus tene, quod licet juxta doctrinam
multorum, donatio ob cauſam valeat abſque 29
inſinuatione, Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 62. *n.* 8. & *deciſ.* 290. *n.* 19. Caldas Pereyra *conſ.* 19. *n.* 10. Borel. *in ſumma deciſion. tit. de inſinuand. donationib. n.* 139. & 140. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 82. *n.* 25. & *cap.* 355. *n.* 17. Farinac. *deciſ.*458. *par.* 2. *tom.* 1. *n.* 5. Caſtillo *de aliment. cap.* 11. *n.* 8. Cyriac. *controv.*128. *n.*108. & 109. Hermoſilla *in l.*9. *gloſſ.*15. *n.*15. *tom.*1. Urceol. *de tranſact. quæſt.* 67. *n.*16. Rota *deciſ.* 434. *part.*13. re-



*recentiſsimar. n.* 26. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 355. *n.*1. & hac de cauſa donatio ſtudii cauſa facta non erat inſinuanda, Caſtillo *ubi proximè*, Cutel. *de donationib. tractat.* 1. *diſcurſ.*2. *part.* 11. *n.* 52. Marta *in compendio deciſion. verbo inſinuatio, tom.* 3. neque donatio, cauſa emancipationis, ut hæc, & alia tradunt, idem Cutel. *part.* 10. *n.* 12. Olea *de ceſsione jurium*, *tit.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 12. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 50. Burat. *deciſ.* 7. *n.* 7. Knipſchilt. *de fideicommiſ. cap.*6. *n.* 71. Oñate *de contractib. tom.*2. *tract.* 10. *diſput.* 30. *n.* 128. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 8.
30 *n.* 41. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.* 60. *n.* 46. Tamen hujuſmodi donationes, licet mutuæ, ſive viciſitudinariæ & reciprocæ ſint, aut ex qualibet alia cauſa factæ, debent inſinuari, cum in foro exprimatur, quod donationes remuneratoriæ, ex qualibet cauſa factæ inſinuentur, exceptis caſibus in foro expreſsis. De donatione facta à Patre in favorem filii; an inſinuari debeat? vide Azev. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *novæ recopilat.* Ayllon. *in addit.* ad Gomezium *tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 7. qui reſolvunt inſinuandam non eſſe: Idem judico dicendum, ſi incertum ſit quid valeat res donata, nam incertitudo rei donatæ, circa illiquiditatem valoris, onus inſinuandi removet, Spada *conſ.* 235. *n.* 13. *lib.* 2. Burat. *deciſ.* 640. *n.* 4. Meli *in obſervationib.* ad Caſtillum *cap.* 11. *n.* 11. & ideo ſolet dici, quod donatio juris litigioſi, incerti, illiquidi, aut obſcuri, non eſt neceſsè quod inſinuetur, Burat. *deciſ.* 640. *n.* 6. Rota *deciſ.* 447. *n.* 34. & 35. *part.* 5. *tom.* 2. *recentiſsimar.* Urceol. *de tranſact. quæſt.* 67. *n.* 14. ita judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 22. *Auguſti* 1608. inter Merentianam Ridaura, & Annam del Pueyo. Donatio enim rei illiquidæ, & juris incerti non eſt propriè donatio, Urceol. *ubi proximè.* Et dixit Senatus ſententia per Daza, *die* 1. *Auguſti* 1618. inter Hieronymam Villalba, & de Caſpe, & Joannem Pallarès. Et ſi cupis videre alios caſus, in quibus non requiritur quod donatio inſinuetur, conſule Caſtillo *de alimentis*, *cap.* 11. *n.* 8. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 34. Carol. Carucius *in ſylva term. arb.* 9.

Sed quid erit reſolvendum inquiramus in
31 donatione annuę quantitatis, non excedente quolibet anno, ducentas & quinquaginta libras, ut quia donatæ fuerint centum libræ, quotannis; & ad veram reſolutionem diſtinguendum judico, an donatio fuerit facta ſolum vita durante donatoris, aut donatarii, an vero imperpetuum; in primo caſu non eget inſinuatione, nam quotannis, cenſetur donatio diverſa, & ſeparata. argum. tex. *in l. cum in annos ſingulos* 11. *ff. de annuis legat. l.* 4. *ff. eod. l.* 28. *ff. quibus modis uſufructus*, &c. Et nequit hæſitari, quod donationes non excedentes ſummam quinque mille ſolidorum, nõ indigent inſinuatione. Iſte caſus, poſt veterum juriſconſultorum altercationes, deciſus fuit ab Imperatore Juſtiniano, *in l. ſanccimus* 34. §. *ſi quis autem* 4. *C. de donationib.* ibi: *Si quis autem talem acceperit donationem, in qua ſtipulatus fuerit, annuam quandam ſibi præſtari quantitatem tantæ ſummæ, quæ nõ excedit legitimum donationis modum; veriavantur utrum eum ex particulari donatione, multas feciſſe donationes exiſtimandum ſit, & eas actis non indigere, an ex totius ſtipulationis fundamento, & fonte ejus, ex quo annuæ donationes profluxerunt, & unam eſſe donationem putandum, & proculdubio monumentorum obſervatione vallandam: quod veteres quidem, ſatis abundæque variaverunt, nos autem omnia certa diviſione concludimus, ut ſi hujuſmodi quidem fuerit donatio, ut intra vitam perſonarum ſtetur, vel dantis, vel accipientis, & multæ intelligantur donationes, & liberæ, à monumentorum obſervatione, incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis ſugeſsit; ut poſsibile ſit, unius anni tantummodo, vel brevioris, vel etiam amplioris temporis metas ſupervivere, vel donatorem, vel eum qui donationem accepit, & ex hoc inveniri, etiam totam ſummam donationis non excedere legitimam quantitatem.* Docent Barthol. & Bald. & communiter DD. *in dict. l.* 34. Azo *in ſumma Cod. tit. de donationib.* Rimin. junior *in* §. 1. *num.* 295. *inſtit. de donationib.* Grabriel. *tit. de donationib. concluſ.* 1. *n.* 35. Carpan. *ad ſtatut. mediolan. cap.* 314. *n.* 102. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 355. *n.* 10. Caſtillo *de aliment. cap.*11. *n.* 7. Rota *deciſ.* 292. *num.* 27. *par.* 6. *recentiſsimar.* Tondut. *quæſt. civil. cap.* 56. *nu.* 14. Antonel. *de tempore legal. lib.*1. *cap.* 34. *nu.*70. Oñate *de contractib. tom.*2. *tract.*10. *diſput.*30. *n.* 138. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.* 38. *n.* 12. & *diſcurſ.* 60. *n.* 33. Et non eſt extra propoſitum quod judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 10. *Novembris* 1632. inter Illuſtrem Ducem de Bexar, & Doctorem Cabanes, nempè donationem factam in chyrographo ad hoc, ut donatarius uteretur per ſpatium alicujus certi temporis bonis donatis in remunerationem ſervitii præſtiti, & quod actu præſtabatur, non indigere inſinuatione, neque aliis ſolemnitatibus, & requiſitis in donationibus neceſſariis.

In ſecundo vero caſu, & quando donatio 32
annuæ quantitatis reſtricta non fuerit ad vitam donantis, aut donatarii, ſed ad hæredes, & ultra vitam donatoris, aut donatarii extendatur, inſinuanda erit, ut cavetur, *in dict. l. ſanccimus* 34. §. *ſi quis*, 4. *Cod. de donationib.* ibi: *Si autem etiam hæredum, ex utraque parte, fuerit mentio, vel adiiciatur tempus vitæ,*

*te , vel donatoris , vel ejus qui donationem accepit , tunc ei , quaſi perpetua donatione , & continuatione ejus magnam , & opulenſiorem eam efficientem: Et una intelligatur donatio, & quaſi dentioribus donationibus cumulata , excedere legitimum modum, & omnimodo acta depoſcere,& alitèr minimè convaleſcere.* Docent Salicetus in *dict. l. ſanccimus , num.* 13. Azo *in ſumma Cod. tit. de donationib. n.* 9. Gratian. *dict. cap.* 355. *n.* 9. Belon. *conſ.* 58. *n.* 105. Caſtillo *de aliment. dict. cap.* 11. *n.* 7. Antonel. *in dict. cap.* 34. *n.* 70. Oñate *dict. diſput.* 30. *n.* 138.

33 Si donator non vellet inſinuationem donationis facere, nequit invitus compelli, Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *cap.* 531. *n.* 3. Ayllon. *in addit.* ad Gomezium *dict. tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 7. Antonel. *de tempore legali , lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 3. idem erit in donatario, quia invito beneficium non confertur, *l. final. Cod. unde legitimi, l. hoc jure,* §. *non poteſt, ff. de donationib. l. invito , l. invitus ,* §. *quod cuique, ff. de regul. juris* , & ſi donator moriatur antea
34 quam inſinuetur donatio, non poterit inſinuatio fieri, Rebuf. *de donationib. inſinuand. artic.* 1. *gloſ. ultim. n.* 3. *tom.* 2. *fol.* 380. Baid. *conſ.* 167. *n.* 5. *lib.* 5. Surdus *conſ.* 9. *a num.* 53. *uſque ad* 56. Thuſc. *pract. tom.* 4. *verbo inſinuatio , concluſ.* 195. *n.* 39. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 531. *nu.* 3. & 26. & *tom.* 4. *cap.* 783. *n.* 5. *cum ſequentib.* Ayllon. *ubi proximè*, Anton. de Canar. *de inſinuat. par.* 1. *quæſt.* 29. Cyriac. *controverſ.* 10. *n.* 75. Antonel. *de tempore legal. dict. lib.* 1. *cap.* 34. *nu.* 2. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 8. *nu.* 86. Rubeus *de teſtamentis , cap.* 91. *n.* 32. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.* 60. *n.* 18. Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *prælud.* 2. *n.* 30. Tondut. *reſolut. civil. cap.* 57. *n.* 5. *ubi num.* 6. Limitat caſu in quo à ſtatuto fuerit deſignatum tempus trium , aut
35 quatuor menſium , ad inſinuandam donationem, nam tunc ait inſinuari poſſe mortuo donatore, & hæc eſt doctrina Ferrer *in addition.* ad Guid. Pap. *deciſ.* 325. Idem erit dicendum , ſi donatarius mortuus fuerit ante inſi-
36 nuationem, nam non poterit ab ejus hærede peti donationis inſinuatio , Baldus *dict. conſ.* 167. *n.* 5. Corneus *conſ.* 71. *num.* 15. *lib* 2. Canar. *de inſinuat. quæſt.* 29. Gratian. *diſcept. forenſ. dict. cap.* 783. *n.* 10. & 11. facultas enim inſinuandi donationem , non competit hæredi, Decius *in l. hæredem,* 59. *nu.* 7. *de regul. juris*, Aretin. *conſ.* 123. *in* 1. *dubio* , Menoch. *conſ.* 1222. *n.* 3. & 4. Gratian. *ubi proximè* , *n.* 5. imo juxta forum , per donatorem ipſum, & donatarium perſonalitèr debet inſinuatio fieri, *dict. for.* 22. *rubr. de donationib.* quia cum metus , aut timor in animo conſiſtat, & donator, debeat explicare in inſinuationis actu , non feciſſe donationem timore , aut metu , nequit hæc explicatio fieri ab hærede , cum ea quæ in animo conſiſtunt, per alios nequeant explicari , neque iſte affectus animi, in hæredem tranſire poteſt, *l. ſervus communis,* §. *final. ff. de adquirenda poſſeſ.* Tiraquel. *de retractu* , §. 1. *gloſ.* 10. *n.* 94. Surdus *deciſ.* 89. *n.* 10.

Ex ſupradictis obſerva , quod ſolus dona- 37
tor, & donatarius poſſunt petere , & facere inſinuationem donationis , & non alii, ut ex Magonio, & aliis docent Hermoſilla *in l.* 9. *tit.* 4. *partita* 5. *gloſ.* 16. *n.* 9. & licet aliqui vellint, quod creditor pro ſuo intereſſe, poſsit petere, quod inſinuetur donatio , Bart. *in l. ſi res* , *n.* 3. *ff. quibus modis pignus, vel hypotheca* , ubi Alexand. *in additionib. lit. D.* Monter *deciſ.* 42. *n.* 69. Certius eſt , non poſſe creditorem hanc petere inſinuationem,
niſi donator dederit in ipſa donatione man- 38
datum ſpetiale donatario , aut extra donationem tale dederit mandatum ſpetiale ad inſinuandum, debitorque donatarius donatio-
nem acceptatam habeat , quia tunc poterit 39
creditor eum compellere ad inſinuationem faciendam , Gutier. *de jurament. confirmator. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 12. & 14. Olea *de ceſsion. jurium , tit.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 16. Quod in noſtro Regno non poſſumus admittere , nam licet jure communi attento , poſsit conſtitui procurator ſpetialiter ad inſinuandam donationem , & rectè inſinuationem faciet talis procurator , Socinus *conſ.* 49. *nu.* 9. *lib.* 1. Gutier. *de jurament. confirmat. dict. cap.* 7. *nu.* 15. *tom.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 783. *n.* 1. *cum ſequent.* Carpzovius *in juriſprud. forenſ. par.* 2. *conſtit.* 43. *definit.* 4. *n.* 7. In Reg-
no nequit hæc inſinuatio fieri per procurato- 40
rem, etiam ſpetiale mandatum habentem , *d. for.* 22. *rubr. de donation.* ibi: *Precedent empero, è preſtat ſagrament, aixi per lo donador en ſa propria perſona , è no per Procurador alcu , encara que higuès eſpecial manament , com encara per lo donatari.* Et quod per procuratorem irrevocabilitèr conſtitutum ad inſinuandum, non poſsit inſinuari donatio, docent Gratian. *diſcept.* 783. Rubeus *de teſtam. cap.* 91. *n.* 42. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 4. & 5. Bonden. *de jure controv. colluctat.* 8. *n.* 88.

Inſinuatio iſta donationum, eſt actus juriſdictionis voluntariæ, Thuſc. *pract. lit. I. con-*
*cluſ.* 195. *n.* 18. & *concl.* 590. *num.* 2. Gayl. 41
*lib.* 2. *obſerv.* 123. *n.* 5. Tondut. *quæſt. civil. cap.* 56. *n.* 5. Antonel. *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 42. & *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 11. Et quia nullam cauſæ cognitionem deſiderat , poteſt quolibet die expediri, *l.* 2. §. *dies, ff. quis ordo in bonor. poſſeſ. ſervet.* Undè non ſolum die feriata, ſed die dominica, & in honorem Dei fieri poterit , Joannes Andreas *in addition. ad*

*ſpe-*



*ſpeculat. tit de inſtrumentor. edit.* §. *porrò,* Oldrad. *conſ.* 253. *factum tale eſt , n.* 2. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 6. ex quo inferunt DD. quod ubique poterit inſinuatio fieri , & à quocumque judice , Anton. de Canar. *de inſinuat. quæſt.* 12. Barthol. *in l. modeſtinus, ff. de donationib.* Sola *in conſtitut. Sabaud. tit. de regiſtrat. inſtrumentor. gloſſ.* 1. *n.* 4. Maſcard. *de interpretat. ſtatutor. concluſ.* 7. *n.* 31. Burat. *deciſ.* 76. *n.* 13. Lamberteng. *de contractib. eorum, quæ ſine certa ſolemnitate, gloſſ.* 2. *in verbo mulierum , n.* 33. Carpan. *ad ſtatut. mediolan. part.* 1. *cap.* 324. *n.* 85. quod reſpectu loci admiſſum habemus in praxi , nã inſinuatio fit, non ſolum in curia judicis ordinarii , ſed in domo donatoris , & poteſt fieri in vico , & quolibet alio loco, Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtit.* 12. *definit.* 18.
42 Sed quoad judicem , certius eſt , ſolum inſinuationem poſſe fieri à judice competente, Cancer. *ubi proximè , n.* 8. Maynard. *deciſ.* 56. *lib.* 2. Charond. *lib.* 4. *reſponſ.* 65. Tond. *dict. cap.* 56. *n.* 7. Oñate *de contractib. tom.* 2. *tract.* 10. *diſput.* 30. *n.* 99. & apud nos judex competens ad inſinuationem eſt ordinarius, ſive juſtitia, *dict. for.* 22. *rubr. de donat.* ibi : *O demoſtrada al Jutge ordinari.* D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 110. *n.* 19.

43 Sed quis erit judex ordinarius competens ad hanc inſinuationem faciendam ? & pro regula, tene, quod judex ordinarius, cui ſubeſt donator , vel cui ſubeſt res donata, & in illius reperitur territorio , erit competens ad hanc inſinuationem faciendam , Guido Pap. *deciſ.* 325. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 84. *n.* 51. Canc. *dict. cap.* 8. *n.* 7. Tondut. *dict. cap.* 56. *n.* 23. Oñate *dict. diſput.* 30. *n.* 99. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtit.* 12. *definit.* 18. *n.* 6. Licet non ſit neceſſe , nam etiam ſi non ſubſit res donata, aut donator judici ordinario , poterit coram illo inſinuatio fieri, modo juriſdictionem habeat ordinariam; Carpzovius *ubi proximè*. Si donator fuerit clericus , & donatarius laicus , & bona dona-
44 ta fuerint immobilia , quia reſpectu horum bonorum, tota juriſdicto in Regno reſidet in judice laico , ut probatur, *ex for.* 6. *rubr. de juriſdict.* inſinuatio fieri debet coram judice layco. Idẽ erit ſi bona donata non fuerint immobilia , ut docent Martã *de juriſdict. par.* 4. *caſu* 109. *per tot.* Anſald. *de juriſdict.* 3. *part. tit. unic. cap.* 14. *n.* 16. Tondut. *dict. cap.* 56. *n.* 24. ſi laycus clerico donet , & bona donata ſint immobilia , debet inſinuatio fieri coràm judice layco , & idem procedet ſi bona donata non fuerint immobilia, Marta *dict. part.* 4. *caſu* 109. Tondut. *dict. cap.* 56. *n.* 25. Et ſi tam donator , quam donatarius clerici fuerint , eſto bona donata immobilia non fuerint, poterit inſinuatio corã in judice ordinario layco fieri, nã ad inſinuationem faciendam non deſideratur cognitio cauſæ , ut notant Curia Philipica *par.* 1. §. 5. *n.* 28. & 30. Siguenza *de clauſulis, c.* 20. *n.* 7.

Poteſt etiam quocunque in tempore inſi- 45
nuari donatio, nam etſi vellint multi quod ſolum intra triginta annos poteſt fieri , tamen verius , & certius eſt , quod donatio etiam elapſis triginta annis, & in quolibet tempore inſinuari poteſt , Canar. *de inſinuat. quæſt.* 3. Reminald. junior *in* §. 1. *n.* 211. *inſtitut. de actionibus,* Mozzius *de contractibus, tit. de donat. cap. de ſubſtantialib. donat. num.* 9. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 783. *num.* 33. Ayllon. *in additionib.* ad Gomezium *tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 7. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 34. *nu.* 1. Antunez *de donat. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 3. *num.* 34.
Elapſis autem triginta annis , à die factæ do- 46
nationis , præſumitur inſinuata donatio , & cenſeri debet interveniſſe inſinuationem, quia ſolemnitas extrinſeca, Grabiel *de præſumptionib. concl.* 1. *num.* 56. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 474. *num.* 12. & *cap.* 869. *num.* 4. Cavaler. *deciſ.* 575. *num.* 11. Burat. *deciſ.* 120. *num.* 37. Rota *in recentiſsimis , deciſ.* 682. *nu.* 18. *cum ſequentib. par.* 4. *tom.* 3. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 15. Anſald. *de juriſdict.* 3. *par. tit. unic. c.* 14. *per tot.* Olea *de ceſsione jurium , tit.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 13. Paul. Meli *poſt obſervationes , deciſ.* 79. *n.* 6. Rubeus *de teſtament. cap.* 97. *n.* 299. & *cap.* 98. & 99. *per tot.* Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 2. *n.* 82. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.* 29. *n.* 12. Et ita deciſum reperitur à noſtro graviſsimo Senatu, Regia ſententia publicata per Daza, *die* 9. *Martii* 1630. inter Auguſtinum Agramunt de Siſternes, & Monaſterium Sancti Dominici noſtræ urbis. Et multo magis præſumi debet inſinuatio ſi cum temporis lapſu, obſervantia donationis concurrat , & poſſeſsio rerum donatarũ in donatario, Paul. Meli *in obſervationib.* ad Caſtillo *cap.* 11. *n.* 14. Carol. Carus *in ſylv. term. arb.* 9. *n.* 94. Anſald. *de juriſdict.* 3. *par. tit. unic. c.* 14. *per tot.* Coccin. *deciſ.* 469. *n.* 6. Beltramin. ad Gregor. XV. *deciſ.* 152. *n.* 4. Addent. ad Burat. *deciſ.* 152. *n.* 6. Rota *deciſ.* 175. *n.* 13. & 256. *n.* 1. & 2. Otthobo. *deciſ.* 220. *n.* 22. Urceolo *de tranſactionib. quæſt.* 24. *n.* 47.

Nunc inquiramus , an oppoſita nullitate, ex 47
defectu inſinuationis contra donationem , inſinuari poſsit donatio, & videtur inſinuari nõ poſſe legitimè , ut per text. *in authent. eo decurſu , Cod. de donationib. ante nuptias* , probat Angelus *conſ.* 179. *n.* 7. & *eum ſequuntur,* Alexand. *conſ.* 237. *n.* 3. *lib.* 6. Ruin. *conſ.* 44. *n.* 21. *lib.* 2. Pelaes *de majoratib. quæſt. ultim. in fin. n.* 21. Cephal. *conſ.* 745. *n.* 13. *lib.* 5. Tiraquel. *de retract. lignager.* §. 8. *gloſſ.* 7.

*num.*

num. 26. Peregrin. *conſ.* 76. *n.* 23. *lib.* 1. Thuſc. *verbo inſinuatio, concluſ.* 197. *n.* 18. Bocac. *in conſtit. Marchiæ, verbo, minor, gloſſ.* 5. *n.* 17. Mozzius *de contractib. tit. de donationib. cap. de ſubſtantialib. donationis, n.* 12. Hodierna ad Surd. *deciſ.* 70. *n.* 6. Queſada, & Pito *diſſert.* 13. *n.* 79. Contrarium tamen judico tenendum, & poſſe rectè, poſt oppoſitam nullitatem, inſinuatio fieri, quia cũ per inſinuationem ſuperveniat jus actori ex cauſa de præterito, convalidatur judicium etiam nullum, *l. ſi rem mihi dederis, §. final. ff. de pignoratitia actione, l. ſi mandavero, ff. mandati*, quod procedit, etiam ſi tale jus ſuperveniat pendente appellatione, Ruin. *conſ.* 12. *n.* 8. *lib.* 4. Bald. *in l. per hanc, col.* 2. *n.* 6. *C. de temporib. appellationum*, & quod poſsit donatio inſinuari, poſt oppoſitam nullitatem, docent Corneus *conſ.* 221. *Quia in hac cauſa, colum. ultim. in principio, lib.* 1. & *conſ.* 36. *n.* 1. *lib.* 3. Bald. Barthol. *inter conſ.* Socini *conſ.* 78. *nu.* 1. Anton. de Canar. *de inſinuat. quæſt.* 3. *per tot.* Riminald. junior *in §.* 1. *n.* 209. *inſtitut. de donationib.* poſt Joann. Fabr. *ibidem*, & *in §. & cum retro, n.* 5. *ad medium*, Caſtrenſis *in l. univerſa* 4. *n.* 5. *Cod. de precib. imperatori offerendis*. Riminald. junior *conſ.* 72. *n.* 77. *lib.* 1. Magon. *deciſ. florentin.* 64. *alias* 65. *n.* 43. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 531. Becc. *conſ.* 66. *n.* 3. *volum.* 1. Cyriac. *controverſ.* 10. *n.* 76. & *controv.* 128. *n.* 17. Antunez *de donationib.* 1. *part. prælud.* 2. *n.* 29. & *cap.* 3. *lib.* 1. *n.* 31.

48 Sed an juramentum donationi adiectum, inſinuationis defectum ſuppleat, diſputant communiter DD. aliqui tenent non ſufficere juramentum, niſi renuntiationi inſinuationis addiiciatur, Cravet. *conſ.* 119. *n.* 1. Menoch. *conſ.* 461. *n.* 28. & *conſ.* 465. *n.* 16. Gutier. *de jurament. confirmator. cap.* 7. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 231. *n.* 11. & *cap.* 531. *n.* 34. Cyriac. *controv.* 10. *num.* 47. 79. & 97. Larrea *deciſ.* 76. *n.* 40. Deixart. *deciſ.* 41. Buccafer. *conſ.* 110. *n.* 16. Sed communis Doctorum ſcola tenet, quod juramentum ſolum adiectum donationi, ſupplet inſinuationis defectum, Anton. Gomez. *variar. tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 8. Mozzius *de contractibus, tit. de donationib. cap. de ſubſtantialib. donationis, n.* 20. Gutierr. *in l. nemo poteſt, ff. de legatis,* 1. *nu.* 341. Cevallos *com. contra com. quæſt.* 222. *n.* 13. Molina *de juſtit. & jure diſput.* 278. Cancer. *variar. dict. cap.* 8. *n.* 5. *cum ſequent.* Fachin. *controverſiar. lib.* 12. *cap.* 48. Muta *deciſ.* 25. *n.* 26. Anſald. *de juriſdict.* 3. *par. tit. unic. cap.* 14. *à n.* 31. Coſta *de retrotract. cap.* 8. *caſu* 24. *à n.* 10. Fontan. *de pactis nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 29. *n.* 5. Hermoſilla *in l.* 9. *tit.* 4. *par.* 5. *gloſ.* 15. *à n.* 18. Thomat. *deciſ. macerat.* 68. *n.* 45. Giovagnol. *conſ.* 83. *n.* 29. *cum ſequentib. lib.* 1. Spada *conſ.* 235. *n.* 9. & 10. *lib.* 2. Burat. *deciſ.* 76. *n.* 11. Ferentil. ad eundem Burat. *deciſ.* 924. *n.* 18. Gallerat. *de renuntiatione, tom.* 2. *cap.* 9. *n.* 2. *cum ſequentib.* Andreol. *controverſ.* 6. *n.* 37. Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 29. *n.* 1087. & 1975. Olea *de ceſsione jurium, tit.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 15. Ayllon. *in additionib.* ad Gomezium *dict. tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 9. Rota *deciſ.* 58. *num.* 53. *par.* 6. & *deciſ.* 381. *n.* 23. *par.* 9. *tom.* 2. *recentiſsimar.* Caſtillo *de aliment. cap.* 11. *n.* 4. & ibi Paul. Meli *n.* 3. Bocius *de dote tom.* 1. *cap.* 10. *nu.* 69. *cum ſequentib.* Fenſon. *ad ſtatut. urbis, cap.* 150. *n.* 49. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 46. Carol. Carus *in ſylv. term. arb.* 9 *n.* 40. Zachias *de obligat. cameral. deciſ.* 4. *ſub n.* 11. Oñate *de contractib. tom.* 2. *tract.* 10. *diſput.* 30. *n.* 146. *verſ. ſextum,* Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 2. *n.* 78. Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.* 28. *n.* 18. *diſcurſ.* 29. *num.* 11. *diſcurſ.* 33. *num.* 10. & *diſcurſ.* 60. *n.* 11. & 12. & *de renuntiat. diſcur.* 6. *n.* 24. Quamvis non deſint multi tenentes, non ſufficere juramentum, ut valeat donatio abſque inſinuatione, Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 8. *tit.* 38. *definit.* 5. Daniel. Moll. *ad conſtitut. elect.* 14. *n.* 8. *par.* 2. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. par.* 2. *conſtitut.* 49
12. *definit.* 14. *n.* 11. & 12. Sed de hiis omnibus parum in Regno curare debemus, nam prohibitum eſt notariis, ſub pœna amittendi notariatus officium, quod in donationum inſtrumentis recipiant juramentum, neque interponant renuntiationem aliquam fori inſinuationem jubentis, quod ſi ſecus fiat, neque juramentum, neque renuntiatio, ſupplere poſsint inſinuationis defectum, neque validitatem aliquam habeant, *dict. for.* 22. *rubr. de donationib.* ibi: *E manàm à tots, è ſengles Notaris, ſots pena de perdre lo ofici, que en alguna carta de donaciò, ſobre puixant la dita ſumma, no poſen, ni meten ſagrament, ne renunciaciò del preſent fur, è ſi contra ſerà fet, que els dits ſagrament, è renunciaciò, no agen algun effecte de inſinuaciò, ne alguna valor.*

Ante inſinuationem factam, dominium rerum donatarum, non adquiritur donatario, 50
etiam ſi res donatæ ei fuerint traditę. Rebuf. *de donationis inſinuatione, art.* 1. *gloſ.* 6. *tom.* 2. *fol.* 178. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 783. *n.* 25. Ayllon. *in additionib.* ad Gomezium *tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 7. Quod procedit etiam in donatione præſumpta, nam hæc requirit inſinuationem, Joann. Baptiſt. Silvatic. *conſ.* 44. *nu.* 67. Treuler. *conſ.* 3. *n.* 61. & 142. & *conſ.* 4. *n.* 44. Cyriac. *dict. controverſ.* 10. *n.* 72. & 74. Et caſu in quo reperitur facta donatio inter conjunctos, idem erit dicendum, nam
non minus deſideratur inſinuatio in donatio- 51





nibus factis inter conjunctos, quam in factis inter extraneos, Bimius *conſ.* 303. *n.* 81. & 82. Barboſ. *de jure univ. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 22. Mundus *conſ.* 19. *n.* 39. *lib.* 2. Guillelm. Anch. *de reſcript. & morator. concl.* 48. *ſub n.* 139. *l.* 5. & *deciſ.* 461. *n.* 1. Rota *deciſ.* 34. *n.* 5. & *deciſ.* 58. *n.* 48. & *deciſ.* 65. *n.* 3. & *deciſ.* 118. *n.* 5. & *deciſ.* 259. *n.* 3. *par.* 6. *recẽt.* & *dec.* 69. *n.* 14. *par.* 7. *recẽt.* Barat. *dec.* 7. *n.* 5. Buccaf. *conſ.* 78. *n.* 18. & *conſ.* 110. *n.* 14. Rojas *dec.* 304. *n.* 8. Caruſ. *in ſylv. term. arb.* 9. *n.* 3. Antonel. *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 16. Rubeus ad Rot. *dec.* 1. *n.* 16. *in adnotat. par.* 8. Oñate *de contract. tom.* 2. *diſp.* 30. *n.* 146. Andreol. *controv.* 240. *n.* 22. Card. de Luca *de donat. diſc.* 60. *n.* 15. Quid autẽ de donatione Patris reſpectu filii tenendum ſit, dixi *n.* 30. Et jam Senatus cenſuit donationem à patre in favorem filii factam, inſinuandã eſſe ſententia per Deona, *die* 24. *Novembris* 1588. in favorem Joannis Colomina, & contra D. Bernardum Tarrega, & docent Giovag. *conſ.* 83. *n.* 26. Andreol. *cont.* 240. *n.* 23. Ciroch. *diſcep.* 45. *n.* 24. & *diſcep.* 52. *n.* 10. Govius *conſult.* 19. *n.* 6.

52 Non poterit deveniri ad inſinuationẽ, niſi inſtrumentum publicũ de donatione reperiatur factum, nam et ſi juris communis regulis attẽtis, donationes ſine ſcriptura factę validitatem haberent, & ſcripturis privatis, aut teſtibus poterãt probari, *§. aliæ autẽ, inſtit. de donat. l. ſi aliquid* 13. *C. de donat.* docet ex Boer. D.Leõ. *tom.* 1. *dec.* 38. *n.* 1. Pichard. *in d. §. aliæ autẽ, inſtit. de donat.* tamen in Regno, donatio excedens ſummã centum morabatinorum, vel quinquaginta librarum, quod idem eſt, ſi fiat ſine interventu ſcripturæ publicę, nullius momenti erit. *for.* 21. *rub. de donat.* ibi: *Nengũ hom no puſque fer a altre donaciò de cent morabatins en ſus menys de carta, è ſi ho fa que no haja valor.* Refert deciſum, D.Leon *d. deciſ.* 38. *n.* 2. & *to.* 2. *dec.* 205. *n.* 35. de ſimili ſtatuto mentionem facit, Antonel. *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 11. Et quod donatio excedens ſummã quinquaginta librarum, ſi abſque inſtrumento publico fiat, nullius ſit momenti, judicavit Senatus ſentẽtia per Daza, *die* 29. *April.* 1609. inter Barbaram Moreno, & de Granada, & Juliã Simò, & alia per eundem *die* 1. *April.* 1616. inter Fratrem Sebaſtianum Garcia, & Hieronymũ Bayà, & alia inter eaſdẽ partes publicata, *die*
53 27. *Julii* 1616. Quod limita in donatione cõtemplatione matrimonii certi, nam licet nulla interveniat publica, aut privata ſcriptura, validitatem habebit, & poterit teſtibus probari, *l. fin. §. ſanccim. C. de jur. dotium,* ita à Senatu noſtro deciſum refert, D.Leon. *d. deci.* 38. *n.* 2. & *tom.* 2. *dec.* 205. *n.* 35. Et judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 10. *Decembr.* 1636. inter Joannem Font & Mathiam Franciſcã, & Eugeniam Font. Limita etiã in donatione annua non excedente quinquaginta libras quotannis, nã ſi facta fuerit durante vita tantũ donantis, aut donatarii, quia in quolibet anno donatio diverſa cenſetur, erit valida abſque inſtrumento publico, argum. tex. *in l. ſanccim.* 34. *§. ſi quis autẽ,* 4. *C. de donat.* ſecùs ſi ultra vitã donantis fiat, aut donatarii, *d. l.* 34. & non poteſt inobſervari illud, quod donatio abſq; inſtrumento publico, ſolum in exceſſu centum morabatinorum erit nulla, quia uſque ad ſummã quinquaginta librarum validitatem habebit, & teſtibus, aut ſcriptura legitimè probabitur, etiam ſi majoris ſummæ fuerit, ut notat Jafer. *in d. for.* 21. & Senatus noſter decrevit apud D.Leon *d. deciſ.* 38. *n.* 3.

Hæc omnia intellige de donationibus inter vivos factis, quæ incontinenti ſortiuntur effectum, aut poſt donatoris mortem, nam iſte, ſunt propriè donationes inter vivos, & quamvis effectum ſuum non habeant, niſi poſt donantis mortem, incontinenti perfectæ remanent quoad validitatem, & irrevocabilitatem, & omnes alios effectus, ut notant Tiraquel. *de conſtit. limit.* 2. *n.* 18. Patiſius *conſ.* 11. *n.* 9. *lib.* 1. Nata *conſ.* 453. *n.* 1. *lib.* 2. Oldrad. *conſ.* 114. Bolognet. *conſ.* 7. *n.* 101. Menoch. *de præſumption. lib.* 3. *præſumpt.* 35. *n.* 36. & 37. Thuſc. *lit. C. concl.* 789. *n.* 1. Amat. *reſol. forenſ.*
*par.* 2. *reſol.* 62. *n.* 11. & 8. Alitèr tenendum eſt 55
de donationibus cauſa mortis, quæ fiunt ab egroto, aut in aliquo mortis periculo poſito, velvti navigationis, peregrinationis, belli, morbi, peſtilentiæ, facta mentione, & commemoratione mortis, nam hujuſmodi donationes non indigent aliqua inſinuatione, juxta tex. expreſſum *in l. final. C. de donation. cauſa mortis,* docent Gloſ. Bartol. Bald. Angel. Salicet. & communiter DD. *in d. l. final.* Anton. de Canar. *de inſinuation.* 2. *par. quæſt.* 7. *n.* 7. Anton. Rub. *conſ.* 59. *n.* 1. Marzar. *conſ.* 61. *n.* 11. Dueñas *regul.* 224. *limit.* 12. Mozzius *de contract. d. cap. de ſubſtantialib. donation. n.* 15. Raguell. *in comment. ad deciſ. Juſtinian. lib.* 8. *ad l. ultim. C. de donatio. cauſa mortis.* Anton. Faber. *in ſuo C. lib.* 3. *tit.* 20. *de in officioſ. donationib. definit.* 6. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 8. *tit.* 57. *verſ. addo rationem, in fin.* Cutell. *de donationib. tractat.* 1. *diſcurſ.* 2. *art.* 3. *n.* 4. Antonel. *de tempo. legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 30. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 6. *n.* 64. Cardin. de Luca *de donation. diſcurſ.* 60. *n.* 30. Antunez *de donation. tom.* 1. *lib.* 1. *prælud.* 2. *§.* 3. *n.* 108. & 109. & hac de cauſa, abſque inſtrumento publico poterit fieri hæc mortis cauſa donatio, etiam ſi excedat ſummam centum morabatinorum, quia forus intelligi debet de donatione inter vivos, & non de mortis cauſa donatione, quæ abſque ſcriptura fieri poteſt, *d. l. fin. C. de donation. cauſa mortis.* Raguell. & Arnold. Corvin. *ubi prox.* fori enim ſemper debent intelligi, & eo modo interpretari, quo minus jus cõmune corrigatur, *l.* 2. *ff. de noxalib. action.* Barto *in l.*

*omnes populi,n.6.ff. de juſtit. & jure*,ubi Jaſſon *n.62*. Valenz. *conſ.* 23.*n.69*. D.Matheu *de regim. cap.* 11. §. 2. *n.*72.

56 Solum remanet advertere, quod nullitas defectus inſinuationis,nequit à tertio opponi, ſed ſolum ipſe donator impugnare poteſt donationem factam ſine inſinuatione, Pignatel. *ad ſtatut. Ferrarier.lib.*12.*tom.*2.*rub.*70.*n.*25. Cardin. de Luca *de donat.diſcurſ.*60.*n.6*. Noviſsimè Doctiſsimus Senator Bonaventura Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 53. Pechii *de aquæduct. tom.*1. *cap.*2. *q.*4.*n.*14.Bonde. *de jure controv. collect.*8.*n.*75.Licet ipſe Bonden. *n.*78. dicat, poſſe hanc nullitatem à tertio allegari,& deduci. Idem tene de donatario, nam ſi præſens reperiatur, & acceptans donationis tempore, non poterit opponere inſinuationis defectum, neque ille,neque illius hæres, Tond.*quæſt.Canonicar. tom.*2. *q.96.n.*2. & deciſum fuit à Senatu, ſententia per Daza,*die 9. Martii* 1630. inter Auguſtinum Agramunt, & Conventum Divi Dominici. Quamvis non ſine fundamento, admitti poterat Bondeni doctrina in Regno,quia forus annullat donationem, & quando ſtatutum annullat contractum, aut actum, poteſt nullitas à tertio proponi,Alciat. *reſpõſ.* 43.*ſub n.*12. *lib.*2. Peregrin. *conſ.*19.*n.*19. *lib.* 3. Cyriac. *controv.*205. *n.* 25. Anton.Govius *conſul.*19.*n.6*. Paritèr menti tenendum eſt non
57 poſſe inſinuationi renuntiari,Anton.Faber. *in ſuo C.lib.*8.*tit.*38. *defin.*5. *n.*4. Oñate *de contr. tom.*2.*tract.*10. *diſp.*30. *n.*146.*verſ.quartũ dubium*. Cardin. de Luca *d. diſc.* 60. *n.* 2. & 20. Carpzov. *in juriſpr.forenſ.par.*2. *conſtit.*12.*definit.*14.*n.*12. & 13. Et donationem incipere
58 valere à die inſinuationis, & nõ antea, Cancer *var.part.*1.*cap.*8. *n.*20. Seſsè *deciſ.*25.*n.*10. & 11.Antonel.*de tempor.legal.d. lib.*1.*cap.*34.*n.*7. Carpzov. *in juriſpr.forenſ.par.*2.*conſtit.*12.*definit.* 17.*n.*1. Antun. *de donat.tom.*1.*lib.*1. *prælud.*2.*n.*28.& *cap.*3.*n.*31. Anton.Faber. *in ſuo C.lib.*2. *tit.*4.*de tranſact. defin.* 10. Urceol. *de tranſact.q.*67.*n.*20.ubi ex Fabro docet,non ita eſſe in tranſactione, nam validitatem habet à die,quo fuit facta, abſque eo quod ſit neceſsè ſpectare inſinuationis diem,ut validitatem habeat,Cutell.*de donat. diſcurſ.*3.*par.6.n.*15. & 16. Rubeus *de validitat. legal. cap.*91.*n.*28. & 41. Anton. Govius *conſul.*19. *n.6*.

La practica de hazer eſtas inſinuaciones en
„ el Reyno,es,que el donador,y el donatario 59
„ comparecen perſonalmente ante el Juſticia „ civil, y refieren, que ſe ha recibido la dona„cion de tales bienes por T.Notario,pidien„do, que ſe inſinue,propueſta una eſcritura, „ hecho lo qual ſe provee que preſten el jura„mento, y en continente el donador jura en „ manos del Juſticia,que hizo la donacion li„bre, y eſpontaneamente ſin inducciõ,ni ſe„duccion,ni por fuerza, miedo, ò amenazas, „ ni con animo de defraudar ſus acrehedo„res,y el donatario jura tambien, que no in„duxo,ni engañò al donador para que le hi„ziera la donacion,ni menos que para ello le „ hizo fuerza,y amenazas,ſino es que libre,y „ eſpontaneamente la hizo, ſin animo de de„fraudar los acrehedores, jurado lo qual, el „ Juſticia interpone ſu autoridad, y queda la „ inſinuaciõ hecha;de todo lo qual recibe inſ„trumento publico, y le publica delante de „ teſtigos el Eſcrivano de la Corte,y ſe conti„nua, y regiſtra en los libros de la Corte, y „ la eſcritura,y inſtancia, y todo lo demàs de „ la inſinuacion,ſe haze en la forma ſiguiente,

Anno à Nativitate Domini milleſsimo ſexcenteſsimo octuageſsimo ſeptimo, die vero intitulato,22.menſis Maii, davant la preſencia del Magnifich Juſticia, en les cauſes civils de la preſent Ciutat de Valencia,y Jutge ordinari de aquella,eo en ſa Cort,y Audiencia, perſonalment comparegueren F. T. y S. T. infraſcrits,los quals poſaren la eſcritura de requeſta del tenor ſeguent.

IHS. Davant la preſencia de v.md. lo Juſticia en lo civil de la preſent Ciutat de Valencia,perſonalment conſtituits F. T. y S. T. diuhen,com ab acte rebut per T. Notari en T. de T.mes, y any, lo dit F. T. feu donaciò de una caſa,y T. terres, ſituades, &c. ſots les afrontacions en dit acte contengudes, la qual donaciò ſe ha fet à favor del dit F. T. ab los pactes, condicions, y obligacions en dit acte contengudes, al qual ſe refereixen; è com ſemblants donacions, juxta forum ſe hajen de inſinuar, y manifeſtar pera validitat de aquelles.

Perço ab los preſents eſcrits, dihuen, que inſinuen, y manifeſten à v.md. y Cort ſua lo dit acte de donaciò, com eſtiguen promptes à preſtar lo jurament acoſtumat, quo facto, requirixen ſien per v.md. interpoſades les ſues autoritat, y decret judicials en lo dit acte de donaciò,y inſinuaciò, y manifeſtaciò. Per ſer aixi, &c. cumpliment,&c. implorant, &c.

Et incontinenti lo Magnifich F. T. Ciutadà, Juſticia en lo civil de la preſent Ciutat, exigì jurament dels dits F. T. y S. T. ço es,lo dit F. T.donador, jura à Noſtre Señor Deu, &c. que aquell no es eſtat induit,ceduit, forçat, ni amenazat pera que fes la dita donaciò,ſino que ha fet aquella lliure, y eſpontaneament, y per les cauſes,y rahons en aq̃lla contengudes,è ſens frau,ni per fraudar crehedors alguns, & etiam jura lo dit F. T.donatari à N.Sr.Deu,&c.q̃ aq̃ll no ha induit,ceduit,forçat, ni amenaçat al dit S. T.pera que fes dita donaciò, ſino es q̃ li ha fet aquella lliure, y eſ-



eſpontaneament, y per les cauſes, y rahons en aquella contengudes, è ſens frau, ni per defraudar acrehedors alguns. E lo dit Juſticia, viſtes dites coſes, y exigits dits juraments, dix que interpoſa les ſues auctoritat, y Decret judicials en lo dit acte de donaciò, y inſinuaciò, y manifeſtaciò.

Eſſent preſents per teſtimonis à dites coſes F. T. y S. T. Llauradors, habitadors de Valencia. *Recepit Ludovicus Añon, Notarius, & Scriba*

# CAPUT IV.

## *DE MANIFESTATIONE donationis, & aliorum inſtrumentorum.*

### SUMMARIUM.

1 *Donationes in Regno non ſolum debent inſinuari, ſed etiam manifeſtari curiæ juſtitiæ, & judicis ordinarii donatoris.*
2 *Manifeſtatio donationis non requiritur de jure.*
3 *Donationis manifeſtatio in Regno inducta, ut fraudibus occurratur.*
4 *Donationis manifeſtatio fit, ut contrahentes inveniant in loco publico deſcripta bona donata à perſonis, cum quibus contrahunt.*
5 *Manifeſtatio donationis fit juſtitiæ loci, ubi domiciliatus eſt donator, etiam ſi alibi celebretur contractus.* 6 *Et ſi alii juſtitiæ, quam domicilii donatoris fiat, nulla erit manifeſtatio.*
7 *Donationis ſubſtantia debet conſcribi in libro manifeſtationum, qui liber omnibus exhiberi debet.*
8 *Manifeſtatio differt ab inſinuatione.*
9 *Manifeſtatio fit ſcribæ curiæ, inſinuatio judici, & quomodo manifeſtatio fiat lite cepta.*
10 *Donatio non inſinuata nulla in exceſſu, non manifeſtata non eſt nulla quoad donatorem, & ejus hæredes.* 11 *Sed ſolum quoad creditores donantis.*
12 *Nullitas donationis non manifeſtatæ non allegatur ab omnibus, ſed à creditoribus donantis, quorum favore nullitas inducitur.*
13 *Manifeſtari debent omnes donationes,etiam factæ filiis.*
14 *Donationes cauſa dotis, aut propter nuptias, aut contemplatione matrimonii certi, non indigent manifeſtatione, & quid de factis cauſa matrimonii incerti.*
15 *Donationes contemplatione matrimonii,non præſumuntur factæ animo fraudandi.*
16 *Donationes contemplatione matrimonii ſpiritualis certi, non egent manifeſtatione.*
17 *Donationes factæ Eccleſiis,aut piis locis debent manifeſtari.*
18 *Donatio non manifeſtata in nulla ſumma remanet valida.*
19 *Donatione non manifeſtata, bona donata remanent obligata, & hypothecata creditori contrahenti cum donante poſt donationem.*
20 *Excuſio eſt neceſſaria in Regno, ut agatur hypothecaria, aut revocatoria, ob fraudem creditorum.*
21 *Bona mobilia hypothecari poſſunt, & quo modo hoc intelligatur in Regno.*
22 *Manifeſtationis defectus,non operatur nullitatem abſolutam, ſed limitatam, ut hypothecata remaneant bona creditori poſtea contrahenti.*
23 *Manifeſtationis defectus nullitatem inducit, ſolum reſpectu creditorum contrahentium cum donante poſt factam donationem.*
24 *Paccamenta dotis matrimonio conſtante facta, debent manifeſtari, & regiſtrari in eodem libro, quo donationes regiſtrantur, ut noceant creditoribus mariti, & in qua curia debeat fieri manifeſtatio.*
25 *Praxis faciendi manifeſtationẽ donationis.*
26 *Manifeſtare debet notarius quitamenta, & cancellationes cenſualis, violarii, & debitorii infra tres dies ſub variis pœnis.*
27 *Fori vis in decreto conſiſtit.*
28 *Tabelliones debent in proceſsibus inſtrumenta arreſti, & alia ponere.*
29 *Regiſtrari debent in curiis decretationes curatorum, declarationes jure vinculi, & ab inteſtato ſub diverſis pœnis.*
30 *Regiſtrari debent oblationes bonorum immobilium, venditiones curiæ, depoſita pecuniæ, & alia, ut decreta.*

Donationes non ſolum debent inſinuari in Regno, ut diximus, ſed etiam manifeſtari curiæ juſtitiæ, & judicis ordinarii donantis, ut donationis ſubſtantia conſcribatur, & regiſtretur, ab ſcriba curiæ, in libro, qui ſingulis annis ad hunc effectum debet deputari, *for.*18.*rubr.ſolut.matrim.for.*17. *eod.* ibi: *Los dits pagaments, è donacions hajen à eſſer eſcrits, almenys la ſuſtancia de aquells, en un llibre, ò regiſtre, que es faſſa caſcun any en la Cort del Juſticia civil de la Ciutat de Valencia,* 1

 è

*è en les altres Ciutats, è Viles Reals, en la Cort
del Juſticia major de les dites altres Ciutats, Vi-
les, è Llocbs del Regne*, docent Tarazon. *lib.* 2.
*inſtit. foral. tit.* 12. *de nupcies, y del dot. verſ. ſi
per lo marit*, D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 110. *n.* 3. *cum
ſeqq.* & *tom.* 2. *deciſ.* 137. *n.* 7. *cum ſeqq.* Simile
ſtatutum reperitur Sabaudiæ, & in Civitate
Avenionenſi, & aliis partibus, ut teſtantur, So-
la *in comment. aucalis* Patriæ *Ciſmontanæ, tit.
de regiſtrat. inſtrument. gloſſ.* 1. *n.* 4. Bellus *conſ.*
176. *n.* 14. & 15. D. Leon *d. deciſ.* 110. *n.* 4.
Tondut. *reſol. civil. cap.* 56. *n.* 3. & 4. Bonden.
*de jure controverſ. colluctat.* 8. *n.* 83.
2 Statutum noſtrum donationis manifeſta-
tionem præcipiens, quamvis contra jus com-
mune ſit (nam jure communi, ut donatio om-
nibus præjudiciũ afferat, non eſt neceſſè, quod
poſt inſinuationem alicui manifeſtetur, aut in
aliquo loco publico deſcribatur, *l. in donat. l.
ſancimus, cum aliis, C. de donat.*) equiſsimum
tamen eſt, & non ſine magna ratione ſtabili-
3 tum, quia fraudibus non eſt aperienda via, *l.
infundo, ff. de rei vindic. l. qui ſub prætextu. C. de
Sacroſ. Eccl. l. ſi cum lis, ff. de tranſact. cap. por-
rò, de divort. clem.* 1. *de uſuris*, imo occurren-
dum eſt opportunis remediis, ut fraudes ob-
vientur. Decian. *conſ.* 4. *n.* 33. *lib.* 1. Theſc. *pract.
tom.* 4. *lit. F. concl.* 475. *per tot.* Marius Antonin.
*var. lib.* 1. *reſo.* 50. *n.* 31. & *reſol.* 66. *n.* 5. Pyrrh.
Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 10. *cap.* 5. *n.* 5. & 6.
& ſtatutũ noſtrũ factum fuit, ut occurreretur
fraudibus, ut in ipſo foro 17. dicitur, ibi: *Per
tolre grans fraus, que es fan en lo preſent Regne
en los contractes, è obligacions, &c.* Eveniebat
enim in Regno, quod habentes bona, faciebant
donationes eorum cautè, & contrahentes cum
donantibus, cogitantes quod poſsidebant bo-
na ad ſecuritatẽ contractuũ ſufficientia, inibãt
ignorantes, & bona ſine contractus, & diſcoo-
pertis poſtea donationibus, & alienationibus,
decepti remanebant, & ſeducti; ne ergo hæc
evenirent, & ut contrahentes, & quilibet alii
4 poſſent ſcire, an perſona cum qua contrahũt,
bona donata haberet, aut alienata, ſtabilitum
fuit in foro, quod hujuſmodi donationes, &
alienationes, in loco deſcriberentur publico,
& omnibus innoteſcerent, ut quilibet ante cõ-
tractum inquirere, & videre poſſet, an perſo-
na cum qua contractum inire deſiderabat, ha-
beret bona donata, & alienata, & non poſſet
decipi, ut colligitur, *ex d. for.* 17. & 18. *rubr.
ſolut. matrim.* & tradunt D. Leon *dec.* 110. *tom.*
1. *n.* 3. & *deciſ.* 137. *n.* 12. *tom.* 2. Bellus *conſ.*
177. *n.* 14. & 15. Tond. *d. cap.* 56. *n.* 3. & 4. Pyr-
rhus Corrad. *in prax. diſp. d. lib.* 10. *cap.* 5. *n.* 5.
5 Sed ne incerto eſſet, ubi donationes repe-
riri poſſent, non fuit data facultas manifeſtan-
di illas generaliter in qualibet curia judicum
ordinariorum Regni, ſed ut certo inveniri
poſſet notitia donationis factæ, ſtatutum fuit,
quod manifeſtatio donationis, ſolum fiat cu-
riæ juſtitiæ in cujus territorio donator reperi-
tur domiciliatus, etiam ſi in alio loco, aut par-
te donationem fecerit, ut habetur, *in d. for.* 18.
*ſolut. matrim.* Manifeſtatio enim, ut ſuum de-
bitum operetur effectum, ſemper facienda eſt
curiæ judicis ordinarii in cujus territorio ha-
bet donãs domiciliũ ſuum, Bellus *d. conſ.* 177.
*n.* 14. Tond. *d. cap.* 56. *n.* 3. & 4. quod proce-
dit, ſive donatio fuerit facta in qualibet Villa,
aut Civitate Regni, & extra locum domicilii
donantis, ſive extra Regnum, aut bona donata
reperiantur extra territorium domicilii donã-
tis, nam quolibet in caſu, regiſtratio, & mani-
feſtatio donationis facienda eſt curiæ judicis
ordinarii domicilii donantis, & alibi facta 6
nullam habebit validitatem, *d. for.* 18. *rub. ſolut.
matrim.* ibi: *Provehim, è ordenam, que qualſevol
perſona del Regne de Valencia, qui leixat ſon
propi domicili, è fora daquell birà a alguna Vila,
ò Lloch del dit Regne, è en aquell, ò aquella farà
alcuna de les dites donacions, ò pagaments en lo
dit fur expreſſats, aquell tal donador, ò qui farà
lo dit pagament, de tot haja de fer la inſinuaciò,
ò manifeſtaciò en lo dit fur mencionades, en la
Cort ordinaria de la Ciutat, Vila, ò Lloch, hon lo
dit donador tendrà ſon domicili, è cap major, no
obſtant q̃ en altre Lloch ſia fet, è celebrat lo cõtra-
te de tal pagamẽt, ò donaciò, è ſi altramẽt ſerà fet,
q̃ ſia ſervat lo q̃ en dit fur es eſtatuit, è ordenat.*
Manifeſtatione facta hoc modo, non erit
incertum ubi reperiri debent, donationes quas 7
habet factas perſona, cum qua deſideratur cõ-
trahi, nam recurrendo ad curiam juſtitiæ, ubi
domicilium habet donans, ſi manifeſtata non
reperitur donatio, etiam ſi illa facta fuerit, &
inſtrumentum publicum conſcriptum reperia-
tur, non poterit parare præjudicium aliquod
contrahenti, etiam ſi fuerit manifeſtata aliæ
curiæ; & ſi fuerit manifeſtata facili modo cer-
tificabitur contrahens, oſtenſa illi donationis
ſubſtantia in manifeſtationis libro: liber enim
iſte manifeſtationis donationũ omni tempore
& hora debet exhiberi, & patefieri cuilibet,
qui illum inſpicere vellit, *d. for.* 17. *rubr. ſolut.
matrim.* ibi: *Lo qual llibre, lo Juſticia, ò Eſcrivà
de aquell, haja amoſtrar tantoſt, è tota hora, q̃ ſerà
requeſt per qualſevol perſona, quiu vulla mirar.*
Multi confundunt in praxi noſtra manife- 8
ſtationem hanc, cum inſinuatione, intelligen-
tes, idem eſſe donationem manifeſtare, quam
inſinuare, ut ex Sola *in cõment. ad novas conſt.
ducal. Patriæ Ciſmontan. tit. de regiſtr. inſtr. gloſ.*
1. notat D. Leon *d. deciſ.* 110. *n.* 4. Sed fallun-
tur, nam manifeſtatio differt in multis ab inſi-
nuatione, inſinuatio enim debet fieri per ip-
ſum judicem ordinarium, & in illius præſen-
tia jurando donator, & donatarius, prout
*in for.* 22. *rub. de donation.* cavetur, qua propter 9
dicitur inſinuationem judici fieri, Antonel. *de*
*tem-*



*tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 43. Oñate *de con-
tract. tom.* 2. *tract.* 10. *diſput.* 30. *n.* 97. Carpzo-
vius *in juriſpr. forenſ. par.* 2. *conſtit.* 12. *definit.*
18. Manifeſtatio autem donationum, ſeu regi-
ſtratio, neque fit, aut debet fieri coram judice,
ſed ſufficit quod ſcribæ curiæ fiat, ut iſte dona-
tionis ſubſtantiam ſcribat, & regiſtret in libro
curiæ ad id deſignato, *d. for.* 17. *rubr. ſolut. ma-
trim.* D. Leon *d. deciſ.* 110. *n.* 19. Tondut. *reſo-
lut. civil. d. cap.* 56. *n.* 3. Et quamvis manifeſta-
tio iſta ſit actus, qui fit abſque partis citatione,
tamen ſi cepta lite, & exhibita donatione, de-
ſideretur manifeſtatio fieri, debet eſſe cum ci-
tatione partis ſub reatu nullitatis, ut declara-
vit Senatus, ſententia per Daza, *die* 13. *Maii*
1627. Et hoc ad exemplum declarationum ſuc-
cedendi ab inteſtato, & jure vinculi, nam etſi
in praxi noſtra, abſque partis citatione obti-
neantur, ſi lite cepta obtinendæ ſunt, nulliter
obtinentur abſque partis citatione, ut decla-
ravit Senatus ſententia per Maſcarò, *die* 20.
*Novembris* 1659. inter Florentium Palacios,
Notarium Procuratorem D. Raymundi Sans,
& D. Didaci Sans, & Monſerratum de Cruilles,
& alia per Saboya, *die* 13. *Julii* 1686. in favo-
rem Domnæ Claræ Abella, & de Perdiguer, &
contra D. Thomã Angleſola, R. M. Joanne Bap-
tiſta Ortin Generoſo R.C.D. Actuar. Zamora.
10 Differt etiam in illo, quod donatio non in-
ſinuata, nulla eſt ipſo jure in quãtitate, & ſum-
ma excedente quinque mille ſolidos, *l. ſanc-
cimus* 34. §. *quid autem, C. de donat. for.* 22. *rub.
de donat.* ibi: *No haja valor ultra los dits cinch
milia ſous, &c.* D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 110. *n.* 18.
& *tom.* 2. *deciſ.* 164. *n.* 17. Cancer *var. part.* 1.
*cap.* 8. *ex n.* 1. Martinus Medicis *deciſ. ſenenſ.*
29. *n.* 1. Spada *conſ.* 144. *n.* 5. *lib.* 1. Salgad. *in
labyr. par.* 2. *cap.* 4. *ex n.* 44. Antonel. *de temp. le-
gal. d. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 16. Fulgin. *de jure emphi-
teut. tit. de contract. q.* 8. *n.* 9. Oñate *de contract.
tom.* 2. *tract.* 10. *diſp.* 30. *n.* 46. *verſ. ſecundum du-
bium.* Carol. Carutius *in ſylv. term. arb.* 9. *n.* 3.
Andreol. *controv.* 240. *n.* 22. Carpzov. *in juriſp.
forenſ. part.* 2. *conſtit.* 12. *definit.* 17. Antunez *de
donat. tom.* 1. *lib.* 1. *prælud.* 2. *n.* 26. Cardin. de
Luca *de donat. diſcurſ.* 60. *n.* 8. Moltazo *de cau-
ſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 36. & 37. Dona-
tio vero non manifeſtata non eſt nulla ipſo ju-
re, imò valida eſt, & dominium bonorum do-
natorum in donatarium transfertur, & reſpe-
ctu donantis, aut illius ſucceſſorum firmita-
tem, & validitatem habet, ut refert à Senatu
deciſum, D. Leon *d. deciſ.* 110. *per tot.* & *præ-
cipuè n.* 18. 22. & 25. *tom.* 2. *deciſ.* 137. *n.* 12.
11 Solum ex manifeſtationis defectu reſultat nul-
litas in favorem creditorum donantis; quia do-
nationes factæ non manifeſtatæ, non impediunt
crediti contracti à donante poſt donationem
factam exactionem, imò creditores qui con-
traxerunt cum donante, poſt donationes ab eo
factas, licet poſteriores ſint, habent hypothe-
cam priorem in bonis debitoris donantis, &
præferendi ſunt in exactione crediti, donataris
hypothecas, & donationes anteriores habenti-
bus, *d. for.* 17. *rubr. ſolut. matrim.* ibi: *E ſi lo con-
trari ſerà fet tals pagaments, ò donacions, en ſon
cas, no empachen, ni puixen empachar qualſevols
obligacions que ſien apres fetes per los dits dona-
dors, ò per los qui hauràn fet los pagaments, à ſes
mullers, ans ſien darrers en temps als Crehedors,
encara que ſien primers en Kalendari.* Ita refert
à Senatu deciſum, D. Leon *d. deciſ.* 110. *per
tot.* & *d. deciſ.* 137. *n.* 7. & 8. Et fuit etiam judi-
catum ſententia per Alreus, *die* 12. *Decembris*
1612. inter Ludovicum Albert, & Petrum Fer-
nandez de Meſa, & alia per eundem die 9. *Ju-
lii* 1618. inter Bartholomeum Moya Clericum,
& Mariannam Vidilla, & alia per Daza, *die* 26.
*Septembris* 1619. inter Andream Calaix, &
Barbaram Ingles, & alia per Ferrera, *die* 23.
*Januarii* 1666. in favorem Domnæ Vitoriæ
Dalp, & contra Vincentium Gazull V.I.D. Et
in terminis ſtatuti Avenionenſis, idem docet
Ludovicus Bellus *d. conſ.* 177. *n.* 14. Tondut.
*d. cap.* 56. *n.* 3. & 4.
Ex differentia ſupra tradita obſerva, quod 12
nullitas donationis, ex manifeſtationis defe-
ctu non poteſt ab omnibus allegari, aut peti,
quod declaretur ex hac cauſa donatio nulla,
ſed ſolum ab ipſis creditoribus, qui poſt dona-
tionem contraxerunt, poterit nullitas ſupradi-
cta allegari, & deduci, quia cum ſolum indu-
cta reperiatur in favorem creditorum hujuſ-
modi nullitas, & reſpectu aliarum perſonarum
donatio etiam non manifeſtata validitatem ha-
beat, non alii, quam ipſi creditores, poterunt
nullitatem opponere, quia quando nullitas in-
ducitur in favorem alicujus perſonæ, ſolum po-
teſt allegari à perſona illa, & non ab alio, *l. fi-
lio præter. ubi gloſſ. ff. de injuſt. rur. l. filiis, C. de
inoff. teſtam.* Surd. *conſ.* 124. *n.* 1. Tiraquel. *in l.
ſi unquam, verb. revertatur, n.* 393. *C. de revoc.
donat.* & *ad l. connub. gloſſ.* 8. *n.* 94. Menoch.
*conſ.* 89. *n.* 85. Lara *de vita hom. cap.* 28. *n.* 26.
Gratian. *d. ſcep.* 27. *n.* 39. Burat. *deciſ.* 137. Giur-
ba *obſerv.* 71. *n.* 17. Baccob. *de probat. lib.* 1. *cap.*
7. *n.* 60. Salgad. *in labyr. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 62.
Fulgin. *de iur. emphit. tit. de contract. q.* 21. *n.* 12.
& 13. Urcell. *concl.* 85. *n.* 16. & 17. Sperel. *de-
ciſ.* 16. *n.* 17. Meli *poſt obſerv.* ad Caſtill. *deciſ.*
106. *n.* 14. Leoncil. *deciſ.* 4. *n.* 5. Manſus *conſult.*
35. *n.* 8. & 11. Bonden. *colluct.* 8. *n.* 77. Cardin.
de Luca *de donat. diſcurſ.* 60. *n.* 6. Caſtejon *in
alphab. verb. nullitas, n.* 18. Oliva *de foro Eccleſ.
part.* 3. *q.* 14. *n.* 107. Pechii *de aquæduct. tom.* 1.
*cap.* 3. *q.* 7. *n.* 7. Carol. Anton. de Luc. *in ani-
madverſion.* ad Gratian. *cap.* 27. *num.* 9. Man-
gilius *de evictionib. q.* 130. *n.* 3. Triſtany *deciſ.*
24. *n.* 53. Franciſc. de Angel. *de confeſſ. lib.* 2. *q.*
13. *n.* 64. Et Senatus noſter multoties judica-
H 3 vit,

vit, nullitatem actus ſolum allegari poſſe ab illa perſona, in cujus favorem nullitas reperitur inducta, ut ſententia per Daza, *die* 25. *Octobris* 1627. inter Antoniam Borrull, & de Valenzuela, & Franciſcam Paulam del Ras, & alia per Caſſes, *die* 26. *Auguſti* 1634. inter D. Franciſcum Paulum Alreus certo nomine, & Vincentium Baldovi, quamvis non ſine fundamento poteſt ſequi nullitatem donationis non manifeſtate, à tertio deduci poſſe, quia a ſtatuto noſtro nullitas mere inducitur, ex doctrin. Alciat. *reſponſ.* 43. *ſub n.* 12. *lib.* 2. Peregrin. *conſ.* 19. *lib.* 3. *n.* 19. Cyriac. *controv.* 205. *n.* 25. Anton. Govius *conſult.* 19. *n.* 6.

13 Debent manifeſtari donationes omnes, etiã ſi fuerint factæ à Parentibus in filiorum favorem, aut è converſo, *d. for.* 17. *rub. ſolut. matri.* Ibi: *O farà donació alguna de ſos bens à pare, mare, fills, filles, ò altres quaiſevols perſones, &c.* Ita judicavit Senatus ſententia, per Daza, *die* 22. *Decembris* 1638. inter Franciſcam Eſteve & Maurum Julia. Quia etiam donationes, factæ filiis debent inſinuari, Giovagnon. *conſ.* 83. *n.* 26. Andreol. *contr.* 240. *n.* 23. Cyroch. *diſceptat.* 45. *n.* 24. & *diſcept.* 52. *n.* 10. Anton. Govius *conſultat.* 19. *n.* 6. Sed hoc non eſt tam generale, ut non excipiantur aliquæ donatio-
14 nes, quia illę quę fiunt, ex cauſa dotis, aut propter nuptias, aut contemplatione matrimonii certi, non indigent manifeſtatione, cum ſimiles donationes, ut capite antecedenti diximus, non inſinuentur, ita cautum habetur, *in for.* 203. *fol.* 41. *curiar. anni* 1604. ibi: *Item, per quant ſe han ofert diferents pleits, y cauſes ſobre la inteligencia del fur* 17. *ſoluto matrimon. que pera atallar de aſsi avant dites cauſes ſia Voſtra Mageſtat ſervit provehir, y declarar, que les donacions que es faran en contemplació de matrimoni cert, efectuantſe lo dit matrimoni, ni ſe ajen de manifeſtar, ni obſervarſe en aquelles la diſpoſicio, y forma del dit fur, ſino tan ſolament en les donacions ſimples, ò en contemplació de matrimoni incert.* D. Leon *deciſ.* 137. *n.* 9. Et judicavit Senatus ſententia publicata per Berbegal, *die* 12. *Auguſti* 1608. inter Jacobum Martinum Viciero, & Petrum Miquel. Sed ſi donationes contemplatione matrimonii incerti factæ fuerint, manifeſtandæ erunt, ut declaravit Senatus ſentẽtia publicata, *die* 5. *Februarii* 1640. in favorem Andreæ Rey, & contra Catharinam Pinedo, & alia per Daza, *die* 26. *Maii* 1627. inter curatores filiorum, & hæredum Eſperantiæ Domenech, & Philippum Trochõ.
15 Ratio ſupradictæ limitationis oritur ex eo, quod donationes contemplatione matrimonii certi, nequeunt conſiderari animo fraudandi factæ, cum in illarum fraudem nihil attentari poſsit, quod non ſit nullum, & irrevocabiles ſunt, *for.* 96. *fol.* 14. *curiar. anni* 1585. ſemperque fiunt ſatis publicæ, nam quando filii matrimonia contrahunt, dantur eis communiter ea bona quibus indigent, ad ſuſtinenda onera matrimonii, & creditores contrahentes poſt hæc nequeunt cum fundamento allegare ignorantiam donationum, cum ignorare non potuiſſent matrimonium fuiſſe publicè contractum, & his in caſibus donationes fieri ſolere, ut rectè conſiderat, D. Leon *d. deciſ.* 137. *n.* 13.

Et quia argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt, *authent. niſi rogati, Cod. ad S.C. Trebel. cap. penult. & ult. de tranſlat. prælator. cap. cum inter Canonicos, de electione,* ſicuti donatio ex cauſa dotis, aut cõtemplatione matrimonii ſpiritualis certi non indiget inſinuatione, licet omnes donationes inſinuari debeant, Manent. *conſ.* 58. *n.* 18. Burat. *deciſ.* 461. *n.* 1. Cutel. *de donation. tract.* 1. *diſc.* 2. *part.* 3. *à n.* 3. Duran. *deciſ.* 121. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 975. *n.* 33. Antonel. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 37. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 10. *n.* 48. Ita donatio ex cauſa dotis, aut contemplatione matrimonii ſpiritualis certi, manifeſtatione non indigebit, cum illius reſpectu etiam militet ratio illa, quod facilitèr contrahens potuit ſcire, aut cogitare patrem aut matrem, in religionis ingreſſu aliquam feciſſe donationem, filio, aut filiæ habitum ſuſcipienti, prout ſolitum eſt. 16

Sed quid reſolvendum erit in donationibus factis Eccleſiæ, aut pio loco, aut ex alia pietatis cauſa; videtur enim non eſſe neceſſariam manifeſtationem de illis fieri, quia inſinuari non debent juxta textum, *in l. ſancimus* 34. §. *excipimus, ff. de dona.* & diximus, *cap. antecedenti*, latiſsimè: Sed manifeſtandas eſſe cenſeo, ut creditoribus poſtea contrahentibus cum donatore noceant, nam forus noſter præcipiens manifeſtationem, generalitèr loquitur de omnibus donationibus, & ſtatutum generaliter loquens abſque limitatione intelligendum eſt, *l. non diſtinguemus, ff. de receptis arbitris, l. Præſes, ff. de officio præſidis, l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione, l.* 1. §. *generaliter, ff. de legatis præſtandis, l.* 1. § *quod autem, ff. de aleatorib.* ſi forus excipere voluiſſet has donationes à manifeſtatione, expreſiſſet, *l. unic.* §. *ſin autem ad deficientis, C. de caduſis tollend. l. ſi ſervus,* §. *prætor ait, verſ. non dixit, ff. de adquirend. hæred. cap. ad audientiam, de decimi.* neque obſtat argumentũ ab inſinuatione, nã ideo in donationibus piis, & Eccleſię factis, ex pietatis cauſa, non requiritur inſinuatio, quia non præſumitur Eccleſiam, aut cauſam piam, inducere, aut ſeducere donatorem, ut donationem faciat, aut abſque liberalitate donet, quæ ſunt finales cauſæ inſinuationum, & hæc ratio non militat manifeſtationum reſpectu, nam cũ fiat manifeſtatio, ne homines decipiãtur, & ne fraudibus ſuis donatores cõtrahentes decipiãt, & 17

hoc



hoc evenire poſsit donatione facta in Eccleſiæ, aut cauſæ piæ favorem, debet manifeſtari donatio facta Eccleſiæ, aut cauſæ piæ, ſicuti quælibet alia donatio, nam Eccleſia, quæ eſt cultrix, & auctrix juſtitiæ, non patitur aliquid cõtra juſtitiam fieri in ſe, vel in alterũ, *cap.* 1. *verſ. Et ſi clientulis, de alienatione feudi*; docẽt ferè in terminis, Obrechius *diſp.* 2. *de donat. tit.* 175. Bocer *in commẽt. de donat. cap.* 3. *n.* 70. Addẽtes ad Clarum §. *donatio, q.* 17. *n.* 1. & 2. Mathe. *in addit. ad* Guido Papæ *quæſt.* 350. Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſ.* 4. *gloſſ.* 21. *part.* 2. *n.* 21.

18 Ex eadem doctrina tenendum judico, quod & ſi donatio non inſinuata valeat uſque ad ſummam quinque mille ſolidorum, *For.* 22. *de donationib.* Domin. Leon *dict. deciſ.* 110. *tom.* 1. *n.* 18. Martin. Medic. *deciſ. Senenſ.* 29. *n.* 1. Marta *conſil.* 150. *num.* 10. Altogrado *conſil.* 7. *n.* 1. & 30. Andreol. *controverſ.* 240. *n.* 22. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 12. *definit.* 17. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 36. & 37. Donatio non manifeſtata, neque in hac ſumma, aut minori valebit in præjudicium creditorum, quia quod valeat uſque ad ſummam ſupradictam donatio non inſinuata, ita lege cautum reperitur, ſed quod donatio non manifeſtata uſque ad ſupradictam ſummam valeat, non cavetur in foro, ſed ſolum quod omnis donatio manifeſtetur, in qua generalitate donatio cujuſlibet ſummæ licèt minimæ comprehenſa judicari debet.

19 Si donatio manifeſtata non fuerit, creditor qui poſt donationem cum donante contraxit, habebit bona donata hypothecata eodem modo, ac ſi de illis donatio non fuerit facta, Domin. Leon *dict. deciſ.* 110. *n.* 21. ſed quia talis donatio, propter manifeſtationis defectum, non eſt nulla, neque impedit dominii tranſlationem, ut ſæpè diximus, & refert Dominus Leon, ubi proximè *num.* 23. & 24. non poterit creditor hujus hypothecæ ratione, contra donatarium directè agere, ſed ſolum, in caſu factæ excuſionis, in bonis donatoris principaliter obligati, docet Domin. Leon *dict. deciſ.* 110. *num.* 20. Ratio eſt, nam aut creditor agit hypothecaria, aut revocatoria, quia in creditorum fraudem facta reperitur donatio, hujuſmodi enim actiones oriuntur ex manifeſtationis defectu, ut docet Domin. Leon *deciſ.* 110. *num.* 24. Si hypothecaria agere deſiderat, excutionem
20 debet facere, in bonis donantis principaliter obligati, quia in Regno non convenitur actione hypothecaria, tertius bonorum poſſeſſor, niſi prius facta excuſione in bonis principaliter obligati, *Authent. hoc ſi debitor, C. de pignorib. & hypotheſis, l. diſtractis* 14. *C. de pignorib. for. final. For. Primerament, rubric. de actionib. & obligationib. For.* 5. *rubric. de fidejuſſorib. For.* 22. *fol.* 5. *Curiar. anni* 1626. Cancer *variar.* 2. *part. cap.* 5. *n.* 160. Domin. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 137. *n.* 3. Carot. *de executione bonor.* 2. *part. quæſt.* 25. *n.* 3. Noguerol. *allegat.* 35. *n.* 26. Salgado *in labyrinth. part.* 1. *cap.* 23. *n.* 56. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 69. *n.* 1. *cum ſeqq.* Ciriac. *controverſ.* 490. *n.* 30. Vela *diſſertat.* 20. *n.* 3. & 4. *diſſertat.* 26. *n.* 4. & *diſſertat.* 34. *n.* 4. Caſtillo *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 61. *n.* 89. Guzman *de evictionibus, quæſt.* 11. *n.* 54. Faber *de errorib. pragmatic. decad.* 4. *error* 3. & 4. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 3. *n.* 361. Bocius *de dote, tom.* 2. *cap.* 16. *n.* 41. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 40. *n.* 22. Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprud. lib.* 1. *diſcurſu* 8. *n.* 7. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *cap.* 18. *definit.* 21. Caſtejon *in alphabet. verbo Hypotheca, n.* 18. & *verbo Excuſio, n.* 6. Pechii *de aquæductu, tom.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 10. *n.* 37. Carol. Anton. de Luca *in praxi civili, cap.* 6. *n.* 2. Et multoties à Senatu judicatum extitit, ut ſententia per Alreus, *die* 23. *Junii* 1634. inter Margaritam Eſparſa, & Michaelem Hieronymum Siurana; & alia per Cales, *die* 7. *Novembris* 1637. inter Domnam Seraphinam Matheu, & de Milà, & Don Chriſtophorum Monſoriu. Et facta excuſione poterit hypothecaria agi contra donatarium, Domin. Leon *dict. deciſ.* 110. *n.* 24. Si verò agi revocatoria deſideratur, debet etiam excuſio fieri, Domin. Leon *dict. deciſ.* 110. *n.* 20. Nam fraus non ex conſilio tantum, ſed ex eventu conſideratur, & in propoſito fraus pro damno accipitur, *l.* 1. §. *& ſi aliter, ff. ſi quis in fraudem patroni*, & nunquã poterit cõſtare creditorẽ in damno eſſe, niſi prius alia donãtis bona excutiãtur. Bald. *in l.* 1. *in principio, verſ. Item quæro, C. de revocandis iis quæ in fraudem credit.* in terminis D. Leon *d. deciſ.* 110. *n.* 20.

Dubitandum nunc venit, an ſi bona donata fuerint mobilia, aut pecunia donetur, & 21
poſt donationem à donante obligatio cum hypotheca facta fuerit in creditoris favorem, habeat actionem hypothecariam creditor, non manifeſtata donatione, & judico eandem habere actionem hypothecariam, quia in rebus mobilibus, quæ de loco ad locum transferuntur, & in pecunia, rectè cadit hypotheca, ut ſunt jura *in l.* 1. §. *final. ff. quæ res pignori, vel hypothecæ, l. cum tabernam* 34. §. *final. ff. de pignorib. For.* 5. *rubric. de fidejuſſorib. For.* 6. *rubric. de præſcriptionib.* Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 9. Theſaurus *quæſtion. forenſ. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 1. & 2. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.*

*ſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 324. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 48. & 50. Cardin. de Luca *de credito , diſcurſu* 22. *n.* 20. & 21. & *diſcurſu* 35. *n.* 3. & 4. & *de judiciis, diſcurſu* 40. *ſub n.* 20. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 7. *n.* 3. & refert deciſum à noſtro Senatu , Domin. Creſpì *obſervat.* 58. *n.* 11. *cum ſequentib.* Carol. Anton. de Luca *in praxi civil. cap.* 6. *n.* 11. Anton. Govius *conſultat.* 95. *num.* 11. & 12. Quod particulari ratione debet admitti in Regno , ubi notarii in inſtrumentis omnibus , & clauſulis obligationum dicunt : *Pro quibus omnibus obligo , omnia bona , & jura mea mobilia , & immobilia , &c.* Docet Domin. Creſpì *dict. obſervat.* 58. *n.* 14. Tenebitur tamen creditor agens hypothecaria pro mobilibus , probare exiſtentiam bonorum apud debitorem tempore obligationis , aut poſt illam , & actualem detentationem penes reum conventum , quia his non verificatis , non poterit declarari hypothecariam legitimè ſuſcitatam fuiſſe , ex regul. text. *in l.* 1. & *final. C. ubi actio in rem exerceri valeat , l. unic. C. ubi de poſſeſsione agi oporteat , For.* 1. *rubic. ubi in rem actio* , Theſaurus *lib.* 2. *quæſtion. forenſ. cap.* 85. ita deciſum refert Domin. Creſpì *obſervat.* 58. *n.* 14. Sed non intelligas iſta procedere poſſe, quando emptor bonorum mobilium , ſolverit illorum pretium , aut ſit paratus illud ſolvere , nam bona mobilia hoc in caſu non remanebunt hypothecata , aut obligata , neque creditori vendentis, neque adhuc primo venditori , à quo ſecundus venditor empſit, habita fide de pretio , nam ſi emens à ſecundo venditore ſolverit pretium , liberatur ab omnibus creditoribus per diſpoſitionem *Fori* 25. *rubric. de contrahend. emptione* , & declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 17. *Julii* 1637. inter Franciſcam Talens , & de Balaguer, & alios , confirmata in aula Criminali, ſententia publicata *die* 22. *Octobris* 1638. Et idem deciſum extat , alia per Benavides , *die* 11. *Septembris* 1655. inter Franciſcum Foya , & alios.

22 Sed ſi donans poſt donationem factam obligationem fecerit , medio chyrographo, epiſtola , aut alio privato documento , aut coram teſtibus abſque hypotheca , videtur quod nihil manifeſtationis donationis defectus in illius favorem operabitur , quia ut diximus manifeſtationis defectus , non inducit nullitatem donationis , nec rei donatæ dominium donatario aufert , ſed ſolum operatur , quod donatio non poſsit impedire hypothecam , & obligationem rei donatæ per donatorem factam poſt donationem , ita à Senatu deciſum refert Dominus Leon *deciſ.* 110. *n.* 25. deficiente igitur hypotheca rei donatæ, deficit omnis effectus, qui ex manifeſtationis omiſsione poterat reſultare. Sed ſemper erit utile creditori , quod donatio præcedens contractum non fuerit manifeſtata , nam eſto creditor virtute contractus poſt donationem facti hypothecam non habeat , obtenta condemnatione , antea quam manifeſtatio fiat , prælationis jus habebit in bonis donatis , *l. inter eos* 19. *ff. de re judicata , For.* 23. *rubric. de pignorib.* Domin. Creſpì *dict. obſervat.* 58. *n.* 3. & poterit excuſione facta , revocatoriam intentare , & exigere creditum ſuum ex bonis donatis , juxta doctrinam Domini Leon *dicta deciſ.* 110. *n.* 44.

23 Obſerva denique , quod manifeſtationis defectus ſolum poterit operari , reſpectu creditorum contrahentium poſt donationes factas , *dict. For.* 17. *rubric. ſolut. matrimon.* ibi : *E ſi lo contrari ſera fet , tals pagaments , ò donacions en ſon cas , no empajen , ò puixen empajar , qualſevols obligacions , que ſien apres fetes per los dits donadors.* Reſpectu enim creditorum anteriorum , qui jam ante donationem habebant donantis bona hypothecata, nullius poteſt eſſe effectus manifeſtatio , vel ejus omiſsio , quia ſive donatio manifeſtetur, ſive non, donata bona ſemper hypothecata remanebunt anteriori creditori, qui hypothecam jam habebat ante donationem , propter quod à noſtro Senatu deciſum fuit , quod *dictus For.* 17. *rubric. ſolut. matrimon.* non loquitur de creditoribus anterioribus, ut docet Domin. Leon *dict. deciſ.* 110. *n.* 22.

24 Hæc omnia , quæ de donationibus diximus, locum habent in reſtitutionibus dotium , & augmenti, quæ in Regno ſolent à maritis fieri conſtante matrimonio , nam ut hujuſmodi paccamenta præjudicium inferant mariti creditoribus , poſt illa contrahentibus , debent manifeſtari , & regiſtrari in eodem libro , ubi regiſtrantur donationes , in quo nihil aliud regiſtrari debet , quam donationes , & pacamenta ſupradicta , *dict. For.* 17. ibi : *Provehim , è ordenam , que qualſevol perſona del Regne de Valencia , qui conſtant lo matrimoni pagara lo dot , y creix à ſu muller, &c. los dits pagaments , è donacions bajen à eſſer eſcrits, al menys la ſubſtancia de aquells , en un libre , ò regiſtre , que es faſa caſcun any , &c. en lo qual libre no baja altre eſcrit , ni regiſtrat , ſinos los dits pagaments , y donacions.* Tarazona *lib.* 2. *inſtitut. foral. tit.* 12. *de nupcies , verſ. Si per lo marit.* Domin. Leon *dict. deciſ.* 110. *n.* 2. & 19. & *tom.* 2. *deciſ.* 137. *n.* 7. & 8. Et paccamenti dotalis manifeſtatio debet fieri , ut poſsit inferri præjudicium poſterioribus mariti creditoribus , nam reſpectu anteriorum non poteſt operari manifeſtatio , ut declaravit Senatus ſententia per Alreus , *die*





3. *Octobris* 1626. inter Domnam Eliſabethem de Borja , & Joannem Lopez. Et non erit neceſsè , ut fiat manifeſtatio Curiæ loci, in qua facta fuit condemnatio contra maritum ad dotem reſtituendam ; imò non in hac Curia , ſed ubi tabulæ matrimoniales factæ fuerunt debet manifeſtatio fieri , ex ſententia Senatus publicata per Alreus , *die* 2. *Martii* 1637.

25 La practica de manifeſtar las donacio- ,, nes, es, que el donador, y donatario, al inſ- ,, tante deſpues de hecha la inſinuacion (por- ,, que ſiempre deve hazerſe primero la inſi- ,, nuacion , que la manifeſtacion, Anton. Sola ,, *in commentar. ad novas conſtitut. ducal. Pa-* ,, *triæ Ciſmontan. in tit. de regiſtrat. inſtru-* ,, *mentor. gloſſ.* 1. *n.* 4. Domin. Leon. *dict.* ,, *deciſ.* 110. *n.* 5.) hazen notoria la dona- ,, cion al Eſcrivano de la Corte del Juſti- ,, cia , del domicilio del donador, ò el paga- ,, miento , y el Eſcrivano continùa en el li- ,, bro de regiſtros de la Corte , la ſubſtancia ,, de la donacion , adnotando el nombre del ,, donador, y el del donatario, y el dia, mes, ,, y año , en que ſe le haze la manifeſtacion, ,, pues eſto es eſſencialiſsimo , por quanto la ,, donacion , ſolo del dia que ſe manifieſta, ,, puede cauſar perjuizio à los acreedores ,, del donador, que contraen con aquel, *dict.* ,, *For.* 17. *rubric. ſolut. matrim.* ibi : *En aixi* ,, *que les donacions , ò pagaments bajen effecte* ,, *del dia , ò Kalendari , que ſeràn eſcrits en lo* ,, *dit libre , è no de ans : encara que abans ſien* ,, *rebudes.* Enſeña eſta practica el ſeñor ,, Regente Leon *dict. deciſ.* 110. *numer.* ,, 19. & *tom.* 2. *deciſ.* 137. *numer.* 11. ,, y ſe deve continuar la manifeſtacion de ,, la donacion , ò pagamiento , en eſta ,, forma.

Item , en 8. de Juny M. DC. LXXXVII. manifeſtaren F. T. donador, y S. T. donatari , com ab acte rebut per F. T. Notari , en T. de T. mes, y any , lo dit F. T. ha fet donaciò à favor del dit F. T. ſortidora ſon efecte , deſpues dels dies del dit F. T. de una caſa , y tals terres , ſituades , &c. ſots les afrontacions en dit acte contengudes , la qual li ha fet ab certs pactes , condicions , y obligacions expreſſats en dit acte , ſegons , &c. *Recepit Ludovicus Añon , Notarius, & Scriba.*

Regiſtrata in libro manifeſtationum Curiæ Civilis Valentiæ , ſub dicto Kalendario.

26 Multa alia inſtrumenta debent manifeſtari Curiæ Juſtitiæ Civilis , & regiſtrari , nam Notarii cujuſlibet Civitatis, Villæ , aut Loci Regni tenentur infra tres dies , computandos à die receptionis inſtrumenti , manifeſtare Curiæ Juſtitiæ ſui domicilii , quitamenta , & cancellationes cenſualium , violariorum , & debitoriorum cum reſponſione intereſſe , & facere , ut in libro ( qui adhunc effectum haberi debet in qualibet Curia Juſtitiæ Civitatum , & Villarum Regni , & ab ipſo Juſtitia ſub clave cuſtodiri) continuentur, cum nominibus , & cognominibus obligatorum , adnotando inſtrumenta cenſualium , aut violariorum , & dies , menſes , annos , in quibus recepta fuerunt , & caſu in quo inſtrumenta quitamentorum deperdita fuiſſent, hujuſmodi relationes continuatæ in dicto libro , cum ſubcriptione Notarii rogati , eandem facient probationem, & vim habebunt, quam ipſum quitamenti , aut cancellationis inſtrumentum , debetque ſolvi pro mercede regiſtrationis uniuſcujuſque quitamenti unus ſolidus, & ſex denarii, ab intereſſe habentibus, in dictis quitamentis , & cancellationibus , & ſi Notarius rogatus ſupradictam manifeſtationem non fecerit, mulctari debet decem libris, Juſtitiæ applicandis , ad quem ſpectat hujuſmodi pœnæ executio , ut omne reperitur ſtabilitum in *Foro* 79. *fol.* 19. *Curiarum anni* 1604. & quamvis in *For.* 17. *fol.* 91. *Curiarum anni* 1626. ſupplicatum fuiſſet , quod hæc quitamentorum , & cancellationum manifeſtatio , fieret intra menſem , ſub pœna privationis notariatus , etiam ſi à parte non fuerit inſtatum, ſolum fuit in decreto dictum, quod obſervaretur diſpoſitum in *dict. For.* 79. *Curiar. anni* 1604. & quod Notarius rogatus adhuc non inſtante parte teneretur manifeſtationem iſtam facere , & per conſequens forus prædictus anni 1626. non eſt obſervandus reſpectu temporis manifeſtationis , & pœnæ privationis notariatus , nam & ſi ſupplicatum hoc in foro fuerit , non fuit decretatum , & fori vis , aut cujuſlibet legis,
non conſiſtit in precibus , & propoſitione, 27
ſed in decreto Principis legiſlantis, *l.* & *ideo* 11. *ff. de legib. l. bene à Zenone , C. de quadrien. præſcription.* Domin. Leon *deciſ.* 39. *n.* 51. *tom.* 3. Domin. Creſpì *obſervat.* 111. *n.* 8. Domin. Matheu *de regim. cap.* 3. §. 1. *n.* 134. & *cap.* 11. §. 5. *n.* 150.

Demum tabelliones cauſarum Criminalium , & Civilium , debent regiſtrare, & continuare in proceſsibus, omnia inſtrumenta arreſti , capleutæ , & obligationum cum fir- 28

mis fidejuſſorum, & Regiæ Audientiæ Scribæ, debent continuare, & regiſtrare ſupradicta inſtrumenta in libro ad hunc effectum deputato, *For.* 104. *fol.* 21. *Curiarum anni* 1626. Debent etiam regiſtrari, & continua-
29 ri in libris Curiarum Juſtitiæ, decretationes curatorum, declarationes ſucceſsionis ab inteſtato, & jure vinculi, & copiæ, ut tradantur partibus intereſſe habentibus, debent levari à regeſtro, & ſi Scribæ hæc non faciant, mulctari debent vigintiquinque librarum pœna, & tenentur ad reſtitutionem damni parti leſæ; *For.* 5. *fol.* 9. *Curiar. anni* 1626.
30 Et in praxi ultra ſupradicta regiſtrantur etiam decreta, quæ per uſum voluntariæ juriſdictionis dantur ad alienandum, aut aliud peragendum, & in omnibus Curiis haberi debet liber, ut in eo regiſtrentur oblationes bonorum immobilium, & eorum venditiones, depoſita, & traditiones pecuniarum depoſitarum, obligationes reſtituendi pretium bonorum per Curiam venditorum, & omnia inſtrumenta, & obligationes, quo ad hæc ſpectantia, ut cavetur in *Foro* 4. *fol.* 9. *Curiarum anni* 1626. & docet D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *n.* 37. & 38.

## CAPUT V.

### *DE MANIFESTATIONE, & publicatione teſtamenti nuncupativi.*

### SUMMARIUM.

1 *Teſtamentum antiquitus tripliciter fiebat, calatis commitiis, in procinctu, & per æs, & libram.*
2 *Quod in deſuetudinem abiit.*
3 *Teſtamentorum genera jure noviori duo, aut in ſcriptis, aut nuncupativè, & quæ.*
4 *Teſtamentum in Regno fit coram Notario, & teſtibus, & quomodo.*
5 *Teſtes in teſtamento debent eſſe maſculi, & non fœminæ, & nihil intereſt, quod unus fuerit excommunicatus.*
6 *Teſtes de jure ſubſcribere, & ſignare debent teſtamentum, ſecus in Regno.*
7 *Teſtes rogati debent eſſe in teſtamento de jure communi, ſed in Regno non requiritur.*
8 *Notarius debet interrogare teſtes, an cognoſcant teſtatorem, & ipſe illum cognoſcere debet, & ſi aliquis illum non cognoſcat, debet adnotari ab ipſo Notario.*
9 *Teſtamentum debet à Notario manifeſtari Curiæ Juſtitiæ ſub pœna falſi intra tres dies, ſi neque Notarius, neque teſtes cognoſcant teſtatorem.*
10 *Teſtator de ſtylo interrogatur à Notario, ſi cognoſcit teſtes, & adnotatur in teſtamento.*
11 *Teſtes, & Notarius debent videre, & audire teſtatorem, ut omnis ſuſpitio ceſſet.*
12 *Teſtamentum poteſt in Regno fieri privata ſcriptura, & ſive ſigillata fuerit, ſive non, aut neque teſtes habeat, aut non tradatur Notario, validum erit.*
13 *Teſtamentum nuncupativum de jure dicebatur, quod à teſtatore viva voce proferebatur coram ſeptem teſtibus.*
14 *Teſtamentum nuncupativum in Regno dicitur, quando teſtator coram quinque teſtibus profert viva voce ſuam ultimam voluntatem.*
15 *Teſtamentum nuncupativum in Regno antiquitus coram tribus teſtibus erat validum, & intra tres menſes debebat manifeſtari judici ordinario.* 16 *Nunc debet fieri coràm quinque teſtibus, & manifeſtari judici ordinario infra decem dies.*
17 *Teſtamentum nuncupativum, dicitur in Cathalonia Sacramentale, & debet manifeſtari infra ſex menſes.*
18 *Teſtamentum nuncupativum, debet manifeſtari de jure magiſtratui.*
19 *Teſtes in teſtamento nuncupativo maſculi.* 20 *Etiam ſi auctus fuerit numerus teſtium.*
21 *Teſtes in teſtamento nuncupativo, debent eſſe rogati, licèt ſecus in facto coram Notario.*
22 *Teſtes teſtamenti nuncupativi, debent cognoſcere teſtatorem.*
23 *Manifeſtatio teſtamenti nuncupativi, debet fieri à quinque teſtibus, Curiæ Juſtitiæ coram tribus teſtibus, & depoſitiones teſtium ſeparatim recipiendæ ſunt per Scribam Curiæ.*
24 *Teſtes nuncupativi teſtamenti, debent eſſe omni exceptione majores.*
25 *Item, debent deponere, quod præſentes fuerint, quouſque perfectum fuit teſtamentum.*
26 *Teſtes nuncupativi teſtamenti, ut probent, debent deponere de toto tenore teſtamenti, & de circunſtantiis, & debent eſſe conteſtes in cortic verborum, licèt juſta aliquos ſufficit, quod in ſubſtantialibus ſint conteſtes.*



27 *Teſtamentum nuncupativum, non valet, niſi omnes quinque teſtes intra decem dies deponant.*
28 *Quod procedit etiam ſi ex quinque quatuor depoſuerint, & alius non, quia mortuus fuerit, aut noluerit.*
29 *Limita, niſi magna infirmitate, aut occupatione detineatur, quia poterit judex ſalvitatem in dilatione dare.*
30 *Teſtes teſtamenti nuncupativi, nolentes intra decem dies manifeſtationem facere, ſunt infames, & tenentur ad damni reſtitutionem.*
31 *Teſtes nolentes manifeſtationem facere, poſſunt compelli à judice pœnis, & aliis remediis prætoriis.*
32 *Teſtamentum nuncupativum, an validum, non repertis quinque teſtibus in loco ubi fit?*
33 *Teſtamentum nuncupativum, non valet, niſi fiat coram quinque teſtibus, etiam ſi in loco non fuerint, niſi tres.* 35 *ſecus in Caſtella, quia lege particulari cautum eſt.*
34 *Teſtamentum de jure canonico, valet coram parocho, & duobus, aut tribus teſtibus, & quo modo.*
36 *Nuncupativum teſtamentum, an valeat, ſi inter quinque teſtes reperiatur Notarius, negativa proponitur.* 37 *Contrarium verius.*
38 *Teſtator, ſi Notarium vocaverit ad teſtandum, & non manifeſtaverit ſe velle teſtare coram Notario, & teſtibus, nuncupando voluntatem coram quinque teſtibus, validè teſtatur.*
39 *Teſtamento nuncupativo, revocatur alterum teſtamentum, aut in ſcriptis, aut coram Notario factum.*
40 *Quod procedit, quando legitimè factum eſt, ſecus ſi dubitetur de illis validitate.*
41 *Nuncupativè non teſtatur, qui dixit ſe velle relinquere bona alicui.*
42 *Teſtatur nuncupativè, qui habuit teſtandi animum, & dixit ſe facere teſtamentum.*
43 *Animus teſtandi probatur ex rogitu teſtium.*
44 *Rogitus teſtium, non præſumitur, niſi probetur: contrarium docent multi.*
45 *Teſtes, ſi non vocati ſe introduxerint in cubiculo ægroti, aut tranſeuntes audierint, quod dicebat, nequeunt de teſtamento deponere.*
46 *Teſtamentum, nequit dici, quando profertur diſpoſitio, coram ſufficienti numero teſtium, ſi teſtator non eſt in actu teſtandi.*
47 *Quod procedit etiam, ſi teſtator ultimam ſuam voluntatem ſcribere juſſerit, eo animo, ut Notario traderetur.*
48 *Teſtator, qui teſtare cœpit, & hæredis inſtitutionem fecit, ſi morte correptus, aut alia de cauſa teſtamentum non perfecit, non valet voluntas illius explicata pro teſtamento.* 49 *Quod limita ad pias cauſas.* 50 *Contra alii.*
51 *Teſtator volens teſtare, ſi ſuam manifeſtat voluntatem coràm Notario, & teſtibus, ut in minuta ſcriberetur, & ſcripta, ante publicationem moriatur, non erit teſtamentum.*
52 *Extende etiam, ſi inter liberos, aut ad pias cauſas teſtamentum fiat.*
53 *Teſtamentum publicatum, uſque ad inſtitutionem hæredis, ſi in actu publicationis teſtator moriatur, non eſt validum.* 54 *Limita, quoad legata pia, ſi publicata fuerint.*
55 *Teſtamentum nuncupativum, ſemper in noſtra praxi conſcribitur in charta à Parocho, aut alio probo viro, ſed non eſt de eſſentia.*
56 *Teſtamentum nuncupativum, manifeſtatur à teſtibus, abſque partis inſtantia, & quomodo.*
57 *Teſtium depoſiciones recipiuntur per ſummariam informationem.*
58 *Sententia publicatur, ad declarandum voluntatem manifeſtatam eſſe teſtamentum, ad inſtantiam hæredum, aut legatariorum.*
59 *Sententia iſta non publicatur dum teſtator vivit, ſed teſtium depoſitiones, ſecreto habentur.*
60 *Si intereſſe habens præveniat, quod teſtes recipiantur cum injunctione ſua, non recipiuntur ſummariæ.*
61 *Informatio, & manifeſtatio teſtamenti nuncupativi, debet fieri omni in caſu coram judice ordinario loci, ubi teſtamentum fuit factum.*
62 *Codicilli nuncupativi, debent fieri eodem modo quo teſtamentum.*
63 *Praxis continuandi manifeſtationem teſtamenti nuncupativi.*

1 OLIM tria teſtamentorum genera in uſu fuerunt, primum erat calatis Commitiis, ideſt, convocato populo præconis voce, & declarata voluntate coram eo; ſecundum erat in procinctu, quod fieri poterat ab illis tantum, qui accincti reperiebantur, ut ad Bellum irent, & hoc erat propriè teſtare jure militari; tertium erat per æs, & libram, & fiebat coram quinque teſtibus, & Anteſtato, per illam imaginariam venditionem interveniente Libripende, docet Juſtinianus *in princip. tit. inſtituta, de teſtament. ordinand.* Ulpian. *in fragment. tit.* 20. §. *teſtamentorum*, Gelius *lib.* 15. *noctium atticarum*, *cap.* 17. Alexander ab Alexandro *lib.* 4. *cap.* 3. Revard. *de auctorit. prudentum*, *cap.* 11. Vacon. *lib.* 1. *de declarat. juris*, *cap.* 16. Loriot. *de teſtament. axiomat.* 2. Marcel. Donat. ad Sueton. in Auguſtum, *cap.* 33. & 64. Briſonius *lib.* 1. *ſelectar. cap.* 7. Roſin. *lib.* 8. *antiquitat. Roman.* 3. *par. in explicat. ll. duodecim tabularum*, §. 12. Petrus Gregorius *ſintagmat. juris*, *lib.* 41. *cap.* 3. Duaren. *ad tit. de teſtament. cap.* 5. Conan. *lib.* 9. *commentarior. cap.* 1. *n.* 5. Cujacius *ad l. qui teſtamento* 20. *ff. qui teſtamenta facere poſſunt*, Oſvald. ad Donel. *lib.* 6. *commentarior. cap.* 6. *lit. H.* Don Melchior de Valencia *illuſtrium juris*, *tract.* 1. *cap.* 1. *n.* 24. Pichard. & communiter DD. *in principio tit. inſtit. de teſtament. ordinand.* Pinel. *lib.* 1. *ſelectar. cap.* 18. *n.* 18. Don Joſeph Ferdinand. de Retes *miſcelanearum*, *lib.* 1. *cap.* 21. *de imaginariis venditionib. n.* 10. *cum ſeqq.* D. Hieronym. de Oroz *de apicibus juris civilis*, *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 7. Gaſpar Manzius *de teſtam. tit.* 1. *numer.* 12. & 13. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. relatum* 11. *de teſtam. n.* 9. Franciſc. Anton. Scalona *de teſtam. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 1. *cum ſeqq.* Carpzovius *in juriſprud. for. part.* 3. *conſtitut.* 3. *definit.* 2. *n.* 4. Antunez *de donationibus*, *tom.* 2. *par.* 3. *cap.* 16. *n.* 4.

2 Hæc teſtamentorum genera in deſuetudinem abierunt, §. *ſed illa quidem*, *inſtitut. de teſtament.* Gonzalez Tellez, ubi proximè Scalona *dict. cap.* 3. *n.* 4. *cum ſeqq.* Et alia duo teſtamentorum genera in uſu eſſe cepe-
3 runt, unum erat in ſcriptis, aliud nuncupativum, Beſold. *conſil.* 204. *n.* 1. *par.* 5. Anton. Govius *conſult.* 4. *n.* 1. Scriptum celebrabatur adhibitis ſeptem teſtibus, *l. cum tabulas* 7. *ff. de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas*, *l.* 3. *ff. ſi tabulæ teſtamenti*, *l. ſi unus* 12. *l. hac conſultiſsima*, *C. de teſtamentis*, §. *ſed cum paulatim*, *inſtit. de teſtam.* Qui quidem teſtes adhibebantur vocati, & rogati ad ipſum condendum teſtamentũ, *l. hæres* 21. §. *in teſtamentis*, *ff. de teſtam. l. hac conſultiſsima* 21. *C. eod.* & cum aliis ſolemnitatib. de quibus latiſsimè Merillus *lib.* 8. *obſerv. cap.* 8. Perez *ad tit. C. de teſtam.* 9. Pichard. & communiter DD. *in* §. *ſed cum paulatim. inſtitut. de teſtam.* Gonzalez Tellez, ubi proximè *n.* 10. Scalona *dict. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. Manzius *de teſtam. tit.* 1. *n.* 28. Antunez *dict. tom.* 2. *par.* 3. *cap.* 16. *n.* 4. Nuncupativum teſtamentum erat, ſi teſtator abſque ſcriptura, coram ſeptem teſtibus, ſuam declararet voluntatem, & teſtamentum viva faceret voce, nam talis diſpoſitio, teſtamentum erat validum, & ſubſiſtens, ut probatur ex textu in *l. hac conſultiſsima* 21. §. *per nuncupationem*, *l. in teſtamentis* 26. *l. jubemus* 29. *C. de teſtam. l. hæredes palam* 21. *ff. eod. l.* 1. *ff. de hæredibus inſtituend. l. ſi ita ſcriptum* 8. §. *final. ff. de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas*, *l. final.* C. *de codicillis*, §. *ſed hæc quidem*, *inſtitut. de teſtam. ordinandis*, & de nuncupativo teſtamento videndi, Duaren. *ad tit. de teſtam. cap. de teſtam. nuncupativo*, Conan. *lib.* 9. *commentarior. cap.* 1. *n.* 3. & 4. Petrus Gregorius *ſintagmat. juris*, *lib.* 42. *cap.* 5. Anton. Faber *de erroribus pragmatic. decad.* 35. *error* 4. & *decad.* 36. *error* 9. Pichard. *in* §. *ſed hæc quidem. inſtit. de teſtam. n.* 1. *cum ſeqq.* Hodierna *controverſiar. cap.* 55. Rovito *deciſ.* 95. Domin. Leon *tom.* 3. *deciſ.* 40. *per totam.* Bonacin. *de contractib. diſp.* 3. *quæſt.* 17. *punct.* 1. *à n.* 10. Capicius Latro *deciſ.* 5. Torus *in compend. deciſ. tom.* 1. *verbo : Teſtamentum*, Perſeus *conſult.* 13. Gonzalez Tellez, ubi proximè *n.* 12. Scalona *dict. cap.* 3. *n.* 5. noſter Trullench *in decalogum*, *lib.* 7. *cap.* 18. *dubit.* 1. Altograd. *conſil.* 58. *tom.* 2. & *conſil.* 50. *tom.* 1. Stayban. *tom.* 1. *reſolut.* 68. Fagnanus *in cap. cum eſſes*, *de teſtam. n.* 3. & 159. Manzius *de teſtam. dict. tit.* 1. *n.* 28. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ. ad* Gratian. *cap.* 268. *n.* 8.

In Regno noſtro tribus modis poteſt le- 4
gitimè confici teſtamentum, aut quælibet alia ultima voluntas, ut obſervant Domin. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 32. *n.* 23. Domin. Creſpì *obſervat.* 52. *n.* 4. Primus modus, & magis uſitatus eſt adhibito Notario, & tribus, aut quatuor teſtibus maſculis, nam nuncupata voluntate, de illa conficitur inſtrumentum publicum, quod legitur, & publicatur coram teſtibus, & apud Nos eſt teſtamentum ſolemne, *For.* 10. & 12. *rubric. de teſtam. For.* 7. *eod.* ibi : *Aquell qui voldrà fer teſtament, apel, è deman tres, ò quatre teſtimonis convinents, è Eſcrivà publich : los quals preſents, vehents, è ojents, orden les ſues coſes, è aquella darrera voluntat ſua haja fermetat.* Dom. Leon *dict. deciſ.* 32. *n.* 23. noſter Trullench *in decalogum*, *tom.* 2. *lib.* 7. *dubit.* 2. *n.* 2. Domin. Creſpì *dict. obſervat.* 52. *n.* 2. Eſcaño *de teſtament. cap.* 23. *n.* 7. Teſtes debent 5





eſſe maſculi, *For.* 10. *rub. de teſtam.* & ex adverſo non poterunt eſſe fœminæ, *leg. qui teſtamento*, §. *mulier*, *ff. qui teſtamenta facere poſſunt*, §. *teſtis*, *inſtitut. de teſtament. ordinandis*, *For.* 7. *rub. de teſtib. For.* 10. *rubric. de teſtam.* Negreir. *de introduct. ad ult. voluntat. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 6. Manzius *de teſtam. tit.* 5. *n.* 4. *cum ſeqq.* Dominus Creſpì, ubi proximè *n.* 10. Cardinal. de Luca *de teſtam. diſcurſu* 25. *n.* 19. Antunez *de donationibus*, *tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 16. *n.* 20. & ſi unus ex tribus teſtibus excommunicatus fuerit, valebit teſtamentum, *For.* 8. *rubric. de teſtibus*, Trullench *dicta dubitat.* 2. *n.* 8. Dominus Creſpì, ubi proximè. Debebant teſtes de jure
6 communi ſubſcribere teſtamentum, *l. penultima*, *ff. de teſtam. l. ad teſtium* 22. §. *ſi quis*, *ff. eod. l. hac conſultiſsima*, *C. de teſtamentis*, §. *ſed & cum paulatim*, *inſtitut. de teſtament.* Modeſtin. Piſtor. *conſil.* 31. *ſub n.* 27. *lib.* 1. Altogrado *conſil.* 58. *n.* 20. *lib.* 2. Peña *deciſ.* 1571. *n.* 4. Antonius Govius *conſultat.* 4. *n.* 26. Et etiam annullo proprio, aut alieno, teſtamentum ſignare tenebantur, *l. hæres* 22. §. 5. *ff. de teſtam. l. cum ab initio* 4. *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *l.* 5. *ff. de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas*, *l. ſi unus* 12. *C. de teſtam.* §. *ſed & cum paulatim*, *inſtitut. de teſtam.* Manzius *de teſtamentis*, *tit.* 4. *q.* 1. *num.* 116. Carpzovius *in juriſprud. for. part.* 3. *conſtitut.* 3. *definit.* 34. *n.* 8. Antunez *de donationibus*, *tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 16. *n.* 5. In Regno non requiruntur hujuſmodi ſubſcriptiones, & ſigna teſtium, prout alibi fieri teſtatur, Carolus Antonius de Luca *in praxi civil. cap.* 17. *n.* 16. Sed ſufficit Notarii ſignum, *For.* 11. *rub. de teſtam.* Trullench, ubi proximè *n.* 2. Et quod coram teſtibus à Notario legatur, & publicetur teſtamentum, Sanchez *conſiliorum moralium*, *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *dubitat.* 1. *n.* 4. Tru-
7 llench, ubi proximè; & licèt de jure communi teſtes rogati eſſe deberent, *l. hæredes* 21. §. *in teſtamentis*, *ff. de teſtamentis*, *l. hac conſultiſsima* 21. *C. eod.* In noſtro Regno, quidquid vellit, Trullench, ubi proximè; non requiritur, quod teſtes ſint rogati, ut probatur ex *Foro* 9. *rubr. de teſtamentis*, & docent Dominus Leon *tom.* 3. *deciſ.* 40. *n.* 57. Dominus Creſpì *d. obſerv.* 52. *n.* 103.

8 Notarius rogatus de teſtamento, debet interrogare teſtes, an cognoſcant teſtatorem, quia debent illum cognoſcere, Eſcaño *de teſtam. cap.* 23. *n.* 13. *cum ſeqq.* & adnotare tenetur in teſtamento, ſi omnes teſtes cognoſcunt teſtatorẽ, & ipſe Notarius debet teſtatorem cognoſcere, ut cavetur in *Foro* 12. *rubr. de teſtam.* Et docet Trullench, ubi prox. & ſi omnes teſtes, & Notarius teſtatorem non co-
9 gnoſcant, debet Notarius ſub pœna falſi manifeſtare teſtamentũ, aut codicillum receptũ, Curiæ Juſtitiæ illius loci, ubi receptum fuit intra tres dies, computandos à die, quo illud receperit, ut eſt diſpoſitum in *dict. Foro* 12. *rub. de teſtam.* & in praxi interrogant Nota-
rii, etiam teſtatorem, ſi cognoſcit teſtes, & 10
adnotant in teſtamento, ſicuti etiam adnotant, quod teſtes adhibiti non ſunt noti Notario rogato, aut quod ſolum cognoſcit unum, vel alium ex illis, quod non eſt de ſubſtantia teſtamenti, neque de obligatione Notarii, nam juxta forum ſolum Notarius tenetur facere mentionem, ſi teſtes, aut ipſe cognoſcunt teſtatorem, quia de jure, ut omnis ſuſpicio ſupoſitionis perſonæ tollatur, hujuſmodi teſtes, debent videre, & audire teſtatorem, & illum
cognoſcere, *l. hæredem in teſtamentis*, *ff. de* 11
*teſtamentis*, *Authentic. de inſtrumentorum cautela*, §. *oportet*, *ubi gloſſ.* & *in* §. *ſi quis igitur*, *ejuſdem Authentic.* Barthol. *in l. non minorem*, *C. de tranſactionibus*, Riminaldus *conſil.* 269. *lib.* 3. & *conſil.* 742. *lib.* 7. Signorol. *conſil.* 150. *colum.* 2. Surdus *conſ.* 158. *lib.* 2. Mantica *de conjectur. ultimar. voluntat. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 3. Menochio *de præſumptionibus*, *lib.* 4. *præſumpt.* 12. *n.* 10. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 199. *n.* 23. Theſauro *lib.* 2. *quæſt. forenſ.* 78. Caſtillo *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 75. Manzius *de teſtament. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 84. Eſcaño *de teſtam. cap.* 23. *n.* 16. & 17. Trullench *dict. dubitat.* 2. *n.* 2. Gonzalez Tellez, ubi proximè *n.* 10. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 3. *definit.* 34. *n.* 7. & 8. Carolus Anton. de Luca *in animadverſion. ad* Gratian. *cap.* 199. *n.* 12.

Secundus modus faciendi teſtamen- 12
tum in Regno, eſt media ſcriptura privata teſtatoris, nam ſi teſtator ſua propria manu teſtamentum faciat, ſive ſigillatum ab illo proprio ſigillo fuerit, ſive alieno, ſive non fuerit ſigillatum, etiam ſi per Notarium receptum non fuerit, neque teſtes ullos habeat validum, & ſatis ſolemne eſt, nunc tradatur Notario, vel non tradatur, ut cavetur in *Foro* 18. *rubric. de teſtamentis*, Dominus Leon *tom.* 1. *deciſ.* 30. *n.* 3. & 6. & *deciſ.* 32. *n.* 14. *cum ſeqq.* Trullench *in decalogum*, *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *dubitat.* 2. *n.* 5. Dominus Creſpì *obſervat.* 50. *n.* 13. *cum ſeqq.* & *obſervat.* 52. *n.* 4. ſed non immoremur in his, cum in cap. ſequenti latiſsimè agendum ſit de hoc faciendi teſtamentum genere.

Tertius modus conficiendi teſta- 13
mentum in Regno, de quo noſter ſermo in hoc capite inſtituitur, eſt nuncupativè, ſola viva teſtatoris voce, abſque eo, quod per Notarium in ſcripturam publicam

redigatur diſpoſitio in actu teſtandi, de jure
enim communi ille, qui coram ſeptem teſti-
bus ſuam ultimam voluntatem nuncupabat,
perfectiſsimum faciebat teſtamentum, *leg. hac*
*conſultiſsima*, §. *per nuncupationem*, *leg. in te-*
*ſtamentis* 26. *leg. jubemus* 29. *Cod. de teſtamentis*,
*leg. final. C. de codicillis*, §. *ſed hæc quidem*, *inſtit.*
*de teſtamentis*, Donel. *lib.* 6. *commentarior.*
*cap.* 10. Reuſner *de teſtamentis*, *num.* 31.
Obrech. *diſputat.* 9. *de ſucceſsion. teſtament.*
*tit.* 135. Layman *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 31. Mo-
lina *de juſtitia*, & *jure*, *tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.*
125. & 126. Addentes ad Clarum §. *teſtamen-*
*tum*, *q.* 4. Fagundez *in decalog. tom.* 2. *lib.*
8. *cap.* 39. *à n.* 9. & *cap.* 40. *n.* 15. Pichar. *in* §.
*final. inſtitut. de teſtamentis*, *n.* 1. *cum ſeqq.*
Gordon. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *q.* 4. Sanchez
*conſilior. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dubit.* 2. Parcja
*de inſtrument. edit. tit.* 5. *reſolut.* 13. *n.* 7.
Gonzalez Tellez *ad text. in cap.* 11. *de teſtam.*
*n.* 12. Scalona *de teſtam. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 5.
Carpzovius *in juriſprud. for. part.* 3. *conſti-*
*tut.* 3. *definit.* 33. Manzius *de teſtam. tit.* 4.
*n.* 2. Carolus Anton. de Luca *in animadver-*
*ſionib. ad* Gratian. *cap.* 268. *n.* 8.

14 De jure vero municipali noſtro, qui ſuam
nuncupat voluntatem coram quinque teſti-
bus, ſolemne, & legitimum facit teſtamen-
tum, *For.* 16. & 17. *rubric. de teſtam.* Dom.
Leon *tom.* 1. *deciſ.* 32 *n.* 23. & *tom.* 3. *deciſ.*
40. *n.* 1. *cum ſeqq.* Trullench *dict. cap.* 8.
*dubitat.* 2. *n.* 4. Dominus Creſpì *dict. ob-*
*ſervat.* 52. *n.* 6. & 100. *cum ſeqq.* & *n.*
41. Et de ſimili ſtatuto teſtandi viva voce,
coram ſex, aut quinque teſtibus, videndi
Valaſcus *conſultat.* 178. *num.* 6. Benedict.
Ægidius *in leg.* 1. *Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*,
*in initio* 4. *part. num.* 7. Gabriel Pereyra *de-*
*ciſ.* 51. *n.* 3. Negreir. *de introduct. ad ul-*
*timas voluntat. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 8. *cum ſe-*
*quentib.* Azevedo *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *n.* 85.
Bayo *in prax. quæſt.* 25. *num.* 11. *lib.* 1.
Guzman *veritate* 15. *n.* 35. Eſcaño *de te-*
*ſtament. cap.* 25. *n.* 25. & 26. Antunez *de*
*donationibus*, *tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 16. *n.* 7.
*cum ſeqq.* Caſtejon *in Alphabet. verbo*: *Teſta-*
*mentum*, *n.* 9.

15 Sed ut validitatem habeat ſimile teſta-
mentum, debent omnes teſtes infra decem
dies computandos, à die nuncupati teſta-
menti, in Curia Juſtitiæ, & judicis ordinarii
Civitatis, Villæ, aut Loci, ubi prolatum fuit
teſtamentum, deponere, & notam facere di-
ſpoſitionem nuncupativam; licèt enim anti-
quitus, tres ſufficerent teſtes in teſtamento
nuncupativo, *For.* 14. *rubric. de teſtamentis.*
Dominus Creſpì *dict. obſervat.* 52. *num.* 99.
& poterant intra tres menſes manifeſtare
illud judici ordinario, *For.* 15. *rubric. de te-*
*ſtamentis*, Dominus Creſpì *dicto numer.* 99.
noviori jure, quinque debent intervenire te-
ſtes, ut diximus, qui ultimam diſpoſitionem 16
manifeſtare debent infra decem dies judici
ordinario, alias teſtamentum erit nullum,
*For.* 16. *rubric. de teſtamentis*, ibi: *Ordenam,*
*que el teſtament en los dits furs mencionat, no*
*haja valor, ò eficacia alguna; ſi donchs no ſe-*
*rà fet en preſencia de cinch teſtimonis, los*
*quals cinch teſtimonis, dins deu jorns apres,*
*que el tal teſtament ſerà feit, hajen à venir da-*
*vant lo Juſticia, de la Ciutat, Villa, ò Loch,*
*hon tal teſtament ſerà feit, è intimar al dit*
*Juſticia, com ells ſon teſtimonis de aquell teſ-*
*tament. For.* 17. *rub. de teſtam.* ibi: *Que ſi*
*dins los dits deu dies en lo dit fur contenguts, no*
*ſerà feta la intimaciò, en lo dit fur contenguda;*
*lo dit teſtament ſia nulle, è de nulla eficacia, è*
*valor.* Docent Dominus Leon *tom.* 3. *deciſ.* 40.
*n.* 2. Trullench *dict. cap.* 18. *dubit.* 2. *n.* 4.
Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 52. *n.* 6. & 101.
In Cathalonia appellatur hoc teſtamentum
de quo agimus, Sacramentale, & debet ma- 17
nifeſtari, infra ſex menſes, *ut in privil. re-*
*cogno. proceres, quod reperitur in vol. pragmat.*
*ſub tit. de conſuetudin. Barchinon. cap.* 48.
Cancer *variar. tom.* 3. *cap.* 20. *de legat. n.* 409.
Dom. Leon *tom.* 3. *deciſ.* 40. *n.* 9. Fontanella
*tom.* 2. *deciſ.* 575. & 576. Eſcaño *de teſtam.*
*cap.* 1. *n.* 38. *cum ſeqq.* Et quod teſtamen-
tum nuncupativum, de jure manifeſtari de-
beat magiſtratui, & teſtes ibidem teneantur 18
teſtatoris voluntatem explicare, docent De-
cius *in cap.* 1. *col. ultim. verſic. decimo quar-*
*to, de probationib.* Neviſan. *conſil.* 26. *n.* 4.
Beniten. *deciſ.* 83. *n.* 3. Tiraquel. *de retract.*
*lignager.* §. 2. *gloſſ.* 1. *n.* 13. Perſonal. *in tract. de*
*adipiſcend. n.* 169. Menochius *de arbitr. lib.* 2.
*caſu* 63. *n.* 4. & *de adquirend. poſſeſ. remed.* 4.
*n.* 69. Argel. *de adquirend. poſſeſ. q.* 6. *artic.* 2.
*per t t.* Negreir. *de introduct. ad ultim. volun-*
*tat. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 13. Reynoſ. *obſervat.* 39.
*n.* 21. Manzius *de teſtamentis*, *tit.* 5. *quæſt.*
15. *n.* 15. Oliva *de for. Eccleſ.* 2. *part.*
*quæſt.* 30. *à n.* 1. Carpzovius *in juriſprud.*
*forenſ. par.* 3. *conſtit.* 3. *definit.* 36. *n.* 4.
& *definit.* 38. *n.* 5. Antunez *de donationib.*
*tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 16. *n.* 10. *cum. ſeqq.*
Carolus Anton. de Luca *in animadverſion. ad*
Gratian. *cap.* 268. *n.* 8.

Debent hujuſmodi quinque teſtes nun- 19
cupativi teſtamenti eſſe maſculi, quia juris
regulis inſpectis, & conſtitutionibus fora-
libus attentis, fœminæ nequeunt eſſe teſtes
in teſtamento, *leg. qui teſtamento*, §. *mulier*,
*ff. qui teſtament. facere poſſunt*, §. *teſtis*, *in-*
*ſtit. de teſtament. ordinan. For.* 7. *rubr. de teſtib.*
*For.* 10. *rubr. de teſtam.* D. Leon *dict. tom.* 3.
*deciſ.* 40. *n.* 19. *cum ſeqq.* Domin. Creſpì
*dict. obſervat.* 52. *n.* 6. Caſtejon *in Alpha-*
*bet. verbo*: *Teſtamentum*, *num.* 21. Carolus





Rota *de privileg. mulierum*, *cap.* 1. *num.* 169.
Quod procedit, etiam ſi numerus teſtium
20 fuerit auctus, nam etſi ſex, vel ſeptem, aut
plures teſtes fuerint, inter quos, completus
numerus quinque maſculorum non reperia-
tur, nuncupativum teſtamentum, non erit
validum, Domin. Leon *dict. deciſ.* 40. *n.* 32.
Et licet, ut jam diximus, in teſtamento facto
coram Notario, non ſit neceſſe, rogare te-
ſtes, *ex For.* 8. *rubric. de teſtament.* in nuncu-
21 pativo neceſſarium eſt, quod teſtes rogati
reperiantur, Domin. Leon *dict. deciſ.* 40. *n.*
53. *cum ſeqq.* & *n.* 137. Domin. Creſpì *dict.*
*obſervat.* 52. *n.* 103. Manzius *de teſtament.*
*tit.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 61. Eſcaño *de teſtament.*
*cap.* 25. *per tot.* Carpzovius *in juriſprudent.*
*forenſ. par.* 3. *conſtit.* 3. *definit.* 33. *num.* 7.
Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſu* 25.
22 *n.* 6. Tenentur etiam teſtamenti nuncupa-
tivi teſtes, cognoſcere teſtatorem, *For.* 17.
*rubric. de teſtament.* ibi: *E que los teſtimonis,*
*que ſeràn demanats à fer lo dit teſtament, cone-*
*guen, è hajen à coneixer lo teſtador, leg. hæredem*,
§. *in teſtament. ff. de teſtament. Authentic. de*
*inſtr. caut.* §. *oportet, ubi gloſſ.* Gratian. *diſ-*
*ceptat. forenſ. cap.* 199. *n.* 23. Theſaur. *lib.*
2. *quæſt. forenſ.* 78. Manzius *de teſtament. lib.*
2. *tit. de teſtament. valido, vel invalido*, *cap.*
141. *quæſt.* 5. *num.* 4. Eſcaño *de teſtament.*
*cap.* 23. *n.* 13. *cum ſeqq.* Carolus Anton. de
Luca *in animadverſionib. ad* Gratian. *dict. cap.*
199. *n.* 12. Et ita reperitur à Senatu deci-
ſum ſentencia per Caſes *die* 22. *Decembris*
1626. inter Thomam Babot, & Clerum
Parochialis Eccleſiæ Villæ de Caſtellò de la
Plana.

23 Teſtium dicta teſtamenti nuncupativi,
debent recipi per Scribam Curiæ Juſtitiæ,
qui redigere in ſcriptis tenetur eorum depo-
ſitiones ſeparatim, & omnes quinque teſtes,
manifeſtationem teſtamenti debent Juſtitiæ
facere, coram tribus teſtibus, *dict. For.* 16.
*rubric. de teſtament* ibi: *E lo dit Juſticia ab*
*ſon Notari, ò davant tres teſtimonis, deconti-*
*nent reba en eſcrits, la depoſiciò dels dits teſti-*
*monis, ſeparadament.* Domin. Leon *dict. de-*
*ciſ.* 40. *n.* 89. & 92. Domin. Creſpì *dict.*
*obſervat.* 52. *n.* 101. Trullench *dict. cap.* 18.
*dubitat.* 2. *n.* 4. Optimè ad intentum, Carp-
zovius *in juriſprudent. forenſ. part.* 3. *conſtit.*
3. *definit.* 36. Sed, ut prædicti teſtes nuncu-
24 pativi teſtamenti fidem faciant, debent eſſe
omni exceptione majores, Craſus *recept.*
*ſentent.* §. *teſtamentum*, *quæſt.* 54. *num.* 1.
Gregorius Lopez *in leg.* 1. *tit.* 1. *part.* 7. *gloſſ.*
*Ante ſentencia teſtigos.* Decius *conſil.* 105.
*num.* 4. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 4. *num.*
127. Cevallos *conſil.* 32. *num.* 27. *volum.* 1.
Domin. Leon *dict. deciſ.* 40. *n.* 79. Tren-
tacinc. *conſil.* 42. *n.* 11. *in fin. lib.* 2. Fon-
tanel. *tom.* 2. *deciſ.* 575. *n.* 25. Dom. Creſ-
pì *dict. obſervat* 52. *n.* 8. Manzius *de teſta-*
*ment. tit.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 65. Cardinal. de
Luca *de teſtament. diſcurſu* 25. *n.* 4. Etiam
deponere debent, quod præſentes fuerint,
toto in tempore, & quouſque peractum fuit 25
teſtamentum, & omnes ſuam explicavit vo-
luntatem teſtator, *leg. qui teſtamento*, §. *vete-*
*res*, *ff. de teſtament.* Roman. *conſil.* 8. Ale-
xand. *conſil.* 77. *lib.* 2. Mayner *de teſtament.*
*ſucceſ. lib.* 4. *tit.* 4. *n.* 3. Vazquez *de ſuc-*
*ceſ. creat.* §. 22. *n.* 91. Craſus *in dict.* §. *te-*
*ſtamentum*, *q.* 95. *n.* 1. & 2. Dom. Leon
*dict. deciſ.* 40. *n.* 110. Barri *de ſucceſsionib.*
*lib.* 1. *tit.* 1. *de teſtament. n.* 37. Eſcaño *de*
*teſtament. cap.* 25. *n.* 20. & 21. Manzius *de*
*teſtament. tit.* 4. *q.* 1. *n.* 104. Item, de-
bent eſſe conteſtes de loco, & tempore,
alias nihil probabunt, Farinac. *de teſtibus*,
*q.* 64. *n.* 97. Dom. Leon *dict. deciſ.* 40.
*n.* 91. Et quod eſſentialius requiritur eſt,
quod de toto tenore teſtamenti deponant, &
de omnibus, quæ in teſtamento continentur,
conteſtando ſuper circunſtantiis, ut latiſsimè 26
docet Domin. Leon *dict. deciſ.* 40. *n.* 94.
*cum ſeqq.* Andreol. *controverſ.* 296. *n.* 15.
& 16. *part.* 4. Rubeus *reſolut. practicar. cap.*
138. *n.* 113. Rota *recentiſsimar. part.* 6.
*deciſ.* 126. *n.* 3. & *part.* 9. *tom.* 2. *deciſ.* 269. *n.* 22.
& *part.* 13. *deciſ.* 52. *n.* 2. Bonden. *de jure con-*
*trover. collect.* 39. *n.* 60. Franciſc. de Angelis *de*
*confeſ. lib.* 2. *q.* 76. *n.* 11. Si enim fuerint ſin-
gulares, probationem non facient, *cap.* 33.
*de teſtib. cap. bonæ memoriæ* 23. §. *contra le-*
*gati, de electione*, *cap. licèt* 9. *de probationib.*
Farinac. *de teſtib. q.* 64. Pacian. *de probatio-*
*nib. part.* 1. *cap.* 14. *à n.* 4. Flores de Mena *va-*
*riar. cap.* 22. *circa fin.* Fermoſin. *ad text. in dict.*
*cap. tam literis* 33. *de teſtib. q.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq.*
Eſcobar *de puritat. ſanguin.* 1. *part. q.* 9. §. 3.
Et erunt ſingulares, etiam ſi in ſubſtantia
conveniant, ſi diſconveniunt in cortice ver-
borum, quia etſi in aliis, ut conteſtes dican-
tur, ſufficiat quod in ſubſtantia concordent,
quamvis in cortice verborum diſcordent;
in teſtamento nuncupativo traditur ſingula-
riter, quod debent, non ſolum in ſubſtantia,
ſed etiam in cortice verborum concordare,
ut conteſtes dicantur, docent Franciſc. Mar-
cus, & Farinac. adducti à Domin. Leon *deciſ.*
40. *n.* 113. & 114. Anton. Faber *in ſuo C. lib.*
6. *tit.* 7. *definit.* 1. & *tit.* 22. *definit.* 15. Can-
cer *variar. part.* 1. *cap.* 4. *de teſtam. n.* 85. Fon-
tanel. *deciſ.* 578. *n.* 12. & 580. *n.* 5. Andreol.
*part.* 5. *controv.* 346. *n.* 15. Antunez *de donat.*
*tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 16. *n.* 13. Licèt non deſint
aliqui tenentes, quod ſufficit teſtes in ſubſtan-
tia facti conteſtes eſſe, Flores de Mena *va-*
*riar. q.* 1. *n.* 57. Ciriac. *controv.* 407. *n.* 155. Eſ-
caño *de teſtam. cap.* 16. *n.* 30.

27 Tenentur etiam, omnes quinque teſtes
nuncupativi teſtamenti, infra decem dies,
computandos à die nuncupati teſtamenti,
depoſitiones ſuas facere, coram ordinario, ut
validitatem habere poſsit teſtamentum, *d. For.*
*16. & 17. rub. de teſtam.* & cum hoc pro for-
ma nuncupativi teſtamenti deſideretur, Dom.
Creſpì *d. obſervat.* 52. *n.* 100. Tenendum eſt,
28 quod etiam ſi quatuor ex quinque teſtibus co-
ram ordinario, comparuiſſent intra decem
dies, & teſtamentariam diſpoſitionem mani-
feſtaverint, ſi quintus non compareat, vel quia
noluerit, aut quia mortuus fuerit, aut alia de
cauſa, erit teſtamentum nullum, etiam ſi elap-
ſis decem diebus, depoſitionem fecerit teſtis
ille quintus, nam cum pro fòrma requiratur,
quod omnes teſtes intra decem dies depo-
nant, nequit conſiderari hæc forma obſerva-
ta, quandò ſolum quatuor manifeſtationem fe-
cerunt, & perconſequens ex inobſervata for-
ma, nullum erit teſtamentum nuncupativum,
ex regul. text. *in l. qui hæredi, ff. de conditionib.*
*& demonſtrat. leg. 1. & 2. Cod. quando provocare,*
*non eſt neceſſe. Gloſſ. in cap. dilecta, de reſcri-*
*ptis,* Phebus *decìſ. 75. part. 1. num. 6.* Flores de
Mena *variar. lib. 1. q. 1. num. 57.* Emmanuel
Barboſa *in addit. ad ordinat. lib. 4. num. 261.*
Eſcaño *de teſtam. cap. 2. num. 17.* Oliva *de foro*
*Eccleſiæ, part. 2. q. 30. num. 6.* Antunez *de do-*
*nationib. tom. 2. part. 3. cap. 16. num. 12.* Et
hoc non parum confirmatur ex eo, quod de
jure, ſi ſolus unus teſtis non ſubſcriberet teſta-
mentum, etiam ſi omnes alii ſubſcriptionem
feciſſent, nullum, & invalidum teſtamentum
erat, *leg. ſi unus 12. Cod. de teſtam.* Ant. Gov. *con-*
*ſult. 4. n. 29.* & ex illo videlicet, quod ſi ſolus
unus teſtis deficeret in recognoſcendo teſta-
mento, & ſi cæteri teſtes recognitionem
feciſſent, nullum teſtamentum remanebat,
Barthol. *in leg. 2. in princip. ff. quemadmodum te-*
*ſtamenta aperiantur.* Modeſtin. Piſtor. *conſil.*
*51. ſub n. 31.* Ciriac. *controv. 444. num. 143.*
Altograd. Junior *controv. 50. num. 23. & 24.*
Ant. Gov. *conſul. 4. num. 21.* Quod limitandum
29 erit, ſi aliqua magna neceſsitate urgente, ut
puta infirmitatis, aut ſimilis, teſtes non po-
tuerint ad Curiam venire, nam tunc poterit
dari à judice ſalvitas in dilatione forali, quo-
uſque ceſſet teſtis impedimentum, quia & ſi
pro forma debeant recipi intra decem dies,
omiſsio iſta, non vitiabit teſtamentum, quan-
do neceſsitas urgens impedit hoc fieri, cum
habeatur de jure, quod ſi neceſsitas impe-
diat adimplementum formæ, ejus omiſsio
non vitiat actum, Tiraquel. *ad ll. connubial.*
*Gloſſ. 6. n. 34.* Pariſius *conſil. 33. n. 29. & 30.*
*lib. 2.* Roland. *conſil. 81. n. 25. cum ſequentib.*
Maſcard. *de interpretat. ſtatutor. concluſ. 9.*
*n. 78.* Barboſa *axiomat. 100. n. 9.* Benè verum
30 eſt, quod teſtes nolentes intra dictum tem-
pus depoſitiones ſuas facere, ultra infamiæ
pœnam, tenentur ad damni reſtitutionem, *d.*
*For. 16. rubr. de teſtament.* ibi: *Los quals teſ-*
*timonis de el dit teſtament, ſots pena de infa-*
*mia, è de reſtituir lo dany, dins los dits deu*
*dies vinguen, &c.* D. Creſpi *d. obſerv. 52. n. 101.*
Et juri conſonum erit, quod ſimiles teſtes,
pœnis pecuniariis, aut aliis remediis præto- 31
riis invitentur ad manifeſtationem faciendam,
ex ratione text. *in leg. 4. ff. quemadmodum teſta-*
*menta aperiantur, leg. 3. §. exhibere, de tabulis ex-*
*hibend. leg. cum ab initio, ff. quemadmodum teſta-*
*menta aper. l. inviti 8. leg. ult. ff. de teſtib. l. ſi quan-*
*do 15. l. ſed ſi innovioribus 19. Cod. eod. cap. 1. &*
*tot. tit. de teſtib. cogend. cap. ex parte, de teſtib.*
Faber *in ſuo C. tit. de teſtib. definit. 1. & in ra-*
*tional. ad text. in l. ad perſonas 15. ff. de jure ju-*
*rand.* Farinac. *de teſtib. q. 78. n. 3.* Gilchen. *in*
*leg. judices, C. de fide inſtrumentor.* Fermoſinus
*ad text. in cap. 1. de teſtib. cogend. q. 1. n. 6.*
Gonzalez Tellez *ad text. in cap. venerabilis 11.*
*de teſtib. cogend. n. 3. cum ſeqq.* Illuſtriſsimus
D. D. Martinus Lopez de Ontiveros, olim
Archipræſul digniſsimus hujus noſtræ Diœ-
ceſis *in repetit. ad text. in cap. 1. de teſtib. co-*
*gend.*

Si in loco, ubi teſtamentum nuncupativum 32
fuit factum, non fuerint reperti quinque te-
ſtes maſculi, dubitari poteſt, an nuncupata
voluntas coram tribus teſtibus, aut quatuor
ſolum repertis, pro teſtamento ſit obſervan-
da; pro validitate teſtamenti (præſertim fa-
cti, prout ſolet, cum aſsiſtentia Parochi, aut
proprii Sacerdotis) facit, quod legitimum di-
citur teſtamentum factum, coram Parocho, 33
aut proprio Sacerdote, adhibitis duobus, vel
tribus teſtibus, *cap. cum eſſes 10. de teſtament.*
Fachin. *lib. 5. controv. cap. 47.* Spin. *in ſpecul.*
*teſtam. gloſſ. 31. princip. n. 34.* Barboſa *ad text. in*
*d. cap. cum eſſes, n. 2.* Fagund. *in decalog. tom. 2.*
*lib. 8. cap. 39. n. 13.* Bayo *in prax. 2. part.*
*quæſt. 2.* Anton. Graña *in dict. cap. cum eſſes,*
*n. 1. cum ſeqq.* Manzius *de teſtament. tit. 4.*
*q. 1. n. 59. & 60.* Antonel. *de temp. legal. lib. 2.*
*cap. 32. n. 1.* Gibalin. *de negotiat. tom. 2. lib. 5.*
*cap. 7. artic. 2.* Fagnanus *ad text. in dict. cap. cum*
*eſſes, n. 1. cum ſeq.* Franciſc. de Angelis *de con-*
*feſsion. lib. 2. q. 76. n. 11.* Et non parum con-
firmatur ex eo, quod in Regnis Caſtellæ per-
ficitur teſtamentum nuncupativum, prout
apud Nos, coram quinque teſtibus, *leg. 1. tit. 3.*
*lib. 1. ordinament. leg. 1. tit. 4. lib. 5. recopilat.*
Menchaca *de ſucceſsion. creat. §. 30. n. 26.*
Gregorius Lopez *in leg. 2. tit. 6. partit. 1.*
Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 1.*
Didacus Perez *in leg. 1. ordinam.* Domin.
Leon *dict. deciſ. 40. num. 4.* Valenzuela
*conſil. 124. num. 13.* Gonzalez Tellez *ad*
*text. in dict. cap. cum eſſes, de teſtament.*
*num. 12,* & tamen, ſi quinque teſtes non 34
re-



reperiantur, in loco ubi fit, ſufficiunt tres,
Gregor. Lopez, ubi prox. Villalob. *part. 2.*
*tract. 30. differ. 2. n. 4.* Sanchez *conſilior. moral.*
*par. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 2. n. 1.* Trullench *d. cap.*
*18. dub. 2. n. 4.* Gonzal. Tellez, ubi prox. Sed
contrarium judico tenendum, & invalidum
judicandum ſemper nuncupativum teſtamen-
tum factum coram minori numero teſtium,
etiam ob illorum carentiam in loco, ubi nun-
cupatur, quia, ut jam diximus, pro forma, &
ſolemnitate teſtamenti nuncupativi, quinque
teſtes maſculi deſiderantur à foro, & non
poteſt reperiri teſtamentum, ubi quinquena-
rius teſtium numerus deficit, cum illius eſ-
ſentia conſiſtat in numero teſtium comple-
to, qui numerus, nulla neceſsitate, urgentia,
aut cauſa, poteſt minui, argum. text. *in leg. 1.*
*& 2. C. quando provocar. non eſt neceſſe.* Ne-
que obſtant pro contraria adducta; nam ad
primum dicitur, quod teſtamentum factum
coram Parocho, & duobus, aut tribus teſti-
bus, valet de jure canonico, per text. *in dict.*
*cap. cum eſſes 10. cap. relatum 11. de teſtament.*
Meyrer *de teſtament. lib. 4. tit. 6.* Comitol.
*reſponſ. moral. lib. 7. quæſt. 1. n. 8.* Cardinal.
de Luca *de teſtam. diſcurſu 25. n. 3. cum ſeqq.*
Caſtejon *in alphabet. verbo Teſtamentum, n.*
*63.* Caponi *tom. 5. diſcept. 328. n. 25.* Franc.
de Angelis *de confeſsionib. lib. 2. q. 76. n. 11.*
Moſtazo *de cauſis piis, lib. 1. tom. 1. cap. 6. n. 2.*
cum hac diſtinctione, quod in terris ſubjectis
juriſdictioni Principis Secularis, & percon-
ſequens in noſtro Regno, non erit validum
teſtamentum, quoad profana, ſed ſolum in
Provinciis, Romano Pontifici ſubjectis quoad
temporalia, ut rectè docent Cenedo *in colle-*
*ctan. ad decretal. collect. 159.* Covarrub. *in dict.*
*cap. cum eſſes, n. 12.* Alciat. *in cap. novit, de judi-*
*ciis, n. 47.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib. 3.*
*part. 1. §. 22. n. 38.* Valaſc. *tom. 1. conſult. 74. n.*
*13.* Fachin. *lib. 6. controverſ. cap. 47.* Barboſa *ad*
*text. in dict. cap. cum eſſes, n. 2.* Fagund. *in decalog.*
*tom. 2. lib. 8. cap. 39. n. 13.* quidquid in contra-
rium dicant, Arnoldus Vinius *lib. 2. ſelectar.*
*cap. 19.* Chriſtin. *tom. 1. deciſ. 51.* quoad pia po-
terunt defendi teſtamenta prædicta, cum ſolū
debeat conſtare de voluntate ut valeant, Gon-
zalez Tellez, ubi prox. *n. 13.* & non ſolet Se-
natus noſter recedere à doctrina ſupra tradi-
ta; nam, & ſi in Regno teſtamentum coram
Notario factum, debeat recipi, tribus teſti-
bus, quoadminus intervenientibus *For. 10.*
*& 12. For. 7. rub. de teſtam.* & dixi *n. 5.* tamen
ſi coram duobus teſtibus reperiatur factum,
quia de voluntate conſtat, validum erit, quoad
legata pia, minimè verò quoad profana; ita
Senatus ſententia per Alreus, *die 2. April. 1594.*
inter Bartholomeum Carnicer, & alios. Ad
35 ſecundum reſpondetur, quod in Regnis Ca-
ſtellæ, ſufficiunt tres teſtes in teſtamento nun-
cupativo, quando in loco ubi fit quinque non
reperiuntur, quia ita lege particulari ſtabilitū
eſt, *l. 1. tit. 4. lib. 5. novæ recopilat.* ibi: *Tres ve-*
*zinos de tal Lugar,* Ant. Gomez *in leg. 3. Tauri,*
*n. 47.* Azeved. *in d. leg. 1. tit. 4. lib. 5. novæ recop.*
*n. 84.* Sanchez *dict. lib. 4. cap. 1. dubit. 2. n. 2.*

Sed quid juris erit, ſi tempore facti teſta-
menti nuncupativi, inter teſtes Notarius re- 36
periatur, videtur enim tali in caſu, teſtamen-
tum nuncupativum, non eſſe validum. Primo,
quia iſte teſtandi modus, non ſolet reperiri
admiſſus in ſanitate, neque adhuc in adverſa
valitudine, niſi caſu in quo urgeat morbus,
taliter, quod Notarii copia haberi non poſsit
ad teſtandum, ac proinde modus ordinarius
teſtandi in Regno eſt coram Notario, & te-
ſtibus, ſubſidiarius verò, eſt per nuncupatio-
nem, & quando Notarii copia haberi non
poteſt, Fontanel. *deciſ. 578. num. 6.* Cum ergo
remedia ſubſidiaria non intrent, quando or-
dinaria remedia habent locum, & ſemper
prætermiſsis extraordinariis, eligenda ſint or-
dinaria remedia, *leg. quædam, in princip. ff. de*
*edend. leg. in cauſæ 17. ff. de minorib.* Sequitur,
quod interveniente Notario, poteſt teſtator,
via ordinaria teſtamentum facere, & in per-
miſſum erit confugere ad extraordinarium
modum teſtandi, videlicet nuncupativè, ut vi-
detur probari, ex doctrina Antonii Fabri *in*
*ſuo Cod. lib. 6. tit. 5. de teſtament. definit. 27. n. 11.*
quam refert Fontanel. *d. deciſ. 578. n. 6.* Secun-
do facit, quod in Caſtellæ Regnis, quando No-
tarius reperitur in loco, ubi teſtamentum nun-
cupatur, nequit fieri, cum illis teſtibus, cum
quibus legitimè fieret ſi copia Notarii non
reperiretur, Tello *in leg. 3. Tauri, part. 2. n. 14.*
& ibi Cifuentes, Matienzo *in l. 1. tit. 4. lib. 5.*
*novæ recopil. gloſ. 3. n. 6.* Menchaca *de ſucceſsion.*
*creat. lib. 3. §. 21. n. 20.* Burgos de Paz *in leg. 3.*
*Tauri, n. 826.* Sanchez *conſil. moral. dict. lib. 4.*
*cap. 1. dubit. 2. n. 3.* Et quod non eſt locus te-
ſtamento nuncupativo, niſi quando copia
Notarii haberi non poteſt, docent Molinus
*in report. verbo Teſtamentum.* Portol. ad Mo-
lin. *verbo Teſtamentum, n. 61.*

Contrariū tamen tenendū judico, quia ſive 37
Notarius præſens reperiatur, & ſit unus ex te-
ſtibus, ſive non reperiatur, omni in caſu validū
erit teſtamentū nuncupativū, ea ratione, quod
tàm in Regno, quàm juxta jus commune, legiti-
mus, & ordinarius modus teſtandi dicitur, per
nuncupationem, manifeſtata, & declarata vo-
luntate coram quinque teſtibus: ergo, & ſi ſit
legitimus, & ordinarius modus teſtandi coram
Notario, & teſtibus, poterit teſtator eligere
teſtamentum facere nuncupativè, & omittere
in poſſe Notarii illud facere, cum juxta juris
regulas, qui diverſis modis poteſt actum legi-
timè facere, eligere etiam poteſt modum il-
lum ſibi benè viſum, & magis utilem, *l. ſi*

mulier 21. §. ultim. in fin. ff. quod metus cau-
ſa, l. ſi creditores hæreditarii 5. ff. de ſepara-
tionib. l. cujus bonis 9. ff. de curatore furioſo,
Barthol. in l. cum proponas, C. de tranſactioni-
bus, Coſta in tract. ſcientiæ, & ignorant. di-
ſtinct. 80. centur. 1. n. 21. Et adhuc caſu in
38 quo, teſtator deſtinaverit teſtamentum facere
apud Notarium, & ille vocatus fuerit, ſi non
manifeſtaverit teſtare velle coram Notario,
ſed ſolum nuncupet ſuam voluntatem coram
ſufficienti numero teſtium, valebit teſtamen-
tum, ut nuncupativum, ut rectè docet Dom.
Creſpì dict. obſervat. 52. n. 52. cui adde Paul.
Rubeum de teſtam. cap. 8. n. 340. cum ſeqq.
Eſcaño de teſtam. cap. 13. n. 20. cum ſeqq. Neque
obſtant in contrarium adducta, nam ad pri-
mum reſpondetur, quod non eſt remedium
extraordinarium teſtare nuncupativè, ſed or-
dinarium, prout diximus. Ad ſecundum ſatiſ-
facies, dicendo, quod in Regnis Caſtellæ,
particulari ratione, & argumento à contrario
cenſu ſumpto, ex l. 1. tit. 4. lib. 5. novæ reco-
pilat. admittitur, quod ſi in oppido, ubi te-
ſtamentum conficitur, Notarii copia habea-
tur, non poſsit nuncupativè teſtamentum
fieri coràm tribus teſtibus, ſed non negant
DD. quod poſsit coram quinque teſtibus
fieri, & adhuc cenſiunt multi, poſſe coram
tribus teſtibus teſtamentum nuncupativum
fieri, etiam ſi adſit Notarii copia, Anton.
Gomez in l. 3. Tauri, n. 47. Covarrub. in cap.
cum omnes, de teſtam. n. 2. Sanchez conſilior.
moral. dict. lib. 4. cap. 1. dubit. 2. n. 2. & 3. Ad
ultimum reſpondeo, quod Molinus, & Por-
toles, aut loquuntur ſine fundamento, aut
juxta aliquam particularem legem Regni ſui,
ut notat Fontanel. d. deciſ. 578. n. 10.
39 De teſtamento nuncupativo, non erit
dubitandum, quod ſi legitimè fuerit factum,
per illud revocabitur anterius teſtamentum,
aut in ſcriptis, aut coram Notario, & teſti-
bus factum, nam juxta jura aperta, poſterio-
re teſtamento perfecto infirmatur teſtamētum
prius factum, l. 1. & 2. l. ſi binæ tabulæ 11. l.
cum in ſecundo 12. ff. de injuſto rupto, l. qui
priore 29. ff. ad S. C. Trebel. l. pater filio 54.
ff. de hæredib. inſtituend. §. poſteriore quoque
inſtitut. quibus modis teſtamenta infirmen-
tur, Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 78.
n. 1. cum ſeqq. Manzius de teſtam. tit. 3. q. 5.
n. 10. Giurba ad conſuet. Meſanen. cap. 6. gloſſ.
2. à n. 15. Eſcaño de teſtam. cap. 4. n. 16. Capo-
ni tom. 4. diſcept. 291. n. 8. Pirrhus Corrad. in
prax. diſpenſat. lib. 10. cap. 3. n. 17. Torre-
cilla en la expoſicion ſobre las propoſiciones,
tratado 6. miſcelaneo, conſult. 10. concluſ.
1. & 2. numer. 3. Moſtazo de cauſis piis,
tom. 1. lib. 1. cap. 7. per tot. Quod procedit,
etiam ſi primū teſtamentū haberet clauſulas
derogatorias, nam abſque illarum expreſ-
ſione, primum revocatur teſtamentum, per
ſecundum, ut Senatus dixit Sententia per
Caſes, die 1. Julii 1627. inter Conventum
V. M. de Remedio, & Joſephum Albert; cum
ergo teſtamentum nuncupativum, ſit perfe-
ctiſsima diſpoſitio, l. hac conſultiſsima, C. de
teſtament. §. ſed hæc quidem, inſtitut. de teſta-
ment. For. 16. & 17. rubric. de teſtam. dice-
re debemus, quod & ſi teſtamentum in ſcri-
ptis, aut coram Notario, & teſtibus prius fa-
ctum, ſit perfectum, revocari poterit nuncu-
pativo teſtamento æquè perfecto, Barri de
ſucceſsionib. lib. 10. tit. 11. de reſolut. teſta-
ment. n. 8. Carol. Anton. de Luca in ani-
madverſionibus ad Gratian. cap. 168. n. 5.
Carpzovius in juriſprud. forenſ. par. 3. conſti-
tut. 3. definit. 39. n. 3. Rota coram Bich.
deciſ. 458. n. 1. & 2. & coram Peutin-
ger. deciſ. 100. n. 2. Antunez de donationi-
bus, lib. 1. par. 3. cap. 17. Caſtejon in alpha-
bet. verbo: Teſtamentum, num. 63. Non ita
erit per codicillos, quia cum codicilli dican-
tur pars teſtamenti, l. penultim. ff. quemad-
modum teſtamenta aperiantur, l. quidem refe-
runt, ff. de jure codicillorum, Fontanel. deciſ.
171. n. 17. Arias de Meſa variar. lib. 3. cap.
11. n. 9. Triſtany deciſ. 9. num. 3. imò te-
ſtamentum, & codicilli habeantur pro una,
& eadem diſpoſitione, Fontanel. dict. deciſ.
171. n. 18. Andreol. controverſ. 44. n.
19. Conciol. allegat. 66. n. 25. Et quod
magis eſt uno, & eodem tempore teſtamen-
tum, & codicilli videantur facta, Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 16. n. 49. Gratian.
diſcept. t. 571. n. 27. Triſtany dict. deciſ. 9.
n. 4. Nunquam cenſebitur revocatum te-
ſtamentum, vel in eo diſpoſitum, per codi-
cillos, niſi in expreſsè mutatis, & revocatis,
Surdus conſil. 230. n. 3. Peregrin. de fidei-
commiſ. artic. 16. n. 49. & conſil. 68. n. 7.
volum. 3. Ciriac. controverſ. 584. n. 20.
Cavaller. deciſ. 41. n. 9. Triſtany d. deciſ.
9. n. 3.
Quod habebit locum, ſolum in caſu, 40
quo nullum verſetur dubium circa teſtamen-
ti nuncupativi validitatem, nam aliter te-
nendum eſſet, ſi de validitate dubitaretur,
quia quando non agitur de revocatione te-
ſtamenti, facilius judicatur, pro validitate
teſtamenti dubii, ſed quando agitur de in-
ducenda revocatione teſtamenti legitimè fa-
cti, non debet judicari validum in dubio ſe-
cundum teſtamentum, ut revocatum maneat
primum, Mantica de conjectur. lib. 2. tit. 15.
n. 16. Alexand. conſil. 4. n. 14. & 15. lib. 7.
Cravet. conſil. 143. n. 15. D. Leon deciſ. 40.
tom. 3. n. 69. cum ſeqq. & 119. Caſtillo con-
troverſ. lib. 4. cap. 29. n. 16. & 17. Caſanate
conſ. 48. n. 52. Fontanel. tom. 2. deciſ. 580. n. 9.
Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 78. n. 2.
Eſ-



Eſcaño de teſtam. cap. 4. n. 16. Cardinal. de
Luca de teſtam. diſcurſu 31. n. 6. Antunez de
donat. tom. 2. part. 3. cap. 17. per tot. Idem erit
dicendum ſi teſtator, ex falſa cauſa motus fue-
rit ad teſtandum, prout in ſecundo teſtamen-
to continetur, nam primum remanebit vali-
dum, & per ſecundum non revocabitur, Man-
tic. de conjectur. lib. 6. tit. 14. n. 12. Cyriac.
controverſ. 65. n. 19. & controverſ. 168. n.
47. Cenſal deciſ. Lucenſi 20. n. 25. Panthſeman.
quæſt. 21. n. 60. lib. 2. Caril. deciſ. 47. n. 12.
Anton. Govius conſult. 20. n. 2.
41 Non ſufficit, ut teſtamentum nuncupativum
legitimè factum dicatur, quod aliqui teſtes
deponant, ſe audiviſſe aliquem dicentem
velle relinquere bona ſua alicui, l. divus, ff. de
militari teſtament. ibi: Alioquin non difficulter
poſt mortē alicujus militis teſtes exiſterēt, qui af-
firmarēt ſe audiviſſe, dicentē aliquem relinque-
re ſua bona, cui viſum ſit, & per hoc judicia ve-
ra ſubverterentur, Cardinal. de Luca de teſta-
42 ment. diſcurſ. 13. ex n. 8. Sed requiritur, quod
diſponens, teſtandi animum habuerit, & quod
teſtamentum facere voluerit, l. Divus Traya-
nus, ff. de militar. teſtament. ibi: Ut rata ſit ſimi-
lis diſpoſitio, conſtare debet, quod ipſe teſtamen-
tum fecerit, & voluerit diſponere. Nam ſi ſolum
verba ſimplicitèr prolata fuerint, coram ali-
quibus perſonis, etiam ſi teſtator dixiſſet, ta-
lem hæredem inſtituo, aut hunc hæredem fa-
cio, aut de meis bonis ita diſpono, ſi illa ver-
ba, ſolum interloquendo dicantur, & non
animo teſtandi, aut in actu teſtandi, non erunt
teſtamentum, neque pro teſtamento nuncupa-
tivo haberi debent, ut docent Corneus conſ.
149. n. 8. vol. 2. & n. 14. & conſ. 132. n. 4.
lib. 2. Socin. conſ. 179. n. 21. cum ſequentib.
Fontanel. dict. deciſ. 579. tom. 2. num. 20. cum
ſequentib. & deciſ. 577. num. 9. Carol. Anton.
de Luca in animadverſ. ad Gratian. cap. 93. n.
2. & multo minus, ſi tempore quo ſimilia ver-
ba interloqueretur adeſſet notarius, qui de te-
ſtamento rogari poterat, nam non eſt præſu-
mendum prolata fuiſſe animo teſtandi, cum
de teſtamento notarius rogatus non fuerit, D.
Leon deciſ. 40. tom. 3. n. 70. cum ſequen-
tibus.
43 Animus teſtandi, & conficiendi teſtamen-
tum nuncupativum probabitur in teſtatore, ſi
rogaverit, & convocaverit teſtes, ad teſtamē-
tum faciendum, dict. l. Divus Trajan. ff. de mi-
litar. teſtament. ibi: Convocatis ad hoc homini-
bus, ut voluntatem ſuam teſtaretur, l. jubemus,
29. C. de teſtament. ibi: Qui ad elogium confi-
ciendum fuerint convocati, l. hac conſultiſsima.
§. per nuncupationem, C. de teſtament. l. hæredes
palam, 21. ff. qui teſtamēta facere poſſunt, l. Pam-
philo, §. propoſitum, ff. de legatis, 3. Farinac. de
teſtib. quæſt. 62. n. 136. Mantic. de conjectur.
lib. 2. tit. 11. n. 4. D. Leon dict. deciſ. 40. n.
48. & 57. Gratian diſcept. forenſ. cap. 93. n.
4. Marta de ſucceſſion. legal. par. 4. tit. 2. quæſt.
3. Fontanell. deciſ. 579. n. 12. cum ſequent.
Eſcaño de teſtament. cap. 16. n. 11. & 12. D.
Creſpì dict. obſervat. 52. n. 13. Carol. Anton.
de Luca in animadverſ. ad Gratian. cap. 93. n.
2. cum ſequentib. Et iſte teſtium rogitus, in ju- 44
re non præſumitur, niſi probetur, Graſſus §.
teſtamentum, quæſt. 57. n. 6. Manzius de teſta-
ment. tit. 4. quæſt. 1. n. 102. Carol. Anton. de
Luca dict. cap. 93. n. 3. Licet quod præſuma-
tur, & quod præſumptioni ſtetur, dummodo
contrarium non probetur, docent Surd. conſ.
414. n. 29. Farinac. conſ. 97. n. 22. Cevall.
quæſt. 474. Flores de Mena variar. lib. 1. quæſt.
1. n. 21. Caſtillo controverſiar. lib. 4. cap. 20.
n. 22. Eſcaño de teſtam. cap. 25. n. 10. Ideo-
que teſtes ſpetialitèr de teſtamento moneri
debent, ut rogati dicantur, Boer. deciſ. 34.
Barri de teſtament. lib. 1. tit. 1. n. 38. Carol.
Anton. de Luca dict. cap. 93. n. 5. Unde ſi non
vocati, ſe introduxerint teſtes in egroti cubi- 45
culum, aut domum, vel trāſeūtes ſimplicitèr
audierint diſpoſitionem, non erit diſpoſitio
illa modo relato audita, teſtamentum vali-
dum, Vaſquez de ſucceſſion. creat. lib. 2. §. 13.
n. 75. Barri de teſtament. dict. lib. 1. tit. 1. n.
38. Carol. Anton. de Luca dict. cap. 93. n. 3.
Aliis modis poteſt animus teſtandi colligi, &
probari præterquam teſtium rogitu, ut docēt
D. Leon dict. deciſ. 40. n. 48. cum ſequentib.
Fontan. dict. deciſ. 579. n. 19. D. Creſpì obſerv.
52. n. 47. Marinis lib. 1. reſolut. quotidian. cap.
95. n. 22. cum ſeqq.
Ex ſupradictis obſerva, quod ſi teſtator nō
ſit in actu teſtandi, nunquam illius diſpoſitio 46
erit legitimum teſtamentum, etiam ſi illam
proferat, coram ſufficienti numero teſtium,
nam etſi interloquatur omne quod diſponere
vult, non erit teſtare, ſed velle, & præparatio
ad teſtandum, l. fideicommiſſa 11. §. quoties, ff.
de legat. 3. l. ex ea, 29. ff. de teſtament. D. Creſ-
pì dict. obſervat. 52. n. 48. Quod procedet,
etiam ſi teſtator, ſuam voluntatem integram 47
expreſſerit, & ſcribi juſſerit, eo animo, ut no-
tario traderetur, & de illa inſtrumentum con-
ficeret, nam talis ſcriptura non erit teſtamen-
tum, neque pro teſtamento valere poterit,
adhuc ad pias cauſas, quia non deficit ſolem-
nitas, ſed voluntas, Jaſſon conſ. 155. lib. 4.
Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 7. n. 7. Men-
chaca de ſucceſsion. creat. §. 14. requiſit. 10. n.
42. & 45. Thomas Manilius in tract. de ultim.
voluntatib. lib. 1. tit. 12. n. 9. Barboſ. de ju-
re univerſ. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 27. n. 69. Dia-
na par. 7. tract. 6. reſolut. 20. Trullench. in de-
calog. tom. 2. lib. 7. cap. 18. dubitat. 4. n. 3. D.
Creſpì obſervat. 52. n. 49. Paſqualig. de ſa-
crific. Miſſæ, q. 988. n. 7. Manzius de teſta-
ment. tit. 3. q. 7. n. 4. Cardinal. de Luca de
te-

*teſtam. diſcurſ.* 13. *n.* 8. *cum ſequentib.* Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 17. quidquid in contrarium velit Bocius cum multis *in tract. de teſtament. ad pias cauſas, num.* 57. Non enim ſufficit, quod teſtator aliquid voluerit, ſed requiritur quod ejus voluntas in ſolemnem diſpoſitionem tranſierit, Alexand. *conſ.* 202. *num.* 4. *lib.* 7. Gabriel. *conſ.* 103. *n.* 32. *lib.* 2. Socin. Junior *conſ.* 97. *num.* 52. & *conſ.* 155. *num.* 7. *lib.* 2. Beroi. *conſ.* 56. *num.* 29. *lib.* 1. Anton. Govius *conſult.* 1. *num.* 12.

48 Ex eadem doctrina obſerva, quod ſi teſtator, jam in actu teſtandi poſitus, cœperit facere teſtamentum, & morbo correptus, omnem ſuam voluntatem non potuiſſe declarare, appareat, ſed aliquid ab eo agendum, vel diſponendum remanſiſſet, nullius momenti erit teſtamentum, etiam reſpectu inſtitutionis hæredis factæ, aut totius illius partis diſpoſitionis quam fecit, & exaravit, *leg. exea,* 29. *ff. de teſtament. leg. ſi quis teſtamentum* 25. *ff. eod.* ibi: *Si is, qui teſtamentum faceret, hæredibus primis nuncupatis, prius quam ſecundos exprimeret hæredes obmutuiſſet; magis cœpiſſe eum teſtamentum facere, quam feciſſe, Varus digeſtorum lib.* 1. *Servium reſpondiſſe ſcripſit, l. furioſum, Cod. qui teſtamenta facere poſſunt, gloſ.* Barthol. Bald. Salicet. & communiter DD. *in dict. l.* 25. Covarrub. *in cap. relatum* 1. *de teſtament. num.* 10. Anton. Gomez *in leg.* 3. *Tauri, n.* 18. & 105. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 5. *num.* 4. Rota *deciſ.* 173. *num.* 7. *part.* 2. *in noviſſimis,* Diana *dict. part.* 7. *tract.* 6. *reſolut.* 20. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *diſcept.* 763. *num.* 3. D. Creſpì *dict. obſervat.* 52. *n.* 51. Bocius *in tract. de teſtament. inter liberos, num.* 179. Nicolaus Reuſner *de teſtament. part.* 3. *cap.* 29. *num.* 25. Manſius *de teſtament. tit.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 3. Caſtillo *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 5. Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprud. lib.* 3. *diſcurſ.* 10. *de teſtament. num.* 23 *cum ſequentib.* Eſcaño *de teſtament. cap.* 3. *num.* 1. & *cap.* 5. *n.* 31. Moſtaz. *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 15. & 16.

Declara tamen, quod ad pias cauſas valebit diſpoſitio facta, etiam ſi teſtamentum teſtator non perfecerit, juxta magis communem oppi-
49 nionem, *leg. in teſtamento* 38. *ff. de fideicommiſ. libertatib. leg. quod traditur* 87. *ff. de conditionib. & demonſtrat.* Barthol. *in dict. l. in teſtament.* 38. Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ, privileg.* 7. Covarrub. *in dict. cap. relatum* 1. *de teſtament.* Vazquez *de ſucceſsion. creat.* §. 22. *num.* 7. Menoch. *de præſuptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 5. *num.* 6. Surdus *deciſ.* 292. *num.* 16. Molina *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 134. Laiman *in Theolog. Moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 6. Sanchez *conſilior. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dubitat.* 7. *num.* 5. Vazquez *in opuſcul. de teſtament. cap.* 2. *num.* 27. Fachin. *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 3. Cornald. Biterſuſius *de differentiis juris Civilis, & Canon. lib.* 4. *cap.* 2. Dicaſtillo *de juſtit. & jure, lib.* 2. *tract.* 19. *diſput.* 1. *dubitat.* 10. *num.* 124. Diana *part.* 7. *tract.* 6. *reſolut.* 20. Fagund. *de juſtit. & jure, lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 16. Bellug. *rubr.* 7. *verſ. videamus, n.* 36. Villalobos *in ſumma, part.* 2. *tract.* 30. *difficult.* 5. *n.* 3. Bonacin. *de contract. lib. diſput.* 3. *q.* 1. *part.* 3. *n.* 21. noſter Trullench *in decalog. lib.* 7. *cap.* 13. *dubitat.* 4. *n.* 3. Marinis *reſolut. quotidian. cap.* 238. *per tot.* Lugo *de juſtit. & jure, tom.* 2. *diſput.* 22. *n.* 277. D. Creſpì *dict. obſerv.* 52. *num.* 50. Bocius *de teſtament. ad pias cauſas, n.* 59. & *de teſtam. inter liberos, num.* 186. & 187. Thadeæus Piſo *lib.* 1. *variar. cap.* 7. *n.* 37. Mattha *de ſucceſsion. legal. tom.* 2. *part.* 4. *quæſt.* 1. *artic.* 7. *n.* 42. Paſchal. *de virib. patriæ poteſtat. part.* 2. *cap.* 8. *n.* 61. *cum ſequentib.* Giurb. *ad conſuet. meſanenſ. cap.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 5. *n.* 12. Genua *de ſcriptura privat. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 34. Rubeus *de teſtam. cap.* 8. *n.* 343. Eſcaño *de teſtament. cap.* 13. *n.* 8. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 15. *cum ſequent.* Licet multi teneant, quod nec adhuc ad pias cauſas valebit ſupra 50 dictum teſtamentum, Paul. de Caſtro, Aretin. & alii *in dict. leg. ſi quis teſtamentum,* Oldrad. *conſ.* 119. Gomez *in leg.* 3. *Tauri, n.* 19. & *n.* 106. Boer. *deciſ.* 92. *poſt n.* 10. & *deciſ.* 240. *n.* 5. Gama *deciſ.* 221. Ea ratione quod teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, neque favore piæ cauſæ ſuſtinetur, Celſus Hugo *conſ.* 116. *n.* 3. Hodiern. *controverſ.* 36. *n.* 14. Gallia *conſ.* 103. *n.* 83. Anton. Govius *conſul.* 1. *n.* 43. & ita invenitur judicatum à Senatu ſententia per Aireus, *die* 28. *Julii* 1629. inter Bernardum Rebolledo, & Joannem Sas, ubi teſtamentum imperfectum ratione voluntatis invalidum fuiſſe etiam favore piæ cauſæ judicatum extitit.

Ex eiſdem principiis poteris reſolvere ca- 51
ſum ſatis difficilem, & uſufrequentem in praxi noſtra, multoties enim evenire ſolet, quod teſtator vocatis teſtibus, & notario, ſuam interloquendo manifeſtat voluntatem, ut notarius in minuta papiri illam deſcribat, ut poſtea de illa inſtrumentum publicum conficiat, & teſtamenti publicationem faciat, ſi autem eveniat, quod teſtator moriatur antea quam notarius publicet teſtamentum coram teſtibus, etiam ſi teſtatore mandante, ipſe notarius ultimam diſpoſitionem completè deſcripſerit, audientibus, & præſentibus teſtibus, non erit teſtamentum ſubſiſtens, quia cenſetur voluntas ſuſpenſa, uſque ad publicationis actum argum. text. *in* §. *ſed hoc quidem inſtitut. de emption. & vendit.* docent Theſaur. *q. forenſ. lib.* 4. *quæſt.* 28. *per tot.* Marinis *quotidianar. reſolut. cap.* 238. *n.* 6. & 7. Manſius *de teſtament. tit.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 12. Eſcaño *de teſtam. cap.* 14. *per tot.* D. Creſpì *obſervat.* 52. *n.* 53. *cum ſequentib. & num.* 103. & 104. refert de-

ci-



ciſum à S.A.C. Regia ſententia publicata per Vincentium Pradel, *die* 15. *Julii, ann.* 1661. non enim ſufficit quod deſcribatur teſtamentum coram teſtibus, ſed amplius requiritur, nempè, quod coram teſtibus publicetur, & legatur à notario, Corneus *conſ.* 77. *n.* 3. *lib.* 4. Cephal. *conſ.* 409. *num.* 13. Anton. Govius *conſultat.* 1. *n.* 9. & 10. quod habebit locū, etiam ſi diſpoſitio fuerit facta ad pias cauſas, vel inter liberos, nam etſi hujuſmodi diſpoſitiones valeant abſque publicatione notarii, &
52 aliis ſolemnitatibus, *l. hac conſultiſsima,* §. *ex imperfecto, Cod. de teſtament. authent. quod ſine, Cod. eod.* tamen ſi teſtator voluerit, quod teſtamentum publicetur, & ante publicationem obierit, erit invalidum ex defectu voluntatis, & neque ad pias cauſas, aut inter liberos valebit, Jaſſon *conſ.* 155. *lib.* 4. Oldrad. *conſ.* 119. Clarus §. *teſtamentum, quæſt.* 7. *n.* 3. Manilius *in tract. de ultim. voluntat. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 9. Diana *reſolut. moral. part.* 7. *tract.* 6. *reſolut.* 20. Xammar *rerum judicatar. par.* 1. *definit.* 36. *n.* 32. Ruin. *conſ.* 7. *num.* 6. *lib.* 3. Beroi. *conſ.* 1. *n.* 13. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 294. *ſub n.* 1. Anton. Govius *conſult.* 1. *num.* 10. D. Creſpì *dict. obſervat.* 52. *num.* 113. Manz. *de teſtament. tit.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 13. Fagnan. *ad text. in cap. publicato, de election. n.* 63. Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 26. *num.* 6. & 15. & *de fideicommiſ. diſcurſ.* 91. *n.* 14. & quod teſtamentum ratione voluntatis imperfectum, non ſit validum inter liberos, deciſum à Senatu reperitur ſententia per Daza, *die* 5. *Martii* 1615 inter Michaëlem Calaforra, & Martinum Calaforra, idemque judicatum extat de teſtamento ad pias cauſas, in dicta ſententia per Aireus, *die* 28. *Julii* 1629. inter Bernardum Rebolledo, & Joannem Sas.

Poteris etiam ex eadem doctrina reſolve-
53 re caſum, de quo noviſsimè conſultus fui, vocatus ergo fuit notarius in hac noſtra urbe, ut teſtamentum fœminæ egrotantis reciperet, qui adhibitis tribus teſtibus ſubſtantiam ultimæ diſpoſitionis (explorata voluntate teſtatricis) in baſtardello exaravit, quo facto cœpit teſtamentum publicare coram teſtibus, & publicatis aliquibus legatis piis, & profanis, & funeris impenſis, quando voluit initiare publicationem inſtitutionis hæredis, morbo oppreſſa teſtatrix deceſsit, dubitabatur, an teſtamentum validitatem habuiſſet, & dixi teſtamentum eſſe invalidum quoad hæredis inſtitutionem non publicatam, & quoad legata profana publicata, ex regulis ſupradictis, quod teſtamentum non pefectum, etiam ſi initiatum fuerit, nullius eſt roboris quoad profana, niſi omnia perfectè conſummata fuerint, *dict. leg. ſi is, qui teſtamentum* 25. *cum aliis ſupra adductis, ff. de teſtament.* Manzius *de teſtament. tit.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 12. Requiritur enim completa teſtamenti publicatio, ut non remaneat imperfectum ratione voluntatis, nam abſque publicatione completa, non poteſt dici conſtare de teſtatoris voluntate, Menoch. *conſ.* 42. *n.* 14. & *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 5. *n.* 7. Hodiern. *controv.* 36. *ſub n.* 63. & 64. Theſaur. *quæſt.* 28. *n.* 8. *lib.* 4. Anton. Govius *conſult.* 1. *n.* 9. Quoad legata vero pia, & funeris impenſa, conſului, poſſe 45
ſuſtineri teſtamentum, nam etſi omnis diſpoſitio publicata non fuerit, quoad pia illa legata jam publicata, cenſetur voluntas perfecta, argum. text. *in leg. in teſtament.* 38. *ff. de fideicommiſſ. libertatib. leg. quod traditur* 87. *ff. de conditionib. & demonſtrat.* docent Trullench, Diana, Marinis, Creſpì, & multi alii à nobis ſupra adducti, quibus adde Manſium *de teſtament. tit.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 13.

In noſtra praxi teſtamenta nuncupativa ſo-
lent diſponi hoc modo, quod Parochus, aut 55
alius Sacerdos, aut quilibet alius probus vir, qui ſcribere ſciat, in foleo papyri deſcribit voluntatem teſtare volentis, & eam firmat ſua propria manu, quod ſemper judico utile, & juri conſonum, nam jura valde confidunt de Parochis, & ſimilibus Sacerdotibus, confectioni teſtamentorum intervenientibus, *ut in cap. cum eſſes, de teſtam.* ubi communiter DD. & de prax. faciendi ſimilem ſcripturam teſtatur, Argelus *de adquirend. poſſeſſ. q.* 6. *artic.* 2. *n.* 5. & de interventione Parochi, Molin. *in ſua practic. in tit. de adveracion de teſtamento, foleo* 458. Portol. ad Molinum *verb. teſtamentum, n.* 58. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 2. *q.* 76. *n.* 11. Sed hoc non eſt de eſſentia, nam etiam ſi charta non fiat de voluntate ultima, neque interveniat Parochus, aut alius Sacerdos, validiſsimum teſtamentum faciet teſtator, nuncupando voluntatem ſuam coram quinque teſtibus, dummodo teſtes manifeſtent intra decem dies diſpoſitionem illam, curiæ juſtitiæ loci ubi teſtamentum fuit factum, nam tale teſtamentum, ad ſui eſſentiam, & validitatem, nullam petit ſcripturam, Argelus *dict. artic.* 2. *q.* 6. *n.* 5. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 3. *definit.* 35.

Deſcripta in papyri charta voluntate, &
nuncupata coram teſtibus, comparent teſtes 56
coram judice ordinario abſque inſtantia alicujus, & manifeſtant teſtamentum nuncupativum, tradendo judici ordinario memoriale diſpoſitionis nuncupatæ, & de manifeſtatione conſcribitur inſtrumentum publicum ab actuario curiæ, coram tribus teſtibus, juxta dictum *for.* 16. *rubr. de teſtament.* poſt hæc, fit proviſio, & interloquitur judex, quod dicta teſtium recipiantur, in cujus executionem, teſtes coram quibus celebratum fuit teſtamen-

tum,

57 tum, recipiuntur per ſummariam informatio-
nem, & cum juramento, & licet Argelus *ubi*
*proxim.* & Carol. Anton. de Luca *in animad-*
*verſionib.* ad Gratian. *cap.* 268. *n.* 8. teneant
teſtium dicta voluntatis nuncupativæ, debere
recipi, citatis iis, quorum intereſt, in noſtra
praxi ſummariè, & abſque alicujus citatione
recipiuntur, quod videtur de mente, Cornei
*in leg.final. Cod. de edict. Divi Adrian. tolend.*
*n.* 15. Fontanel *dict. deciſ.* 576. *n.* 9. Carpzo-
vius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 3.
*definit.* 38. *n.* 5. *&* 6.
58 Informatione teſtium facta, ſi teſtes depo-
nant, diſpoſuiſſe teſtatorem, juxta tenorem
memorialis exhibiti, media ſententia à judi-
ce ordinario declaratur, voluntatem illam à
teſtibus explicatam, legitimum eſſe teſtamen-
tum, quæ ſententia publicatur ad inſtantiam
hæredum, legatariorum, aut aliorum intereſſe
habentium, *leg.publicati, Cod.de teſtament.* An-
ton. Gomez *in leg.* 3. *Tauri, n.* 35. Reynoſo
*obſervat.*39. *n.*21. Fontanel. *tom.*2. *deciſ.* 576.
*n.*9. Argelus *de adquirend. poſſeſſ. art.*2. *quæſt.*
6. *n.* 5. Negreyr. *de introduct. ad ultim. vo-*
*luntat. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 13. Oliva *de foro Ec-*
*cleſ.*2. *part. quæſt.* 30. *à n.*1. Antunez *de dona-*
*tionib. tom.*2. *part.*3. *cap.*16. *n.*10. Sed hujuſ-
modi ſententia, & teſtium informatio, non
publicantur teſtatore vivente, ſed eo mortuo,
59 nam dum vixit cuſtodiri debent, & ſecreto
haberi, ut diſpoſitum eſt, *in for.* 16. *rubr. de*
*teſtament.* ibi: *E rebuts aquells teſtimonis, ſil*
*teſtador viurà, tinga ſecretes aquelles depoſi-*
*cions, tro que tal teſtador ſia mort.* Dom.Creſpì
*dict. obſervat.* 52.*n.*101. Cardinal. de Luca *de*
*teſtament. diſcurſ.* 46. *n.* 3.
Sed ſi aliquis intereſſatus deſiderat, quod
60 omnia hæc non expediantur ſummariè, ſolet
in praxi libellus præventionalis efferri, ubi
petitur quod jubeatur ordinario judici, ne te-
ſtium depoſitiones recipiat, niſi cum citatio-
ne illius intereſſati, & præcepto facto, & præ-
ventione intimata, non aliter debent recipi
teſtium dicta, niſi citato illo intereſſato, ut in
terminis docet Fontanel. *deciſ.* 577. *n.* 14.
& iſte erit ſingularis caſus, in quo per uſum
juriſdictionis contentioſæ debebunt expediri
ſupra tradita, licet non deſint aliqui tenentes
omni in caſu citandos eſſe hæredes ab inteſta-
to, & intereſſatos, quibus poterat præjudicare
nuncupata voluntas, Tondut. *reſolut.civil.cap.*
131. *n.* 11. Antunez *de donationib. tom.* 2.
*part.* 3. *cap.* 16. *n.* 10. Ratio limitationis ſu-
pra traditæ eſt aperta, quia etſi in Regno per
uſum voluntariæ juriſdictionis fiat teſtamenti
nuncupativi publicatio, & manifeſtatio, po-
teſt per præventionem, reduci, ſive tranſire ad
contentioſam, ex regul.text. *in leg.*1.*C.de bono-*
*rum poſſeſſ.ſecundum tabulas, leg.illicitas* 6.§.1.
*ff.de offic.præſid.leg.qui gravates* 5. *Cod.de cen-*
*ſib.* Sanchez *de matrimon. tom.* 1. *diſput.* 19.
*n.*7.*in fin.* Salgad. *de regia protect.par.*2.*cap.*14.
*n.* 32. Larrea *tom.* 2. *allegat.* 90. *n.* 8. So-
lorzan. *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *ex*
*n.* 38. *&* *cap.* 10. *n.* 54. D. Creſpì *obſerv.*
15. *n.* 97. *&* *obſervat.* 114. *ex n.* 56. D. Ma-
theu *de regim. cap.*11. §. 6. *n.* 12. *cum ſequent.*
Sed nunc, per uſum juriſdictionis voluntariæ,
nunc per contentioſæ exercitium manifeſta-
tio, & publicatio fiat, omni in caſu debet fie-
ri in curia judicis ordinarii illius loci, ubi te-
ſtamentum fuit prolatum, nam cum juxta *for.* 61
16. *&* 17. *rubr. de teſtament.* hæc manifeſtatio
nuncupativi teſtamenti debeat fieri curiæ ju-
dicis ordinarii, nequit extrahi à dicta curia,
manifeſtationis cauſa, neque præventione,
neque evocatione, aut alio modo, ut conſide-
rat Fontanel. *dict.deciſ.*577. *n.*16. *cum ſequent.*
Quæ omnia, obſervari etiam debent in codi-
cillis, nam ſi nuncupativè fiant debent in il- 62
lis obſervari omnia, quæ in teſtamento nuncu-
pativo obſervari debent, ex doctr. Covarrub.
*in rubr. de teſtament.* 3. *part. n.* 21. Gomez *in*
*leg.* 3. *Tauri, n.*65. Matienzo *lib.* 5. *novæ reco-*
*pilat. tit.* 4. *leg.* 2. *gloſſ.* 9. *n.*3. Portol. ad Mo-
lin. *verb. teſtament. n.* 60.
La manifeſtacion, y publicacion del teſta-
„ mento nuncupativo, ſe hace en eſta forma, 63
„ que los cinco teſtigos que ſe hallaron al
„ tiempo del teſtamento, ſin inſtancia alguna
„ de parte, dentro de diez dias vienen perſo-
„ nalmente à la Corte civil, en donde delante
„ de tres teſtigos hacen la manifeſtacion del
„ teſtamento, dexando una copia de el papel
„ (en donde ſe contiene la ultima diſpoſicion,
„ que eſcriviò el Parroco, ò Sacerdote que ſe
„ hallò preſente) al Eſcrivano de la Corte, el
„ qual recibe el auto de la manifeſtacion de-
„ lante los ſobredichos tres teſtigos, en el
„ qual inſerta la diſpoſicion que ſe contiene
„ en el papel, y continùa el auto en eſta con-
„ formidad.

Anno à nativit. Domini 1687. die vero intitulato 26. Februarii, davant la preſencia del Juſticia en lo civil de la preſent Ciutat de Valencia, co en la Cort, y Audiencia perſonalment comparegueren Pere Aſenſi, Lluis Julià, Felix Capelia, Vicent Genis, y Miquel Guaz, Llauradors de Alboraya, dients, y manifeſtants de paraula à dit Juſticia, com en lo dia de 20. dels corrents, trobantſe Maria Guerrero, y de Marti, indiſpoſta, y fatigada de certa enfermetat, y vehent que lo mal la apretava, volent fer ſon teſtament, no podent trobar notari, eſtant aquella en ſon bon ſeny, clara, y manifeſta

pa-



paraula, diſponguè en preſencia dels dits preſents, en la forma ſe-guent.

En 20. de Febrer 1687.

Yo Maria Guerrero, muller de Chriſtofol Marti, &c. *Aqui ſe ha de poner, y continuar la diſpoſicion de la Teſtadora, que ſe acoſtubra traer en un papel de mano del Cura ſubſcrito, ò de otro Sacerdote, ò de qualquier otro tercero, y deſpues de aquel, ſe proſigue el auto en eſta forma.*

Volent la dita Teſtadriu, que lo ſobre dit, fos ſon ultim teſtament nuncupatiu, ultima, y darrera voluntat ſua, y que fos portàt à ſon degut efecte del modo, y manera, que en aquell ſe contenia, y contè, pregant aquella, à ells dits preſentats, y manifeſtants, foſſen teſtimonis de totes les dites coſes, pera haverne memoria en lo eſdevenidor: è lo dit Juſticia viſta dita verbal requeſta provehì que les depoſicions de dits cinch teſtimonis, ſien redigides en eſcrits, returanſe acort ad debitè providendum, eſſent preſents per teſtimonis à dita preſentaciò, y manifeſtaciò Jacinto Matoſes, Joſeph Sanchis, y Luis Campos Notaris: *Recepit Ludovicus Añon Notarius, & Scriba.*

*Deſpues de la manifeſtacion, y proviſion ſobre dicha, ſe continuan las depoſiciones de los teſtigos, que han de teſtificar con juramento, como lo contenido en el papel es el ultimo teſtamento, expreſandolo en la depoſicion, y ſe practica continuarlo en eſta forma.*

En eixecuciò de dita proviſiò, foren redigides en eſcrits les depoſicions de dits cinch teſtimonis en la preſent Ciutat de Valencia, en la forma ſeguent.

Die 26. Februarii, anno 1687.

Pere Aſenſi Llaurador, habitador del lloch de Alboraya, de edat que dix ſer de 40. anys, hu dels teſtimonis del ultim teſtament nuncupatiu de Maria Guerrero, jura, &c.

E dix, &c. *Aqui ſe ha de continuar todo el dicho del teſtigo, que ha de dezir ſer la diſpoſicion, y teſtamento de la Teſtadora, lo que ſe contiene en el papel, y que le llamò para que fueſſe teſtigo, y que eſtava con buen entendimiento, y razon.*

*Y recibidas las depoſiciones de los teſtigos, ſe deven guardar ſecretas mientras vive el Teſtador, y haſta que muere, y deſpues de muerto, à inſtancia del heredero, legatarios, ò otros intereſſados, ſe haze como una ſentencia, que ſe publica delante teſtigos, en que ſe declara, que lo contenido en el papel, y memorial (que ſe inſerta ſu tenor en la ſentencia) es el ultimo teſtamento nuncupativo del dicho Teſtador, todo lo qual ſe regiſtra en las manos de requeſtas de la Corte, de donde ſe ſacan copias, y ſe dàn ſignadas, y para que no ſe ignore el modo de la declaracion, en el cuerpo de la ſentencia, ſe ha de narrar todo el hecho del teſtamento, y con los motivos de conſtar por las depoſiciones de los teſtigos de ſer la ultima voluntad de la Teſtadora, ſe ha de concluir la ſentencia en eſta forma.*

Idcirco, & alias Juſtitia ſic ſuadente, pronuncia, ſentencia, y declara lo contengut, y eſcrit en dita carta, y prop de micha de quart de full de paper, que eſtà inſertada en lo preambulo de la manifeſtaciò, eo intima feta al dit Juſticia, que es lo que es ſegueix. ( *Aqui ſe ha de inſertar el papel de la diſpoſicion.* ( Eſſer lo ultim, y darrer teſtament nuncupatiu de la dita quondam Maria Guerrero, y de Marti, ultima, y darrera voluntat de aquella, y de aquell eſſer feta carta publica, y lliurada à tots aquells dels quals es, ò podrà ſer interès. Quod providet omni meliori modo, &c. Latta, &c.

*Vt. F. T. Aſſeſſor.*

Sentencia donada, &c.

Preſents foren per teſtimonis à la publicacio de la dita ſentencia F. T. y S. T.

Y

Y ſi, como yà ſe dixo en el *n. 60.* de eſte ,, capitulo, los herederos ab inteſtato, ò eſcri- ,, tos en otro teſtamēto anterior, ò legatarios, ,, ò intereſſados quiſieren que la manifeſtaciō ,, del teſtamento nuncupativo, ſe haga con ſu ,, injuncion, deven poner una inſtancia pre- ,, vencional, ò en la Real Audiencia, ò Go- ,, vernacion, ò en la miſma Corte civil, en la ,, qual, manifeſtando las razones que huvie- ,, re, concluyan pidiendo, no ſe dè lugar à la ,, manifeſtacion, ſin citarles, y hecha la pro- ,, viſion, y notificado el libello, ſe haze la ma- ,, nifeſtacion, y ſe reciben los teſtigos, y exe- ,, cuta todo lo demàs citandoles, y oyendoles, ,, y ſe haze toda la manifeſtacion, y averigua- ,, cion con injuncion ſuya, pero deve hazerſe ,, ſumariamente, ſin dar lugar à dilaciones, y ,, largas, y con eſta prevencion no podrà ha- ,, zerſe de otra manera ſin nullidad. El libello ,, prevencional puede ponerſe en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. ſuplicant com millor pot, diu, que à ſa noticia novament ha per- vengut, que ab lo pretext, que F. T. hauria fet teſtament nuncupatiu T. dia en tal part, es voldria paſſar à manifeſtar lo dit teſtament en la Cort del Juſticia en les cauſes civils de la preſent Ciutat: E com en la realitat, lo dit F. T. no haja fet teſtament algu nuncupatiu, pues ni teſtà, neque in actu teſtandi diſponguè coſa alguna, ſino es, que ſols diguè que deſitjava fer teſtament, y beneficiar à F. T. ſon nebot, pero no ho feu, ni ho diſponguè, y als drets del ſuplicant convinga, que la manifeſtaciò del dit pretès teſtament es faſſa ab ſa injunciò, pera que ſe averigue ſi en la realitat feu teſtament, pues ſino el feu, y mori inteſtat, la ſucceſsiò li toca al ſuplicant, com à germà que es del dit F. T.

Per tant, & alias omni meliori modo, &c. Et utendo remedio quo magis expediat, ſuplica, ſia manat al Eſcrivà de la Cort del Juſticia en les cauſes civils de la preſent Ciutat, als Aſſeſſors de dita Cort, y à la perſona, ò perſones que convinga, y ſia meneſter, que ſub nullitatis decreto, no paſſen à rebre la manifeſtaciò del ſobredit pretès teſtament nuncupatiu, depoſicions de teſtimonis, ni ha eixecutoriar lo demes, tocant à la publicaciò, y manifeſtaciò, ſens expreſſa citaciò del ſuplicant, y que la preſent es mane evocar à eſta Real Audiencia, y cometre à hu dels Nobles, eo Magnifichs D. D. R. C. qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die* 8. *Novembris* 1687.
*Fiat mandatum ſupplicatum,*
*& intimetur.*
F. T.

## CAPUT VI.

## DE TESTAMENTO SCRIptura privata facto, & illius publicatione.

### SUMMARIUM.

1 *Milites teſtamentum faciebant, ſecluſa omni ſolemnitate, & quomodo.*
2 *Parentes poſſunt inter liberos teſtamentum facere abſque ſolemnitate, cum ſcedula privata, ſcripta, aut ſubſcripta.*
3 *Teſtamentum poteſt in Regno fieri, abſque ſolemnitate, conſtito de nuda voluntate teſtatoris in ſcriptis.*
4 *Teſtamentum abſque Notario, teſtibus, aut ſigillo, poteſt in Regno fieri manu teſtatoris ſolum.*
5 *Teſtamentum in ſcriptis clauſum, quo modo, & quibus ſolemnitatibus fiat de jure.*
6 *Teſtamentum clauſum, qua forma poſsit in Regno fieri.*
7 *Teſtamentum inter liberos, de jure non valet, niſi habeat diem, menſem, & annum.*
8 *Teſtatur in Regno jure militari.*
9 *Teſtamentum jure militari factum valet abſque die, menſe, & anno.*
10 *Teſtamentum in Regno, ut valeat, ſufficit nuda voluntas, quolibet modo explicata.*
11 *Teſtamentum ad pias cauſas factum, ſcriptura privata, abſque die, menſe, & anno valet.*
12 *Teſtamentum ſcriptura privata in Regno*



*validum abſque die, menſe, & anno, & quid de teſtamento inter liberos?*
13 *Teſtamentum abſqe appoſitione loci, ubi ſit, nullum videtur.*
14 *Declara quod ſi teſtetur ſcriptura privata, validum erit teſtamentum, abſque loci appoſitione.*
15 *Teſtamentum ſcriptura privata factū abſque teſtibus, valet in Regno, & qua forma Cardinales, & alii habentes indultum teſtentur in Curia Romana.*
16 *Teſtamentum ſupradictum valet, etiam ſi non tradatur notario, neque habeat ſigillum, aut aliam ſolemnitatem.*
17 *Teſtamentum aliena manu ſcriptum, & ſubſcriptum à teſtatore, an validum?*
18 *Subſcribens non obligatur, niſi probetur habuiſſe notitiam, aut legiſſe quod ſubſcripſit.*
19 *Teſtamentum ſcriptum à tertio, & ſubſcriptum à teſtatore, validum in Regno, ubi Senatus deciſio.*
20 *Amplia de jure in teſtamento inter liberos, quod ſolū petit probationem voluntatis.*
21 *Subſcribens videtur ſcribere omnia contenta in ſcriptura, etiam ſi à tertio intereſſato, aut creditore fuerit ſcripta.*
22 *Per ſubſcriptionem conſtat non minus de voluntate, quam per ſcripturam manu propria factam.*
23 *Lex de propria ſcriptura loquens, habet locum in ſubſcripta.*
24 *Subſcribens præſumitur habuiſſe notitiam illarum, quæ in ſcriptura ſubſcripta, continentur.*
25 *Limita, quando apparet non legiſſe, & ſubſcripſiſſe.*
26 *Scriptura privata à tertio facta, & à teſtatore non ſubſcripta, ſed ſigillata, an valeat ut teſtamentum.*
27 *Quod non valet eſt certius.*
28 *Scriptura privata, manu teſtatoris ſcripta, ſed non ſubſcripta, legitimum teſtamentum eſt in Regno, quia talis ſcriptura probat, etiam abſque die, conſule, & teſtibus.*
29 *Teſtamentum partim manu teſtatoris ſcriptum, & partim à tertio, an ſit validum.*
30 *Teſtamentum partim manu teſtantis, & partim tertii ſcriptum, validum eſt, ſi à teſtatore ſubſcribatur.*
31 *Teſtamentum manu teſtatoris in innitio ſcriptum, & proſequutum à tertio, invalidum, ſi non ſubſcribatur à teſtatore.*
32 *Limita ſi in illo, quod ſcripſit teſtator, contineretur aliqua perfecta diſpoſitio.*
33 *Teſtamentum innitiatum à teſtatore ſua manu, proſequutum à tertio, & concluſum ipſius teſtatoris manu, validum eſt.*
34 *Extrema teſtamenti ſi manu teſtatoris ſcripta fuerint, etſi in medio aliqua pars diſpoſitionis manu tertii ſcripta reperiatur, valet diſpoſitio, ut teſtamentum.*
35 *Scriptura à tertio ſcripta, & in parte exteriori, à teſtatore ſcripta, dicendo, quod eſt ſuum ultimum teſtamentum, an pro teſtamento valeat.*
36 *Si probetur ſcripturam fuiſſe factam de mandato teſtatoris, poteſt uti teſtamentum ſubſtineri.*
37 *Teſtari velle dicens, prout in tali ſcedula continetur, rectè teſtatur, etiam ſi ſcedula à tertio ſcripta fuerit.*
38 *Teſtamentum inter liberos valet, ſi ſolum à filiis ſubſcribatur.*
39 *Teſtamentum ſcriptum à tertio, & non ſubſcriptum a teſtatore, non eſt validum, etiam ſi teſtator in exteriore parte clauſuræ dicat ſuum eſſe teſtamentum, ubi quod nec inter liberos valet teſtamentum non ſcriptum, aut ſubſcriptum à teſtatore; & qua ratione.* 40.
41 *Subſcriptio teſtatoris, ut teſtamentum valeat, debet eſſe in fine teſtamenti.*
42 *Teſtamentum in ſcriptis valet, etiam ſi non reperiatur clauſum, & ſubſcriptum in parte exteriori clauſuræ, cum expreſſione, quod eſt ultimum teſtamentum.*
43 *Scriptura à tertio ſcripta, etiam reperta inter ſcripturas notarii mortui, nequit elongari pro teſtamento illius, de cujus mandato dicitur ſcripta.*
44 *Teſtamentum per relationem ad ſcedulam, de jure non valet.*
45 *Teſtamentum ſubſcriptum à liberis tantum, non valet juxta aliam opinionem, etiam inter liberos.*
46 *Teſtator ſubſcribens folium in albo, non fecit legitime teſtamentum, ſi in folio albo illius ultima voluntas à tertio deſcribatur.*
47 *Subſcribens folium in albo, non obligatur, ſi non habuerit notitiam earum, quæ poſtea ſcribuntur, & cui incumbat onus probandi, ſubſcriptionem in albo fuiſſe factam.*
48 *Limita illud de teſtamento in folio albo, quando teſtator habuerit notitiam illarum, quæ ſcripta fuerunt.*
49 *Præſumptio in dubio ſtat pro ſubſcribente in folio albo, quoniam non præſumitur habuiſſe notitiam ſcripti.*
50 *Teſtamentum, & legata inter Romanos, non niſi latine conſcribebantur.*
51 *Teſtamenta in Regno debent conſcribi patrio idiomate.*
52 *Teſtamentum in Regno poteſt fieri qualibet*

lingua, & idiomate Latino, Græco, Gallo, aut alio.

53 Teſtamentum jure militari, quolibet idiomate fit.

54 Teſtari, & legari poteſt noviori jure, non ſolum Latina lingua, ſed & Græca.

55 Teſtamentum in ſcriptis, & clauſum ſolet in Regno fieri, idiomate Caſteliano.

56 Fori, & leges inteligendi ſunt juxta rubricam, & reſtringendi ad illum caſum, qui magis convenit rubricæ.

57 Teſtamentum in Regno, non ſolet ſcribi, niſi in marcha papyri albæ.

58 Teſtamentum ſi ſcribatur in tabula, pariete, aut alia materia, teſtatoris manu validum erit.

59 Teſtantes jure militari, poſſunt ſcribere teſtamentum in qualibet materia.

60 Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, & multo minus ſi fuerit cõtra jus.

61 Teſtamentum ſcriptum notis, & cifris inſolitis, & inuſitatis, invalidum, licet ex illis colligi poſſit voluntas.

62 Secus erit, ſi per notas, & cifras uſitatas.

63 Limita in Regno, ubi jure militari teſtatur, nam etiam ſi inſolitis notis, & inuſitatis cifris ſcribatur teſtamentum, validum erit, ſi de voluntate conſtat.

64 Teſtamentum ſcriptum calamo balbucienti, aut literis male conceptis valet, ſi de voluntate appareat.

65 Scriptura habens ſpatium album, ſupponit aliquid eſſe adhuc ponendum.

66 Suppletiones in teſtamentis prohibitæ omnino ſunt.

67 Teſtamentũ cũ albis in parte ſubſtantiali, ſi abſque ſuppletione verborũ, rectũ non facit ſenſum, non valet. Secus ſi album in parte non ſubſtantiali fuerit. 69.

68 Subſtantialis pars eſt inſtitutio hæredis, aut illius nomen; non ſubſtantialis, legatum, aut præfatio teſtamenti.

70 Teſtamentum continens album in parte ſubſtantiali, ut puta in ſubſtitutione, invalidum erit quoad ſubſtitutionem, quoad inſtitutionem, & alias partes, non habentes ſpatium album, validum erit.

71 Teſtamentum habens in ſubſtantiali parte albũ ſi optimus ſenſus ex antecedentibus, & ſu ſequentibus eliciatur, validũ eſt.

72 Teſtamentum cum cancellationibus, & raſuris in parte ſubſtantiali, invalidum eſt.

73 Quod intellige, ſi probetur factas fuiſſe à teſtatore conſulto.

74 In dubio non præſumitur fuiſſe factas à teſtatore.

75 Scriptura, ſi ob cancellationes nequeat legi, deficit voluntas, & non valet ut teſtamentum.

76 Teſtamentum raſum, aut cancellatum in parte non ſubſtantiali, validum eſt.

77 Teſtamentum cancellatum, aut raſum in parte ſubſtantiali, ſi apoſtillæ ſupra poſitæ fuerint manu teſtatoris, validũ eſt.

78 Alitèr erit ſi alterius manu appoſitæ fuerint.

79 Idem tenendum, ſi à tertio ſcriptum fuerit teſtamentum, & à teſtatore ſubſcriptum, nam ſi ad cancellationes, apoſtillæ manu illius tertii appoſitæ fuerint, non valet teſtamentum.

80 Filius familias de jure non poterat facere teſtamentum.

81 Poterant teſtare jure militari de jure, in Regno indiſtinctè teſtantur.

82 Filii familias in Regno Neapolitano, & aliis provintiis, teſtamẽtũ facere poſſunt.

83 Maſculus decimo quarto anno, & fœmina duodecimo completis, teſtamentum de jure facere poterant,

84 Maſculi, & fœminæ in Regno non poſſunt teſtamentum facere, niſi decimo quinto anno completo.

85 Filii familias minores viginti duorum annorum, & majores quindecim, ſolum libere teſtantur in Regno de quinta bonorum parte, quia de quatuor partibus diſponere tenentur in propinquos, aliter ſuccedunt in iis partibus.

86 Limita in filiis liberatis à Sacris Paternis, nam etſi minores viginti duorum annorum libere teſtantur.

87 Filia maritata non habens filios, nullitèr facit teſtamentum abſque convocatione patris, aut matris degentis in loco ubi teſtatur, limita quoad legata pia, & legitimam matri relictam.

88 Filia prædicta rectè teſtatur ſi parentes non fuerint in loco, ubi fit teſtamentum, nam conſanguineos non tenetur vocare.

89 Filia dotata abſque filiis decedens, non poteſt teſtare, niſi de tertia dotis parte, quia ad hæredes ex ſanguine dotatoris pertinent duæ partes, quibus competit pro illis hypotheca, & ſi dotata decedat inteſtata, an ſuccedant in tertia parte, vel ſpectet ad proximiores dotatæ.

90 Teſtamentum in eadem charta poteſt à duobus, ut puta conjugibus fieri.

91 Teſtamentum prædictum poteſt revocari ab altero conjuge pro ſua parte, ſed non pro parte alterius conjugis, neque revocatum cenſebitur.

92 Teſtamentum, in quo præteritus eſt filius, nullum de jure, etiam ſi ſit ſubſtitutus patri inſtituto hæredi à matre.

93 Teſtamentum habens inſtitutos hæredes deſcendentes, aut aſcendentes, validum eſt in Regno, etiam ſi filius præteritus fuerit, ſi extraneus ſolus inſtitu-

tus



tus fuerit nullum erit.

94 Inſtitutis deſcendentibus, aut aſcendentibus, & extraneo, & filio præterito, nulla eſt inſtitutio hæredis, in Regno quoad extraneum, & filius præteritus, ad illius partem admittitur.

95 Filius præteritus debet habere partem extranei hæredis inſtituti, uſque ad legitimam, & ſi non accedat, cum ſuplemento, & ſi excedat dividi debet exceſſus inter omnes.

96 Teſtamentum in quo deſcendens, aut aſcendens teſtatoris eſt inſtitutus hæres, præterito filio, aut deſcendenti, validum erit in Regno, ſed præteritus habebit legitimam, idem erit dicendum ſi anima ſolum teſtatotoris fuerit hæres ſcripta.

97 Teſtamentum jure militari factum, non infirmatur filiorum præteritione.

98 Teſtamentum abſque hæredis inſtitutione de jure nullum; in Regno validũ eſt. 99.

100 Legatarii habentes univerſa bona hæreditaria legata, debent in Regno ſolvere æs alienum.

101 Legatis aliquibus bonis, ſi hæres teſtamẽtarius nõ reperiatur, in reliquo hæreditatis ſuccedunt hæredes ab inteſtato.

102 Limita ſi fuerit hæres inſtitutus in re certa, nam iſte erit hæres univerſalis, ſi ei non fuerit datus cohæres univerſalis.

103 Decedere in Regno poteſt teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſecus de jure.

104 Milites poterant decedere pro parte teſtati, & pro parte inteſtati, & an teſtamentum nutu factum valeat in Regno.

105 Exhæredari filii de jure non poterant abſque juſta cauſa, item neque privari, aut gravari in legitima.

106 Filii in Regno cum juſta cauſa, aut ſine illa poſſunt exhæredari, aut gravari in legitima, relicta eis modica ſumma.

107 Filiis pro legitima ſolent relinqui quinque ſolidi, aut dupla auri in Regno, & habentur hoc in caſu pro exhæredatis.

108 Legitima non cenſentur privati filii, niſi verbis expreſſis, & ſpecificis priventur, & an privatio debeat repeti in omnibus gradibus ſubſtitutionum, & quid de filio gravato reſtituere abſque detractione legitimæ.

109 Legitimæ portio aeſcendentium, quæ ſit.

110 Legitima aſcendentium quanta ſit, & an ab hæredibus peti poſſit.

111 Teſtamentum in ſcriptis clauſum, ſolet à teſtatoribus in commendam tradi notario, & quomodo tradatur.

112 Teſtatore mortuo quomodo teſtamentum ſupradictum aperiatur, & publicetur.

113 Teſtator ſcribere neſciens poteſt ſuam voluntatem ſcribi facere confeſſario ſuo, aut probo viro, & tradita notario in comendam, erit validum teſtamentum, & multo melius ſi à notario, & teſtibus ſubſcribatur.

114 Teſtamentum in ſcriptis factum, non traditum notario, validum eſt.

115 Ut valeat tale teſtamentum, teſtibus debet probari ſcriptum, aut ſubſcriptum à teſtatore.

116 Teſtamentum in ſcriptis validum eſt, ſive clauſum, ſive non clauſum reperiatur, ſive cum inciſione linorum, & filorum repertum fuerit, niſi cum eſſet notario traditum, recuperetur, à teſtatore, & reperiatur apertum, cum inciſione filorum, & rupto ſigillo.

117 Teſtamentum in ſcriptis validum eſt, ſive reperiatur in ſcrinio teſtatoris, ſive in alia parte.

118 Praxis manifeſtandi, & publicandi teſtamentum ſcriptura privata factum repertum poſt teſtantis mortem in illius domo, ubi libellus.

119 Teſtamentum, ſcedula privata factum, nõ publicatur ſummariæ, præventione facta ab intereſſatis, ubi libellus præventionalis, & praxis.

120 Praxis, & libellus ad declarandum teſtamentum ſcriptura privata factum validum, cum citatione partis.

121 Hæres mittitur in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum abſque citatione alicujus ſi à nemine detinentur, aliter erit ſi à tertio detineantur.

122 Hæres ſcriptus debet mitti in poſſeſſionem bonorũ hæreditariorũ, citato poſſeſſore.

123 Amplia, ſi de teſtamento conſtet per teſtium depoſitiones.

124 Hæredi ab inteſtato competit remedium, l. fin. C. de edict. Divi Adrian. Tolend.

125 Amplia ad ſucceſſores in majoratu.

126 Fideicõmiſſariis univerſalibus datur remedium, dictæ l. poſt reſtitutionem realem, aut verbalem.

127 Limita, ſi fideicommiſſario, à lege, jura, & actiones deferantur, nam datur remedium abſque reſtitutione verbali. 128 Et quid in Regno.

129 Remedium dictæ l. an competat pro re particulari.

130 Hæres petens immiſſionem tenetur probare poſſeſſionem in teſtatore tempore obitus, aut antea, & quomodo.

131 Praxis, & libellus, ad immiſſionem conſequendam poſſeſſionis.

132 Poſſidenti poteſt dari remedium dictæ l. final. & quomodo.

133 Praxis, & libellus dandi immiſſionem poſſidenti.

134 *Poſsidenti injuſte, an poſsit dari remedium dictæ l. final.*

135 *Praxis, & libellus ad immiſsionem concedendam, poſſeſſori injuſto.*

1 MILITES teſtamentum facere poterant omni ſolemnitate ſecluſa, imperatores enim, militum ſimplicitati conſuluerunt ſtatuendo, ut quo quomodo teſtati fuiſſent, rata eſſet illorum voluntas, *l. Lucius, l. Miles* 35. *ff. de militari teſtamento, l.* 1. *ff. eod.* ibi: *Simplicitati eorum conſulendum exiſtimavi, ut quo quomodo teſtati fuiſſent, rata eſſet voluntas, facient igitur teſtamenta quomodo volent, facient quomodo poterunt.* Ideoque legitimus teſtium numerus, non erat neceſſarius in militum teſtamentis, cum rectè diſponerent, conſtito ſolum de illorum voluntate, ſive ſcripturam fecerint, ſive non, *princip. tit. inſtitut. de militar. teſtament.* ibi: *Nam quamvis hii, neque legitimum numerum teſtium adhibuerint, neque aliam ſolemnitatem obſervaverint, rectè nihilominus teſtantur, videlicet, cum in expeditionibus occupati ſunt, quo merito noſtra conſtitutio introduxit, qao quo enim modo voluntas ejus ſuprema inveniatur, ſivè ſcripta, ſivè ſine ſcriptura, valet teſtamentum ex voluntate ejus.* Et voluerunt Romani tanto favore proſequi, & tam ingenti privilegio condecoratas eſſe militum voluntates, quod etiam ſi impulvere deſcripſerint illas, in vagina, aut clypeo, literis ſuo ſanguine formatis, ratas eſſe voluerunt, *l. militis* 15. *C. de militari teſtamento,* ibi: *Proinde ſicut juris rationibus liquit, ac ſemper licebit, ſi quid in vagina, aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inſcripſerint gladio ſub ipſo tempore, quo in prælio vitæ ſortem derelinquunt, hujuſmodi voluntatem eſſe ſtabilem opportet,* docent, & explicant Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 14. *n.* 7. & *diſcurſ.* 28. *n.* 6. Eſcaño *de teſtament. cap.* 22. *n.* 33. & 34. Anton. Govius *conſultat.* 1. *n.* 37. *cum ſequent.*

2 Hæc ferè, quæ militibus conceſſa fuerunt, circa teſtandi modum, & libertatem, fuerunt indulta poſtea parentibus inter filios teſtantibus, tribuendo eis poteſtatem diſponendi abſque ſolemnitate ulla, & dummodo de voluntate illorum conſtaret, teſtamentum validũ foret, etiam ſi ſcedula privata ſcripta, aut ſubſcripta, nullis teſtibus adhibitis fieret, *l. hac conſultiſsima, cum authent. quod ſine ſubſcriptione, C. de teſtam.* Clarus *in* §. *teſtam. q.* 14. *n.* 1. Craſ. *receptar. ſententiar.* §. *teſtam. q.* 16. *n.* 1. Gayl. *obſerv.* 112. *n.* 7. & 8. *lib.* 2. Menoch. *de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 7. *n.* 5. & 7. Maſcard. *de probat. concl.* 1358. *n.* 62. Martha *de ſucceſ. legal. par.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *n.* 5. Borel. *in ſum. deciſ. part.* 3. *tit.* 20. *n.* 246. Canc. *var. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 5. Farin. *q.* 37. *n.* 5. Gratian. *diſcep. foren. tom.* 2. *cap.* 235. *n.* 1. & 17. Layman. *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 3. Burat. *deciſ.* 475. *n.* 1. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 3. *n.* 3. Bellon. *conſ.* 37. *n.* 1. Gregor. Mund. *conſ.* 21. *n.* 92. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 96. *n.* 2. & *dec.* 167. *n.* 4. 6. & 19. *part.* 8. *recent.* & *deciſ.* 108. *n.* 2. & 13. *part.* 7. *recent.* Tond. *reſol. civil.* 131. *n.* 1. *part.* 2. Xam. *rer. judicat. part.* 1. *defin.* 36. *n.* 1. Leoncii. *deciſ. ferr.* 71. *n.* 3. Merlin. *deciſ.* 806. *n.* 1. & 2. & *deciſ.* 861. *n.* 11. Bardell. *conſ.* 72. *n.* 8. Spada *conſ.* 266. *n.* 7. *lib.* 3. Bocius *in tract. de teſtam. inter liber. tit.* 10. §. 1. *n.* 10. Andreol. *contr.* 346. *n.* 6. Meli *alleg.* 113. *n.* 13. & 14. *lib.* 3. Cardin. de Luca *de teſtam. diſcurſ.* 14. *n.* 7. & *diſcurſ.* 26. *ſub n.* 5. & 7. & *diſcurſ.* 75. & 86. Rubeus *de teſtam. cap.* 32. *n.* 715. & *cap.* 24. *n.* 436. Carol. Anton. de Luca *in animadver.* ad Gratian. *cap.* 235. *n.* 8. & 9.

In noſtro Regno, omnia illa quæ de jure
militibus, parentibus teſtantibus inter liberos 3
conceſſa fuere, reperiuntur omnibus indiſtinctè elargita, nam non ſolum ſi inter liberos teſtetur, teſtari abſque juris ſolemnitate poterit, ſed etiam ſi inter extraneos, D. Creſpì *obſerv.* 50. *n.* 13. & 14. & ſicuti in militibus, & parentibus, nihil aliud deſiderabatur, ut rectè teſtamentum facerent, quam voluntatis probatio, ita in Regno quælibet ultimæ voluntates, nunc ſint teſtamenta, nunc codicilli potetunt fieri abſqe ulla ſolemnitate, conſtito ſolum in ſcriptis de nuda teſtantis volũtate. *for.* 51. *rubric. de teſtam.* ibi: *En axi que els dits teſtaments, codicils, ò altres darreres voluntats, per alguna manera, ò cauſa, ò rabo, ò per omiſsiò de ſolemnitat, no puixen eſſer annullats.* D. Leon *deciſ.* 32. *n.* 25. D. Creſpì *obſerv.* 50. *n.* 14. Et ſi teſtator, ſuam ſcripſerit volũtatem, manu ſua in
ſcriptura privata, etiam quod notarius non in- 4
terveniat, nec teſtis, nec ſigillum, neque alia ſolemnitas, legitimum erit teſtamentum, dummodo conſtet de voluntate teſtatoris, & quod manu ſua ſcripturam fecerit *for.* 18. *rubr. de teſtam.* ibi: *Jat ſia, ço que noy haja Eſcrivà publich, ni teſtimonis, ni altre ſagell, ni alguna ſubſcripciò, encara q̃ no haja dit denant teſtimonis, aqueſt es mon teſtament, ò darrera voluntat, pus ho haja eſcrit de ſa ma.* D. Leon *deciſ.* 32. *per tot. tom.* 1. Trullench *in decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *dubit.* 2. *n.* 5. D. Creſpì *d. obſerv.* 50. *per tot.* & *obſerv.* 52. *n.* 4.

Teſtamentum in ſcriptis clauſum, debebat 5
fieri de jure ſub hac forma, quod teſtator ſua propria manu ſcripturam faciebat privatam, ubi ſuam voluntatem ultimam deſcribebat, aut à tertio ſcribere illam faciebat, quo facto ſeptem adhibebantur teſtes, qui abſque eo quod ſcirent, aut legerent diſpoſitum, & ſcriptum, ſubſcriptiones ſuas faciebant, & ſigna interponebant, pariterque à teſtatore ſubſcribebatur, aut ab octavo teſte ſi teſta-

tor



tor ſcribere neſciebat, conſignabatur, & ligabatur, clauſaque cuſtodiebatur, ut cavetur, *in leg. hac conſultiſsima,* Cod. *de teſtament.* ubi communiter DD. Sanchez *conſ. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dubitat.* 3. *per tot.* Trullench *in decalog. lib.* 7. *cap.* 18. *dubit.* 2. *num.* 5. Argel. *de adquirend. poſſeſſ. artic.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 2. *cum ſequentib.* Manzius *de teſtament. tit.* 4. *quæſt.* 1. *per tot.* Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 202. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtit.* 3. *defin.* 1. Antunez *de donation. part.* 13. *cap.* 16. *num.* 37. Et tradit formulam, & modum
6 faciendi teſtamentum iſtud, Franciſc. Anton. Scalona *de teſtament. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. Et licet in prima parte, *dict. for.* 18. *rubr. de teſtament.* videatur diſpoſitum, quod in teſtamento clauſo trium, aut quatuor teſtium ſubſcriptiones interveniant, & quod ab eis ſubſignetur ſcriptura unico ſigillo, per ſecundam fori partem, hoc derogatum extitit, & in praxi admiſſum habemus, quod hujuſmodi teſtamenta clauſa, & in ſcriptis, celebrentur hoc modo, quod teſtator ſua manu ſcribat diſpoſitionem, & ſubſcribat illam, aut faciat eam ſcribere aliena manu, ſed propria ſubſcribat, quo facto, abſque teſtibus, aut alia ſigilli ſolemnitate, clauditur teſtamentum, cera, & filo conſuitur in modum pliçæ, & remanet ad ſimilitudinem epiſtolæ miſſivæ; in cera ſigillum proprium, aut alienum teſtatoris imprimitur, deſcribiturque in exteriori parte, ut omnibus innoteſcat, quod eſt teſtamentum illius perſonæ, hoc videlicet modo. *Teſtament de mi F. T.* Et hac forma remanet teſtamentum cum omni ſolemnitate requiſita, ut validitatem pleniſsimam in Regno habeat.

7 Sed primo dubitari poterit, an ſi teſtamentum iſtud, in ſcriptis factum, reperiatur ſine die, menſe, & anno, validum ſit: videtur enim invalidum eſſe, quia etſi pater inter liberos teſtans, poſsit abſque ſolemnitate teſtamentum facere, ſola ſcriptura privata ſua propria manu exarata, ut diximus, tamen requiritur ad illius validitatem, quod tempus exprimatur, *authent. quod ſine, Cod. de teſtament. novella* 107. *cap.* 1. ibi: *Volumus, ut ſi quis literas ſciens, inter filios ſuos voluerit facere diſpoſitionem, primum quidem ejus ſubſcriptione tempus declaret.* Et quod requiratur appoſitio diei, menſis, & anni, pro validitate ſimilis teſtamenti, docet Baldus, Jaſſon, & communiter DD. *in dict. authent. quod ſine,* Clarus *in* §. *teſtament. quæſt.* 14. *num.* 2. Simon de Præt. *de interpretat. ultimar. voluntat. lib.* 2. *interpretat.* 1. *dubit.* 2. *ſolut.* 2. *num.* 5. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1358. *num.* 63. Craſſus *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 16. *num.* 1. Puteus *deciſ.* 219. *num.* 1. *lib.* 1. Martha *de ſucceſsion. legal. part.* 4. *quæſt.* 7. *artic.* 3. *num.* 15. Gomez *in leg.* 3. *Tauri, num.* 42. Sanchez *conſ. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dubit.* 3. *num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 235. *num.* 7. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 1. *num.* 9. Gilchen. *in Cod. ad text. in dict. leg. hac conſultiſsima,* §. *ex imperfecto,* Genua *de ſcriptur. privat. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 13. Bocius *in tract. de teſtament. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *n.* 218. Eſcaño *de teſtament. cap.* 7. *num.* 24. Antonel. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 5. Manzius *de teſtament. tit.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 10. Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 75. *num.* 5. *cum ſequentib.* Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtit.* 4. *definit.* 17. *num.* 8. Carolus Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 235. *num.* 6. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 49. Et quod ſufficiat anni appoſitio, docent Burat. *deciſ.* 475. *num.* 1. Antonel. *dict. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 5.

Iis tamen non obſtantibus tenendum judico, quod etiam ſi in teſtamento manu te- 8
ſtatoris ſcripto, aut ſubſcripto, non fuerit appoſitus menſis, dies, aut annus, validitatem habebit in Regno. Primò, quia in Regno omnes teſtantur jure militari, Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 50. *num.* 13. & 15. & in teſtamento à milite facto ſcriptura privata non requi-
ritur appoſitio diei, menſis, vel anni, ut va- 9
liditatem habeat, D. Creſpì *dict. obſervat.* 50. *num.* 15. & probat Bocius *in tract. de teſtam. militar. tit.* 11. §. 1. *n.* 19. Ratio eſt, quia in teſtamento jure militari facto, nihil aliud requiritur, quam voluntatis probatio, *leg.* 1. *leg. Lucius, ff. de militar. teſtament. leg.* 15. *Cod. eod. princip. tit. inſtitut. de militar. teſtament.* & ut voluntas probetur, non requiritur expreſsio diei, menſis, aut anni, nam ſcriptura privata, ut probet, non petit eſſentialiter, quod in illa exprimatur dies, menſis, aut annus in quo fuit facta, *leg. cum tabernam,* §. *idem quæſivit, ff. de pignorib.* & ibi Barthol. Jaſſon. *in leg. ſi qua, Cod. de diverſis reſcript.* Corneus *conſ.* 118. *n.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 235. *n.* 3. Genua *de ſcriptur. privat. lib.* 1. *quæſt.* 3. Bocius *de teſtament. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *n.* 218. & *de teſtament. militar. tit.* 11. §. 1. *n.* 19. Vermigl. *conſ.* 392. *n.* 6. 7. & 8. Carolus Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 235. *num.* 2. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 8. *num.* 12. Secundò, quia in Regno, ut valeat teſtamentum, nulla requiritur ſolemnitas, ſed ſufficit nuda,
voluntas quomodolibet explicata in ſcriptis, 10
*for.* 51. *rubr. de teſtment.* D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 32. *n.* 25. D. Creſpì *d. obſerv.* 50. *n.* 14. & voluntas ultima ſufficienter explicatur, per ſcripturam privatam à teſtatore factam, abſque die,
menſe, & anno, cum teſtamentum ad pias 11
cauſas validum ſit, quandò ſcriptura privata

K 3 con-

conficitur abſque die, menſe, & anno, Decius *in cap. 2. de fide inſtrumentor. n.*13. Corneus *conſ.* 307. *n.* 17. Alexand. *conſ.* 4. *n.* 15. *vol.* 7. Cardinal. Tuſch. *tom.* 8. *concluſ.* 116. *n.* 19. Gratian. *diſcept.* 895. *n.* 41. & 42. Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ, privileg.* 11. Burat. *deciſ.* 475. *n.* 3. Antonell. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 6. Dom. Creſpì *obſervat.* 50. *n.* 16. Bocius *de teſtament. ad pias cauſas, tit.* 12. §. 1. *n.* 40. Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.*14. *n.*13. & *diſcurſ.* 15. *n.* 4. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 50. Carolus Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 235. *num.* 5.

12 Et quod in Regno validum ſit hujuſmodi teſtamentum, manu teſtatoris factum, etiam ſi careat die, menſe, & anno, probat, & docet Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 50. *num.* 11. *cum multis ſequentib.* & *in fin. obſervat.* Refert fuiſſe deciſum in noſtro Senatu, in favorem Thomæ Salafranca ſententia publicata, *die* 24. *Julii* 1653. confirmata in S.S.A.C. alia Regia ſententia publicata per Vincentium Pradel, *die* 24. *Septembris* 1655. Neque obſtant in contrarium adducta, nam reſpondetur, quod etſi juxta multorum doctrinam, in teſtamento facto inter liberos ſcriptura privata, non ſit neceſſaria appoſitio diei, menſis, & anni, Covarrub. *practic. cap.* 20. *n.* 2. Anton. Gomez *in leg.* 3. *Tauri, n.* 42. Matienzo *in leg.* 2. *tit.* 8. *lib.* 1. *fori, gloſſ.* 7. *n.* 8. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 107. Sanchez *conſ. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dubit.* 3. *n.* 8. & alii adducti à Martha *de ſucceſſion. legal. part.* 4. *quæſt.* 7. *artic.* 3. *n.* 15. quos legitimè notat Bocius *in tract. de teſtament. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *n.* 218. (nam loquuntur abſque fundamento, & contra jura expreſſa) tamen ſequendo oppinionem ſenſientium contrarium, ideo de jure communi non eſt validum tale teſtamentum, quia ita per legem diſpoſitum extat, ſed iſta legis diſpoſitio non eſt cur extendatur ad alios teſtandi caſus, ubi per legem non requiritur prædicta ſolemnitas appoſitionis diei, menſis, & anni, ut ſatis ad intentum, docet Bocius *in tractat. de teſtament. militar. tit.* 11. §. 1. *n.* 19. cum ergo in noſtro Regno, teſtandi facultas, non ſit reſtricta ad formam teſtamenti inter liberos, à jure præſcriptam, ſed amplior ſit libertas, & jure militari teſtetur, nequid locum habere diſpoſitio illa juris communis apponendi diem, menſem, & annum, in teſtamento.

13 Secundo poterit dubitari, an in teſtamento ſcriptura privata facto, ſit apponendus, & exprimendus locus, ubi factum fuit, & pro affirmativa facit illud, quod neceſſarium eſt ad validitatem inſtrumenti, aut actus facti, quod apponatur locus, ubi fuit factus, *leg. optimam, Cod. de comitend. ſtipulat. gloſſ. in leg. general. Cod. de tabular. lib.* 10. Galvan. *conſ.* 22. *num.* 39. Boer. *deciſ.* 33. *num.* 27. Ceſſar Barzius *deciſ. Bonon.* 39. *num.* 24. Seraſin. *deciſ.* 949. *num.* 2. *tom.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ.* 899. *num.* 17. Greveus *practic. concluſ. lib.* 2. *concluſ.* 13. *tit. Coronis, num.* 9. Adeo quod conſuetudo in contrarium, dicitur invalida, Camil. Borel. *in ſumma deciſ. tom.* 2. *tit.* 18. *num.* 49. Gratian. *diſcept.* 767. *num.* 11. Suelves *conſ.* 30. *num.* 3. *centur.* 1. Don Joſeph de Niño *in addit. ad ſcholium comand.* Franciſc. de Cuenca *clauſ.* 40. *n.* 3. non enim poteſt conſiderari teſtamentum perfectum, ſi in eo non exprimatur locus, ubi confectum fuit, quia loci appoſitio denotat actus perfectionem, Menoch. *conſ.* 224. *num.* 3. *vol.* 3. Barboſ. *clauſ.* 2. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 68. *num.* 6. Farinac. *deciſ.* 628. *num.* 3. *tom.* 2. *in noviſſim.* Martha *clauſ.*4. Gratian. *diſcept.* 796. *num.* 24. Seſsè *deciſ.* 362. *num.* 2. & 3. Franciſc. de Cuenca *in ſcholio comand. clauſ.* 40. *num.* 1. & ibi Don Joſeph de Niño *num.* 1. Fontanel. *de pact. clauſ.* 9. *gloſſ. unic. num.* 5. Et in terminis teſtamenti facti inter liberos, quod ex defectu appoſitionis loci in ſcriptura privata invalidum reddatur, Honded. *conſ.* 66. *num.* 45. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 409. *num.* 47. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 288. *num.* 33. *lib.* 3. Manzius *de teſtam. tit.* 4. *quæſt.* 4. *per tot.* Eſcaño *de teſtament. cap.* 14. *num.* 22. Cardin. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 14. *num.* 13. & *diſcurſ.* 15. *num.* 4. Sed contrarium
14 eſt verius, & judico ſequendum in noſtro Regno, nam etiam ſi in teſtamento ſcriptura privata facto, non apponatur locus, validum erit, & ſubſiſtens, quia ut diximus, ut ſuſtineatur teſtamentum in Regno, ſolum requiritur, quod de voluntate teſtantis conſtet, & de illa ſufficienter conſtat, etiam ſi deficiat loci appoſitio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 235. *n.* 11. & 12. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 4. *verſ. ex iis obiter*, Bocius *in tract. de teſtament. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *num.* 220. Neque in contrarium adducta obſtant, nam procedunt, quando tractatur de appoſitione loci ad denotandum actus perfectionem, ut ſi notarius rogetur de inſtrumento, ſecus autem quando propria manu ſcriptura à privato conficitur, ut rectè obſervat Grat. *d. cap.* 235. *n.* 10. & 11.

15 Ex eiſdem rationibus intelliges, quare hujuſmodi teſtamenta ſcriptura privata facta, valida ſunt abſque teſtibus, aut eorum ſubſcriptionibus, & ſigillis, prout cavetur, *in dict. for.* 18. *rubr. de teſtament.* ibi: *Que valla, è haja fermetat, jatſia ço que noy haja eſcrivà public, ni teſtimonis, ni altre ſageil, ni alguna ſubſcripciò.* D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 32. *n.* 14. Trullench. *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *dubit.* 2. *num.* 5. D. Creſpì *obſervat.* 50. *n.* 13. Prout in Curia Ro-



mana valent teſtamenta facta, modo ſupradicto, inter Cardinales, & alios habentes indultum teſtandi, Carolus Anton. de Luca *in praxi civil, cap.* 30. *n.* 12. nam cum in condendis iis teſtamentis ſit remiſſa omnis ſolemnitas, & ſolum requiratur voluntatis probatio, voluntate probata per ſcripturam privatam, etiam ſi nullus interveniat teſtis, erit teſtamentum validum, & ſuſtinebitur voluntas, ut de teſtamento inter liberos probatur ex *Authent. quod ſine, Cod. de teſtam. Authentic. de teſtament. imperfect.* §. *nos igitur omnia*, Gabriel *commun. concluſ. lib.* 4. *tit. de teſtament. concluſ.* 9. *n.* 10. Boer. *deciſ.* 240. Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ, privileg.* 4. Covarrubias *in cap. relatum* 1. *n.* 12. *de teſtament.* Maſcardus *de probat. concluſ.* 1358. *n.* 61. Menochio *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 5. *n.* 7. Clarus *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 14. *n.* 1. Fachin. *controverſ. lib.* 4. *cap.* 1. Gratian. *diſcept.* 235. *n.* 1. & 17. Farinac. *q.* 37. *n.* 5. Riccius *collectan.* 230. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 5. Martha *de ſucceſſion. legal. part.* 4. *q.* 7. *artic.* 3. *n.* 1. Amato *reſol.* 90. *lib.* 2. Layman *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 13. Fontanella *de pactis, clauſ.* 1. *n.* 9. Ponte *conſil.* 46. Paſchal. *de viribus patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 8. *n.* 21. Diana *part.* 7. *tract.* 6. *reſol.* 15. Burat. *deciſ.* 475. ubi Ferrentil. Cavaller *deciſ.* 553. & 558. Bocius *de teſtam. inter liberos, tit.* 10. §. 1. *n.* 10. & §. 5. *n.* 201. Marchin *in tract. de peſte, part.* 8. *cap.* 6. Pauli Meli *in addit. ad* Caſtillo *cap.* 31. *n.* 8. Xamar *rerum judicatar. part.* 1. *definit.* 36. *n.* 2. *cum ſeqq.* Paulus Rubeus *de teſtamentis, cap.* 32. *n.* 715. & *cap.* 24. *n.* 436. Carolus Antonius de Luca *in animadverſionibus ad* Gratian. *cap.* 235. *numer.* 7.

16 Ex eadem ratione erit ſubſiſtens teſtamentum iſtud, quamvis Notarius non interveniat, neque adhuc ei tradatur, neque interveniat ſigillum teſtatoris, aut alia ſolemnitas, *dict. Foro* 18. *rubr. de teſtam.* Dominus Leon *dicta deciſ.* 32. *n.* 14. Trullench *dicto tomo* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *dubit.* 2. *n.* 5. Dominus Creſpì *dicta obſervat.* 50. *n.* 13. quia cum ſatis probetur voluntas, per ſolam ſcripturam manu teſtatoris ſcriptam, & ad illius probationem, neque ſit neceſſarius Notarius, neque ſigillum teſtatoris, aut alia circunſtantia, erit teſtamentum validum, abſque Notario, & ſigillo, *dicta Autbentica, quod ſine, Cod. de teſtamentis, Authentica de teſtamentis imperfectis*, §. *nos igitur*, Covarrubias *in dicto cap. relatum* 1. *de teſtamentis, n.* 12. Menochio *conſil.* 224. *n.* 59. *volum.* 3. Cabedo *deciſ.* 129. *n.* 12. *part.* 1. Gratian. *diſcept.* 606. *n.* 20. & 22. Barboſa *de univerſ. jure Eccleſiaſ. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 101. & *in collectan. ad text. in dicto cap. relatum, n.* 1. Sanctarel. *variar. part.* 1. *quæſt.* 7. *à n.* 3. Vazquez *in opuſcul. de teſtament cap.* 3. *n.* 11. Marchin. *de bello divin. part.* 8. *cap.* 6. *n.* 14. Ferrentil. *in addit.* ad Burat. *deciſ.* 475. *lit. E.* Cardinal. de Lugo *de juſtitia, & jure, part.* 2. *diſput.* 22. *n.* 266. & 267. Eſcaño *de teſtamentis, cap.* 6. *n.* 14. & 15. Trullench *dicto lib.* 7. *cap.* 18. *dubitat.* 4. *n.* 1. *cum ſeqq.*

17 Dubitatur tertio, an ſi ſcriptura non fuerit manu teſtatoris ſcripta, ſed tertii, & ſolum à teſtatore reperiatur ſubſcripta, valeat ut teſtamentum; videtur enim valere non poſſe, quia etſi in Regno poſsit quilibet teſtare abſque ſolemnitate, & explicare ſuam ultimam voluntatem, ſcriptura privata, hoc permittitur cum qualitate, quod propria manu teſtatoris ſit ſcripta, *dicto For.* 18. *rubrica de teſtamentis*: ibi: *Pus lo haja eſcrit de ſa mà*, & ibi: *Pues de ſa mà ſia eſcrit.* Ergo ſi manu teſtatoris non reperiatur ſcriptura exarata, licèt ſubſcripta fuerit à teſtatore, non adimplebitur, quod forus jubet, quia nequit dici, aut conſiderari teſtamentum ſcriptum teſtatoris manu, & perconſequens irritum erit, ut docent Lanar *in tract. de formulis teſtamentorum, n.* 19. Dominus Leon *tomo* 1. *deciſ.* 30. *n.* 6. videndus Moſtazo *de cauſis piis, tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 19. Secundò facit, quia ſcripturæ manu tertii
18 conſcriptæ, frequenter à teſtatoribus ſubſcribuntur, abſque eo, quod illas legant, & intelligentes continere ultimam illorum voluntatem, quam verbaliter propalarunt tertio ſcribenti, in tali ſcriptura, ſubſcribunt illam abſque examine ullo, & ex tali ſubſcriptione non videtur approbatum ſcriptum, quia ſubſcribens non obligatur ex ſubſcriptione, neque cenſetur ſcriptum approbare, niſi legat omnem ſcripturam, vel videat, aut ſciat omne contentum in illa, *leg. final. Cod. plus valere, quod agitur, leg. Cayus, ubi gloſſ. ff. de pignorat. action. leg.* 1. §. *mandaverit, ff. quod juſſu, cap. ſi quis Presbyterorum, de rebus Eccleſ. non alienand.* Felin. *in cap. quoniam contra, de probationibus, num.* 48. Gabriel *ad tit. de præſumptionibus, col.* 3. *n.* 28. Caldas *de empt. & vendit. cap.* 6. *n.* 19. & 20. Menochio *de præſumptionibus, lib.* 3. *præſumpt.* 66. *n.* 21. Barboſa *ad text. in cap. ſi quis* 6. *de rebus Eccleſ. alienand. vel non, n.* 14. Maſcardo *de probationibus, concluſ.* 1348. *n.* 16. *cum ſeqq.* Dominus Leon *dicta deciſ.* 30. *n.* 2. Gayto *de creditor. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2627. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 1. *n.* 88. & 89. Paulus Rubeus *reſolut. practic. cap.* 26. *n.* 224. & 225. Franciſcus de Angelis *de confeſſ. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 4. Et pro hac opinione, videtur facere deciſio, Domin. Leon, 30. *tom.* 1. *per tot.*

De

19 De hoc dubio conſultus fui ab hæredibus Antonii Perez, mercatoris Villæ Algeziræ fecit enim dictus Perez, quod Vicarius temporalis Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Catherinæ dictæ Villæ, ſuum ultimum elogium ſcriberet, cui ſe ſubſcripſit dictus Perez, & Thomas Perez alter ex teſtatoris filiis dicebat, non habere validitatem teſtamentum; ſed non obſtantibus ſupradictis conſului validum eſſe, cum ſola ſubſcriptione dicti teſtatoris ad calcem ſcripturæ tertii facta, & inveni ſic obſervatum à Domino Creſpi *dicta obſervat.* 50. *num.* 13. & deciſum à Senatu ſententia per Alreus, *die* 9. *Julii* 1630. inter Joannam Morant, & de Aracil, & Hieronymum Berdù, videndus Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 19. & tenent Ferrentil. ad Burat. *deciſ.* 475. *num.* 23. Antonius Govius *conſult.* 4. *num.* 3. Poteſtque aliquibus exornari rationibus. Primo, quia
20 ut teſtamentum factum inter liberos ſit validum, non requiritur, quod ſcribatur a teſtatore, ſed ſcriptum à tertio, ſufficit quod à teſtatore ſubſcribatur, *leg. hac conſultiſsima, Cod. de teſtamentis*, ibi: *Vel ipſius teſtatoris, vel cujuſlibet alterius manu conſcriptam.* Et ibi: *Sua manu in reliqua parte teſtamenti ſubſcripſerit*; docent Jaſſon *in Authentica, quod ſine, C. de teſtamentis*, Clarus *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 14. *n.* 4. Menochio *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 7. *n.* 6. Craſus *in* §. *teſtamentum, q.* 16. Maſcardus *de probationib. concluſ.* 1358. Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *q.* 7. *artic.* 3. *n.* 5. Puteus *deciſ.* 229. *lib.* 1. Riccius *collect.* 781. *in fin.* Farinacius *q.* 37. *n.* 5. Layman *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 3. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 4. *à n.* 5. Diana *part.* 7. *tract.* 6. *reſolut.* 5. Marchin *de peſte, part.* 8. *cap.* 6. Bocius *de teſtament. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *n.* 202. Xamar *rerum judicatar. part.* 1. *definit.* 36. *n.* 1. *cum ſeqq.* Ezpeleta *tract.* 12. *reſolut.* 10. Eſcaño *de teſtamentis, cap.* 7. *n.* 25. Cardinal. de Luca *de teſtamentis, diſcurſu* 75. *n.* 4. 10. & 12. & *diſcurſu* 86. *n.* 4. Carpzovius *in juriſprudent. forenſ. part.* 3. *conſtit.* 4. *definit.* 18. Carolus Antonius de Luca *in animadverſion.* ad Gratian. *cap.* 235. *n.* 18. Moſtazo *de cauſis piis, tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 18. Et hoc quia in teſtamento inter liberos, non requiritur aliqua ſolemnitas, ſed conſtito ſolum de nuda voluntate ſuſtinetur, ut Senatus ſententia per Alreus, *die* 8. *Februarii* 1616. inter Baptiſtam Rubio, & Joſepham Rubio, & de Diago: ergo ſufficiet ſubſcriptio in Regno, cum ſolemnitas non ſit neceſſaria in teſtamentis, ſed ſolum voluntatis probatio. Secundò probatur ex eo, quod ſubſcribens pro ſcribente habetur, *leg. emptor*, §. *Lucius, ff. de pactis, leg.* 1. §. 1. *ff. de conſtitut. pecun. Authentica, ſi modo, Cod. familiæ erciſcundæ, cap. ſi quis presbyterorum, de rebus Eccleſ. non alienand.* Valaſc. *loca com. tit.* 5. *num.* 67. Et
21 eo ipſo, quod aliquis ſubſcribit, videtur ſcribere omne contentum in ſcriptura, & illam totam ſuam facit eodem modo, ac ſi totam ſcripſiſſet, *leg. ſi quis ex argent.* §. 1. *ff. de edendo, leg. penultim. Cod. de confirmando Codice, princip. tit. inſtitut. de empt. & vendit.* Thoro *allegat.* 73. *num.* 8. Reynoſo *obſervat.* 44. *n.* 5. Rubeus *practic. reſolut. cap.* 26. *num.* 201. Thomat. *deciſ.* 203. *num.* 7. Vela *diſſertat.* 23. *à num.* 18. Silva *de ſalar. famil. quæſt.* 28. Burat. *deciſ.* 192. *num.* 8. Cavalier. *deciſ.* 133. & 199. Prato *practic. obſerv.* 21. *num.* 5. Caponi. *tomo* 2. *diſcept.* 113. *num.* 55. Cardinal. de Luca *de teſtamentis, diſcurſu* 66. *num.* 7. & *diſcurſu* 4. *ſub num.* 6. & *de judiciis, diſcurſu* 29. *num.* 21. Rota coram Bich. *deciſ.* 340. *num.* 40. & *deciſ.* 630. *num.* 12. Caſtejon *in Alphabet. verbo Scriptura, num.* 8. Franciſcus de Angelis *de confeſsionibus, lib.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 2. Urceolus *de tranſact. q.* 60. *n.* 22. Carolus Antonius de Luca *in praxi civil. cap.* 30. *num.* 2. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 19. & idem operatur ſubſcriptio, quod ipſa ſcriptura operaretur, Barthol. *in leg. Cayus, ff. de pignorat. action.* Reynoſo *dicta obſervat.* 44. *num.* 8. & 9. Pegas *dict. cap.* 1. *num.* 112. Quod procedit, etiam ſi ſcripturæ corpus fuerit ſcriptum ab intereſſato, aut creditore, in cujus favorem ſcriptura reperitur facta, prætertim inter mercatores, Genua *de ſcript. privat. lib.* 2. *tit. de apocha manu credit. ſcript. n.* 13. Dunozzet. *deciſ.* 432. in qua declaratur Duran. *deciſ.* 368. Carolus Atonius de Luca *in praxi civil. cap.* 30. *n.* 3. Franciſcus de Angelis *de confeſsionibus, lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 5. Ergo eodem modo valere debet teſtamentum ſubſcriptum à teſtatore, & ſcriptum à tertio, quam ſi ſcriptum, aut ſubſcriptum fuerit ab illo, cum non minus ex ſubſcriptione, quam ex totius ſcripturæ ſcri-
22 ptione conſtet de ſubſcribentis voluntate, Mauro *de laudem.* 3. *part. inſpect.* 38. *num.* 8. & 9. Salgad. *poſt labyrinth. deciſ.* 98. *num.* 7. Clemens Merlin. *deciſ.* 90. *num.* 2. Ferrentil. ad Burat. *deciſ.* 750. *num.* 1. Mocc. *in ſylva caſuum forenſ. cap.* 3. *num.* 5. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 1. *num.* 110. Ultimo facit, quod ut valeat teſtamentum in ſcriptis factum ſufficit, ut de nuda voluntate teſtatoris conſtet, abſque eo, quod ſit neceſſaria ſolemnitas aliqua, ut pluries diximus, per *For.* 51. *rubr. de teſtamentis*, Domin. Creſpi *dicta obſervat.* 50. *num.* 14. Ergo cum per ſubſcriptionem conſtet de voluntate ſubſcribentis, dicere debemus non claudicare teſtamentum ex defectu voluntatis, cum ſubſcribens cenſeatur omnia contenta in ſcriptura approbare, &





fateri, *dicta l. emptor*, §. *Lucius, ff. de pactis, l. ſi ſtipulatus*, §. *Criſonogus, ff. de verborum obligat. l.* 1. §. *inter filium, ff. ad l. Corneliam, de falſis*, cum aliis adductis à Reynoſo *dicta obſervat.* 44. *n.* 5. Clemens Merlin. *deciſ.* 35. *n.* 5. Gayto *de creditor. cap.* 2. *n.* 2623. Pegas *dicto cap.* 1. *n.* 118. & 119. Poſthius *poſt tract. de manutenend. deciſ.* 388. *num.* 7. Cencius *poſt tract. de cenſibus, deciſ.* 427. *n.* 5. Thoro *in ſuo C. rerum judicatar. caſu* 60. *n.* 33. Altogradus *conſil.* 38. *n.* 12. Rubeus *dicto cap.* 26. *n.* 193. Rota coram Bich. *deciſ.* 340. *n.* 4. Franciſcus de Angelis *de confeſsionibus, lib.* 2. *q.* 8. *n.* 2. Carolus Antonius de Luca *in praxi civil. cap.* 30. *n.* 2.

23 Neque obſtant pro contraria adducta, nam ad primum reſpondetur, quod etſi in *Foro* 18. diſponatur, quod manu teſtatoris ſcribi debebat teſtamentum, ut validitatem habeat, & nihil de ſubſcriptione dicatur, debet etiam habere locum diſpoſitio fori, quando ſcriptura manu tertii reperitur ſcripta, & à teſtatore ſubſcripta, quia lex, aut diſpoſitio loquens de propria ſcriptura, ſicut noſter forus, locum etiam habet in ſcriptura manu tertii ſcripta, & manu debitoris, aut perſonæ, de qua loquitur diſpoſitio, ſubſcripta, *l. ſi ego* §. *dotis, ff. de jure dotium, l. ſi pluribus, in princip. ff. de verborum obligat. l. cum antiquitas, C. de teſtamentis*, Baldus *in Authent. contra qui, C. de non numerat. pecun.* Reynoſo *dicta obſervat.* 44. *n.* 10. Pegas *dicto cap.* 1. *n.* 127. Paulus Rubeus *dict. cap.* 26. *num.* 205. Secundo reſpondetur, quod etſi forus diſponat, quod teſtator, ſua manu conficiat ſcripturam, ſicuti etiam in *l. hac conſultiſsima*, diſpoſitum extat, omittit ſubſcriptionis caſum, & perconſequens remanet ſub diſpoſitione juris communis, *l. commodiſsimè* 10. *cum vulgat. de liberis, & poſthum.* cum ergo de jure cautum, quod teſtamenta, quæ ſine ſolemnitate fiunt, prout in noſtro Regno, cum ſola ſubſcriptione teſtatoris ſuſtineantur, *dicta l. hac conſultiſsima, C. de teſtam.* Sequitur, quod in Regno poterunt cum ſola ſubſcriptione hujuſmodi teſtamenta fieri. Ultimo reſpondetur, quod dato, & ſuppoſito quod in *Foro* 18. præciſsè requireretur, quod omnis ſcriptura teſtamenti à teſtatore ſcriberetur, & poſſet conſiderari excluſa ſubſcriptio, foret ſolemnitas mera, hæc, ſcribendi omne teſtamentum teſtatoris manu, nam ad probandam voluntatem, ſufficit ſubſcriptio ſola, ut expræſsè probatur ex *dicta l. hac conſultiſsima*, & cum poſtea in *Foro* 51. *Regis Petri II.* ſublata fuerit omnis ſolemnitas in conficiendis teſtamentis in ſcriptis, etiam ſublata fuit illa exarandi omne teſtamentum teſtatoris manu, contenta in *d. For.* 18.

24 Ad ultimum reſpondetur, quod non negamus ſubſcribentem, non obligari virtute ſubſcriptionis, niſi notitiam habuerit negotii ſcripti, ſed pro certo tradimus præſumi de jure habuiſſe ſcientiam, & notitiam, contentorum in ſcriptura, quam ſubſcripſit, etſi dicat non legiſſe, aut notum habuiſſe contentum in ſcriptura, debet ignorantiam probare, & illa non probata, præſumitur ſcripturam ſubſcriptam fuiſſe, cum ſcientia ſcripti negotii, Barthol. in *l.* 1. §. *ſi quis neget, n.* 11. *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, Felin. *in cap. inter dilectos, n.* 27. *de fide inſtrum.* Alexand. *conſil.* 147. *lib.* 2. Ruinus *conſil.* 193. *n.* 1. *vol.* 2. Maſcardus *de probat. concl.* 1347. *n.* 19. Gonzalez *ad regul.* 8. *cancel. gloſſ.* 60. *n.* 11. *cum ſeqq.* Martha *de ſucceſsion. legal. part.* 4. *q.* 7. *artic.* 3. *n.* 6. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 22. *n.* 3. Valaſc. *conſult.* 69. *n.* 10. Barboſa *ad text. in cap. ſi quis* 6. *de rebus Eccleſ. non alienand. n.* 4. Duran. *deciſ.* 368. *n.* 30. & *deciſ.* 337. *n.* 16. Ferrentil. ad Burat. *deciſ.* 475. *n.* 12. Gayto *de creditor. cap.* 2. *n.* 2628. Bocius *de teſtament. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *n.* 204. Reynoſo *obſervat.* 34. Paulus Rubeus *d. cap.* 26. *n.* 263. *cum ſeqq.* Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſu* 33. *n.* 6. Et ideò memoriale illud ſubſcriptum à teſtatrice in caſu *deciſ.* 30. Dom. Leon, non potuit ſuſtineri,
25 ut teſtamentum, quia conſtabat, & probatum fuit, teſtatricem non legiſſe illud tempore ſubſcriptionis, neque poſtea, ut apud ipſum Leon, *n.* 3. cui adde Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 4. Et an ſufficiat ſubſcriptio generalis, aut requiratur ſpecialis, vide Nata *in Authent. quod ſine, C. de teſtament. n.* 48. Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 7. *n.* 6. Gonzalez, ubi proxim. Bocius, ubi prox. *n.* 210. Solum libet advertere, quod ut dicta ſubſcriptio operetur ſupra tradita, debet fieri in fine teſtamenti, ut tenet gloſ. *in Authentic. quod ſine, C. de teſtament.* ubi Nata, *n.* 52. Menochius *de præſumpt. lib.* 3. *preſumpt.* 66. *n.* 3. Martha *dict. artic.* 3. *n.* 7. Puteus *deciſ.* 219. *lib.* 1. Maſcardus *de probat. concl.* 1347. *n.* 25. Bocius *de teſtam. inter liberos, dict.* §. 5. *tit.* 19. *n.* 205.

26 Sed ſi teſtator ſubſcriptionem facere non poteſt, quia literas neſcit, videamus, an ſufficiat pro validitate teſtamenti, quod ſcriptura manu facta, in ima parte proprio ſigillo à teſtatore ſigilletur, videtur enim eodem modo debere valere ſi ſigillum interponatur, quam ſi ſubſcriptio fiat, nam eundem operatur effectum ſigillatio, quam ſubſcriptio, ut docent ex doctrina Felini *in cap.* 2. *n.* 37. *de fide inſtrumentor.* Gabriel *in tit. de præſumpt. concluſ.* 4. *per tot.* Roman. *conſil.*

303. Covarrubias *pract. cap. 22. n. 9.* Vueſembec. *conſil.* 14. Menochius *de arbitrar. caſu* 113. *n. 6.* Martha *de ſucceſsion. legal. par. 4. quæſt. 7. artic. 3. n.* 8. Cardinal. de Luca *de judiciis, diſcurſu 29. n.* 23. Et de voluntate teſtatoris, non minus conſtabit per ſigillationem, quam per ſubſcriptionem. Gratian. *diſcept.* 162. *n.* 1. Zachias *de ſalario, quæſt.* 100. *n.* 39. Duran. *deciſ.* 368. *n.* 29. Peña *deciſ.* 552. *num.* 2. & 3. Urceolus *de tranſact. quæſt. 60. n.* 23. Sed
27 quia teſtamentum eſt res magni momenti, & periculoſum eſt ſcripturis fidem dare, cum ſolo ſigillo, Carolus Antonius de Luca *in prax. cap.* 30. *n.* 17. Tenendum judico, non ſufficere ſigillum abſque ſubſcriptione, cum in ſigillatione faciliter fraus adhiberi poſsit, & non ita in ſubſcriptione, docent Alexand. *in l. quæ dotis, ff. ſoluto matrim.* ubi Jaſſon, *n.* 49. Immola *in clement.* 1. *de procuratoribus*, Salizet. *in l. 2. verſic. Item nota, C. de rebus non alienand.* Craveta *de antiquit. temporis, part.* 1. *n.* 45. Maſcardus *de probat. concl.* 1308. *n.* 7. Bocius *de teſtam. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *n.* 207.

28 Quod poteſt etiam in dubium poni eſt, an ſi teſtamentum ſcriptura privata factum, fuerit ſcriptum propria teſtatoris manu, & abſque ſubſcriptione inveniatur, validum ſit, & hoc in caſu ſi ſcriptura fuerit perfecta, & contineat orationem perfectam, explorati juris eſt valere, ut teſtamentum, etiam ſi teſtatoris ſubſcriptio non fuerit appoſita, *l. cum antiquitas, in fine, C. de teſtam.* ibi: *Sancimus ſi quis ſua manu totum teſtamentum, vel codicillum conſcripſerit, & hoc ſpecialiter in ſcriptura poſuerit, quod hæc ſua manu confecit; ſufficiat ei totius teſtamenti ſcriptura, & non alia ſubſcriptio requiratur, neque ab eo, neque pro eo ab alio, ſed ſequatur hujuſmodi ſcriptura. dict. For.* 18. *rubric. de teſtam.* ibi: *Haja fermetat jat ſia ço, que noy haja Eſcrivà publich, ni teſtimonis, ni alguna ſubſcripciò.* Docent Domin. Leon *deciſ.* 32. *n.* 14. D. Creſpì *dicta obſervat.* 50. *n.* 13. Rota *deciſ.* 30. *part. 1. noviſsimar. n.* 3. Covarrubias *in dict. cap. relatum, de teſtam. n.* 12. Clarus *in §. teſtamentum, quæſt. 14. n. 1. cum ſeqq.* Fachin. *controverſiar. lib. 4. cap.* 1. Martha *de ſucceſsion. legal. part. 4. q. 7. artic. 3. n. 1. cum ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 235. *n.* 1. & 17. Farinac. *quæſt.* 37. *n.* 5. Cancer *variar. par. 1. cap. 4. n.* 5. Layman *lib. 3. tract. 5. cap. 2. n.* 13. Bocius *de teſtam. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *n.* 201. Xamar *rerum judicatar. par. 1. definit. 36. n.* 2. Valaſc. *conſult.* 67. *num.* 8. Ferrentii. ad Burat. *deciſ.* 475. *n.* 23. Antonius Govius *conſult.* 4. *n.* 3. Carpzovius *in juriſprud. for. par. 3. conſtit. 4. definit.* 19. Moſtazo *de cauſis piis, tom. 1. lib. 1. cap.* 6. *n.* 19. Scripturæ enim manu alicujus ſcriptæ, licet non ſubſcriptæ, debet ſtari, ut plenè probet contra ſcribentem, Carolus Antonius de Luca *in praxi, cap. 30. n.* 4. ubi adducit Buratum *deciſ.* 192. & *deciſ.* 368. Et non minus probabitur voluntas per ſcripturam teſtantis manu ſcriptam, etiam non ſubſcriptam, quam ſi fuerit ſcripta, & ſubſcripta, *l. fidejuſſor. §. pater, ff. de pignorib. l. cum antiquitas, §. final. C. de teſtam.* Menochius *de præſumptionib. lib. 3. præſumpt. 66. num. 1. cum ſeqq.* Cancer *variar. lib. 1. cap. 22. num.* 34. Urceolus *de tranſact. quæſt. 60. num.* 35. Etiam ſi abſque appoſitione diei, menſis, & anni, & abſque teſtibus reperiatur. Vermigl. *conſil.* 392. *n.* 6. 7. & 8. Franciſcus de Angelis *de confeſsionib. lib. 1. quæſt. 8. limit. 8. n.* 12. Cancer *variar. lib. 1. cap. 22. num.* 34. Duran. *deciſ.* 368. *n.* 24. Urceolus *de tranſact. q. 60. n.* 37.

Difficiliorem reſolutionem habet du- 29
bium illud, videlicèt, an ſi omnis ſcriptura, non fuerit ſcripta teſtatoris manu, ſed ſolum pars illius, aut major pars, & reliqua pars manu tertii ſcripta fuerit, poſsit pro teſtamento valere? videtur enim non poſſe; primo, quia manu teſtatoris propria, debet eſſe conſcriptum teſtamentum, *Authent. quod ſine, C. de teſtam.* ibi: *Quod ſine ſubſcriptione ita procedit, ſi parens literas edoctus manu propria, non ſignis, ſed literarum conſequentia declaret.* Et hoc non ſolum quoad partem, ſed quoad totum teſtamentum, ut expreſsè cavetur in *l. cum antiquitas 28. in fine, C. de teſtam.* ibi: *Si quis ſua manu totum teſtamentum, vel codicillum conſcripſerit.* Secundo, nam, ut validitatem habeat teſtamentum, à teſtatore propria manu factum, non ſufficit, quod illius majorem partem ſcribat, ſed eſt neceſsè, quod omne teſtamẽtum perfectè ſcribat, quia ſi ſcribens illud, antea quam compleretur, morte præventus perficere non potuiſſet, non valet adhuc in conſcriptis, & diſpoſitis, non obſtante, quod inſtitutio hæredis ſcripta reperiretur, *l. ſi quis 25. ff. de teſtam. l. curioſum, C. qui teſtamenta facere poſſunt*, Clarus *in dict. §. teſtamentum, q. 7. n.* 4. Xamar *rerum judicat. part. 1. definit. 36. n.* 28. Quod ea ratione nititur, nam tunc judicatur teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, & nullo favore poteſt validum conſiderari, ut cum multis docet Barboſa *ad text. in cap. 13. de teſtam. n.* 5. Xamar ubi prox. *n.* 27. Et hæc ſibi vindicari locum videntur in noſtro caſu, nam etſi major teſtamenti pars ſcripta ſit à teſtatore, non eſt perfectè, & integrè voluntas conſcripta, & perconſequens claudicat teſtamentum ex defectu voluntatis.

Sed, ut meum judicium proferam, qua- 30





tuor veniunt diſtinguendi caſus. Primus erit, quando teſtamentum reperitur ſubſcriptum à teſtatore, & hoc in caſu, ſive pars teſtamẽti, ſive totum à tertio fuerit ſcriptum, validum erit, ut ſupra provabimus, nulla facta diſtinctione, an teſtamenti prima pars, fuerit à teſtatore, vel à tertio ſcripta, nam ſive principium, ſive medium, ſive finis teſtamenti à teſtatore fuerit ſcriptum, vel à tertio, teſtatoris ſubſcriptio facit illud validum, & magis eſt, quod valeat ſubſcriptum à teſtatore, etiam ſi ab integro ſcriptum fuerit à tertio, quam ſi pro parte ſolum, à tertio ſcriptum inveniatur, nam ſi ſubſcriptio facit illud validum in eo, quod eſt magis, melius illud validum faciet in illo, quod minus eſt, ex regul. text. *in l. non debet, ff. de regul. juris, l. in ſuis, de liberis, & poſthum. cap. cum licèt* 53. ubi communiter DD. *de regul. juris, in* 6. Secundus caſus eſt, quando teſtamenti
31 prima pars, manu teſtatoris reperitur ſcripta, & poſtea ſcriptura, manu tertii proſequuta reperitur, & concluſa à tertio, abſque eo, quod à teſtatore poſt illud, quod tertius ſcripſit, reperiatur aliquid ſcriptum, & hoc in caſu judico, teſtamentum non eſſe validum, quia diſpoſitio manu teſtatoris continuata, imperfecta remanet, & perconſequens imperfectum erit teſtamentum, ex defectu voluntatis, niſi aliqua reperiretur perfecta diſpoſitio in illis, quæ teſtator ſua ſcripſit manu, nam reſpectu illorum valebit teſtamentum, etiam ſi appareat non fuiſſe concluſum à teſtatore, ſed à tertio, cum teſtamenta, quæ ſi-
32 ne ſolemnitate fiunt, valeant in ea parte, qua reperiuntur facta, & perfecta diſpoſitio invenitur, etiam ſi non fuerit conſumata, ut jam docuimus, & probatur ex text. in *l. ultima, C. familiæ erciſcundæ*, ibi: *Sive cœptum, neque impletum ſit teſtamentum, defuncti diſpoſitio cuſtodiatur.* Docent Panormitan. *in cap. penultim. de ſucceſsionib. ab inteſtat.* Baldus *in l. ex ea, ff. de teſtament.* Corneus *conſil.* 53. *n. 5. vol.* 1. Surdus *deciſ.* 292. *n.* 16. Bocius *de teſtam. inter liberos, tit.* 10. §. 5. *n.* 186. & in diſpoſitis ad pias cauſas, docent Barthol. & communiter DD. in *l. in teſtam.* 38. *ff. de fideicommiſ. libertat.* Molina *de juſtitia, & jure, tract. 2. diſput.* 134. Covarrubias *in cap. relatum 1. de teſtam. n.* 10. Sanchez *conſilior. moral. lib. 4. cap. 1. dubit. 7. n.* 5. Vazquez *in opuſcul. de teſtament.* Fagundez *de juſtitia, & jure, lib. 6. cap. 3. n.* 16. Layman *lib. 3. Theolog. moral. tract. 5. cap. 2. num. 6.* Neque quod ſcriptum reperitur à tertio, poterit vitiare ſcriptum à teſtatore, nam ſi reperiretur ſolum illud, quod teſtator ſcripſerat, utilis, & valida foret diſpoſitio, & additum à tertio, non poteſt vires adimere diſpoſitioni, cum utile per inutile, non vicietur, *l. 1. §. item quærit, ff. de aqua quotidian. & æſtiva, l. pedius, ff. de receptis arbitr. l. qui teſtam. ff. de excuſat. tutor.* Et nunquam poteſt conſiderari poteſtas in tertio addente, ut validitati diſpoſitionis legitimæ factæ detrahatur jus, ex regul. text. in *l. non debet alteri 75. l. factum 197. de regul. juris, l. ultim. C. de adquirend. poſſeſ. cap. 1. de injuriis, in 6.*

Tertius erit caſus, ſi prima teſtamenti 33
pars, aut minima, aut maxima, ſcripta reperiatur à tertio, & recto ordine, & immediato, ſecunda pars uſque in finem ſcripta fuerit à teſtatore, cum approbatione tacita, aut expreſſa illius primæ partis à tertio conſcriptæ, ut quia teſtator ſua manu proſequutus fuit diſpoſitionem, illo modo, quo initiata fuit, & concluſit dicendo, quod ſuum ultimum erat teſtamentum, & hoc in caſu validum judico fore teſtamentum, quia teſtamentum à tertio ſcriptum, & ſubſcriptum à teſtatore, ideò valet, ut probavimus, quia teſtator ſe ſubſcribendo, fecit ſcripturam ſuam, & approbavit contentum in ea eodem modo, ac ſi propria manu illam ſcripſiſſet, *l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis, l. ſi ſtipulatus, §. Criſogonus, de verbor. obligat. l. ſi quis ex argentar. §. 1. ff. de edend.* Reynoſo *obſerv.* 44. *n.* 5. Cencius *poſt tract. de cenſib. deciſ.* 427. *n.* 5. Gayto *de credito, cap. 2. n.* 2623. Rubeus *reſolut. practic. cap. 26. n.* 20. Ergo cum continuando, & perficiendo manu ſua diſpoſitionem à tertio initiatam, cum recognitione, quod eſt ultima ſua voluntas, fortius approbetur, quod à tertio ſcriptum eſt, quam nuda ſubſcriptione approbatur, non poteſt dubitari de voluntate teſtatoris, neque de validitate teſtamenti, ex idemtitate,
& adhuc ex majoritate rationis. Ultimus erit 34
caſus, ſi principium teſtamenti facti, teſtatoris manu reperiatur ſcriptum, & etiam finis, & concluſio, in medioque, & inter ſcriptum teſtatoris manu, à tertio fuerit ſcripta teſtamenti pars, aut ferè omnis ultima teſtantis voluntas, & in hoc caſu non eſt dubitandum de validitate teſtamenti, nam ſi extrema ſcripturæ extiterint exarata manu teſtatoris, ſufficienter conſtat de voluntate in medio poſita, cum approbatum, & confirmatum cenſeatur omnis ſcriptura in medio poſita, ex ratione text. in *l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca.*

Sed ſi omnis ſcriptura teſtamenti à 35
tertio fuerit ſcripta, & à teſtatore ſubſcripta non fuerit in fine illius, ſed ſolum in parte exteriori clauſuræ teſtamenti, cum qualitate illa dicendi, quod ſcriptura clauſa, eſt illius ultimum teſtamentum, dubitari poteſt, an ſuſtineri debeat pro teſtamento, nam pro affirmativa facit doctrina Cardinalis de Luca

de teſtam. diſcurſ. 2. n. 9. Et poteſt primo
36 probari, quia ſcriptura tertii, ſi probetur de
mandato, & voluntate teſtatoris ſcripta, po-
teſt, ut teſtamentum mandantis ſuſtineri, Cur-
tius Junior conſil. 303. n. 26. Scotus conſ.
1. n. 65. tom. 1. Bertrand. conſil. 106. n. 2.
vol. 3. Martha de ſucceſ. legal. part. 4. q. 7.
artic. 4. n. 2. Layman lib. 3. tract. 5. cap. 2. n. 5.
Ricc. in prax. variar. reſol. part. 2. reſol. 379.
n. 1. & reſol. 420. n. 2. Bocius de teſtam. ad
pias cauſas, tit. 12. §. 1. n. 50. Ergo cum à
teſtatore ſcriptum inveniatur, quod ſcriptura
clauſa continet ſuam ultimam voluntatem,
ſufficienter probatur ſcriptam fuiſſe ex illius
conſenſu, & poterit uti teſtamentum ſuſtine-
ri. Secundò, quia ſi aliquis dicat ſe velle te-
ſtamentum facere, prout in tali ſcedula con-
tinetur, rectè teſtatur, etiam ſi talis ſcedula
37 fuerit à tertio ſcripta, Bartol. in l. ſi ita ſcrip-
ſero, ff. de conditionib. & demonſtrat. Baldus,
& Angelus in l. aſſe toto, ff. de hæredib. inſti-
tuend. Caſtrenſ. in l. hæredes palam, ff. de te-
ſtam. Covarrub. in cap. ſi tibi, n. 5. de teſtam.
Craveta conſil. 143. n. 6. Corneus conſil. 324.
col. 3. Vazquez de ſucceſ. creat. §. 17. n. 53.
Clarus in §. Teſtam. q. 4. & q. 36. ad
fin. Maſcard. de probation. concl. 1358. n. 73.
Cancer variar. par. 1. cap. 4. n. 111. Gutierr.
practic. lib. 2. q. 41. Mantic. de conjectur. lib.
1. tit. 7. n. 7. Rota apud Rubeum deciſ. 96.
Ricc. ubi prox. reſol. 420. n. 1. Marchin.
de bello divino, par. 8. cap. 4. n. 9. Ferrentil. ad
Burat. deciſ. 475. n. 22. Eſcaño de teſtam.
cap. 17. n. 11. Caponi tom. 3. diſcept. 202.
n. 3. Ciriac. controver. 444. Rota coram
Bicch. deciſ. 513. n. 8. Cardinal. de Luca
de teſtam. diſcurſ. 1. n. 1. cum ſeqq. & diſ-
curſu 3. Caſtejon in Alphabet. verbo: Teſta-
mentum, n. 19. Thomat. deciſ. 82. n. 15.
Venturin. conſil. 1. ex n. 31. Capicio Latro
deciſ. 5. n. 27. & 28. Andreol. controver. 346.
n. 25. Otthobon. deciſ. 181. n. 8. Melius
allegat. 4. n. 1. lib. 3. Dondei conſult. 61. n. 1.
Actolin. reſol. 41. n. 10. Antonius Govius
conſult. 4. n. 2. Tertio, quia omnia noſtra
facimus, quibus auctoritatem noſtram im-
partimur, l. 1. §. omnia, C. de vetere jur. enu-
clean. gloſſ. in §. plebiſcitum, inſtit. de jure na-
tural. gent. & civil. Anton. Gomez in l. 40.
Tauri, n. 89. Tuſch. practic. tom. 5. lit. N.
concluſ. 67. Ergo cum teſtator recognoſcat
ſcripturam privatam clauſam, eſſe teſtamen-
tum ſuum, & authoritatem impartiatur tali
ſcripturæ, illam facit ſuam, & debet valere
pro teſtamento, eodem modo, ac ſi ab ipſo
teſtatore fuerit ſcripta. Ultimo facit, nam ut
valeat teſtamentum in Regno, ſufficit, quod
per ſcripturam privatam conſtet de teſtatoris
voluntate, & ut probetur teſtatoris voluntas
per ſcripturam privatam, non requiritur
præciſsè, quod ab illo ſit ſcripta, aut ſubſcri-
pta, nam ut conſtet de voluntate paterna, & 38
validum ſit teſtamentum inter liberos, ſuffi-
cit, quod ſubſcribatur à liberis juxta multo-
rum ſententiam, Nata in Authent. quod ſine,
C. de teſtam. n. 51. Vueſembec. conſil. 90.
Clarus in §. Teſtamentum, q. 14. n. 6.
Craſus in dict. §. Teſtamentum, q. 16. n. 4.
Rota deciſ. 734. n. 17. par. 1. noviſſimar.
Bocius de teſtam. inter liberos, tit. 10. §. 5.
n. 211.

Iis tamen minimè ſugerentibus, con- 39
trarium judico tenendum, & non ſufficere,
quod teſtamentum fuerit ſubſcriptum in ex-
teriori clauſuræ parte, ut ſit validum, quia
ut teſtamentum in ſcriptis, & ſcedula privata
factum ſit validum, debet reperiri ſcriptum, 40
aut ſubſcriptum à teſtatore, etiam quod inter
liberos fiat, leg. hac conſultiſsima, C. de teſtam.
Authent. quod ſine, Cod. eod. Et judicavit Sena-
tus noſter, ſententia per Alreus, die 19. Fe-
bruarii 1636. inter Onuphrium Ponz, & Au-
guſtinum Martì; confirmata in alia aula, ſen-
tentia per Alreus, die 8. Julii 1636. inter
eaſdem partes: Ergo ſcriptura ſupradicta in
qua teſtatoris ſubſcriptio non invenitur, ne-
quit conſiderari teſtamentum validum, ut
probat Bocius in tract. de teſtam. ad pias cau-
ſas, tit. 12. §. 1. num. 50. Secundo probatur,
quia teſtamenta inter liberos, vel ad pias
cauſas, valent abſque ſolemnitatibus alio-
rum teſtamentorum, quia in eis ceſſat ſuſpi-
tio fraudis, & falſitatis, Roman. in Authent.
ſimiliter, n. 95. C. de hæredibus, & falſid.
Mantica de conjectur. lib. 6. tit. 3. n. 2. Fragoſ.
de regim. Chriſtian. Reipubl. par. 3. lib. 4. §. 4.
n. 17. Carol. Anton. de Luca in animad-
verſionib. ad Gratian. cap. 235. n. 13. Ergo
quando concurrere poſſunt ſuſpitiones frau-
dis, non poterunt hujuſmodi teſtamenta pri-
vilegiata valere, & idem erit, ſi adminicula
concurrant, Carol. Anton. de Luca, ubi pro-
xim. Paul. Rub. de teſtam. cap. 18. n. 410.
& cap. 32. n. 724. Sed ſuſpitio nota frau-
dis concurrit, quando ſolum exterior pars
clauſuræ teſtamenti adnotata reperitur teſta-
toris manu, nam potuit teſtator ſuum ulti-
mum elogium claudere ſcriptum, aut ſubſ-
criptum, & adnotationem facere in exterio-
ri parte clauſuræ, & poſtea ſigillo rupto, vera
illius voluntas extrahi, & claudi ſcriptura
tertii ad ſui libitum facta, cum ſimulatione
relinquendi exteriorem partem, ubi adnota-
tio à teſtatore facta reperitur: Ergo non de-
bet judicari validum tale teſtamentum, ne
fraudibus via aperiatur, ex regul text. in l. in
fundo, ff. de rei vindicat. l. ſi cum hiis, §. ſi
cum lis, ff. de tranſact. l. qui ſub prætextu, C.
de Sacroſanct. Eccleſ. clement. 1. de uſuris,
clementina 1. §. final. de conceſsion. præbend.

Pro-



Probatur tertio, quia ut teſtamentum in ſcri-
ptis valeat, non ſufficit, quod interveniat
teſtatoris manus in ſcriptura, ſed neceſſe
eſt, quod ſi ſolum cum ſubſcriptione teſta-
41 toris fiat, appoſita ſit ſubſcriptio in fine te-
ſtamenti, l. hac conſultiſsima, Cod. de teſta-
ment. ibi: Finem autem teſtamenti ſubſ-
criptiones, & ſignacula teſtium eſſe decerni-
mus; & ſi ſcribitur; quod literarum con-
ſequentia declaret ultimam voluntatem,
Authentic. quod ſine, C. de teſtament. ibi:
Manu propria, non ſignis, ſed literarum
conſequentia declaret: Ergo cum manus
teſtatoris in exteriori parte teſtamenti ap-
poſita, non ſit ſubſcriptio in fine teſtamen-
ti facta, neque conſecutivè reperiatur poſt
ſcripturam à tertio ſcriptam; imò ſit nota
extra teſtamentum poſita, quæ non habet
connexitatem cum teſtamento, nam papy-
rus teſtamentum claudens, & coopertura
illa, non eſt teſtamenti pars, aut illius con-
ſequentia, neque aliquam habet connexi-
tatem cum teſtamento, voluntatis reſpe-
ctu; ſequitur quod à ſubſcriptione clauſu-
ræ nequit argui ad teſtamentum, cum ex
diverſis non fiat illatio, l. inter ſtipulantem,
§. Sacram, ff. de verborum obligationib. l. Pa-
pinianus exuli, ff. de minorib. l. naturalem,
§. nihilominus, ff. de adquirend. poſſeſsion.
Ultimo probatur, nam teſtamentum in ſcri-
42 ptis, validum eſt, etiam ſi non reperiatur
clauſum cum papyro, aut ſubſcriptione, in
parte clauſuræ exteriori, teſtatoris manu
conſcribentis ſuum eſſe teſtamentum, quia
eſto reperiatur apertum, & abſque ſupra-
dictis qualitatibus, validum eſt, Menoch.
conſil. 224. num. 67. Gratian. diſceptat. fo-
renſ. 235. num. 19. Domin. Leon deciſ. 32.
num. 16. lib. 1. Fontanella tom. 1. deciſ. 49.
num. 12. Ergo ex eo eſt, quod neque ſi-
gillum, neque clauſura, neque ſubſcriptio
ibidem facta, ſunt eſſentialia ad teſtamenti
validitatem, For. 18. rubric. de teſtamentis.
Domin. Leon dict. deciſ. 32. num. 14. Do-
min. Creſpì dict. obſervat. 50. numer. 14.
Quomodo ergo eſſentia teſtamenti poterit
conſiſtere, & dependere à ſubſcriptione
exteriori ſupradicta, quæ poteſt abeſſe abſ-
que teſtamenti corruptione? niſi contra Phi-
loſophiæ, & Juriſprudentiæ regulas dica-
mus, quod accidentalis illa ſubſcriptio, po-
terit eſſentiam dare teſtamento, & ſubje-
cto, quando hujuſmodi accidentia extrin-
ſeca poſſunt abeſſe, & adeſſe præter
ſubjecti corruptionem, l. 4. in fin. ff. de
actionib. empti, l. falſa, ff. de conditionib. &
demonſtrat. l. pacta conventa, ff. de contrahend.
empt.

Neque obſtant in contrarium adducta,
43 nam ad primum reſpondetur, quod cedula
à tertio ſcripta, ſine teſtatoris ſubſcriptio-
ne inventa, nullatenus habet teſtamenti
vim, ut docet, Bocius de teſtament. ad pias
cauſas, tit. 12. §. 1. num. 50. Etiam ſi re-
perta fuerit, inter ſcripturas Notarii mor-
tui, vel in ejus filtria, quia neque ex ju-
dicis commiſsione, poterit in publicam
formam reduci, ut valeat tanquam teſta-
mentum, Jaſſon in Authentic. quod ſine, C.
de teſtament. num. 1. & ibidem Bald. Me-
noch. de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 7.
num. 4. Angel. conſil. 400. Alexand. conſil.
153. lib. 2. Ricc. dict. reſolut. 420. num. 3.
Gratian. diſcept. forenſ. 235. num. 18. Martha
de ſucceſsion. legal. par. 4. quæſt. 7. artic. 3.
num. 16. Bocius, ubi proxim. num. 51. Ca-
rolus Anton. de Luca in animadverſionib. ad
Gratian. dict. cap. 235. num. 18. Doctores
autem citati ſolum tenent, quod ad pias
cauſas ſuſtinebitur voluntas reperta in ſcri-
ptura à tertio conſcripta, non ratione ſcri-
pturæ, ſed ſi reperiantur teſtes, qui dicant
teſtatorem diſpoſuiſſe, prout in illa ſcedula
continetur, ut docent Layman, & alii ad-
ducti à Bocio, ubi proximè. Ad ſecundum
reſpondetur, quod teſtamentum factum per
relationem ad ſcedulam manu tertii ſcrip-
tam, validum eſt, ubi conſuetudo reperi-
tur, quod teſtamenta ſimili modo facta va-
leant, ut declarant Mantic. de conjectur. ul-
timar. volunt. lib. 1. tit. 7. Maſtrillo deciſ.
190. num. 3. & 4. par. 2. Gratian. diſceptat.
forenſ. cap. 973. num. 42. Bocius de teſtam.
ad pias cauſas, tit. 12. §. 1. num. 53. De ju-
re enim inutile eſt tale teſtamentum, ut rectè 44
probant Bartol. in l. ſi ita ſcripſero 38. ff. de
conditionib. & demoſtrat. Roman. in l. hære-
des palam, ff. de teſtam. Bellemer. conſil. 1.
num. 32. Clarus in §. Teſtamentum, quæſt.
36. ad fin. Tiraquel. de ll. connubialib. gloſſ.
7. num. 193. Donel. Fulgoſ. Angelus, Bolo-
gnet. & alii adducti à Gratiano dict. cap.
973. num. 1. cum ſeqq. Mantic. de conjectur.
ultimar. volunt. lib. 1. tit. 7. num. 7. Anton.
Faber in ſuo Cod. lib. 5. tit. 40. de teſtamen.
definit. ultim. Manzius de teſtament. tit. 4.
quæſt. 16. Cardinal. de Luca de teſtamen. diſ-
curſu 1. Et adhuc, quod foret validum, ea
ratione eſſet, quod indubitanter per rela-
tionem ad ſcedulam de voluntate conſtaret
teſtantis, ſed negatur, quod per ſubſcrip-
tionem illam in exteriori parte factam, con-
ſtet de voluntate certa teſtantis, & quod vo-
luiſſet teſtamentum facere, prout in ſcedula
incluſa continebatur. Ad tertium reſponde-
tur, quod teſtator per ſubſcriptionem, facit
ſcripturam tertii ſuam, quando ſubſcrip-
tio ad finem teſtamenti, & immediatè poſt
ſcripturam reperitur facta, ut ſatis pro-
batur, ex text. in dict. l. hac conſultiſsima,

*C. de teſtament. Gloſ. in Authentic. quod ſi-
ne*, *C. cod.* & ibidem Nata, *n.* 52. Me-
noch. *de præſumptionib. lib.* 3. *præſump.* 66.
*num.* 23. Puteus *deciſ.* 219. *lib.* 1. Maſ-
card. *de probationibus*, *concl.* 1347. *num.*
25. Aliter foret, ſi teſtator ſubſcriptio-
nem poneret in initio teſtamenti, & mul-
to minus in parte exteriori clauſuræ, &
extra ſcripturæ corpus, tunc enim non fa-
cit ſcripturam ſuam teſtator, alioquin fraus
fieri poſſet, ut diximus, & probat textus
in *l.* 1. §. *dudum*, *ff. de periculo*, & *com-
modo rei vendit.* & notat interminis, Bo-
cius *de teſtamen. inter liberos*, *tit.* 10. §. 5.
*num.* 205. Et roboratur ex eo, quia ſub-
ſcribere, & approbare per ſubſcriptio-
nem, non eſt ante teſtamentum, aut ſcri-
pturam ſcribere, aut in teſtamenti initio,
ſed ſcribere immediatè poſt ſcripturam,
nam hoc eſt ſubſcribere, ut eruditè ad in-
tentum, docent Puteus *deciſ.* 219. *n.* 3.
Martha *de ſucceſſion. legal. par.* 4. *quæſt.* 7.
*artic.* 3. *num.* 7. Bocius, ubi proxim. Ad
45 ultimum reſpondetur, quod teſtamentum
teſtatoris manu non ſcriptum, aut ſubſcri-
ptum, non valet juxta juris regulas, etiam
ſi fuerit inter liberos factum, & à libe-
ris ſit ſubſcriptum, ut probant Martha *de
ſucceſſion. legal. part.* 4. *quæſt.* 7. *artic.* 3.
*num.* 10. Eſcaño *de teſtament. cap.* 7. *num.*
25. Carolus Anton. de Luca *in animad-
verſionib. ad* Gratian. *dict. cap.* 235. *num.*
18. & Doctores tenentes contrarium, di-
cunt valere ſimile teſtamentum, ex filio-
rum conventione, & in vim contractus,
*Authentic. ſi modo*, *C. familiæ erciſcund.*
Clarus *in dict.* §. *Teſtamentum*, *quæſt.* 14.
*n.* 6. Martha *dict. n.* 10. Craſus *in dict.*
§. *Teſtamentum*, *quæſt.* 16. *num.* 4. Bocius
*de teſtament. inter liberos*, *tit.* 10. §. 5.
*n.* 211.

Caſus erit ſatis difficilis, & ſubtilis,
46 ſi teſtator ſubſcripſerit folium in albo, &
alicui tradiderit, qui in illo deſcripſit te-
ſtatoris voluntatem; videtur enim tale te-
ſtamentum, validum eſſe, quia etſi ſcrip-
tum à tertio ſit, ſubſcriptum à teſtatore
invenitur, & ut ſuſtineatur voluntas, ſuf-
ficit teſtatoris ſuſcriptio, quamvis ſcriptu-
ra à tertio ſcripta reperiatur, ut probavi
*à num.* 17. *uſque ad num.* 26. Contrarium
tamen judico tenendum, quia ſubſcribens
folium in albo, non ſibi præjudicat, nec
ulla poteſt ex eo deduci probatio, Felin.
in *cap. quoniam contra*, *num.* 48. *colum.* 22.
*in fin. verſic. Limita quinto*, *de probationib.*
Bald. in *l. ultim. in princip. C. plus vale-
re quod agitur*, Rebuf. *de chyrograph.* &
*cedul. recognit. in præfat. tom.* 1. *fol.* 197.
Gabriel *de præſumptionib. concl.* 9. *n.* 27.
Maſcard. *concluſ.* 1341. *num.* 17. & 18.
Gratian. *diſcept.* 162. *num.* 1. & 2. Sera-
phin. *deciſ.* 973. Merlin. *deciſ.* 90. *num.* 7.
Addentes ad Burat. *deciſ.* 419. *n.* 14. Ro-
ta *deciſ.* 308. *part.* 13. *recentiſſimar.* Vela
*diſſert.* 25. *n.* 36. Carol. Anton. de Luca
*in animadverſionib. ad* Gratian. *cap.* 162.
*num.* 1. & 2. Neque faciens ſimilem ſubſ-
criptionem in albo, obligatur ex ſubſcrip-
tione, ut docent Gratian. *deciſ.* 172. Prato 47
*obſervat.* 21. *n.* 8. Addent. ad Burat. *deciſ.*
419. Zachias *de obligat. cameral. q.* 21. *n.* 2.
Card. de Luca *de cred. diſcurſ.* 81. *n.* 5. &
*de judiciis*, *diſc.* 29. *n.* 27. Franciſc. de An-
gelis *de confeſſionib. lib.* 2 *q.* 8. *n.* 7. Caſte-
jon *in alphabet. verb. ſcriptura*, *n.* 8. Carol.
Ant. de Luca *in prax. civil. cap.* 30. *n.* 7. cum
non potuerit habere notitiam illarum, quæ
poſtea ſcripta fuerunt, & cum ſubſcripſerit
abſque ſcientia contenti in ſcriptura, non
poteſt conſiderari cum notitia ſcripti ſubſcri-
pſiſſe, & approbare, quod poſtea ſcriptum
fuerit, *l. final. C. plus valere, quod agitur*, facit
*text. cum gloſſ. in l. Cayus*, *ff. de pignor. action.*
& *in l.* 1. §. *mandaverit*, *ff. quod juſſu*, Gayto
*de credito*, *cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 1627. Paul. Rubeus
*reſol. pract. cap.* 26. *n.* 224. Pegas *reſolut. for.
cap.* 1. *n.* 88. Franc. de Angelis *de confeſ. lib.* 2.
*q.* 8. *n.* 4. Ergo non poterit pro teſtamento
valere hujuſmodi ſcriptura, non conſtito
præſumptivè, aut alio modo, quod ſubſcri-
bens voluerit diſponere, prout in ſcriptura
continetur, benè verum eſt, quod ſubſcriptio
ſemper judicari debet facta non in albo, ſed
poſt ſcripturæ exarationem; undè probandi
onus, ſubſcriptionem fuiſſe factam in albo,
incumbet ſubſcribenti, aut ſe fundanti in illa;
nam eſto vellint multi tentare contrarium,
Imol. relat. per Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 66.
*n.* 29. Coſta *de juris*, & *facti ignorant. diſcurſ.*
49. *cent.* 2. Certius eſt incumbere ſubſcribenti
probandi onus, ſubſcriptionem fuiſſe factam
in albo, nam præſumptio eſt, quod ſubſcriptio
fuit facta, ſcripta jam, & exarata ſcriptura,
Rota poſt Zachiam *de ſociet. offic. deciſ.* 70. &
apud Merlin. *deciſ.* 90. per tot. Addent. ad
Burat. *deciſ.* 419. *n.* 14. Carol. Ant. de Luca *in
prax. civil. cap.* 30. *n.* 8. Limita tamen doctri-
nam à nobis traditam, ſi conſtaret teſtatorem
ſubſcribentem in albo, notitiam habuiſſe il-
larum, quæ ſcribenda erant, aut oſtenſum fue-
rit, de illius voluntate ſcriptum fuiſſe conten-
tum in ſcriptura, nam tunc ex ſubſcriptione in
albo, ſufficienter remanebit probata illius ul- 48
tima voluntas, ut pro teſtamento valeat, ex
doctrina Rot. *dict. deciſ.* 308. *par.* 13. *recen-
tiſſimar.* Addent. ad Burat. *deciſ.* 419. *n.* 14.
Pratus *obſerv.* 21. *n.* 8. Carol. Ant. de Luca *in
animadverſionib. ad* Gratian. *d. cap.* 162. *n.* 1.
& *in prax. civil. cap.* 30. *n.* 8. Card. de Luca
*de*



*de judiciis*, *diſcurſu* 29. *ſub n.* 7. Sed præ-
49 ſumptio in hoc caſu erit, quod ſubſcriptio in
albo fuerit facta abſque notitia illarum, quæ
poſtea conſcripta fuerunt, Cardinal. de Luca
*de credito*, *diſcurſu* 81. *n.* 6. & *de judiciis*,
*diſcurſu* 29. *ſub n.* 27. ignorantia enim
præſumitur, ubi ſcientia non probatur, *l. ve-
rius*, *ff. de probationibus*, *cap. præſumitur* 47.
*de regul. juris, in* 6.

50 Quarto poterit dubitari, an ſi teſtator
ſua manu teſtamentum ſcripſerit, aut ſubſ-
cripſerit, idiomate inuſitato, ut Latinè, Græ-
cè, aut Hebraicè, validum ſit tale teſtamen-
tum; videtur enim invalidum. Primo, quia
ea quæ juris Civilis ſunt, ut teſtamentum, in
Civitate Romana non poterant fieri, niſi
idiomate proprio, & patrio, quod erat lati-
num, *l. an inutilis*, *in fin. ff. de acceptilatio-
nib.* Manzius *de teſtament. tit.* 4. *q.* 1. *n.* 11.
Ergo in Regno idiomate uſitato, & patrio,
debebit fieri. Secundo, quia legata, quæ ſo-
lum in teſtamentis mandabantur, non pote-
rant relinqui, niſi lingua latina, & ſermone
patrio, Ulpian. *in fragment. tit.* 25. *de fidei-
commiſ.* §. *item græcè*, ibi: *Licet legatum græ-
cè ſcriptum, non valeat.* Ergo neque teſtamen-
ta, alia inuſitata lingua, poterant fieri, *l. qui
teſtament.* §. *veteres*, *ff. de teſtament.* Cujacius
*in notis ad fragment.* Ulpian. *dict. tit.* 25.
*verſ. licet legata.* Ultimo facit, quod teſta-
menta ſemper debent fieri idiomate vulga-
51 ri, & non idiomate extero, aut inuſitato,
Cardinal. de Luca *de fideicommiſ. diſcurſu*
226. *n.* 7. & *de credito*, *diſcurſu* 104. *n.*
7. Et in Regno noſtro expreſsè ſtabilitum
habemus, quod teſtamenta, codicilli, & ul-
timæ voluntates, debeant fieri, & ſcribi idio-
mate uſitato, & in romantio, *For. Ordenam*,
20. *rubric. de Notariis*, ibi: *Ordenam encara,
è ſem Fur nou, que tots teſtaments, codicils, è
altres darreres voluntats, è tots, è ſengles con-
tractes, è altres obligacions, cartes, è letres ju-
dicials, ſien feits, eſcrits, ordenats, è dictats en
romans.*

Sed ego cenſeo, quod etiam ſi teſtator
52 ſcribat ſuum teſtamentum, aut ſubſcribat
idiomate Latino, Græco, & Hæbraico, aut
alio inuſitato in Regno, legitimè teſtamen-
tum faciet, dum certè conſtet de voluntate
teſtantis; & probetur, ex vulgatis juris regu-
lis ſtatuentibus, quod teſtamentum ſuum poſ-
ſit quilibet facere, idiomate extero, & inu-
ſitato, *l.* 14. *C. de manumiſſis teſtamen. l.
ultim. C. de teſtament. tutel. l.* 11. *ff. de le-
gat.* 3. *l.* 8. *ff. de fide inſtrumentorib.* *l.* 20. §. 9. *ff.
qui teſtamen. facere poſſunt*, *l.* 8. *ff. de ac-
ceptilat. l.* 15. *C. de manumiſ. teſtament. l.
hac conſultiſſima*, §. *final. C. de teſtament.*
ibi: *Illud etiam huic legi proſpeximus inſe-
rendum, ut etiam Græcè omnibus liceat teſtari.*
Cujacius, ubi proxim. Galganet. *de tutel.
lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 33. Caldas Pereyra *in l.
ſi curatorem*, *verbo*, *ſine curatore*, *n.* 115.
Barbosa ad text. *in dict. l. final. C. de teſta-
ment. tutel.* Arnold. Corbin. *in ſumma Cod.
lib.* 5. *tit.* 28. Anton. Pichard. *in* §. *nihil
autem*, *inſtitut. de teſtament. ordinand. n.*
6. Deinde probatur, quia in Regno, ut ſæpè 53
diximus, jure militari teſtatur, & ut ſuſtinea-
tur teſtamentum jure militari factum, ſuffi-
cit, quod per ſcripturam de militis volun-
tate conſtet, etiam ſi quolibet idiomate, aut
loquendi genere ſcriptura facta fuerit, *l.
quoniam* 15. *C. de teſtament.* ibi: *Sed quibuſ-
libet confecta ſententiis, vel in quolibet loquen-
di genere formata inſtitutio valeat, ſi modo per
eam, liquebit voluntatis intentio.*

Neque obſtant in contrarium adducta, 54
nam ad primum, & ſecundum reſponde-
tur, quod de jure antiquo non poterant ea
quæ juris civilis erant, alia lingua fieri, aut
conſcribi, quam latina, & ea quæ juris
gentium erant, poterant fieri, etiam lingua
Græca, aut alia extera, *l. an inutilis*, *in fin.
ff. de acceptilat.* Sed hæc juris conſtitutio
antiquata fuit, & noviter conſtitutum, quod
legari, & teſtari poſſet, non ſolum latina
lingua, ſed & græca, ut in dictis jurious
obſervat Cujacius, ubi proxim. Manzius *de
teſtament. d. tit.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 11. ad Fo-
rum 20. *rubric. de Notariis*, reſpondetur,
quod in foro inducitur præciſſa obligatio
conficiendi teſtamenta in romantio, & ſub
nomine *romantii*, non ſolum venit idioma
noſtrum Valentinum, ſed Caſtellanum, &
Latinum, ut optimè probat Domin. Ma-
theu *de regim. cap.* 8. §. 9. *num.* 14. & 15.
Quod in Regno ſatis practicatum habemus,
nam teſtamenta clauſa, & ſcriptura priva-
ta facta; de quibus loquimur, aſsiduè fiunt 55
idiomate Caſtellano, & non patrio, ut de
teſtamento Domnæ Yolantis Deſpuig, teſta-
tur, Domin. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 30. *num.* 1.
& de teſtamento Pauli Salafranca, Domin.
Creſpì *dict. obſervat.* 50. *num.* 2. Et quam-
vis ex hac interpretatione videatur excluſus
quilibet alius teſtandi modus, præter quam
patrio ſermone, Caſtellano, aut Latino,
tamen teſtari poſſe judico quolibet alio ſer-
mone extero, & ad *Forum* 20. reſponde-
tur, quod non poteſt intelligi illius diſpoſi-
tio, de teſtamento in ſcriptis facto manu
teſtatoris propria, de quo nos loquimur, ſed
intelligenda eſt de teſtamento facto adhibi-
tis Notario, & teſtibus, & hoc non eſt vio-
lentum, nam omnes leges, & fori, intelli-
gendi ſunt juxta cenſum rubricæ, ſub qui- 56
bus ſunt collocati, & debent per rubricam



de-

declarari , & reſtringi ad illum caſum magis adaptabilem , & convenientem rubricæ, *l. Imperator , ff. de in diem addiction. Gloſſ. in cap. bonæ , de confirmat. utili , vel inutili.* Bartol. *in l. final. §. idem quæſivit , ff. de condiction. indebit.* Abbas *in cap. ad audientiam, de rebus Eccleſ. non alienand.* Fermoſinus *ad tex. in cap. cum omnes 6. de conſtitutionibus, q. 3. n. 28.* Ridolphin. à Sablonet. *in ſuis quæſtion. lib. 2. q. 42. n. 23.* Bonder. *de jure controverſ. colluctat. 28. n. 91.* Carolus Spadaza *in Theatr. viduil. diſquiſit. 16. n. 10. & 11.* Cardinal. de Luca *de jure patron. diſcurſu 20. n. 19.* Et ſi dictus forus veniret intelligendus de omnibus teſtamentis , collocatus reperiri debebat ſub rubrica de teſtamentis ; cum ergo reperiatur ſub rubrica de Notariis , ut conveniat rubricæ , reſtringi debet illius diſpoſitio ad teſtamenta facta coram Notariis , & teſtibus, præmaxime , quando teſtamenta ſolum , quæ à Notariis recipiuntur , videmus in praxi fieri patrio idiomate , juxta literam fori. Et quod tollit omnem ſcrupulum eſt conſiderare , quod juris communis diſpoſitio permittens facere teſtamentum quolibet idiomate , non poteſt per forum conſiderari correcta , quando forus poteſt in ſuo caſu intelligi , abſque eo , quod jus commune lædatur , & corrigatur , ut cum multis , Dominus Matheu , ubi proximè *n. 15.*

57 Quinto dubitari poterit , an ſi teſtator ſuam ſcripſerit ultimam voluntatem , in tabula , vel pariete , lapide , aut in alia ſimili parte , ſit legitimum teſtamentum talis ſcriptura , & pro negativa facit , quod hæc teſtamenta juxta noſtri Regni conſuetudinem, non ſcribuntur , niſi in marcha papyri albæ, quæ conſuetudo legitimè introducta , pro lege ſervanda eſt,cum parem vim habeat , ac lex , *l. de quibus , ff. de legib. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo , §. ex non ſcripto , inſtitut. de jure natural. gent. & civil. cap. final. de con-*
58 *ſuetud.* Sed ego credo poſſe in Regno ſuſtineri teſtamentum ſcriptum in tabula, lapide, aut alia qualibet materia , prout eſt de mente Manzii *de teſtament. tit. 4. q. 1. n. 8. cum ſeqq.* & hoc duplici ex cauſa. Primo, quia ad validitatem teſtamenti , juxta juris regulas , non officit , quod ſcribatur in tabulis , vel chartis , aut qualibet alia materia , *l. 2. §. ad cauſam , ff. quemadmodum teſtament. aperiantur , l. 1. l. chartæ 4. ff. de bonorum poſſeſ. ſecundum tabulas , l. quoniam indignum 15. C. de teſtament. §. nihil autem 8. inſtitut. de teſtament. ordinandis* , ibi : *Nihil autem intereſt , teſtamentum in tabulis, aut in chartis , membranis ve , vel in alia materia fiat.* Secundo ; quia in Regno ubi ſola voluntas teſtatoris inſpicitur , & jure militari teſtatur , Domin. Creſpi *dict. obſervat. 50. n. 13. & 14.* poſſunt teſtatores teſtamentum ſcribere particulari ratione , in qualibet materia , *l. 15. C. de teſta-* 59
*ment. militar.* ibi : *Proinde ſicut juris rationibus licuit , ac ſemper licebit , ſi quid in vagina , aut clypeo , literis ſanguine ſuo rutilantibus , adnotaverint , aut in pulvere ſcripſerint gladio , ſub ipſo tempore quo in prælio vitæ ſortem derelinquunt , hujuſmodi voluntatem eſſe ſtabilem oportet.* Carpzovius *in juriſprud. forenſ. par. 3. conſtitut. 4. definit. 26. n. 3.* Laderch. *conſ. 178. n. 1.* Antonius Gobius *conſultat. 1. n. 152.* Neque obſtat illud , quod pro dubitandi ratione adduximus , nam reſpondetur , quod etſi in Regno teſtamenta ſoleant ſcribi in charta papyri albæ, hæc conſuetudo non poteſt conſiderari potens , ad vincendam legem juris communis , ſtatuentem , quod in qualibet materia poſſint conſcribi teſtamenta , nam conſuetudo hujuſmodi habere poteſt vim legis , in illo tantum caſu , quo reperitur inducta , & iſte eſt, quod teſtamenta ſcribantur in papyro alba , ſed non habebit vim legis ad hoc , ut non ſcribantur in alia materia , quia circa hoc reperitur lex ſtatuens, & non conſuetudo derogans , & conſuetudo illa ſcribendi teſtamenta in charta papyri albæ, non poteſt extendi de illo caſu, ad caſum derogationis juris communis , ad hoc ut cenſeatur impermiſſum , quod in alia conſcribantur materia, nam conſuetudo contineri debet in ſuo caſu, & non extenditur ad 60
alium caſum, *l. 3. §. ſi quis hoc inter dictio.* ubi Bartol. *ff. de itinere actuque privato.* Bartol. *in d. §. ſi quis.* Purpur. *conſ. 522. n. 12.* Menoch. *de retinend. poſſeſ. rem. 2. n. 92.* Fermoſin. *ad rubr. tit. de conſuet. q. 3. n. 10. & 11.* Et quando conſuetudo eſt contra jus commune , multo minus extenditur de caſu ad caſum,ex regul. text. in *l. jus ſingulare. ff. de legib. cap. 1. & 2. de filiis preſbyteror. in 6.* Ciriac. *controver. for. tom. 1. controv. 13. n. 75.* Bonacin. *in opere moral. diſp. 1. q. 3. punct. 7. §. 2. n. 11.* Caſtropal. *in opere mor. par. 1. tract. 3. diſp. 4. punct. 13. n. 1.* Naten *uſt. vulner. par. 2. tit. 1. cap. 4. n. 6.* Paſqualig. *in addition. ad* Franchis *controv. inter Epiſ. & Regul. par. 2. q. 96. n. 5.* Fagnan. *ad tex. in cap. nihil, de elect. n. 15.* Caponi *to. 2. cap. 113. n. 35.* Rot. coram Bich. *dec. 167.* Card. de Luca *de regul. diſcurſ. 4. n. 10. & de jure patron. diſcurſ. 22. n. 6. & de Parochiis diſc. 38. n. 20.*

Sexto poteſt controverti , an teſtamen- 61
tum manu teſtatoris ſcriptum notis inſolitis, & cifris, aut abreviaturis, validum ſit ; videtur enim invalidum eſſe , quia teſtamentum debet ſcribi teſtatoris manu , non ſignis , aut cifris , *Authentic. quod ſine , C. de teſtament.* ibi , *manu propria , non ſignis , ſed literarum conſequentia declaret.* Teſtamentum literis ſcribi debet , & notæ non ſunt literæ , & perconſequens , neque characteres legitimi ad ſcribendum teſtamentum , *l. ſed cum patrono 6. §. notis , ff. de bonorum poſſeſſion.* ibi : *Notis ſcriptæ tabulæ , non continentur edicto, quia notas literas non eſſe Pedius libro viceſſimo quinto ad edictum ſcribit.* Neque cum abreviaturis poteſt validum conſiderari teſtamentum , ex dictis juribus , & ex *Foro* 20. *rubr. de Notariis*, ubi cautum habetur , quod teſtamentum conſcribatur, abſque cæteratione aliqua , ibi : *Sien feits , eſcrits , ordenats, è dictats en romans , è ſens alguna etcetera.* Et hanc tuentur ſententiam Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ , privileg. 12.* Vazquez *de ſucceſſion. progreſſu , §. 20. n. 8.* Bocius *de teſtamen. militar. tit. 11. §. 1. n. 20.* Pichar. *in §. nihil autem , inſtitut. de teſtamen. n. 7.* Sed abſolutè non poteſt admitti hujuſmodi ſententia , & ut meum proferam judicium, quatuor veniunt conſiderandi caſus. Primus eſt , quando notæ , & cifræ ſunt extravagantes , inſolitæ , & inuſitatæ, & hoc in caſu , licèt ex illis poſſit voluntas coligi , aut dignoſci , teſtamentum erit invalidum , quia non notis , aut ſignis , ſed literis ſcribendum eſt, & in hoc caſu loquuntur jura ſupra tradita,& DD. quibus adde Manzium *de teſtament. tit. 4. q. 1. n. 36.* Carpzovium *in juriſprudent. forenſ. par. 3. conſtitut. 3. definit. 4. n. 1.*
62 Secundus caſus erit , quando teſtamentum reperitur ſcriptum per notas conſuetas , & uſitatas, & hoc caſu , validum erit teſtamentum , *l. quotiens 9. §. ſi quis 8. ff. de hæredib. inſtituend.* ibi : *Si quis nomen hæredis quidem non dixerit , ſed indubitabili ſigno eum demonſtraverit , quod pœnè nihil à nomine diſtat , non tamen eo , quod contumeliæ cauſa ſolet addi: valet inſtitutio.* Pichard. ubi proxim. n. 8. Bocius *dict. n. 20.* Manzius *de teſtament. dict. tit. 4. q. 1. n. 36. & 37.* Carpzovius *dict. part. 3. conſtit. 3. definit. 4. n. 5.*
63 Tertius caſus erit , quando teſtatur jure militari , prout in noſtro Regno , nam valebit teſtamentum notis , aut cifris conſuetis , vel etiam inuſitatis factum , ſi de voluntate teſtatoris conſtet per notas illas , & cifras conſcriptas , *l. Lucius Titius 40. ff. de militar. teſtament.* ibi : *Lucius Titius miles Notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictavit , & antequam literis præſcriberetur vita defunctus eſt : Quæro , an hæc dictatio valere poſſit? Reſpondi militibus quoquo modo velint , & quomodo poſſint teſtamentum facere conceſſum eſſe , ita tamen , ut hoc ita ſubſequutum eſſe legitimis probationibus oſtendatur.* Dinus *in dict. l. Lucius* , Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ , privileg. 12.* Cujacius *obſervat. lib. 3. cap. 3.* Vazquez *dict. §. 20. n. 8.* Reuſner *de teſtamen. part. 5. cap. 7. n. 27.* Bocerus *in tract. de bello , lib. 1. cap. 18. n. 8.* Vualter. *miſcellanear. lib. 2. cap. 12.* Diana *reſol. moral , par. 7. tract. 6. de teſtamen. reſol. 55.* Bocius , ubi prox. *n. 20.* Hunnius *in encycloped. juris , par. 4. tit. 5. cap. 3. num. 3.* Enenkel. *de privileg. militar. lib. 1. privileg. 16. num. 47.* Carpzovius *dict. par. 3. conſtit. 3. definit. 4. n. 4.* Ultimus caſus erit , quando literæ balbucienti calamo reperiuntur ſcriptæ , & non rectè adnotatæ , aut malè conceptæ ; & hoc in caſu, ſi ex literis,modo quo reperiun- 64
tur , voluntas teſtatoris probetur , aut coligatur , validum erit teſtamentum , *l. quoniam 15. C. de teſtam.* ibi : *Vel in quolibet loquendi genere formata inſtitutio valeat , ſi modo per eam liquebit voluntatis intentio , nec neceſſaria ſint momenta verborum , quæ fortè ſeminecis, & balbuciens lingua profudit. Et in poſtremis ergo judiciis ordinandis , amota erit ſolemnium verborum neceſſitas ; ut qui facultates proprias cupiunt ordinare , in quacumque inſtrumenti materia conſcribere , & quibuſcumque verbis uti, liberam habeant facultatem.*

Septimo poterit dubitari , an ſi teſtator 65
in ſcriptura privata ſua manu conſcripta, ſpatia alba dimiſſerit ad ſcribendum poſtea, & reperiatur ſcriptura cum albis , perfectum dici poſſit teſtamentum ; pro negativa facit, quod dimittens ſpatium album in ſcriptura, videtur proteſtare aliquid eſſe ſupplendum, adiiciendum, & ponendum , Caſtrenſ. *conſil. 157. n. 2. volum. 1.* Ximar *rerum judic. part. 1. defin. 36. n. 14.* Ergo non impleto albo , remanet teſtantis voluntas imperfecta, & per conſequens teſtamentum nullum ex defectu voluntatis completæ, nam non ſufficit, quod teſtator partem ſuæ ultimæ voluntatis ſcribat, ſed requiritur,quod ab integro, & perfectæ ſcripto reperiatur , *l. furioſum, C. qui teſtamenta facere poſſunt , l. ſi quis 25. de teſtament.* ibi : *Magis cœpiſſe teſtamentum facere , quam feciſſe.* Facit etiam , quod relictis in ſcriptura ſpatiis albis, illius oratio,non poterit rectum cenſum admittere , niſi per ſup-
pletionem aliorum verborum , & in teſta- 66
mentis hujuſmodi ſuppletiones ſunt omnino prohibitæ , *l. final. ff. de manumiſſis teſtam.* Bald. *conſ. 232. col. ultim. lib. 5.* Ripa *in rub. ad Trebellian. n. 1.* Craveta *conſil. 151. num. 15.* Ceſal. *conſ. 514. num. 29.* Menoch. *conſ. 327. n. 38. & conſ. 274. n. 15. cum ſeqq.* Peregrin. *conſil. 52. n. 17. lib. 1. & conſ. 23. n. 2. vol. 4. & conſ. 29. n. 5. & conſ. 39. n. 9. vol. 3.* Ramon *conſ. 66. n. 5.* Xamar *rerum judicatar. par. 1. definit. 36. n. 15.*

Sed ad veram reſolutionem diſtingue, 67

aut alba dimiſſa ſunt in loco, & parte ſub-
ſtantiali teſtamenti, aut in non ſubſtantiali,
ſi primum, inſpici debet an abſque ſupple-
mento verborum, ſcriptura faciat verum,
& perfectum cenſum, ſi enim rectum cen-
ſum non faciat abſque ſupplemento verbo-
rum, teſtamentum non erit validum, quia
imperfectum ratione voluntatis, & ſpatia
alba dimiſſa in parte ſubſtantiali illud vitia-
bunt, *l. ultima, C. de edict. Divi Adrian. tol-
lend. cap. inter dilectos, de fide inſtrumentor.*
68 *cap. cum venerabilis, de religioſ. domib.* al-
bum ſpatium in parte ſubſtantiali erit, ſi re-
periatur, in inſtitutione hæredis, & illius no-
mine, *l. cancellaverat, ff. de his, quæ in te-
ſtamento delentur, l ſi unius, C. de teſtament.*
Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. n. 727.*
in parte non ſubſtantiali erit, ſi reperiatur in
præfatione teſtamenti, aut in legatis factis,
Menoch. ubi proximè *n. 718. & 720.* Si
69 vero ſpatia alba reperiantur in parte non
ſubſtantiali, ut in præfatione, & legatis, aut
alia ſimili parte, non vitiabitur teſtamen-
tum, *l. qui habebat 54. ff. de manumiſsis
teſtament. cap. 3. cap. inter dilectos, de fide
inſtrumentor. cap. ultim. de crimin. falſi.* Me-
noch. ubi proxim. *n. 709. cum ſequentib.*
Farinac. *in reportor. ultim. volunt. q. 69.
n. 24.* Xamar *rerum judicatar. par. 1. definit.
36. n. 19.*

70 Sed magis declara doctrinam ſupra
traditam, nam ſi ſpatia alba reperiantur in
parte ſubſtantiali ſcripturæ, & hæc pars ſit
capitulum ſeparatum à cætera diſpoſitione,
ut puta, ſi in ſubſtitutionibus ſubſtantialibus
fuerit, teſtamentum quoad hanc partem,
erit invalidum, quoad inſtitutionem verò,
& alia capitula, in quibus non reperitur
ſuſpitio, validum erit teſtamentum, modo
perfecta reperiatur diſpoſitio, quod in in-
ſtitutione, & cæteris teſtamenti partibus
reperitur conſcripta, *l. jubemus, C. de te-
ſtamentis, l. cancellaverat, ff. de iis, quæ
in teſtament. delentur, l. ſi ex falſis, C. de
tranſactionibus, cap. ſi eo tempore, de reſcri-
ptis, in 6.* cum aliis adductis à Gonzalez
Telllez ad text. in *cap. 3. de fide inſtrumentor.
n. 7.* Idem dicendum erit, quando non
71 obſtantibus albis dimiſsis, clarus, & aper-
tus cenſus diſpoſitionis, ex antecedentibus,
& ſubſequentibus coligitur, nam non ob-
ſtante albo in parte ſubſtantiali dimiſſo, va-
lidum erit teſtamentum, Menoch. ubi pro-
xim. *n. 721.* Farinac. *dict. quæſt. 69. nu-
mer. 26.* Xamar *dict. definit. 36. n. 21.*
Et ratione particulari procedit hoc in noſtro
Regno, ubi ad validitatem teſtamenti in
ſcriptis, nihil aliud requiritur, quam ut de
voluntate teſtantis conſtet, & dum hæc pro-
betur, ſuſtinebitur teſtamentum, non ob-
ſtantibus albis, & in iis caſibus judex inſ-
picere debet, & arbitrare, an ſufficienter de
voluntate conſtet, Xamar *d. definit. 36. n. 26.
& 27.*

Octavo dubitatur, an ſi teſtamentum 72
manu teſtatoris ſcriptum, aut ſubſcriptum,
cancellationes, & raſuras contineat, vali-
dum ſit; videtur enim non poſſe ſuſtineri,
quia per cancellationes ſatis conſtat de mu-
tata voluntate teſtantis, aut ſaltim de incon-
ſtantia, Joann. de Annania *conſil. 28.* & ibi
Bolognin. *in addit. poſt. n. 9.* Boer. *deciſ.
48. n. 11.* Menochius *conſil. 40. n. 16.*
Martha *de ſucceſsion. legal. part. 4. q. 7.
artic. 3. n. 4.* Bocius *de teſtament. inter li-
beros, tit. 10. §. 3. n. 216.* Sed abſolutè
non eſt vera opinio iſtorum, ſed diſtinguen-
dum credo, aut cancellationes, & raſuræ, in
partibus ſubſtantialibus teſtamenti inveniun-
tur, aut in non ſubſtantialibus, ſi primum,
non erit validum, *l. ultima, C. de edict. Di-
vi Adrian. tollend.* ibi: *Non cancellatum,
neque abolitum, neque ex quacumque ſuæ for-
mæ parte vitiatum. Cap. 3. cap. inter dilectos,
de fide inſtrumentor.* Donell. *in l. ſi unus, C.
de teſtament.* Menoch. ubi proximè, *n. 727.*
Faber *in ſuo C. tit. de fide inſtrumentor. defi-
nit. 29.* Xamar *rerum judicatar. par. 1. defi-
nit. 36. n. 19.* Argel. *de adquirend. poſſeſ-
ſion. q. 1. artic. 7. n. 106. cum ſequent.*
Gonzalez Tellez *ad tex. in dict. cap. 3. de fi-
de inſtrumentor. n. 5.* Eſcaño *de teſtament.
cap. 7. n. 30.* Caponi *tom. 4. diſceptat.
291.* Antunez *de donationibus, lib. 1. par. 3.
cap. 17.* Carpzovius *in juriſprudent. forenſ.
par. 3. conſtitut. 3. definit. 5. n. 1. cum ſeqq.*
Caſtejon *in Alphabet. verbo, Teſtamentum,
n. 65.* Quod intellige, quando à teſtato-
re fuerint cancellationes factæ conſulto, nam
non ſufficit, quod reperiatur cancellatum 73
teſtamentum in partibus ſubſtantialibus, ſed
quod à teſtatore conſulto deletum fuerit, *l.
1. in princip. §. Sed & conſulto, ff. de iis,
quæ in teſtamento delentur, l. final, C. de te-
ſtament.* Argel. *de adquirend. poſſeſsion. q.
6. artic. 10. n. 71.* Gonzalez Tellez, ubi
proxim. *n. 8.* & cum mutatio voluntatis
non præſumitur, *l. præcipimus, in fin. C. de
appellationib. l. Sanccimus, C. de teſtament.*
Et cancellationes potuerint fieri caſualiter,
aut ab alio, quam teſtatore, vel ſine ejus
juſſu, quo caſu obeſſe non debent, *l. 1. ff.* 74
*de iis, quæ in teſtam. delentur.* In dubio non
debet judicari factas fuiſſe cancellationes à
teſtatore, Moſtazo *de cauſis piis, par. 1. lib. 1. cap.
7. n. 31.* & ſe fundans in illis, & allegans à te-
ſtatore fuiſſe factas, debebit probare, *l. Lu-
cius, la 1. ff. delegatis 2. l. fideicommiſſa,
§. ſi rem, ff. delegat. 3.* Argel. *dict. q. 6.
artic. 10. n. 73.* qui hoc probat, *ex l. 1. §.*
&



*& ideo, ff. de iis, quæ in teſtament. delentur.*
Sed non aliter judices poſſe habere locum
iſta, niſi caſu in quo, cancellationibus non
obſtantibus, ſcriptura poteſt legi, & perci-
75 pi voluntas, *l. ſi unus, 12. Cod. de teſtament.*
nam ſi cenſus percipi non poſſet, deficeret
voluntas, & ut teſtamentum valere nequiret,
*l. quoniam, 15. cum vulgat. Cod. de teſtament.*
76 Si autem teſtamentum in parte non ſub-
ſtantiali raſum, aut cancellatum fuerit, vali-
dum erit, *l. qui habebat 54. ff. de manumiſsis
teſtament. cap. ultim. de crimin. falſi, cap. inter
dilectos, cap. 3. cap. final. de fide inſtrumentor.
cap. cum venerabilis, de religioſ. domib.* Viglius
*in l. unic. n. 22. C. de edict. Divi Adrian. to-
lend.* Menoch. *de adquirend. poſſeſ. remed. 4. n.
709.* Argel. *de adquirend. poſſeſ. q. 1. art. 7.
n. 106.* Gonzal. Tell. *ad text. in dict. cap. 3.
de fide inſtrumentor. n. 3. cum ſequentib.* Carp-
zovius *in juriſprud. forenſ. par. 3. conſtit. 3. de-
finit. 5. n. 1. cum ſequentib.* Sed ſi in cancel-
lationibus, aut raſuris, in parte ſubſtantiali
poſitis, reperiantur apoſtillæ, aut ſupraſcrip-
ta, voluerunt aliqui, non eſſe adhibendam fi-
dem teſtamento, quia non videtur veroſimi-
le, quod teſtator in tali ſcriptura animum fir-
mare voluerit ad perfectè teſtamentum, Boer.
*deciſ. 48. n. 11.* Martha *de ſucceſsion. legal.
part. 4. q. 7. art. 3. n. 4.* Sed mihi videtur,
77 quod ſi apoſtillæ, aut ſuprapoſita manu te-
ſtatoris probentur ſcripta, falcitatis ſuſpitio-
ne ceſſante, & conſtito de voluntate, valebit
teſtamentum, *l. ſi unus 12. Cod. de teſament.*
ibi: *De iis autem quæ interleta, ſive ſubſcrip-
ta dicis, non ad juris ſolemnitatem, ſed ad fi-
dei pertinent quæſtionem, ut appareat utrum te-
ſtatoris voluntate, emmendationem meruerint,
vel ab altero in conſultè deleta ſint, an ab aliquo
falſo hæc fuerint comiſſa.* Optimè ad intentum
Menoch. *de adquirend. poſſeſ. remed. 4. n. 723.
& 724.* & in terminis Bocius *ad teſtament. in-
ter liberos, tit. 10. §. 5. n. 116.* Non erit ita,
ſi apoſtillæ ſcriptæ cernantur, & ſuperaddi-
tamenta appareant facta alterius manu, nam
non erit fides adhibenda, ſi omnis ſcriptura
78 manu teſtatoris ſcripta fuerit: & ſi in margi-
ne teſtamenti appoſitum fuerit, quod teſtator
mutaverit, aut quod non mutaverit volunta-
tem, non erit adhibenda fides ſimili notę, niſi
appareat quod appoſita fuerit de teſtantis vo-
luntate, imò pro non ſcripta habebitur, Carp-
zovius *in juriſprud. forenſ. par. 3. conſtitut. 3.
defin. 5.* Et ſi teſtatoris manu ſolum fuerit te-
79 ſtamenti ſcriptura ſubſcripta, & à tertio ſcrip-
ta, non erit adhibenda fides apoſtillis, & ſupra
poſitis, etiam manu ipſius tertii ſcriptis, niſi
conſtito aliundè appoſitas fuiſſe de voluntate
teſtantis, vel quia ipſe teſtator ita recogno-
vit, aut aliunde appareat de illius voluntate
ſcriptas fuiſſe, ut probatur ex ratione textus,
*in l. ſi unus 12. Cod. de teſtament.* Eſcaño *de te-
ſtam. cap. 7. n. 30. & 31.*

Nono poterit dubitari, an filii familias 80
poſsint teſtamentum facere in Regno, ſcrip-
tura privata; dubitandi ratio ex eo oritur,
quod juris regulis attentis, filii familias, dum
ſub ſacris paternis reperiuntur, teſtamentum
facere non poſſunt, *l. filius familias 16. l. ſi fi-
lius familias 19. l. qui in poteſtat. 9. ff. de teſta-
ment. l. final. Cod. de in officioſ. teſtament. l. 3. C.
de teſtament. princip. tit. inſtitut. quibus non eſt
permiſſum facere teſtamentum,* D. Geronym. de
Oroz *de apicib. juris, lib. 5. cap. 6.* Rovit. *conſ.
4.* Perceo *conſult. 18.* Capyc. Latro *deciſ. 34.
98. & 134.* Thoro *in compend. deciſion. tom. 1.
verbo teſtamentum,* Georgius *allegat. 27. & 28.*
Antonel. *de tempore legal. lib. 2. cap. 5. n. 5.*
Cardinal. Delugo *de juſtit. & jure, tom. 2.
diſput. 24. ſecc. 4. n. 67.* Bocius *de teſtament.
militar. tit. 11. §. 3. n. 65.* Andreol. *contro-
verſiar. tom. 4. cap. 326.* Manzius *de teſtament.
tit. 2. n. 88.* Rota coram Bicch. *deciſ. 424.
n. 14.* Franciſcus Anton. Scalona *de teſtam.
lib. 1. cap. 4. §. 1. per tot.* Cardinal. de Luca *de
teſtament. diſcurſ. 34. n. 8.* Antunez *de dona-
tionib. tom. 2. par. 3. cap. 15. n. 35.* Moſtazo
*de cauſis piis, tom. 1. lib. 1. cap. 5. n. 5.* Con- 81
trarium tamen tenendum eſt, & filios fami-
lias in Regno teſtamentum facere poſſe in
dubitatum eſt, quia, ut ſæpè diximus, in Reg-
no jure militari teſtatur, & ęſto prohiberetur
filiis familias teſtamentum facere de jure, per
mitebatur tamen, ut jure militari de caſtren-
ſibus, aut quaſi caſtrenſibus, teſtamentum fa-
cere poſſent, *l. filius familias 34. ff. de militari
teſtamento, l. ſi quis 6. §. ultimo, ff. de injuſto
rupto, l. penultim. & ultim. Cod. qui teſtamenta
facere poſſunt, l. ultima, Cod. de in officiſ. teſta-
ment. §. aliis, & §. ultimo, inſtitut. de militari
teſtament.* Clarus *in §. teſtamentum, q. 18.
n. 6.* Farinac. *in reportor. ultimar. voluntat.
q. 51. n. 15.* Afflict. *deciſ. 183. n. 4.* Bo-
nacin. *de contractib. diſput. 3. q. final. punct. 2.
propoſit. 1.* Cardinal. Delugo *diſput. 24. ſecc.
4. n. 67.* Dian. *par. 7. tract. 6. reſolut. 60.* Bo-
cius *de teſtament. militar. §. 3. tit. 11. n. 61.
cum ſequentib.* Antonel. *de tempore legal. lib.
2. cap. 5. n. 5.* Manzius *de teſtament. tit. 2.
n. 137.* Antunez *de donationib. dict. cap. 15.
n. 39.* Scalona *de teſtament. lib. 1. cap. 4. §. 6.
per tot.* Quod in multis Regnis admiſſum ha-
betur, ubi filii familias teſtamentum facere 82
poſſunt, ut de Regno Neapolitano, Longon-
bardo, Francorum, & aliis, notant Riccius
*collect. 1511.* Georgius *allegat. 27.* Thoro *in
compend. deciſ. tom. 1. verbo teſtamentum,* Sca-
lona *dict. lib. 1. cap. 4. n. 158. & 159.* Cardin.
de Luca *de teſtament. diſcurſ. 34. n. 19.*

Solum obſervare debemus, quod de jure 83
maſculi decimo quarto anno completo, &
fœ-

fœminæ duodecimo, teſtamentum facere poterant *l. qua ætate 5. ff. qui teſtamenta facere poſſunt, l. ſi frater, ff. cod. l. final. Cod. de teſtam. militis, l. filius familias, ff. de teſtamentis, l. 1. §. plane, de ſuis, & legitimis, l. 2. C. quando provocare non eſt neceſſe, §. præterea inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, Spino *in ſpeculo teſtamentor. gloſſ.* 31. *n.* 17. Coninch. *de ſacramentis, diſput.* 21. *dubitat.* 5. *n.* 51. Farinac. *ubi ſupra, q.* 74. *n.* 25. Bonacin. *diſput.* 3. *quæſt. final. punct.* 2. *n.* 2. Narbon. *in juris annalib. anno* 14. *q.* 46. *per tot.* Manzius *de teſtament. tit.* 2. *n.* 48. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 1. Scalona *de teſtament. dict. lib.* 1. *cap.* 5. §. 1. *per tot.* Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 26. Torrecilla *en la expoſicion de las propoſiciones, tratado* 6. *Miſcellaneo, conſuit.* 12. *concluſ.*
84 2. *n.* 5. In Regno autem, neque maſculi, neque fœminæ, teſtamentum, aut codicillos facere poſſant, niſi completo decimo quinto anno, *for.* 3. 4. & 5. *rubr. qui teſtamenta facere poſſunt*, & ex noſtris docent D. Creſpì *tom.* 1. *obſervat.* 17. *n.* 8. Trullench *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *dubitat.* 5. *n.* 1. Et ex alienigenis in terminis noſtri fori, Scaſona *de teſtam. lib.* 1. *cap.* 5. § 3. *n.* 86. Et adhuc caſu in quo teſtamentum faciant, & decedant minores viginti duorum annorum, non poſſunt libere de
85 bonis ſuis diſponere, nam ex quinque bonorum partibus ſolum libere poſſunt teſtare de quinta parte, de cæteris autem quatuor partibus, tenentur diſponere inter conſanguineos intra quartum gradum incluſivè, dimittendo bona omnibus illis, vel uni, aut illi cui voluerint, & ſi non ita fecerint, ſuccedent in dictis quatuor partibus, illi qui ab inteſtato ſuccedere debebant minori; & majore facto viginti duorum annorum, poterit de omnibus ſuis bonis libere diſponere, *for. los majors*, 5. *rubr. qui teſtamenta facere poſſunt*, ibi: *Los majors de quinze anys, qui ſeràn ſots patria poteſtat, puixen fer teſtament, ò codicils, de qualſevols bens que hajen, en aixi empero, que fabents cinch parts de tota la heretat, haja lexar les quatre parts, a parent, ò parents conjunctes perſones, fins à quart grau incluſivament, ò à qualſevol de ells, ò ſegons li plaurà, è no ha altri, è ſi lo contrari ſerà fet, los dits bens vinguen als pus probiſmes, ſegons que es ordenat en aquells que moren inteſtats, è la cinquena part puixa leixar aquell à parents, ò à eſtranys ſegons li plaurà, è aço haja lloch tro que haja cumplida edat de vint y dos anys, è de aqui avant puixa fer à ſes voluntats.*

86 Quod non intelligas, niſi de filiis familias ſub ſacris paternis poſsitis, nam ſi minores viginti duorum annorum, & quindecim majores extra patriam poteſtatem reperiuntur, vel quia matrimonio copulati ſunt, vel quia emancipati, aut alia de cauſa, poterunt de omnibus bonis libere teſtare, abſque obligatione relinquendi partem aliquam conſanguineis intra quartum gradum; majoribus enim quindecim annorum abſolutè, & in diſtinctè conceſſam fuit, *in for.* 3. & 5. *rubr. qui teſtamenta facere poſſunt*, quod elogia ſua ultima facere poſſent, & libere diſponere de bonis ſuis, quæ libertas reſtricta fuit, & coanguſtata caſu in quo major quindecim annorum, & minor viginti duorum ſub ſacris paternis eſſet, nam prout diximus, *ex dict. for.* 5. *rubr. qui teſtamenta facere poſſunt*, in permiſſum, eis fuit diſponere de alia, quam quinta bonorum parte, cum ergo diſpoſitio correctoria ſupradictæ libertatis, non loquatur de caſu filii extra patriam poteſtatem poſiti, remanſit omiſſus hujuſmodi caſus, & per conſequens ſub libertate illa, & antiqua juris diſpoſitione conſiderandus eſt, ex regul. text. *in l. comodiſsimè cum vulgat. de liberis, & poſthum.* & cum diſpoſitio dicti fori 5. ſit libertatis teſtandi correctoria, & odioſa, quia contra alios foros, & diſpoſitiones juris communis ſtabilita reperitur, non eſt extendenda, de caſu loquente ad caſum de quo non loquitur, nempè ad filios extra poteſtatem poſitos, ex regul. text. *in l. jus ſingulare, ff. de legib. cap.* 1. & 2. *de filiis, presbyterorum in* 6. Caponi *diſceptat. forenſ. tom.* 2. *cap.* 113. *n.* 35. Naten *juſtit. vulnerat. par.* 3. *tit.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. Rot. coram Bich. *deciſ.* 67. *n.* 12.

De filia maritata particulariter ſtabilitum 87
habemus in Regno, quod ſi non habet filios, non poſsit teſtamentum facere abſque nullitate, & invaliditate, niſi patrem, aut matrem, convocare faciat, ſi degunt in Civitate, Villa, aut Loco, vel in territorio, ubi fit teſtamentum, ad hoc ut ſi voluerint, preſentes repeRiantur, tempore quo filia teſtamentum faciat, *for.* 12. *rubr. qui teſtamenta facere poſſunt*, ibi: *Provehim, que ſi la filla maridada, que no haurà fill, ne filla, no appellara, ò demanara ſon pare, ò ſa mare que ſeràn preſents en la Ciutat, Villa, ò Lloch, ò terme de aquells, bon aquella farà ſon teſtament, ſegons que en lo dit fur es contengut: tal teſtament ſia nulle, è no haja alcuna efficacia, è valor.* De ſimili ſtatuto videndi, Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 30. *per tot.* Rot. coram Bich. *deciſ.* 165. *n.* 1. & quod tale teſtamentum, abſque convocatione parentum factum, ſit nullum, etiam quoad legata, & omne in illo diſpoſitum, judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 20. *Februarii* 1626. inter Hieronymum Serrano, & Eſperantiam Serrano, & Petrum Fita; ſuſtinebitur tamen quoad legata pia, & legitimam matri, aut patri relictam, ut dixit Senatus, ſententia per Daza, *die* 3. *Auguſti* 1615. inter Angelam Garcia, & de Ferrer, & alios, &

Jo-



Joſephum Genis. Sed ſi pater, aut mater in Civitate, Villa, aut Loco, vel in termino particulari loci ubi fit teſtamentum non repeniantur,
conſ. 440. n. 2. Dueñas regul. 260. n. 4. Coſta in
d. l. ſi ex cautione fallent. 1. Menchaca de ſuc-
ceſ. creat. lib. 1. n. 22. Covarrub. var. lib. 2. cap.
4. n. 3. Card. Tuſch. lit. E. concl. 421. n. 7.
Mantica de tacit. & ambig. conven. lib. 18. tit.
3. Ayllon, ubi proxim. n. 9. Antonel. de
tempore legal. lib. 2. cap. 45. n. 7. Oñate de
contractib. tom. 2. diſp. 41. n. 28. Carpzovius
in juriſprud. forenſ. part. 1. conſtit. 32. definit.
65. n. 4. Franciſcus de Angelis de confeſsion.
lib. 1. q. 8. limit. 6. n. 54. Licèt poſſe huic
exceptioni renunciare, & opponi non poſſe
poſt renunciationem, tentent docere, Vaz-
quez de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 9. n. 21. Gutierr.
de jurament. confirm. part. 1. cap. 37. n. 9. Caponi
tom. 4. diſcep. 252. n. 12. & 13. Quod proce-
det, etiam ſi cum juramento prædictæ excep-
tioni renunciatum fuerit, l. final. C. de non nu-
25 mer. pecun. Nam relaxatione juramenti ob-
tenta, poterit exceptio opponi, ſive confeſsio
ipſa receptionis fuerit jurata, ſive exceptioni
non numeratæ pecuniæ, juramento renun-
ciatum fuerit, Mantica de tac. & ambig. dict.
lib. 18. tit. 4. Hermoſilla, ubi proxim. n. 2.
& 3. Donel. lib. 21. commentarior. cap. 13.
ubi Oſvald. lit. M. Morlà in juris empor. tit.
5. quæſt. 1. n. 51. Pichard. in diſputat. de
Mora, n. 76. & 77. & 191. Vela diſſert. 25.
ex n. 18. Ayllon, ubi prox. n. 10. Licèt multi
teneant, quod ſi renunciatio cum juramento
fiat, non poterit amplius exceptio opponi
non numeratæ pecuniæ, Hart. Piſtor. part. 4.
quæſt. 12. n. 6. Coller. de proceſsib. executivis,
part. 1. cap. 10. n. 248. Carpzovius in juriſpr.
forenſ. part. 1. conſtit. 32. defin. 65. n. 9.

Multi reperiuntur caſus, in quibus hujuſ- 26
modi confeſsio pecuniæ receptæ non poteſt
proteſtari, neque contra illam opponi ex-
ceptio non numeratæ pecuniæ, quos cumulat
Cardinalis Mantic. dict. lib. 18. tit. 6. per
tot. Sed magis practicabiles ſunt: primus,
quando in præſentia Notarii, & teſtium tem-
pore apochæ factæ numeratur pecunia, &
traditur, nam Notario atteſtante, quod pe-
cunia in ſui præſentia, & teſtium tradita fuit
non habebit locum proteſtatio, l. ultima, C.
de dote cauta non numerata, Innocent. & An-
ton de Butrio in cap. ſi cautio, de fide inſtru-
mentor. Duaren. in tit. de non numerat. pecun.
cap. 1. col. 3. Mantica, ubi prox. n. 1. cum ſeqq.
Valaſc. conſult. 5. n. 11. Oñate de contra-
ctib. diſput. 41. n. 27. tom. 2. Carolus Ant. de
Luca in praxi civili, cap. 26. n. 13. Secundus 27
erit, ſi confeſsio pecuniæ receptæ fuerit fa-
cta à teſtatore in teſtamento, nam contra
prædictam confeſsionem, non poterit oppo-
ni exceptio non numeratæ pecuniæ, Gloſ. in
l. 1. C. de falſa cauſa adject. legat. Bald. in l.
final C. de non numerat. pecun. Ant. Gomez
dict. tom. 2. cap. 6. n. 5. Maſcard. de probat.
concl. 359. n. 18. Mantica d. lib. 18. tit. 6.
n. 13. Scaccia de comertiis, §. 2. gloſſ. 8. n. 13.
Hermoſilla in l. 9. tit. 1. partit. 5. gloſſ. 7. n. 40.
Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 45. n. 24.
Mancin. in tract. de confeſſ. cap. 2. n. 67.
& cap. 8. n. 41. Franciſcus de Angelis de
confeſsionib. lib. 1. quæſt. 7. effect. 1. n. 10.
Tertius erit caſus, ſi confeſsio fuerit judicia- 28
liter facta, nam contra talem confeſsionem
in contentioſo judicio factam, non poteſt
opponi non numeratæ pecuniæ excepto, l.
de ætate, §. interrogatus, & ibi gloſſ. de in-
terrogat. action. l. 1. & ibi gloſſ. verbo: ſolve-
re, C. de confeſsion. gloſſ. in l. 1. ff. de inter-
rogatoriis actionib. Bald. conſil. 447. n. 2.
lib. 1. Aretin. ad tit. inſtitut de literar. obli-
gat. col. 3. verſ. Tertio caſu principali, Oſaſc.
deciſ. 134. n. 6. Mantica dict. tit. 6. n.
36. Hermoſilla dict. gloſſ. 7. n. 45. Ayllon,
ubi ſupra n. 4. Vela diſſertat. 25. à n. 17.
uſque ad 36. Antonel. de tempore legal. lib. 2.
cap. 45. n. 13. Franciſcus de Angelis de
confeſsionib. lib. 1. q. 7. effectu 1. n. 20. &
effectu 3. n. 13. Carol. Anton. de Luca in
praxi civili, cap. 26. n. 13. Dixi in judicio
contentioſo, nam ſi in judicio voluntariæ ju-
riſdictionis confeſsio fuerit emiſſa, poterit
proteſtari, & opponi contra eam exceptio nō
numeratæ pecuniæ, Mantica d. lib. 18. tit. 6.
n. 35. Franc. de Ang. d. lib. 1. q. 7. effect. 1. n. 20.
Ultimus caſus poterit eſſe, ſi confeſsio fuerit
geminata, & ſecunda ex intervallo fuerit

ſequuta, nam nequit habere locum contra confeſsionem geminatam, exceptio non numeratæ pecuniæ, Abbas *in cap. ſi cautio, numer. 12. de fide inſtrumentor.* Acoſta *in dict. l. ſi excautione, limit.* 7. Riminald. *conſ.* 152. *num.* 8. Decian. *conſil.* 39. *num.* 94. *& conſ.* 46. *num.* 41. *lib.* 2. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 11. Oñate *de contractib. tom.* 2. *diſput.* 41. *num.* 33. Franciſcus de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 4. *n.* 6. *& limit.* 6. *n.* 155.

La practica de proteſtar las apocas, y 30
„ oponer la excepcion non numeratæ pecu-
„ niæ, ſolo es, que comparezca quien firmò
„ el apoca, ò ſu procurador eſpecial, ante el
„ Juſticia Civil, y haga ſu proteſto, y oponga
„ la excepcion, que con una proviſion ſe le
„ admite, y manda el Juez ſe notifique, y ſe
„ regiſtra en el libro Judicario, continuan-
„ doſe todo en eſta forma.

Die xxx. Octobris M. DC. LXXXVII.

Lo Juſticia en lo Civil, &c. aconſellat del Dotor F. T. altre de ſos ordinaris Aſſeſſors, Inſtant, y requirent S. T. admiſſa exceptione non numeratæ pecuniæ, de la apoca que es troba fermada per dit requirent, en favor de F. T. continuada al peu de una venda de ſeda, que dit requirent li feu al dit F. T. per preu de 200. liures, rebuda per Vicent Dies, Notari, en lo primer dels corrents, habilitant ex cauſa lo preſent dia de huy, & intimetur. *Recepit Fortunatus Añon, Notarius pro Scriba.*

Regiſtrata in libro judicario domus dicti Aſſeſſoris, ſub dicto Kalendario.

## CAPUT VIII.

## DE PROTESTATIONE DOTIS, *ſive exceptione non numeratæ dotis.*

### SUMMARIUM.

1 *Maritus, juxta aliquos excluditur ab omni exceptione, non numeratæ dotis.*

2 *Maritus, confitens recepiſſe dotem, non cenſetur feciſſe animo donandi ſed ſpe futuræ numerationis.*

3 *Maritus, non ſolum ante matrimonium, ſed poſt illud cenſetur feciſſe confeſſionem receptæ dotis, ſpe futuræ numerationis.*

4 *Apocha receptæ dotis, firmata poſt matrimonium, an poſsit proteſtari, & quid ſi confeſsio fuerit de parte dotis.*

5 *Exceptio non numeratæ dotis, poteſt à marito, & ſuis hæredibus opponi, contra mulierem, & ſuos hæredes, & quid ſi bona immobilia in dotem fuerint data.*

6 *Apocha receptæ dotis poteſt proteſtari, etiam ſi in ea renunciatum fuerit exceptioni, non numeratæ dotis.*

7 *Limita, ſi renunciatio ex intervallo fuerit facta.*

8 *Except o non numeratæ dotis, opponi poterat de jure intra annum à die ſoluti matrimonii, ſi matrimonium intra biennium diſſolvebatur.*

9 *Matrimonio poſt biennium, uſque ad decennium ſoluto, debebat exceptio opponi intra tres menſes.*

10 *Exceptio non numeratæ dotis poſt decennium de jure non poterat opponi.*

11 *Confeſsio dotis receptæ, debet in Regno proteſtari intra quinquennium à die matrimonii.*

12 *Proteſtari nequit dos elapſo quinquennio.*

13 *Maritus minor elapſo quinquennio, poteſt dotem proteſtare.*

14 *Dos, poteſt proteſtari à creditoribus mariti invito marito, & reluctante, & hoc elapſo quinquennio.* 15.

16 *Confeſsio de recepto, à tertio proteſtari poteſt elapſo termino, ab ſtatuto præfixo ad proteſtandum.*

17 *Maritus confitens receptionem dotis, abſque numeratione, nequit confeſsionem proteſtare.*

18 *Confitens recepiſſe aliquam partem pecuniæ ad complementum totius ſummæ debitæ, cenſetur ſolutus ab integro de omni ſumma, & quomodo hoc intelligatur.*

19 *Confitens accepiſſe partem ad complementum, poteſt proteſtare, non ſolum partem confeſſatam, ſed quod includitur in complemento.*





20 *Procurator ad habendum, aut ad habuiſſe confitendum, non poteſt confeſsionem facere partis debiti, ad complementum.*

21 *Procurator ad habendum, nequit liberationes facere.* 22 *Remittere eſt donare.*

23 *Procurator ad habendum, vel cum libera, donare non poteſt.*

24 *Procurator ad habendum, nequit quietationes facere.*

25 *Proteſtatio poteſt fieri in ſcriptis, aut ſine ſcriptura.*

26 *Proteſtatio dotis in noſtra praxi fit, propoſita ſcriptura coram judice.*

27 *Libellus, & praxis proteſtandi dotem.*

1 ANtiqui voluerunt, quod maritus, qui ante matrimonii contractum confitebatur receptam habere dotem, non haberet exceptionem illam ſingularem non numeratæ dotis, ex eo quod donandi animo præſumebatur talis confeſsio facta, Bart. *in l. ſi divortio, n.* 3. *ff. ſolut matrimon.* referunt, licet non ſequantur, Valaſc. *conſultat.* 5. *n.* 3. *verſ. ſecunda fuit oppinio*, Bocius *de dote, tom.* 1. *cap.* 10. §. 4. *n.* 16. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 16. *n.* 9. *&* 10. Sed veterum oppinio contra Magiſtrum Bartolum obſcurata ſemper fuit communi Doctorum placito
2 ſenſientium, confeſsionem à marito factam de recepta dote ante matrimonium contractum, nunquam ſenſeri animo donandi factam, ſed ſpe futuræ numerationis, *l.* 2. *Cod. de donationib. ante nuptias*, Covarrub. *var. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 6. Valaſc. *dict conſultat.* 5. *num.* 5. Trentacinq. *variar. volum.* 1. *lib.* 3. *tit. de jure dotium, reſolut.* 7. *num.* 10. Cabedo *deciſ.* 177. *n.* 2. *part.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 12. *tit.* 10. *n.* 19. Molin. *de juſtit. & jure, tom.* 2. *diſput.* 439. *num.* 8. *verſ. & quidem*, Sanchez *de matrimon. lib.* 6. *diſput.* 9. *num.* 4. Barboſ. *ad text. in l.* 1. *n.* 3. *&* 4. *Cod. de dote cauta non numerata*, Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 14. *gloſſ. unic. n.* 86. Bocius *ubi proxim. n.* 15. *&* 16. Iranzo *dict. cap.* 16. *n.* 11. Oñate *de contractib. tom.* 2. *diſput.* 41. *n.* 41. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. par.* 1. *conſtitut.* 32. *definit.* 68. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 159. *n.* 6. Quod procedit, etiam ſi maritus matrimonio conſtante confeſsionem fecerit receptæ dotis, nam ſemper præſumitur feciſſe
3 ſpe futuræ numerationis, & non animo donandi, *l. ultim. cum authent. ſequent. Cod. de dote cauta non numerata*, Valaſc. *dict. conſult.* 5. *n.* 5. Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 6. Borel. *in ſumma deciſion. tom.* 2. *tit.* 3. *à n.* 231. Mantic. *de tacitis, lib.* 11. *tit.* 20. Fontanell. *dict. clauſ.* 14. *gloſſ. unic. part.* 1. *n.* 87. Trentacinq. *ubi proxim.* Bocius *dict. cap.* 10. *n.* 16. *in fin.* Licet contrarium teneat, Cardinal. de Luca *de dote, dict. diſcurſ.* 159. *ex n.* 8. Sed hoc non eſt debitare de ſolutione dotis, nam ſive facta fuerit confeſsio dotis receptæ ante matrimonium, ſive conſtante matrimonio, per talem confeſsionem probabitur ſoluta dos, ut declaravit Senatus ſententia publicata per Alreus, *die* 1. *Martii* 1614. inter Andream Gomez, & de Dura, & Margaritam Calbet, & alios.

Poterit opponi exceptio non numeratæ 4
dotis, & proteſtari apocha de dote recepta, nunc facta fuerit ante matrimonium contractum, nunc matrimonio conſtante, quia omni in caſu ſenſetur confeſsio facta ſpe futuræ numerationis, & proteſtatione interpoſita, uxori incumbet onus probandi traditam fuiſſe dotem marito, ut gravatus remaneat obligatione reſtituendi illam, *l. in dotibus* 3. *l.* 1. *cum authentic. quod locum, Cod. de dote cauta non numerata*, Anton. Gomez *in l.* 50. *Tauri n.* 51. Covarrub. *ubi proxim. n.* 6. Bald. Novel. *de dote, part.* 6. *privileg.* 54. *n.* 3. Barboſ. *ad text. in dict. l.* 3. *n.* 4. Molino *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 45. *n.* 13. Fontanel. & Bocius *ubi proxim.* Iranzo *dict. n.* 11. Sed magnum diſcrimen erit quoad proteſtationem inter confeſsionem factam receptæ dotis, matrimonio conſtante, aut ante matrimonium, nam ſi in ipſis tabulis nuptialibus, ante matrimonium factis, apocha firmata fuerit dotis receptæ, aut tabulis confectis, ſed ante matrimonium, poterit in Regno apocha proteſtari intra quinquennium, ut dicam *num.* 11. Si vero poſt matrimonium maritus apochis firmatis, & extra dotalia inſtrumenta, fuerit confeſſus extrajudicialiter ſe recepiſſe dotem, non habebit locum proteſtatio quinquennii, neque opponi poterit exceptio non numeræ dotis, Mancin. *de juramento, tit.* 20. *n.* 11. Rota *deciſ.* 160. *n.* 16. *part.* 7. *receptiſsimar.* Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *n.* 104. Sed ſolum poterit maritus apocham illam receptæ dotis proteſtare intra triginta dies, opponendo exceptionem non numeratæ pecuniæ, juxta text. *in l.* 7. *&* 8. *l. in contractib.* 14. §. *ſuper cæteris* 2. *Cod. de non numerat. pecun.* Prout hæc omnia ſapientiſsimè inveniuntur à Senatu deciſa Regia ſententia, publicata per Daza, *die* 20. *Junii* 1636. inter Vincentium Huermeda, & Michaelem Conejos, quod non intelligas, ſi ſolum dotis pars fuerit confeſſata recipi ex intervallo, & matrimonio conſtante, nam poterit exceptio non numeratę dotis opponi reſpectu alterius partis intra quinquennium; ut Senatus dixit ſententia publicata per Alreus, *die* 11. *Decembris* 1624. inter Hieronymum Navarro Notarium, & alios. Quæquidem exceptio non numeratæ dotis, poterit opponi, non ſolum 5

à marito, ſed etiam ab illius heredibus, & non ſolum contra mulierem, ſed etiam adverſus illius hæredes, *l. in dotibus* 3. *Cod. de dote cauta non numerata*, Covarrub. *ubi prox. num.* 6. Bald. Novel. *de dote, part.* 10. *num.* 7. Valaſc. *ubi proxim.* Menoch. *de præſumption. lib.* 3. *præſumpt.* 12. *n.* 8. 9. & 10. Sanchez *dict. diſput.* 9. *num.* 4. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimon. par.* 6. *num.* 31. Molina *dict. diſput.* 439. *num.* 8. Barboſ. *ad text. in dict. l.* 3. *num.* 4. Bocius *de dote, dict. cap.* 10. *num.* 16. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 159. *num.* 33. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *num.* 105. Et quamvis hujuſmodi exceptio locum habeat, non ſolum quando confeſsio dotis receptæ fuit in pecunia, ſed etiam quando fuit facta de rebus, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, *dict. l. in contractib.* 14. §. *ſuper cæteris, Cod. de non numerat. pecun.* Mantic. *de tacit. lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 41. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *nu.* 150. Tamen quando bona immobilia data ſunt in dotem, non habet locum exceptio non numeratæ dotis, neque poterit proteſtari dos, *authent. ſed jam neceſſe, Cod. de donationib. ante nuptias*, Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 13. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 12. *n.* 36. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *num.* 117.

6 Neque proteſtatio dotis excluſa erit, ſi maritus in eodem inſtrumento confeſsionis receptæ dotis factæ, & incontinenti, exceptioni non numeratæ dotis renuntiaverit, nam licet, *glo. in l. ex cautione, Cod. de non numerat. pecun.* Faber *in princip. tit. inſtitut. de literar. obligationib. n.* 4. & *alii adduct. à* Barboſ. *dict. part.* 6. *n.* 28. Teneant, renuntiationem hanc, etiam incontinenti factam, præjudicare marito, tamen certius eſt, poſſe maritum, renuntiatione non obſtante, opponere exceptionem iſtam, quia eadem facilitate, qua confeſsionem emiſsit, cenſetur renuntiationem feciſſe, *l. ultim. cum authentic. ſequent. Cod. de dote cauta non numerata*, Covarrub. *ubi proxim. n.* 5. Menoch. *dict. præſumpt.* 12. *n.* 17. & 18. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 362. *n.* 8. Mareſcot. *var. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 21. Anton. Gomez *in l.* 50. *Tauri, num.* 52. Molina *dict. diſput.* 439. *n.* 4. Faber *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 10. *definit.* 3. Fontanell. *ubi proximè, num.* 61. Barboſ. *ad text. in dict. l. ultim. Cod. de dote cauta, num.* 9. & *ad text. in l. ex cautione, num.* 9. & 11. *Cod. de non numerat. pecun.* Bocius *de dote, d. cap.* 10. *n.* 24. Iranzo *in dict. cap.* 16. *n.* 15. Cardinal. de Luca *dict. diſcurſ.* 159. *n.*
7 28. Franciſcus de Angelis *dict. lib.* 1. *q.* 8. *limit.* 6. *n.* 114. Dixi in continenti, nam ſi ex intervallo fieret renuntiatio, excluderetur maritus à proteſtanda dote, & ſolum audiri poſſet, ſi onus ſuſciperet probandi, non fuiſſe ſibi dotem ſolutam, Salicet. *in dict. l. ex cautione, num.* 17. & 25. Anton. Faber *ubi proxim.* Barboſ. *dict. part.* 6. *n.* 33. Bocius *ubi proximè, n.* 25. Iranzo *ubi ſupra, n.* 16. Bonnacin. *in Theolog. moral. tit. de contractib. diſput.* 3. *q.* 11. *punct.* 1. *præpoſit.* 1. *n.* 5. Cardinal. de Luca *dict. num.* 28. Franciſc. de Angelis *dict. quæſt.* 8. *limit.* 6. *n.* 114.

De jure communi poterat opponi hæc ex- 8
ceptio non numeratæ dotis intra annum à die matrimonii, morte, vel repudio diſſoluti, *dict. l. in dotibus* 3. *C. de dote cauta non numerata*, quod poſtea *in authentic. quod locum ejuſdem tit.* fuit declaratum procedere ſi matrimonium intra biennium diſſolveretur, Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 10. *definit.* 2. *n.* 1. Coccin. *deciſ.* 599. *n.* 5. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 8. Oñate *de contractib. tom.* 2. *diſput.* 41. *n.* 25. Caponi *in tractat. ſolut. matrim. quæſt.* 7. *n.* 19. Pax Jordan. *tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 23. *n.* 49. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 28. *definit.* 74. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *n.* 105. *cum ſequentib.* Si autem poſt biennium diſſolvebatur, uſque ad decennium, poterat hæc 9
exceptio opponi intra tres menſes, Antonel. & Oñate *ubi proxim.* Anton. Faber, & Carpzovius *ubi proxim.* Caponi *in dict. tract. ſolut. matrim. quæſt.* 7. *n.* 19. Franciſc. de Angelis *dict. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *n.* 106. Elapſo autem decennio nõ admittebatur hæc
exceptio juxta diſpoſitũ in dicta authentica, 10
ut notant Caſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 5. *verbo confeſsion. n.* 5. Valaſc. *conſult.* 5. *n.* 7. Benedict. Ægid. *in repetit. l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jure, part.* 1. *cap.* 11. *à n.* 38. Covarrub. *variar. dict. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 5. & 6. Anton. Gomez *in l.* 50. *Tauri, n.* 52. Molina *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 439. *n.* 2. *poſt princip.* Rebel. *de obligat. juſtitiæ, part.* 2. *lib.* 6. *q.* 10. *ſect.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 10. Fontanell. *de pactis nuptialib. clauſ.* 14. *gloſſ. unic. part.* 1. *n.* 78. Bocius *de dote, dict. cap.* 10. *tom.* 1. *n.* 20. Anton. Perez *ad tit. Cod. de dote cauta, & non numerat. n.* 2. Iranzo *de proteſtat. cap.* 16. *n.* 12. Anton. Faber, & Carpzovius *ubi proximè*, Oñate *de contractib. tom.* 2. *diſput.* 41. *n.* 25. Bonnacin. *in ſua Theolog. moral. tom.* 2. *tit. de contract. diſput.* 3. *q.* 11. *punct.* 2. *prim. præpoſit. n.* 5. Franciſc. de Angelis *dict. lib.* 1. *q.* 8. *limit.* 6. *n.* 108.

In Regno antiquata reperitur juris com- 11
munis diſpoſitio, & ſpetialitèr ſtabilitum habetur, quod maritus, qui ſpe futuræ nume-

ra-



rationis, confeſſus fuit dotem recepiſſe, poſſit intra quinquennium computandum à die matrimoni contracti, exceptionem non numeratæ dotis opponere, & proteſtare confeſsionem receptæ dotis, *for. ſi la muller* 14. *rubr. ſolut. matrim.* ibi: *Si donchs per aventura no haurà confeſſat lo marit, que hacha rebut la dot, ò el eixobar ſots eſperança, que li fos paga', el qual cas, el marit e fre cinch anys, que ſien cortats del temps del matrimoni contractat, ſe clam de la dot, ò del eixobar, que aquell no ſerà nombrat, ne pagat*, idem habetur, *in for. per lo fur* 15. *eod.* ibi: *E nadim en lo dit cas, que ſi la dot promeſa no ſerà demanada dins cinch anys comptadors, apres que les nupcies ſeràn celebrades, è lo marit apres de la confeſsiò per ell feta, no haurà carta, obligaciò, ò cautela alguna, per la qual ſe moſtre la dita dot no ſer pagada: que ſia la donchs hauda la dita dot per pagada.* Ita multoties reperitur à Senatu deciſum, & præcipuè ſententia per Alreus, *die* 11. *Januarii* 1633. inter Syndicum Conventus Virginis Mariæ de Remedio, & Michaëlem Martinum Diça. Similis conſtitutio opponendi exceptiones non numeratæ pecuniæ in contractibus, antiquo jure reperiebatur, *ut in leg.* 14. *in princip. Cod. de non numerat. pecun. Princip. tit. Inſtitut. de literar. obligat.* ibi: *Multum autem tempus in hac exceptione, antea quidem ex principalibus conſtitutionibus, uſque ad*
12 *quinquennium procedebat.* Elapſo autem quinquennio non poterit à marito, aut illius hærede proteſtari dos, neque opponi exceptio non numeratæ dotis, ſolum enim permittitur intra quinquennii tempus hoc fieri, & cenſetur prohibitum elapſo termino, *ut ex dicta authentic. quod locum*, probatur, & docent Covarrub. *dict. cap.* 7. *n.* 15. Menoch. *de præſumptionib. dict. lib.* 3. *præſumpt.* 12. *n.* 19. Maſcard. *de probat. concl.* 362. *n.* 8. Mantic. *dict. tit.* 20. *n.* 9. Anton. Faber *definit.* 2. 3. & 4. *lib.* 5. *tit.* 10. Fontanell. *dict. part.* 1. *n.* 61. & 81. Bocius *de dote, dict. cap.* 10. *n.* 21. Gratian. *deciſ.* 103. *n.* 18. Iranzo *dict. cap.* 16. *n.* 13. Et quod elapſo quinquennio opponi non poſsit exceptio non numerati dotis, judicavit Senatus, ſententia per Alreus, *die* 4. *Maii* 1613. inter Catharinam Lorta, & Martinum Navarro, & alia per Caſſes, *die* 27. *Junii* 1638. inter Joannem Manna, & Antonium Balleſter, & idem fuit deciſum in dicta ſententia, *diei* 11. *Januarii* 1633.

13 Limita duplici in caſu doctrinam ſupratraditam. Primò quando maritus fuerit minor, nam elapſo quinquennio poterit dotem proteſtare, & opponere exceptionem non numeratæ dotis, nam minori datur reſtitutio in integrum, non ſolum ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 4. 5. & 6. Caponi *tom.* 4. *diſceptat.* 251. *n.* 15. Sed ad opponendam exceptionem dotis non numeratæ, *authentic. quod locum, Cod. de dote cauta non numerat.* ibi: *Sed ſi decennium tranſcurrerit, omninò querella denegatur, permiſſa reſtitutione in integrum præfinita, & ſpecialiter ſi minor ætas interveniat.* Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 5. *tit.* 15. *verſ. hæc exceptio*, Barboſa *ad text. in dict. authentic. quod locum*, Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 10. *definit.* 10. Hermoſill. *in dict. leg.* 9. *gloſſ.* 6. *per tot.* Ayllon *in additt.* ad Gomez *tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 11. Secundò, ſi exceptio non numeratæ dotis à creditoribus mariti opponatur, nam cum certum ſit, poſſe creditores pro ſuo intereſſe
opponere exceptionem non numeratæ dotis, 14
marito competentem, etiam illo invito, & reluctante, Barboſ. *in leg.* 1. *ff. ſolut. matrim.* 6. *part. n.* 37. Ceſſar Manent. *conſ.* 124. *n.* 34. Gayto *de credito, cap.* 4. *quæſt.* 11. *n.* 1760. Salgad. *in labyrinth. part.* 1. *cap.* 40. *n.* 12. Acoſta *de privileg. creditor. ad regul.* 1. *in præfat. ſub n.* 98. & *n.* 94. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprud. lib.* 1. *diſcurſ.* 4. §. 1. *n.* 7. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28. *n.* 8. *cum ſequent.* Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *q.* 8. *limit.* 6. *n.* 109. & 110. Antonius Gobius *conſultat.* 94. *n.* 10. Si ignoraverint confeſsionem receptæ dotis à marito factam, poterunt elapſo quinquennio creditores iſti, op-
ponere exceptionem nõ numeratæ dotis, im- 15
plorato beneficio reſtitutionis in integrum, ex clauſula generali ſi qua mihi juſta cauſa, *l.* 1. *ff. ex quibus cauſ. majores*, notat ex Alexand. Socino, & aliis, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 43. Campegius *de dote, part.* 1. *quæſt.* 93. Cravet. *conſ.* 40. *n.* 6. Valaſc. *conſult.* 6. *n.* 5. Barboſa *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim. part.* 6. *n.* 45. & 46. Molin. *de juſtit. & jure, tom.* 2. *diſput.* 440. *n.* 4. Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 20. Bocius *de dote, dict. cap.* 10. *n.* 203. Andreas Rauchb. *part.* 2. *quæſt.* 30. *n.* 23. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 74. *n.* 10. & 11. Franciſc. de Angelis *ubi proxim.* Et in terminis fuit deciſum à Senatu, ſententia per Arbiſu, *die* 1. *Octobris* 1587. inter Franciſcum Moreno, & Gaſparem Huguet, & alios. Quòd non parum confirmatur,
ex regula cõmuniter inter DD. admiſſa, quod 16
adverſus confeſsionem de recepto, poteſt tertius perpetuo opponere, nec adſtringitur ad opponendum intra tempus à lege ſeu ſtatuto circunſcriptum, Maſcard. *de probationib. concl.* 310. *n.* 3. & *concluſ.* 361. *n.* 31. & 47. Anton. Gomez *variar. tom.* 1. *cap.* 12. *n.* 81. Azeved. *in l.* 1. *n.* 90. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat.* Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap. ultim.*

*ultim. n.* 5. Hermoſill. *ad dict. leg. 9. tit.* 1.
*part.*5.*gloſſ.*5.*ex n.*37. *tom.* 2. *fol.* 87. Caroc.
*de depoſito,* 1. *part. rubric. de depoſit. probat.*
*n.* 4. Salgad. *in labyrinth. credit. part.* 3.
*cap.* 13. *n.* 26.

Sed quid erit tenendum, quando maritus,
17 cui mille fuerunt in dotem promiſſa, confeſ-
ſus eſt accepiſſe nonaginta ad complemen-
tum totius dotis, apocha conſcripta in eiſdem
dotalibus inſtrumentis; videtur enim maritum
opponere non poſſe exceptionem non nume-
ratæ dotis, reſpectu totius quantitatis, ſed ſo-
lum illius partis confeſſatæ ſpe futuræ nume-
rationis; & poteſt probari ex eo, quod ſi ma-
ritus nulla interveniente numeratione, con-
fiteatur dotem recepiſſe (ut puta, quia à ter-
tio donantis debitore, mediante delegatio-
ne, aut ſine ea, acceptam tullit dotem) non
competit marito exceptio non numeratæ do-
tis, *leg. fruſtra 6. Cod. de non numerat. pecun.*
docet magiſtraliter unus pro multis Anton.
Faber *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 10. *de dote cauta non
numerat. definit.* 10. Facit etiam, quod con-
fitens recepiſſe aliquam partem ſummę debi-
18 tæ ad complementum, cenſetur ſolutus, & ſa-
tisfactus, ab integro de omni ſumma debita,
*l. cæterorum* 160. *ff. de verbor. ſignificat. l. bo-
ves* 89. *in fin. ff. eod. l. ex plurib.* ubi *gloſſ.* Ruin.
Angelus, Decius, & communiter DD. *ff. de ſo-
lutionib. leg.* 2. *Cod. de hæredib. inſtituend.* ubi
Caſtrenſ. *n.* 3. Jaſſon *in dict. leg.* 2. *n.* 6.
Corneus *conſ.* 33. *n.* 24. *lib.* 2. Alexand.
*conſ.* 116. *n.* 4. *volum.* 6. Bertazol. *dict. clauſ.*
54. *n.* 1. Beroyus *conſ.* 192. *n.* 6. & 7. *lib.*
1. Guido Pap. *quæſt.* 177. Rota Genuenſ. *de-
ciſ.* 60. *n.* 6. Eſcobar *de ratiociniis, cap.*
37. *n.* 3. Gratian. *diſcept.* 581. *n.* 1. &
*diſcept.* 2. & 3. & *diſcept.* 570. *n.* 33. Mau-
rus *de ſolutionib. cap.* 16. *n.* 1. Cancer *variar.
part.* 2. *cap.* 6. *de ſolutionib. n.* 5. & 6. Car-
dinal. Thuſc. *lit. R. concluſ.* 255. Coſta *de clau-
ſul. part.* 2. *clauſ.* 54. *per tot.* Barboſ. *clauſ.* 108.
*per tot.* Fontanell. *de pact. tom.* 2. *clauſ.* 14. *gloſſ.
unic. part.* 1. *n.* 33. Leotard. *de uſuris, quæſt.*
93. *n.* 41. & 42. Rota, apud Michalor *poſt
tractat. de duobus fratribus, deciſ.* 46. *n.* 11.
& 12. Gutierr. *de jurament. confirmat. par.* 2.
*cap.* 6. *n.* 3. Seraphin. *deciſ.* 617. *n.* 13. &
*deciſ.* 1130. *n.* 3. Cyriac. *controverſ.* 523. Peña
*deciſ.* 811. *n.* 5. Otthobon. *deciſ.* 201. *n.* 21.
Caſtejon *in alphabet. verbo ſolutio, n.* 19.
Rota coram Bich. *deciſ.* 273. *n.* 5. & coram
Peutinger. *deciſ.* 489. *n.* 3. Franciſc. de An-
gelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 16.
*cum ſequentib.* Carol. Antonin. de Luca *in prax.
civil. cap.* 38. *n.* 12. Et ita reperitur à Se-
natu deciſum ſententia per Alreus, *die* 24. *De-
cembris* 1680. inter Fabianum Solana, &
Eſperantiam Beneta, & alia per eundem *die*
11. *Octobris* 1619. inter Franciſcum Llorens
certo curatorio nomine, & Catharinam Pi-
les. Quòd videtur intelligi non poſſe, niſi
reſpectu creditoris confitentis, & debitoris
in cujus favorem facta fuit confeſsio, non au-
tem reſpectu tertii, ut docet Gratian. *dict.
diſcept.* 570. *n.* 33. Franciſc. de Angelis *de con-
feſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *n.* 145. Unde
ſi tertius, aut fidejuſſor partem ſolverit pro
complemento, & in illius favorem apocha
fuerit facta de receptione partis ad comple-
mentum totius debiti, non debet intelligi il-
lum cæteras ſolviſſe partes, imò præſumi,
quod principalis debitor ſolutas illas habe-
bat, Gratian. *diſcept.* 570. *n.* 33. Camil. La
Rata *conſ.* 65. *per tot.* Fontanell. *de pact. nupti.
clauſ.* 14. *gloſſ. unic. part.* 1. *n.* 35. Amato
*reſolut.* 97. *n.* 9. & 10. Rota *deciſ.* 297. *n.* 7.
*partit.* 10. Antonius Govius *conſultat.* 74.
*n.* 29.

Sed ſemper judico tenendum, quod pote- 19
rit opponi exceptio non numeratæ dotis in
ſupradicto caſu, non ſolum pro quantitate
partis in apocha confeſſatæ, ſed etiam pro re-
ſiduo, nam non habet majorem vim, & effi-
caciam confeſsio de reſiduo, quàm confeſsio
de omni quantitate, imò hujuſmodi confeſ-
ſiones parificantur in jure, Fontanel. *ubi prox.
n.* 34. Ergo ſi contra confeſsionem ab in-
tegro factam de recepta dote, opponi poteſt
exceptio, pariter poterit opponi contra con-
feſsionem ad integro factam, per medium
partis confeſſatæ ad complementum Quòd
ſatis confirmatur ex eo, quòd licet hæc con-
feſsio non ſit numerationis, niſi quoad no-
naginta; quoad reliquam ſummam eſt con-
feſsio de præterito, nam maritus confitetur
acceptam habere omnem quantitatem, &
contra confeſsionem de præterito, opponi
poteſt exceptio non numeratæ dotis, Anton.
Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 4. Coſta *in
dict. leg. ſi ex cautione, n.* 10. Scacc. *de comer-
tiis,* §. 2. *gloſſ.* 8. *n.* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 18.
*tit.* 6. *n.* 7. Trentacinc. *variar. lib.* 3. *tit. de
ſolutionib. reſolut.* 20. *n.* 17. Hermoſill. *in
dict. leg.* 9. *tit.* 1. *part.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 39. Ayllon. *in
addit.* ad Gomezium *tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 5. Fa-
cit etiam illud, quòd pluries diximus, videli-
cet, quòd maritus eadem facilitate, qua futu-
ræ numerationis ſpe inducitur ad confiten-
dum receptionem totius ſummæ dotalis, in-
duceretur ad confitendum recepiſſe partem
pro complemento, & excluſus remaneret à
legis beneficio contra regulam text. *in leg.* 2.
*Cod. ad S.C.V. cum vulgat.* præmaximè cum
DD. communiter teneant, quòd ſi in con-
feſsione adjiciantur quęlibet verba receptio-
nem denotantia, nunquam exceptio denega-
tur, cum omne cenſeatur adjectum ſpe futu-
ræ numerationis, Fachin. *lib.* 2. *controverſiar.
cap.* 84. Scacc. *ubi ſupra n.* 5. Hermoſill.
*ubi*



*ubi proxim. num.* 60. Ayllon. *dict. num.* 5. Ne-
que obſtant pro contraria adducta, nam li-
cet clauſula illa pro reſiduo in apocha poſita,
importet integram quantitatis ſolutionem, &
confeſsio de numeratione totius quantitatis,
non videatur; tamen certius eſt, eſſe confeſ-
ſionem numerationis totius ſummæ, nam qui
dicit numerata ſibi fuiſſe nonaginta ad com-
plementum totius mille, ſupponit reliquam
ſummam numeratam eſſe, & per conſequens
confitetur numerationem totius quantitatis,
ex regula, quod qui conſequens confitetur, &
antecedens confiteri videtur, *leg. ad rem mobi-
lem, leg. ad legatum, ff. de procuratorib. leg. illud,
ff. de adquirend. rerum domin.* Benè verum eſt,
quod procedent ſupradicta ſolum quando
confeſsio iſta facta fuit eadem die, qua dos
conſtituta reperitur, ſecùs erit ſi ex interval-
lo, aut aliquo tempore elapſo, poſt promiſ-
ſam, & conſtitutam dotem reperiatur facta,
nam tunc ſive confiteatur omnem dotem ſo-
lutam fuiſſe, vel partem ad complementum
totius dotis, non cenſebitur confeſsio facta
ſpe futuræ numerationis, & per conſequens
non poterit opponi exceptio non numeratæ
dotis, *leg. in contractib.* §. *ſed quoniam, Cod. de
non numerat. pecun.* ibi: *Illis etiam ſecuritati-
bus, quæ poſt confectionem inſtrumentorum de
ſoluta dote, vel ex parte, vel in ſolidum ex po-
nuntur, nullam non numeratæ pecuniæ excep-
tionem pœnitus opponi.* Novel. *de dote, part.* 10.
*num.* 18. Covarrub. *dict. cap.* 7. *num.* 5. Anton.
Gomez *ad l.* 50. *Tauri, num.* 52. Barboſ. *in l.* 1.
*ff. ſolut. matrim. part.* 6. *num.* 32. Molfeſ. *ad con-
ſuetud. Neapolit. part.* 6. *quæſt.* 9. *num.* 14. &
15. Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 10. *de-
finit.* 3. 9. & 10. Cancer *variar. tom.* 1. *cap.* 9.
*num.* 53. Magon. *deciſ.* 68. *num.* 10. Hodier-
na ad Surdum *deciſ.* 55. *num.* 1. Mareſcot. *var.
lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Theſaurus *deciſ.* 112.
Fachin. *controverſiar. lib.* 8. *cap.* 81. & 87. Bo-
rel. *in ſumma deciſion. tom.* 2. *tit.* 3. *num.* 215.
& 216. Bocius *de dote, dict. cap.* 10. *num.* 141.
Gratian. *deciſ.* 103. Fontanel. *de pactis nup-
tialib. clauſ.* 14. *gloſſ. unic. part.* 1. *num.* 31.
*cum ſequent.* Mancin. *de jurament. tit.* 20. *num.*
11. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1.
*quæſt.* 8. *limit.* 6. *num.* 104. Sed licet exceptio
non numeratæ dotis, hoc in caſu opponi non
poſsit intra quinquennium, poterit opponi
exceptio non numeratæ pecuniæ contra apo-
cham intra triginta dies, ut dixit Senatus ſen-
tencia per Daça, *die* 20. *Junii* 1636. inter
Vincentium Hiermeda, & Michäelem Co-
nejos, de quibus dixi *num.* 4.

20 Illa quæ docuimus de confeſsione partis
ad complementum, intellige, quando ip-
ſe dominus, aut illius procurator habens ſpe-
tialiſsimum mandatum ad accepiſſe confiten-
dum ad complementum, fecerit confeſsio-
nem partis ad complementum, tunc enim
cenſebitur ſoluta omnis ſumma, ut diximus:
aliter erit ſi confeſsio illa fuerit facta per pro-
curatorem ad habendum, etiam ſi mandatum
ſpeciale habeat, ad habuiſſe confitendum,
nam ſi ſpecialiſsimum mandatum non habue-
rit ad quietandum, & ad accepiſſe confiten-
dum ad complementum, etſi confiteatur re-
ceptionem partis pro complemento totius
ſummæ debitæ, non probabitur ſoluta alia
ſumma, quam illa, quam confeſſus fuit ac-
cepiſſe realiter numerando; ſed non quam
pro complemento. Primò, quia confiteri re-
cepiſſe partem ad complementum, eſt libe-
rare debitorem in alia parte, & has libera-
tiones nequit facere procurator ad habēdum, 21
abſque ſpecialiſsimo mandato, *l. non abſtulit,*
4. *Cod. de donationib.* ibi: *Neque in eo quod
non ſolvebatur, eos liberare potuerit, leg. per pro-
curatorem* 3. *ff. de acceptilat. leg. per jus juran-
dum,* §. *tutor, ff. eod.* Paz *in prax. adnotat.* 4.
*num.* 16. Molina *de juſtit. & jure, tom.* 2. *diſ-
put.* 563. *in fin.* Cardoſius *in prax. verb. pro-
curator. num.* 43. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 19.
*num.* 39. & *cap.* 23. *n.* 57. Curia Philip. *part.* 1.
§. 10. *n.* 24. Seſsè *tom.* 1. *deciſ.* 81. *n.* 1.
Bayo *in prax. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 12. Rota *de-
ciſ.* 696. *n.* 4. *part.* 2. *recentiſsimar.* Urceol. *de
tranſactionib. quæſt.* 12. *n.* 20. Gallerat. *de
renunciat. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 97. Tri-
ſtany *deciſ.* 8. *n.* 9. Secundò, quia ut dixi-
mus, qui confitetur recepiſſe ad complemen-
tum, remittere videtur illam partem non nu- 22
meratam, neque receptam, & qui remittit,
donat, nam remittere eſt donare, Barboſ.
*clauſ.* 35. *n.* 33. Maſſeratenſ. *variar. lib.* 3.
*reſolut.* 1. *num.* 48. Carpio *de executorib. lib.*
3. *cap.* 3. *n.* 55. & 56. Et procurator habens
ſpeciale mandatum ad habendum, aut cum 23
libera, vel ad accepiſſe confitendum, aut
quodlibet aliud, donare non poterit, niſi
ſpecialiſsimum mandatum habeat ad donan-
dum, *leg. contra juris* 29. §. *final. ff. de pactis,
leg. filius famil.* 7. *de donationib. leg.* 1. *verſ. de-
nique, ff. de offic. procuratoris Cæſar. leg. credi-
tor* 60. §. *Lucius, ff. mandati, leg.* 3. §. *plenè, ff.
quod vi aut clam. gloſſ. in leg. procurator* 58. *ff. de
procuratorib.* Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.*
101. *n.* 20. Cyriac. *controverſiar.* 320. *n.* 4.
Gregor. XV. *deciſ.* 311. *n.* 4. Cencius *poſt
tractat. de cenſib. deciſ.* 223. *n.* 4. & *deciſ.*
45. *n.* 12. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.*
12. *n.* 29. & 30. Gallerat. *de renuntiation.
tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. Honded. *conſ.* 46. *n.*
84. *lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 699. *n.* 10. Va-
leron. *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 5. *num.*
38. Olea *de ceſsione jurium, tit.* 2. *quæſt.* 6.
*num.* 24. Caſtejon *in alphabet. verbo procura-
tor, n.* 8. Et quod ad donandum requiratur
ſpecialiſsimum mandatum judicavit Senatus
ſen-

ſententia per Alreus, *die* 24. *Decembris* 1614. inter Doctorem Barberà,& Petrum Paſqual; & quod non ſufficiat mandatum cum libera, ut procurator poſsit donare,declaravit etiam Senatus, ſententia publicata, *die* 10. *Novembris* 1672. inter Don Petrum Ruiz de Liori, & Clerum Sancti Andreæ urbis. Tertiò, quia habens ſpeciale mandatum ad exigendum, nequit præjudicare domino, etiam ſi habeat mandatum ad accepiſſe confitendum, Jaſſon *in leg.* 2. §.*final. num.* 23.*ff. ſi certum petatur, gloſſ. in leg. proinde* 25. §. 1.*ff. ad leg. aquiliam*, Ruin. *conſ.* 53. *num.* 17. *volum.* 2. Cardinal. Tuſch. *pract. verbo procurator, concluſ.* 847.*n.* 1.Maſcard. *de probat. concluſ.*369. *num.*6. *cum ſequentib.* Cyriac. *controverſ.* 122.*num.* 1. Et
24 eſto habeat ſpeciale mandatum ad omnia ſupradicta,non poteſt quietationem facere procurator abſque ſpecialiſsimo mandato , Roman. *conſ.* 352. *num.* 3. Paul. de Caſtro *conſ.* 219. *part.*2. *num.*1. Cardinal. Tuſch. *ubi proximè, num.* 7. Ergo cum confeſsio partis ad complementum , ſit veluti quædam quietatio de parte non accepta , debet procurator habere ſpecialiſsimum mandatum ad confeſsionem faciendam ad complementum , ſicutis ad quietandum,etſi ſolum habeat mandatum ad habendum , & ad habuiſſe confitendum , non poterit facere confeſsionem parti quantitatis debitæ pro complemento totius ſummæ , neque per talem confeſsionem probabitur ſoluta omnis ſumma,ut ſapientiſſimè fuit à noſtro Senatu deciſum, Referente Doctiſsimo Senatore Franciſco Ortin , & Luqui R. C. D. ſententia publicata per Ferrera, *die* 14. *Auguſti* 1686. in favorem Nicandri Daſio , & Boil Generoſi , & litis conſortium , contra Egregium Comitem de la Alcudia.

25 Demum licet ad proteſtationis eſſentiam ſcriptura non requiratur, quia non ſolum in ſcriptis, ſed abſque ſcriptura proteſtatio poteſt emitti, *l. final, Cod. de negotiis geſtis*, Fermoſin. *in cap. final. de appellationib. quæſt.* 2. *num.* 28. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 6. *num.* 1. *cum ſequentib.* In noſtra praxi non proteſta-
tur dos , neque ſolet opponi exceptio non 26
numeratæ dotis , niſi in ſcriptis , & ſcriptura propoſita coram Judice ordinario,quod non videtur extra juris rationem,ut colligitur, *ex novella* 100. *de tempore non ſolutæ pecun. ſuper dote, cap.* 1. §.*ſi autem*, ibi : *Sed oportet conteſtationem in litteris eſſe. Si autem etiam in judicio eam aliqui fortè facere voluerint*.Bocius *de dote, cap.* 10. §. 4. *num.* 20. *in fin.* Arnold. Vinius *in princip. tit. inſtitut. de literarum obligat. num.* 4. Anton. Perez *ad tit. Cod. de non numerat. pecun. num.* 12. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 16. *num.* 12. Et confirmatur , quia hæc dotis proteſtatio in locum exceptionis non numeratæ dotis ſucceſsit , qua de cauſa debet fieri, prout in noſtra praxi fit, & proponi coram judice ſcriptura oblata , Joann. Crot. *in l. non ſolum*, §. *morte, ff. de novi oper. nunciat. num.* 143. & 144. Roger. *de proteſtat.* §. 4. *principaliter, num.* 17. Iranzo *dict. cap.* 6. *num.* 10.

El que deſea proteſtar el dote, que no re- 27
„cibiò, deve comparecer ante el Juez ordi„nario, y poner una eſcritura , narrando el „hecho de la conſtitucion dotal , y como „confeſsò ſpe futuræ numerationis aver re„cibido el dote,y que en la realidad no le ha „recibido, y concluìr diziendo,que proteſta „la confeſsion , y apoca , y que ſe le admi„ta el proteſto , la qual eſcritura proveìda „por el Juez ſe notifica à quien conſtituyò „el dote, y à la muger , y ſe regiſtra en las „manos de la Corte todo , y la eſcritura „deve ponerſe en eſta forma.

F. T. Propoſant com millor pot, diu, que al temps,y quant contractà matrimoni ab F. T. ab cartes nupcials, rebudes per Lluis Campos Notari, en 2. de Agoſt 1687. li conſtituhì en dot 3000. lliur.ſ.moneda reals de Valencia, les quals ab la eſperança que les hi avien de entregar , confeſsà haver hagut , y rebut lo propoſant en la apoca que es troba continuada al peu de dites cartes, fermada en lo mateix dia,y al temps que es feu la conſtituciò dotal:è com al dit propoſant no ſe li haja entregat la ſobredita cantitat dotal, que confeſsà haver hagut, y rebut,ſobre haver fet diferents diligencies pera que ſe li entregas ab F.T.que es la perſona que li conſtituhì dit dot. Y ſia juſt que lo propoſant ab dita confeſsiò, no quede gravat per temps algu , la qual confeſsiò ſegons furs del preſent Regne , pot proteſtar dins cinch anys.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. diu, que proteſta la ſobredita apoca,y confeſsiò que feu al peu de dites cartes de haver hagut, y rebut dites 3000.lliur.ſ. y tota la conſtituciò dotal , oppoſant com oppoſa la excepciò non numeratæ dotis , pera que en ningun temps ſe puga entendre , que lo Propoſant haguè , y rebè dita cantitat ; y requir dita proteſtaciò , y excepciò dotis non numeratæ li ſia admeſa , pera que in omni-





bus , & per omnia li queden ſempre ſos drets ſalvos , è illeſos. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 16. *Decembris* 1687.
*Admiſſa proteſtatione in quantum intimetur iis quorum intereſt.*
F. T. Aſſeſſor.

## CAPUT IX.

## *DE PROTESTATIONE confeſsionis mutui , & depoſiti , ſive de exceptione non numerati mutui , aut depoſiti.*

### SUMMARIUM.

1 *COnfitens aliquid , infringere ſuam confeſsionem nequit.*
2 *Mutuatæ pecuniæ receptionis confeſsio, poteſt de jure intra biennium proteſtari.*
3 *Confeſsio mutui accepti poſt biennium non proteſtatur.*
4 *Contrarium tenent aliqui de æquitate Canonica.*
5 *Proteſtari poteſt in Regno inſtrumentum mutui , & confeſsio illius ſolum intra annum.*
6 *Minor , Eccleſia, vel fruens privilegio minoris , poterunt elapſo anno hæc inſtrumenta proteſtare.*
7 *Proteſtatio intra annum nequit fieri in cæteris contractibus, & an confeſsio debiti ſine cauſa valeat.*
8 *Proteſtatio non poteſt emitti intra annum in contractu depoſiti , quod intellige de regulari, & ratio quare,* 9.
10 *Proteſtatio poteſt emitti , intra annum in confeſsione depoſiti irregularis , ſicuti in mutuo.*
11 *Depoſitum irregulare, nihil aliud eſt,quam mutuum.*
12 *Inſtrumenta depoſiti in Regno , & noſtra praxi proteſtantur intra annum.*
13 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in depoſito,aut mutuo,poteſt etiam opponi à fidejuſſore , aut mandatore.*
14 *Exceptio non numerati mutui, poteſt opponi in eodem judicio executionis ſuſcitato virtute inſtrumenti , & impeditur exequutio.*
15 *Amplia etiam ſi adſit ſtatutum prohibens opponere exceptiones in judico exequutivo.*
16 *Exceptio non numeratæ pecuniæ contra inſtrumentum, mutui , an debeat in ſcriptis proponi.*
17 *Praxis,& libellus ad proteſtandum inſtrumentum mutui,vel depoſiti.*

REgularitèr ille qui aliquid confitetur, 1
non poteſt infringere ſuam confeſſionem , neque contra illam venire, *l. generaliter* 3.*Cod. de non numerat. pecun. cap. per tuas, de probat.* Neguz. *in ſylva reſponſor. q.* 185.*n.*12. Zacchias *de obligat. cameral. q.*2. *n.* 10. Franciſc. de Angelis *de confeſsion. lib.*1.*q.* 7. *effect.* 4. *n.* 7. Sed quia illi , qui mutuam accipiunt pecuniam, & illa indigent , facillimè ſpe futuræ numerationis confitentur pecuniam mutuatam accepiſſe , quæ poſtea eis non traditur,*l.*7.*C. de non numerat. pecun. Princip. tit. inſtitut. de literar. obligat.* ſtatutum eſt, quod accipientes mutuum, & confitentes ex illa cauſa quantitatem mutuatam accepiſſe, poſsint , opponere exceptionem non nume-
ratæ pecuniæ , adverſus confeſsionem iſtam 2
intra biennium , & confeſsionem mutui accepti proteſtare,*l.*3.*l.*7.*C. de non numerat. pecun. l. ſi præſens, C. de Epiſcopal. audientia, l. ultim. Cod. in quibus cauſis in integrum reſtitut.* &*c. l. ſi non ſinguli, Cod. ſi certum petatur, l. in contractib. in princip. Cod. de non numerat. pecun. princip. tit. inſtitut. de literarum obligat. l.*9. *tit.*1.*partit.*5. Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. *cum ſeqq.* Dueñas *regul.* 260. Acoſta *in l. ſi ex cautione, in cap. ſecundum habet*, Joann. Marinis Acoſta *in addit. ad tractat. libellor. adnotat.* 10. *n.* 8. Caldas Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 22. *n.* 23. Chriſtophor. de Paz *in ſchol. ad ll. ſtylli, l.* 184. Suarez *in l. poſt rem judicatam, in declaratione, l. Regni*, §. *ſed pro evidentia* , *n.* 26. Morlà *in juris empor. tit.* 8. *de rebus credit. in princip. n.* 54. Gutierr. *de jurament. confirmatorio, part.* 1. *cap.* 37. Cardinal. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 418. Molina *de juſtit. & jure, tom.*2. *diſput.* 302. *per tot.* Martha *de juriſdict. part.*4. *cent.*2. *caſu* 161. *n.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 18. *tit.* 2.

Scacc. *de comertiis*, §.2. *gloſſ.*8. *n.* 13. Barboſ. *ad text. in d.l. in contract. C. de non numerat. pecun. n.*5. Gratian. *diſcept.* 497. *n.*24. *cum ſeqq.* Pichard. *ad rubr. tit. inſtitut. de literarum obligation.* Hermoſill. *ad l.*9. *tit.*1. *part.*5. *gloſſ.*2. & 7. Aylion *in addit.* ad Gomezium *tom.*2. *cap.*6. *n.*3. & 4. Larrea *deciſ.* 14. *n.* 17. Vela *diſſerta.* 25. *n.* 17. Coller. *de proceſsib. executivis, part.*1. *cap.*10. *n.*207. Iranzo *in praxi proteſtat. cap.* 16. *n.*6. Antonel. *de tempore legal. lib.*2. *cap.* 45. *n.* 14. & 15. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.*1. *conſtitut.* 32. *defin.*66. & 68. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *q.* 7. *effect.* 1. *n.* 14. & 15. & *q.* 8. *limitat.* 6. *n.* 151. Manzin. *de confeſ. cap.*2. *n.*46. Carol. Anton. de Luca *in prax. civil. cap.*26. *n.*13.

3 Elapſo autem biennio non poteſt opponi exceptio iſta contra mutui confeſsionem, neque proteſtari poteſt confeſsio mutui accepti, *l. ſi intra, l. aſſecuratio, Cod. de non numerat. pecun. l. in contractib. C. de nō numerat. pecun.* ibi: *Quod elapſo biennio, exceptio, & quærella non numeratæ pecuniæ, nullo modo objici, vel introduci poſsit, l. ſi non ſinguli, C. ſi certum petatur,* ibi: *Si pecunia non ſit numerata, exceptionem non numeratæ pecuniæ, poſt biennium non poſſe opponi. Princip. tit. inſtitut. de literarum obligat.* Bald. *in l. cum quis, n.*22. *de juris, & facti ignorantia*, Emmanuel Acoſta *ubi proximè, fallenſ. ultim.* Riminald. *conſ.*272. *n.*10. Duaren. *ad tit. de non numerat. pecun. cap.*4. *col.*2. Mantic. *de tacit. lib.*18. *tit.*2. *per tot.* Hermoſill. *ubi ſupra, gloſſ.*5. *ex n.*1. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. d. part.*1. *conſtitut.* 32. *definit.*66. *n.*2.

4 Licet nō deſint, qui defendant poſſe de æquitate canonica habere locū hanc exceptionē, etiam ſi poſt biennium opponatur, Maranta *de ordine juditiorum, part.*6. *membr.*9. *ſub n.*35. Fachin. *controverſ. lib.*2. *cap.*8. Trentacinc. *variar. lib.*3. *tit. de ſolutionib. reſolut.* 20. *n.*33. Martha *de juriſdict. part.*4. *caſu* 161. *n.*14. quorum oppinio mihi diſplicet, niſi admittatur, modo debitor aſſumat onus probandi non fuiſſe numeratam pecuniam, nam tunc audiri poterit, Menoch. *conſ.*47. *n.*9. & *de præſumptionib. lib.*3. *præſumpt.* 145. *n.*13. Tepat. *variar. ſententiar. tom.*1. *lib.*158. *cap.*8. *in princ.* Barboſ. *in l.*1. *ff. ſolut. matrim.*6. *part. n.* 36. Mantic. *de tacit. lib.* 18. *tit.*2. Gratian. *deciſ.* 164. *n.* 9. Oſvald. ad Donel. *lib.* 14. *comm. cap.* 38. Scacc. *de comertiis*, §. 2. *gloſſ.* 8. *n.* 2. Barboſ. *ad text. in d.l. in contract. n.*8. Pichard. *in princip. tit. inſtitut. de literarum obligat. n.* 12. 14. & 15. Hermoſill. *ubi proxim.* Aylion *in additionib.* ad Gomezium *d. cap.*6. *tom.*2. *n.*8.

5 Hæc quæ de jure ſtabilita ſunt habemus etiam in Regno conſtituta, ſed cum hac particulari modificatione, quod eſto de jure exceptio iſta intra biennium poſſet opponi, in noſtro Regno ſolum opponi poteſt intra annum, *for. ſi lo deutor* 2. *rubr. daver que ſerà promes de preſtar, foleo* 102. ibi: *Que ſi dins un any aquell no el demanarà pus ſia de edat, è nos clamarà à la Cort que li faſſa pagar ço que li haurà promès de preſtar, que el any paſſat, que ſegueixca bom la carta.* Et quod intra annum poſsit, & debeat proteſtari mutui inſtrumentum, judicavit Senatus referente Sapientiſsimo Senatore Iſidoro Aparicio Gilart R.C.D. nunc Evecto ad Dignitatis Culmen Senatoris S.S.A.C. ſententia per Saboya, *die* 12. *Octobris* 1678. inter Rochum del Hom, & Felicem Palau, actuario Seſsè.

6 Limita reſolutionem ſupra traditam in minore, civitate, vel univerſitate, aut in quolibet alio minoris privilegio fruente, nam cum illi potiantur benefitio reſtitutionis in integrum, poterunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ cōtra confeſsionem mutui elapſo biennio de jure, & in Regno elapſo anno, *authentic. quod locum, C. de dote cauta non numerat. l. ultim. C. in quibus cauſis reſtitutio in integrum, dict. for.* 2. *rubr. daver que ſerà promès de preſtar*, ibi: *Que ſi dins un any aquell no el demanarà pus ſia de edat.* Mozzius *de contractib. tit. de mutuo, cap. de perſonis quæ poſsint, n.*18. Bald. & Alberic. *in d. l. ultim.* Menoch. *conſ.* 47. *n.*11. Oſvald. ad Donel. *lib.*14. *comment. cap.* 38. *lit. A.* Bertazold. *clauſ.*32. *gloſſ.* 4. *n.* 5. Caldas Pereir. *in l. ſi curatorem, verb. ſua facilitate, n.* 94. Mantic. *d. lib.* 18. *tit.* 2. *n.* 32. Fachin. *controverſiar. lib.*2. *cap.*7. Cardin. Thuſc. *pract. lit. E. concluſ.* 418. *n.*15. Trentacinc. *variar. dict. tit. de ſolutionib. reſolut.*20. *n.* 36. Marius Muta *deciſ.* 71. *n.* 7. Barboſ. *ad text. in d.l. in contractib. C. de non numerat. pecun. n.* 17. Hermoſill. *in d. l.* 9. *gloſſ.* 6. *per tot.* Antonel. *de tempor. legal. lib.*2. *cap.*45. *n.*6. Caponi *tom.*4. *diſcept.*251. *n.*15.

7 Sed dubitari poterit an ſicuti opponi poteſt contra confeſsionem ex cauſa mutui factam, exceptio iſta non numeratæ pecuniæ intra annum in Regno, & intra biennium de jure, poſsit opponi ſi facta reperiatur in inſtrumēto depoſiti: Videtur enim ſolum in cōtractu mutui hæc locum habere poſſe. Primo, quia in reliquis contractibus, præter mutuum non habet locum hæc exceptio biennalis, *d. l. in contractib.* §. 1. & 2. *C. de non numerat. pecun.* Zanger. *de exceptionib. part.* 3. *cap.*24. *n.* 35. Antonel. *de tempore legal. lib.*2. *cap.*45. *n.* 15. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.*1. *conſtitut.* 32. *n.* 3. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *q.* 7. *effect.* 1. *n.* 17. & *q.* 8. *limit.* 6. *n.* 149. imo debitor ex quacumque cauſa ſe obligans, aut confitens numerationem, cogitur ſtare ſuæ confeſsioni, aut promiſsioni cum cauſa factæ, *l. generaliter* 13. *Cod. de non numerat. pecun.* Zachias *de obligat. cameral. quæſt.* 2. *num.*10. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.*1. *quæſt.*7. *effect.* 4. *n.* 7. dixi cum cauſa, nam confeſsio debiti facta ſine cauſa in ſcriptis, aut ſine ſcriptis, tanquā indiſcreta, utroq; jure nulla, & pœnitus inefficax eſt, *l. cum de indebito* 25. §. 1. & *fin. ff. de probat. l.*2. §. *circa, ff. de doli except. l.*1. §. *ſine cauſa, ff. de policitationib. l. nuda* 26. *ff. de donationib. l. nunquam nuda, ff. de adquirend. rerum domin. leg. qui pecuniam* 30. *ff. de rebus credit. cap. ſi cautio* 14. *de fide inſtrument.* Anton. Gomez *lib.*2. *variar. cap.*11. *n.*3. Cancer *variar. part.*2. *cap.*8. *n.*99. Donel. *lib.*25. *commentar. cap.*3. Anton. Faber *lib.* 18. *conjecturar. cap.*1. *in fin.* & *cap.* 20. Pichard. *in* §. 1. *num.* 7. *inſtitut. de verbor. obligat.* Jo. Mar. Novar. *de privileg. miſerabil. perſonar. privil.* 111. *num.*6. Mendoza *de pact. cap.*4. *num.*45. Marinis *lib.*1. *reſolut. cap.*63. Don Joſeph de Retes *lib.*8. *opuſculor. cap.*22. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap. ſi cautio, de fide inſtrum. num.* 3. *cum ſequent.* Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.*1. *quæſt.* 7. *effect.* 2. *per tot.* Et declaravit Senatus confeſsionem debiti ſine cauſa, & indiſcretè factam non producere obligationem, ſententia publicata *die* 15. *Februarii* 1669. Intellige doctrinam à nobis traditam caſu in quo confeſsio, & obligatio facta fuerit abſque receptione aliqua pecuniæ, aut numeratione, nam ſi in contractu fieret apocha, & in illa confeſſus fuerit contrahens ſpe futuræ numerationis pecuniam recepiſſe, poterit contra apocham iſtam, & confeſsionem opponi exceptio non numeratæ pecuniæ intra triginta dies, *dict. leg. in contractib.* 14. §. *ſuper cæteris, Cod. de non numerat. pecun. ut jam diximus, cap.*7. *num.*2. Et quod non poſſit niſi modo ſupradicto exceptio iſta opponi, & in forma ſupratradita, docent Anton. Gomez *variar. tom.*2. *cap.*6. *num.*5. Dueñas *regul.* 260. *limit.*5. Rebuf. *tom.*1. *ad ll. Gallic. tract. de chyrographis, aut ſcedulis, artic.* 2. *ex num.* 54. Marcard. *concluſ.* 361. *num.* 15. Trentacinc. *variar. dict. tit. de ſolutionib. reſolut.*20. *num.* 20. Afflict. *deciſ.*205. Cardinal. Thuſc. *lit. E. concluſ.* 419. *n.* 1. Mantica *dict. lib.* 18. *tit.*6. *num.*42. Molina *de juſtit. & jure, tom.*2. *diſput.* 302. *n.*2. Scacc. *de comertiis*, §.2. *gloſſ.* 8. *ſub num.*2. Barboſ. *ad text. in dict. l. in contractib. num.* 26. *Cod. de non numerat. pecun.* Cevall. *quæſt.* 38. *num.*6. Faber *in ſuo Cod. tit. de non numerat. pecun. lib.*4. *definit.* 1. 5. & 7. Fontanell. *de pact. nuptiaub. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.*2. *num.* 19. Hermoſilla *in dict. l.*9. *tit.* 1. *partita* 5. *gloſſ.* 1. *num.*7. *cum ſequent.* Ayllon *in addit.* ad Gomez. *dict. cap.* 6. *tom.* 2. *num.* 6. 7. & 8. Larrea *deciſ.* 14. *num.* 7.

8 Secundò probatur ex textu ſatis aperto, *in dict. l. in contractibus*, §. 1. *Cod. de non numerat. pecun.* ibi: *Ideoque ſanccimus, inſtrumento quidem depoſitionis, certarum rerum, vel certæ pecuniæ, ſecuritatibus quæ publicarum functionum, ſive inſolidum, ſive ex parte ſoluta eſſe conſcribantur, illis etiam ſecuritatibus, quæ poſt confectionem dotalium inſtrumentorum, de ſoluta dote ex parte, vel inſolidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ pœnitus opponi.* Et quod exceptio iſta annalis, ſeu biennalis, quæ contra mutui confeſsionem opponi poteſt, non habeat locum in depoſito, & illius confeſsione, docent Roland. à Valle, *tom.*1. *conſ.* 17. *num.* 7. Tiraquel. *de retract. conventional.* §. 4. *gloſſ.* 6. *n.* 8. & 15. Coſta *in dict. l. ſi ex caution. fallenſ.* 2. *num.*4. Morla *in juris empor. tit.*8. *part.*1. *n.*54. Dueñas *regul.* 260. *limit.* 5. Suar. *tom.*1. *commun. oppinion. lib.*1. *tit.*21. *num.*1. *pag.*596. Molin. *de juſtit. & jure, tom.* 2. *diſput.* 560. *num.*10. Barboſ. *in l. divortio* 8. §. *donationes, n.* 14. *in princip. ff. ſolut. matrim.* Carocius *de depoſito, part.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 19. Fachin. *controverſ. lib.* 2. *cap.* 93. *verſ. præterea.* Cancer *variar. part.*3. *cap.*8. *de depoſito, n.*46. Trentacinc. *variar. dict. tit. de ſolutionib. reſolut.*20. *num.*25. Mantic. *de tacit. dict. lib.*18. *tit.*6. *n.* 42. Barboſ. *ad text. in d. l. in contractib. num.*25. Donel. *lib.* 14. *commentarior. cap.* 37. & ibi Oſvald. *lit. l.* Larrea *tom.*1. *deciſ.*14. *n.*8. Ayllon *ubi ſupra, n.* 6. Cuenca *in ſchol. comand. clauſ.* 11. *num.* 7. & *clauſ.* 12. *num.* 13.

9 Quæ omnia veriſsima ſunt, quando depoſitum eſt regulare, & de illo loquuntur textus, *in d. l. in contractib.* & DD. ſupra adducti, cum enim depoſitum regulare, fiat tantum deponentis gratia, *l.*1. *cum vulgat. ff. depoſiti*, & depoſitarius nullum ex re depoſita commodū conſequatur, nam illam ſolum cuſtodire tenetur, & reſtituere eo modo, quo depoſita fuit, §. *præterea inſtitut. quibus mod. re contrahitur obligat*, & dominium, & poſſeſsio rei depoſitæ remaneat pœnes deponentem, *l. licèt*, 17. §. *rei depoſitæ, ff. depoſiti*, & nequeat depoſitarius abſque delicto uti depoſita re, §. *furtum, inſtitut. de obligationib. quæ ex delicto*, imò teneatur de dolo, *l. quod nerva, ff. depoſiti*, non eſt credendum depoſitarium ſe obligaſſe in alterius utilitatem, ſi depoſitum non recepiſſet, nam cum cupiditas non poſsit conſiderari recipiendi pecuniam, in eo qui illa uti non poteſt, ſicuti in accipiente mutuū, deficit ratio, ut depoſitario exceptio detur non numeratæ pecuniæ, cum non præſumatur confeſsionem feciſſe ſpe recipiendi depoſitum, quæ conſiderata fuit in debitore mutui, ut ei tribueretur exceptio, *princip. tit. inſtitut. de literar. obligat. l.*7. *C. de non numerat. pecun.* Coſta *in dict. l. ſi ex cautione, Cod. de non numerat. pecun. fallenſ.*2. *n.* 4. Larrea *dict. deciſ.* 14. *num.* 7. Neque debemus recedere ab

iis propter Senatus ſententiam publicatam per Alreus, *die* 4. *Junii* 1616. inter Rochum Meſtre Presbyterum,& Vincentium Burguera, nam etſi in ea dicatur, contra confeſsionem depoſiti regularis competere exceptionem non numeratæ pecuniæ, non poteſt alio cenſu intelligi, quàm illo videlicet, quòd ſi apocha,& confeſsio depoſiti regularis fuerit facta, poſsit intra triginta dies proteſtari, ſicut quælibet alia confeſsio, & apocha.

Non ita tenendum erit in depoſito irregu-
10 lari,quòd apud nos frequentiſsimum eſt,nam cum depoſitum irregulare conſiſtat in traditione quantitatis ad numerum, ut illa depoſitarius utatur,vel abutatur,& reddat tantundem pecuniæ, in depoſitarium transfertur dominium depoſitæ rei,vel pecuniæ,*l.ſi quis, ff. ſi certum petatur*, Larrea *dict. deciſ.* 14. *n.* 36. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 3. *n.* 91. Et in
11 effectu depoſitum irregulare nihil aliud ſit, quàm mutuum, *l. procuratoris*, §.*planè, verſic. ſed, & ſi dedt, ff.de tributor. action.l.certi conditio*, §. *final.ff. de rebus credit.l.Lucius* 24.*ff. depoſiti*, Barthol.*in l.quod nerva, ff. depoſiti, n.* 130. Bald. & Jaſſon *in l. certi condictio, & in leg.* 1.*ff.depoſiti*, Caſtrenſ. *in l. ſi ex cautione, Cod. de non numerat.pecun. fallenſ.*2.*n.*4. Honded. *conſ.* 43. *n.* 12. Surd. *conſ.* 395. *n.* 19. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. Rebell. *de obligat.juſtit.* 2.*part.lib.*16.*quæſt.unic. de depoſito, n.* 2. & 22. Sotus *de juſtit.& jur. lib.*6. *quæſt.* 1.*art.*2. Peguer. *deciſ.* 38.*n.* 14. Leſius *de juſtit. & jure, lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 6. Cujacius *lib.* 5. *quæſt. Papinian. ad dict. l. Lucius, n.* 4.*ff. depoſiti*. Valenzuel. *conſ.*64. *n.* 6. & 7. Gregor XV. *deciſ.* 146. *n.* 16. Gratian. *diſcept.* 174. *n.* 7. & 273. *n.* 27. Farinac. *deciſ.*102. *n.*7.*part.*2. Fontanel.*de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5.*gloſſ.* 8.*part.* 7.*n.* 11. Larrea *dict. deciſ.* 14.*n.* 39. & 41. Joſeph de Niño *in additionib.* ad Franciſc. Cuenca *in ſchol. comand. clauſ.* 12. *n.* 2. Amato *variar. part.*1. *reſol.*20. *n.* 2. Cardinal.de Luca *de benefic. diſcurſ.* 81. *n.* 14. *cum ſequentib.* Pechii *de aquæduct. tom.*1. *cap.*3. *quæſt.*16. *n.*19. Admittere debemus, quòd exceptiones ipſæ non numeratæ pecuniæ, quæ intra biennium de jure, & de foro intra annum, poſſunt adverſus confeſsionem mutui accepti opponi, poterunt etiam opponi, adverſus confeſsionem depoſiti irregularis accepti, Caſtejon *in alphabet.verb.depoſitum, n.*11. Et hac de cauſa in noſtra praxi proteſtantur depoſiti inſtru-
12 menta intra annum, & ſolet opponi exceptio non numeratæ pecuniæ,contra receptæ quantitatis confeſsionem, nam eſto expreſsè non permittatur in depoſiti inſtrumẽtis, quòd depoſitarius utatur pecunia depoſita, hoc tamẽ tacitè cenſetur conventum,eo ipſo,quòd numerata detur quantitas,Laurentius *deciſ.*211. *n.*11.Ponte *conſ.*56.*à n.*1.Peguer.*deciſ.*38.Roderic. *de annuis reddit.lib.*3.*q.*11.*n.*37.Pacific. *de Salvian. intred. inſpect.*3. *cap.*2. *n.*105. Caſtill.*controv.lib.*3.*cap.*16.*n.*37.Fontan. *de pact. nup.clauſ.*5.*gloſ.*8.*par.*7.*n.*9.Larrea *deciſ.*14.*n.* 40. Et cum in Regno ferè omnia inſtrumenta depoſiti fiant modo ſupradicto,non debemus dubitare,quòd ſunt irregularia depoſita,Fontan. *ubi prox. n.* 9. Et ſi in effectu hujuſmodi depoſita nihil aliud sũt,quàm mutuum,poterunt proteſtari. Ex quibus menti tene, quòd depoſita quæ in tabula nummaria urbis fiunt numerando pecuniam, non ſunt verè,& propriè depoſita,quia nõ traditur pecunia obſignata,& ſaculo clauſa,ſed ad numerum,& cum ſint irregularia,& impropria depoſita,dominium pecuniæ depoſitæ in civitatem transfertur, ut in ſimilibus depoſitis,docent Caſtillo *controv. lib.*3. *cap.*16. *n.*37.Pacific. *de Salvian. interd. inſpect.*3. *cap.*2. *n.*105. Larrea *deciſ.* 14. *per tot.*Cancer *var.*3.*part.cap.*8. *n.*61. Peguera *deciſ.* 38.*per tot.* Et in terminis tabulæ nummariæ Civitatis Barchinonę,Font.*de pact.nupt. clauſ.*5.*gloſſ.*8.*part.*7.*n.*9.Xam.*de privil. Civit. Barch.*§.10.*à n.*20.Triſtany *dec.*25.*n.*38. Et in confirmationem doctrinæ à nobis traditæ declaratum extitit in tribunali Regię Viſitę ſententia per Mei, *die* 11.*Januarii* 1638.contra Michaëlem Aguilar,& alia eodem die contra Joſephum Lloſano,quòd dominium pecuniæ depoſitæ in tabula nũmaria Urbis pœnes Civitatem eſt,& nõ pœnesArcarium minutariũ, & multò minus pœnes Regentem librũ majorem. Unde ſi dolo, machinatione, aut caſu fortuito,vel inoppinato,pecunia tabulæ Civitatis pereat,tenebiturCivitas reſtituere pecunias depoſitas illarum dominis,Xam.*de privil. Civ. Barch.d.*§.19.*n.*20. Triſtany *dec.*25.*n.*38.

Non ſolum exceptio iſta non numeratæ pe- 13
cuniæ, poterit opponi à debitore ipſo principali,ſed etiam à fidejuſſore,vel mandatore, *l. tàm mandatori*, 12.*C.de non numer. pecun.* ibi: *Tàm mandatori, quàm fidejuſſori,non numeratæ pecuniæ exceptio, exemplo rei principalis competit.* Dueñas *regul.*260.*verſ.Octavo amplia.*Sarmient.*ſelectar. lib.*3. *cap.*11. *n.* 7. Maſcard.*de prob.concl.*361.*n.*31.Hipol.*in rub. de fidejuſſ.n.* 267.& 284. Barb.*ad text. in d. l.*12. Gratian. *diſcept.*497. *n.*24. Hering. *de fidejuſſ.cap.*27 *n.* 49. & 50. Et ſi executivè conveniatur debi-
tor virtute inſtrumẽti mutui,aut depoſiti irre- 14
gularis,poterit in eodẽ judicio executivo opponi exceptio iſta,Anton.Gomez *var. tom.*2. *cap.* 6. *n.* 3. *verſ.ſed iis non obſtantibus*, Trentacinc. *var.d.reſol.*20.*n.*7.& 8. Cevall. *q.* 39. *in fin.*Paz *in prax. tom.*1 *part.*4. *cap.*3. *n.*3. Fachin. *controv.lib.*2.*cap.*85.Hermoſ.*d.l.*9. *tit.*1. *par.*5.*gl.*2.*n.*4.& *gl.*7.*n.*10. Zanger. *de except. part.*3.*cap.*26.*n.*90. Coller. *de proceſsib. executivis, par.*1.*cap.*10.*n.*230. Berlich *pract.par.*1. *concluſ.* 84. *n.* 16. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.*1. *conſtitut.*32. *definit.* 65. Etiam ſi ſtatutum reperiatur excludens oppoſitionem omnium exceptionem, quia hæc nun-
15 quam cenſetur excluſa, Trentacinc. *dict. reſolut.* 20. *n.* 4. Ayllon *in addit.* ad Gomez *tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 4. Et oppoſita exceptione in executionis judicio, impeditur executio, & ſuſpendi debet, Bald. *in leg. final. in princip. Cod. de non numerat. pecun.* Rota *diverſor. deciſ.* 787. *n.* 1. *part.* 3. *lib.*3. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 10. Et in hoc judicio executivo poterit opponi
61 exceptio iſta propoſito libello coram ipſo judice executionis, cum in eo proteſtetur,& dicatur pecuniam non eſſe receptam,ſed confeſsionem fuiſſe factam ſpe futuræ numerationis, Herculan. *de proband. negativa, n.* 224. *volum.* 2. Tepat. *variar. tom.*1. *tit.*158. *cap.*4. *verſ.*1. Maſcard. *de probat. concl.*1114. *aliàs* 1119. *n.* 11. Barboſ. *ad text. in dict. leg. in contractib.* 14. *Cod. de non numerat. pecun. n.* 15.

La proteſtacion de la confeſsion de la pe- 17
„cunia del mutuo, ò depoſito irregular, ſe „puede hacer de dos maneras, la una es, „compareciendo el deudor dentro el año „ante el Juez ordinario,y verbalmente oponiendo la excepcion non numeratæ pecu„niæ, ſegun la practica del proteſto de la a„poca que enſeñè en el capitulo 7.y no repito aqui. La otra es,poniendo eſcritura an„te el Juez ordinario, en que ſe narre el he„cho del depoſito,ò mutuo,y como ſe hizo „la confeſsion ſpe futuræ numerationis,con„cluyendo con el proteſto, y pidiendo,que „ſe le admita,la qual eſcritura ſe provee por „el Juez, y ſe notifica al Acrehedor, ò „intereſſados, proponiendola en eſta for„ma.

IHS. F. T. Propoſant com millor pot, diu, que en lo mes de Janer prop paſſat ajuſta lo propoſant ab F. T. que li preſtàs 200. lliur.ſ. que avia de meneſter, y ab la intelligencia de que ſe li entregaria la cantitat,y ab la eſperança de la futura numeraciò de aquella, ab acte rebut per F.T. Notari, en 18.de dit mes de Janer,confeſsà deure al dit F.T.dites 200.ll. de preſtamo, y les confeſsà haver hagudes, y rebudes; è com lo Propoſant no haja rebut dites 200. lliur. ſ. ans be la confeſsiò de haverles rebudes, tan ſolament la feu ab la eſperança de que ſe li havien de entregar, y no ſia juſt quede gravat dit Propoſant per la dita confeſsiò per temps algu.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Diu, que proteſta lo ſobredit acte de preſtamo, y la confeſsiò feta en aquell, de haver rebut dites 200. lliur. ſ. oppoſant, com oppoſa la excepciò non numeratæ pecuniæ, y declarant com declara, que no ſe li ha entregat cantitat alguna,y requir dita proteſtaciò, li ſia admeſa, y notificada al dit F. T. pera que els drets del Propoſant queden ſempre ſalvos, è illeſſos: Per ſer aixi, &c. Implorant,&c.

*Jeſus M. Die* 13. *Septembris* 1687.
*Admiſſa proteſtatione in quantum intimetur iis quorum intereſt.*
F. T. Aſſeſſor.

# CAPUT X.

## DE PROTESTATIONE *Alimentorum.*

### SUMMARIUM.

1 *ALimenta præſtita conjunctis, non repetuntur, quia animo donandi, & pietatis cauſa cenſentur donata.*

2 *Pater, aut mater non repetunt alimenta, filiis præſtita neque Avus,aut Avia,& quid ſi mater fuerit egena, & filius dives,*

3 *Amplia in fratre, aut ſorore. Item in vitrico.* 4. *Et indivite pauperem alente.* 5. *Et idem in domino alente ſervum.* 6.

7 *Alimenta perſonis ſupradictis præſtita, poſſunt repeti ſi fuerint proteſtata.*

8 *Alimenta antea quam præſtentur debent proteſtari, ut poſsint repeti.*

9 *Proteſtatio alimentorum facta poſtquam fuerint præſtita, non prodeſt ad repetitionem.*

10 *Proteſtatio alimentorum de jure, poterat fieri extra judicium.*

11 *Proteſtationis vim in alimentis, habet eorum deſcriptio in Codice rationum.*

12 *Proteſtatio alimentorum in Regno judicialiter debet fieri, & apud acta deſcribi.*

13 *Proteſtatio alimentorum judicialiter facta, non*

*non debet intimari; & poteſt fieri abſente parte*, 14.

15 *Obligatus ad alendum, non repetit alimenta, etiam ſi proteſtationem emiſſerit.*

16 *Proteſtatio nihil prodeſt in illis, quæ neceſſario, & ratione obligationis prævia fiunt.*

17 *Mater tenetur filium lactare, & alere uſque ad triennium, & quid ſi mater eſſet infirma, aut egena.*

18 *Mater etiam ſi proteſtetur, non habebit repetitionem alimentorum, quæ filio præſtitit intra triennium.*

19 *Mater elapſo lactationis triennio, tenetur in ſubſidium alere filios.*

20 *Mater proteſtans alimenta filio data non habebit repetitionem, ſi pater non habeat, ſi vero habeat unde filium alat, repetet.*

21 *Pater omni jure alere tenetur filios, idem de hærede Patris traditur.*

22 *Avus tenetur nepotem alere, & quo in caſu.*

23 *Frater dives tenetur alere fratrem pauperem, & illius filios.*

24 *Alimenta proteſtata non repetent, qui alere de jure tenentur.*

25 *Alimenta proteſtata ab illo qui alere non tenetur, de jure repetuntur.*

26 *Maritus alere non tenetur uxorem, non ſoluta dote promiſſa.*

27 *Maritus an poſſit expellere, è domo uxorem, non ſoluta dote promiſſa, affirmativa proponitur.*

28 *Contrarium probatur, quia expellere non poteſt, benè vero alimenta denegare.*

29 *Maritus alimenta præſtans uxori, cujus dos ſoluta non fuit, non repetet, niſi cum proteſtatione præſtita ſint.*

30 *Socer tenetur alere nurum, & quando.*

31 *Vitricus, etiam dives, non tenetur privignos alere.*

32 *Vitricus alimenta privigno præſtans, abſque proteſtatione, repetitionem non habet.*

33 *Vitricus cum proteſtatione alimenta præſtans privigno, repetitionem habet.*

34 *Tutor, frater, aut Patruus, vel ſanguine conjunctus, alens ex neceſſitate officii, repetit alimenta præſtita, etiam abſque proteſtatione.*

35 *Tutori debentur alimenta præſtita minori, etiam ſi a judice taxata non fuerint in principio adminiſtrationis.*

36 *Tutor obtinens alimentorum taxationem in adminiſtrationis initio, abſque hæſitatione repetit alimenta, etiam non proteſtata.*

37 *Alimenta non debentur habenti, unde ſe alant, & quomodo hoc intelligatur.*

38 *Pater, vel Avus, aut alius conjunctus adminiſtrans bona conjuncti, non cenſetur aluiſſe illum, niſi de bonis adminiſtratis.*

39 *Pater, Avus, aut conjunctus habens in ſui poſſe bona filii, nepotis, vel conjuncti, non cenſetur alere filium de bonis propriis, ſed de bonis filii, aut conjuncti, quæ pœnes ſe habet.*

40 *Pater, aut conjunctus, debitor filii, aut conjuncti alens filium, aut conjunctum abſque proteſtatione, non cenſetur facere animo donandi ſed ſolvendi quod filio, aut conjuncto debetur.*

41 *Praxis, & libellus proteſtationis alimentorum.*

COnjunctus alimenta præſtans con- 1
junctis, intelligitur pietatis cauſa, & affectione præſtare, & donandi animo facere, ideoque ſi vult repetere, quod erogavit in alimoniam, excluditur à repetitione, *leg. neſenius* 34. *ff. de negotiis geſtis, leg. quæ pater* 50. *ff. familiæ erciſcundæ, leg. alimenta, leg. ſi paterno, l. quod in uxorem, Cod. de negotiis geſtis, for.* 3. 5. *&* 6. *rubric. de negotiis geſt. leg.* 37. *tit.* 12. *part.* 5. Ripa *lib.* 2. *reſponſ.* 42. *n.* 6. Cordub. de Lara *in leg. ſi quis à liberis*, §. *idem reſcripſit*, *n.* 106. *&* §. *ſi mater*, *n.* 61. *cum ſequentib. ff.* de *liberis agnoſcend.* Surdus *de aliment. tit.* 6. *n.* 11. *à princip.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 88. *n.* 13. Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 78. *n.* 10. *cum ſequentib.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 76. *ex n.* 1. Oſvald. ad Donel. *lib.* 15. *commentar. cap.* 16. *lit. F.* Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 25. Mantic. *de tacit. & ambig. conventionib. lib.* 13. *tit.* 12. *n.* 12. Pont. *de alimentis, cap.* 8. *n.* 6. Garcia *de expenſis, cap.* 4. *n.* 24. Barboſ. *in collectan. ad text. in dict. l. alimenta* 11. *Cod. de negotiis geſt.* Anton. Perez *ad Cod. tit. de negotiis geſt. n.* 11. *&* 12. Arnold. Corvin. *in ſum. Cod. lib.* 2. *tit.* 19. Mangil. *de imputationib. quæſt.* 20. *n.* 22. Sanleger. *reſolut. civil. cap.* 38. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 91. *n.* 3. Bocius *de effectib. contract. matrimon. ſive de aliment. part.* 2. *cap.* 17. *n.* 903. *cum ſequentib.* noſter Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 15. *n.* 1. *cum ſequent.* Capycius Latro *conſultat.* 154. *n.* 20. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 41. Et judicavit Senatus; eo motivo, quod pietatis cauſa præſtita cenſentur, ſententia per Daça *die* 7. *Auguſti* 1626. inter Vincentiam Sorell, & Vincentium Matheu.

Unde, pater alens filium in patria poteſta- 2
te conſtitutum, aut emancipatum, non poteſt mi-



impenſum repetere, quia cenſetur feciſſe pietatis cauſa, *l. quod pater* 50. *ff. familiæ erciſcundæ, l. ſi paterno* 15. *Cod. de negotiis geſtis.* Et idem erit tenendum de matre, aut avo, vel avia alentes filium, aut nepotem, quia ſemper cenſetur pietatis cauſa feciſſe, & denegatur impenſi repetitio, *l. neſenius* 34. *ff. de negotiis geſtis, l. alimenta* 11. *C. eodem*, Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 22. *n.* 1. Moſtazo *de cauſis piis dict. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 41. Et quod mater alimenta præſtans filio abſque proteſtatione, intelligatur facere pietatis cauſa, & donandi animo, & quod denegetur repetitio impenſi, declaravit Senatus ſententia per Berbegal, *die* 11. *Septembris* 1609. inter Nicolaum Martinez, & Beatricem Lopez; & alia per Daça, *die* 11. *Januarii* 1621. inter Curatorem hæredum Ildefonſi Ordoñez, & Theodoram Ordoñez; & alia per Alreus, *die* 18. *Auguſti* 1634. inter Domnam Catharinam Valiterra, & Domnam Mariam Mompalau; niſi mater fuerit egena, filia vero dives, & alimenta præſtita, magna, nam etiam ſi proteſtata non fuerint, repetet illa, quia non animo donandi intelliguntur præſtita, cum nemo in neceſſitate præſumatur liberalis, ut Senatus declaravit ſententia per Alreus, *die* 6. *Junii* 1628. inter Venturam Sales, & Curatorem Vincentii Maña.

3 Idem tenendum judico de filio, aut ne-
pote, qui patrem, vel matrem, avum, vel aviam aluit, nam repetitionem impenſi non habebit, *l. ſi filius* 12. *Cod. de negotiis geſtis, l. ſi quis à liberis, ff. de agnoſcend. liberis, For.* 4. *&* 3. *rubr. de negotiis geſtis*, idem procedet in fratre, alente fratrem, *leg. qui filium* 4. *ff. ubi pupillus educari debeat*; & Senatus denegavit fratri repetitionem alimoniæ, ſorori præſtitæ abſque proteſtatione, ut ſententia per Daça, *die* 12. *Februarii* 1610. inter Joſephum Ferrer, & Petrum Portillo; & de marito erogante in uxoris alimenta, habetur idem, *in l. quod in uxorem* 13. *Cod. de negotiis geſtis, For. Si alcu farà* 5. *rubr. de negotiis*
4 *geſtis.* Idem communiter traditur de vitrico
alente privignos, aut privignas, *leg. ſi paterno* 15. *Cod. de negotiis geſtis, For.* 6. *rubr. de negotiis geſtis*, Moſtazo *dict. cap.* 4. *n.* 41. De
5 divite alente pauperem, de patruo alente ſo-
brinum, & de domino ſervum, & quolibet alio alente affectione, & pietatis cauſa ali-
6 quem, idem tenendum erit, nam cum ali-
menta animo donandi cenſeantur præſtita, non conceditur repetitio, *l.* 1. *Cod. de negotiis geſtis*, Anton. Gomez *in leg.* 29. *Tauri*, *n.* 20. Cujacius *in lib.* 1. *quæſtion. Paul. ad leg. neſenius* 34. *ff. de negotiis geſtis*, Mantica *de tacit. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 20. *n.* 5. Barboſa *ad text. in dict. leg.* 1. Oſvald. ad Donel. *dict. cap.* 16. *lit. F.* Medices *deciſ.* 86. *n.* 2. Anton. Perez *in Cod. ad tit. Cod. de negotiis geſtis, n.* 11. *&* 12. Iranzo *in prax. proteſtat. dict. cap.* 15. *n.* 2. Bocius *dict. part.* 2. *de matrimon. cap.* 16. *n.* 903. *&* 905.

Ne ergo alimenta præſtita à ſupradictis 7
perſonis, intuitu pietatis, & donandi animo, erogata cenſeantur, ſed animo repetendi expenſum, debet perſona alens proteſtationem emittere, & declarare non præſtare alimenta pietatis intuitu, ſed repetendi animo, quo facto repetitionem habebit expenſi, *leg. ſi paterno* 15. *Cod. de negotiis geſtis, leg. neſenius* 34. *ff. eodem*, ibi: *Nam, & illud, quòd in matre ita conſtitutum eſt, non puto ita perpetuo obſervandum. Quid enim, ſi etiam proteſtata eſt, ſe filium ideo alere, ut aut ipſum, aut tutores ejus conveniret; pone peregrè patrem ejus obiiſe, & matrem, dùm in Patriam revertitur, tàm filium, quàm familiam ejus exhibuiſſe. In qua ſpecie etiam in ipſum pupillum negotiorum geſtorum dandam actionem Divus Pius Antoninus conſtituit.* Gloſſ. Barthol. & communiter DD. *in dict. leg. neſenius*, Bald. *in l. filiæ cujus, n.* 3. *Cod. familiæ erciſcundæ*, Pontan. *de alimentis, cap.* 8. *n.* 6. Tiraquel. *de retract.* §. 36. *gloſſ.* 2. *n.* 53. Surdus *de alimentis, tit.* 6. *quæſt.* 8. *n.* 64. Garcia *de expenſis, cap.* 4. *n.* 25. Menoch. *de arbitrar. caſu* 88. *n.* 26. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 28. *&* 29. Anton. Faber *in rational. ad text. in dict. leg. neſenius, colum.* 1. Lara *in leg. ſi quis à liberis*, §. *ſi mater*, *n.* 29. *de liberis agnoſcend.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 76. *n.* 7. Medicis *deciſ.* 86. *n.* 29. Mantica *de tacit. lib.* 13. *tit.* 22. *n.* 21. Fontanella *de pactis, clauſula* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 5. *n.* 9. *&* 10. Ant. Perez *ad tit. Cod. de negotiis geſtis, n.* 12. Iranzo *in praxi proteſtat. cap.* 15. *n.* 6. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 91. *n.* 55. Tondut. *quæſtion. civil.* 38. *num.* 10. *lib.* 2. Bocius *de matrim. part.* 2. *cap.* 16. *n.* 927. Lelius Mancin. *lib.* 1. *de triplici juris collat. cap.* 84. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part* 2. *conſtit.* 10. *definit.* 22. *n.* 4. *&* 5. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 41. Et quod avia alimenta præſtans nepotibus cum proteſtatione, poſſit illa repetere, judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 9. *Maii* 1631. inter Urſolam Soler, & Comitem del Caſtellar. Idem de matre filium alente cum proteſtatione, extitit judicatum ſententia per Alreus, *die* 18. *Aprilis* 1634. inter Domnam Catharinam Vallterra, & Domnam Mariam Mompalau.

Sed ut poſſit operare effectum hujuſmodi proteſtatio, debet emitti antea quam
alimenta præſtentur, nam ſi præſtitis alimen- 8
tis interponatur, nihil prodeſſe poterit reſpectu alimentorum, quæ jam fuerant præſti-

ta,

ta, & ſolum prodeſſe poterit ad repetitionem alimentorum, quæ poſt emiſſam proteſtationem præſtanda erunt, Macabran. *conſil.* 110. *n.* 95. *&* 98. Gomez *in leg.* 29. *Tauri, n.* 16. Surd. *de alimentis*, *dict. quæſt.* 8. *n.* 67. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 29. Coſta *de re integra*, *diſtinct.* 62. *n.* 8. Bocius *dict. part.* 2. *cap.* 16. *n.* 928. Iranzo *dict. cap.* 15. *n.* 18. Alvarez *de privileg. pauperum, part.* 2. *quæſt.* 58. *n.* 15. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 22. *n.* 6. *&* 7. Et Senatus judicavit, non eſſe repetenda à matre alimenta filio præſtita, niſi à die præſtationis, ut ſententia per Caſes, *die* 5. *Novembris* 1627. inter Domnam Beatricem Muñoz, & Don Joannem Villarraſa. Ratio eſt evidens, nam alimentis præſtitis abſque
9 proteſtatione, intelligitur dantem illa intuitu pietatis feciſſe, & hac de cauſa adquiritur jus alimentato, non ſolvendi illa; unde licèt poſtea proteſtentur, nihil operabitur proteſtatio in præjudicium juris quæſiti alimentato, ut optime conſiderant Surdus, ubi proximè, *n.* 69. Bocius *dict. n.* 928. Iranzo *dict. n.* 18.

10 Poterant de jure communi proteſtari alimenta extra judicium, ut probatur *ex dict. l. ſi paterno* 15. *C. de negotiis geſtis, l. neſennius, ff. eod.* Nam ſufficiebat, quòd tabellio de tali proteſtatione rogatus eſſet à proteſtante, & medio inſtrumento publico remaneret voluntas, & animus alentis explicatus, ut notant Baldus *in dict. leg. neſennius, n.* 4. Surdus *dict. quæſt.* 8. *n.* 65. Bocius, ubi proximè, *n.* 928. *in fin.* Et adhuc Conſultus *in dict.*
11 *leg. neſennius, in fin.* voluit, quòd proteſtationis haberet vim, deſcriptio expenſi in codice rationum appoſita, Donel. *lib.* 15. *commentar. cap.* 16. Anton. Gomez *in leg.* 29. *Tauri, n.* 16. Cancer *variar. dict. cap.* 16. *n.* 27. Genua *de ſcriptura privata, lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 38. Fontanel. *dict. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 5. *n.* 11. Barboſa *ad text. in l. alimenta, Cod. de negotiis geſtis*, *n.* 12. Bocius, ubi proxim. *n.* 930. Iranzo *dict. cap.* 15. *n.* 10. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 23. Et quomodo intelligendum, & probandum poſsitas fuiſſe in codice præſtationes, quoad præjudicium alimentati, Iranzo, ubi proxim. *n.* 12. *&* 13. Et quod debeat probari deſcripta alimenta præſtita ab initio fuiſſe in codice rationum, notat Carpzovius,
12 ubi proxim. Sed in noſtro Regno hujuſmodi proteſtatio repetendi alimenta præciſsè debet judicialiter fieri, & apud acta judicii continuari, *dict. For.* 6. *rubr. de negotiis geſt.* ibi: *Si doncbs no ho proteſtarà, à la Juſticia de aquell llogar, que vulle aquelles deſpeſes demanar.* Notat Iranzo *dict. cap.* 15. *n.* 23. *&* 24. Et quod proteſtatio iſta, ſi non fuerit judicialiter facta, nullius ſit roboris, judicavit Senatus ſententia per Daça, *die* 15. *Februarii* 1618. inter Joannem Rubio, & Vincentium Perez. Et quod non ſufficiat proteſtatio extrajudicialis, etiam ſi de illa inſtrumentum publicum conſcriptum fuerit, judicatum extitit ſententia per Alreus, *die* 27. *Maii* 1619. inter Petrum Jacobum Jorda, & Curatorem Dorotheæ Marco.

Facta proteſtatione judicialiter repe- 13
tendi alimenta, quæ præſtare intendit proteſtans, cum nemo ex proteſtatione iſta lædatur, ſed ſolum ad animum proteſtantis declarandum fiat, non eſt neceſſe, quòd alimentando, aut alteri perſonæ notificetur, *ex regul. text. in leg. ſi quis* 14. *§. plerique*, *l. qui in aliena* 6. *§. final. leg. pro hærede* 20. *§.* 1. *ff. de adquirend. hæredit.* Rubeus *in l. non ſolum, §. morte*, *n.* 182. *ff. de novi operis nunciat.* Iranzo *in praxi proteſtat. cap.* 8. *n.* 2. Et videmus in praxi hoc admiſſum, nam proteſtationes repetendi alimenta non intimantur, ſed ſolum in actis Curiæ continuantur, & quod non debeant intimari, judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 9. *Maii* 1631. inter Urſolam Soler, & Comitem del Caſtellar. Quòd non ineleganter confirmatur ea
ratione, quòd proteſtatio alimentorum, & 14
declaratio repetendi illa, poteſt fieri quantumcunque abſente parte, ut ſatis probatur *ex dict. l. neſennius*, *ff. de negotiis geſt.* & docent Craveta *conſil.* 148. *n.* 11. Roland. à Valle *conſil.* 2. *n.* 173. *vol.* 1. Surdus *dict. quæſt.* 8. *n.* 66. Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ.* 4. *gloſſ.* 28. *n.* 36. *& clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 6. *n.* 85. Bocius *de matrimon. part.* 2. *cap.* 16. *n.* 927. Marinis *quotidianar. reſol. cap.* 90. *n.* 10. Iranzo *in prax. proteſtat. dict. cap.* 15. *n.* 14.

Si alimenta præſtans, obligatus eſſet de 15
jure ad alendum, etiam ſi proteſtationem emittat, nihil aget, nam cum invitus poſsit cogi ad alimenta præſtanda, nihil ei prodeſſe poterit proteſtare, & declarare, non animo donandi, ſed repetendi alere, neque habere poterit repetitionem: non enim relevat proteſtatio in illis, quæ non pendent à facultate proteſtantis, *l. alimenta, Cod. de negotiis geſtis.* Neque reſpectu illarum, quæ neceſſario ge-
runtur, & in vim alicujus præviæ obligatio- 16
nis operatur effectum proteſtatio, *l. profectitia, §. pater*, *ff. de jure dotium*, Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 11. *definit.* 14. *n.* 15. Caſtejon *in alphabet. verbo Proteſtatio*, *n.* 3. Et perconſequens, quando verè debentur alimenta, & præſtantur, non poterunt repeti interpoſita proteſtatione, *l. cum iis*, *§.* 1. *ff. de cond. indebiti*, *l. qui hominem*, *§. final. ff. de ſolutionib.* Barthol. *in l. alimenta, Cod. de negotiis geſt.* Pontan. *de ali-*

*ment.*



*ment. cap.* 8. *n.* 6. Anton. Gomez *in leg.* 60. *Tauri*, *num.* 5. Maranta *de ordine judicior. part.* 6. *membro* 6. *in fin.* Maſcard. *de probationib. concl.* 727. *n.* 7. Cacheran. *deciſ.* 39. *n.* 28. Surdus *dict. quæſt.* 8. *num.* 23. Cardinal. Tuſch. *practicar. tom.* 6. *lit. P. concluſ.* 944. *n.* 41. Joachim Scaynus *deciſ.* 8. *num.* 131. Barboſa *ad text. in dict. leg. alimenta*, *num.* 13. Mangil. *de imputationib. q.* 31. *n.* 17. Bocius, ubi prox. *n.* 904. Iranzo *dict. cap.* 15. *n.* 7. *&* 8. Alvarez *de privileg. pauper. part.* 2. *quæſt.* 59. *n.* 18.

17 Ex traditis infero primo, quòd mater, quæ tenetur filium lactare, & alimentare uſque ad triennium, *l. penultima, Cod. de patria poteſt. l. alimenta, & ibi gloſſ. Cod. de negotiis geſtis, cap. final. de converſione infidelium*, Lara *in l. ſi mater, num.* 2. *cum ſeqq. de liberis, & poſthumis*, Valaſc. *conſult.* 92. *num.* 1. Garcia *de expenſis, cap.* 13. *num.* 29. *cum ſeqq.* Petrus Barbol. *ad rubr. ff. ſolut. matr. part.* 2. *n.* 53. Aug. Barboſa *ad text. in dict. l. alimenta*, *n.* 14. Carrança *de legitima partus editione*, *cap.* 3. *§.* 4. *num.* 25. Trullench *in decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *dubitat.* 3. *num.* 2. Thoro *voto* 94. *à num.* 18. Antonel. *de tempore legali, lib.* 2. *cap.* 58. *n.* 1. Caſtillo *de alimentis*, *cap.* 36. *§.* 1. *n.* 63. Doctiſsimus Præpoſitus noſter Rocafull *in praxi, quid agendum, part.* 3. *lib.* 2. *num.* 44. Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *reſolut.* 25. *n.* 20. Leoncil. *de privileg. pauperum*, 2. *part. privileg.* 243. *n.* 1. *cum ſeqq.* Meli *in obſervation.* ad Caſtill. *de alimentis, cap.* 36. *§.* 1. *num.* 10. Iranzo *in praxi proteſtat. cap.* 15. *num.* 9. Michalor. *de fratribus*, *part.* 3. *quæſt.* 31. *num.* 9. Carpzovius *in juriſprud. for. part.* 3. *conſtitut.* 27. *definit.* 5. *num.* 3. Rota coram Peutinger. *deciſ.* 410. *num.* 9. Caſtejon *in alphabet. verbo Filius*, *num.* 31. Carolus Rota *de privileg. Mulierum, cap.* 3. *ſpecial.* 11. *num.* 12. *&* 13. Carolus Spadaza *in theat. viduil. diſquiſit.* 70. *num.* 98. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 31. Et Senatus judicavit ſententia per Caſes, *die* 23. *Februarii* 1629. inter Hieronymum Marco, & Joannem Badia; & alia per Daça, *die* 7. *Junii* 1636. inter Hieronymum Bonet, & Sperantiam Mortara. Niſi egena, aut infirma fuerit mater, nam non tenetur lactare filium, ſed ex bonis paternis debet hoc fieri, Antonel. *d. lib.* 2. *cap.* 58. *n.* 4. Carolus Rota *d. ſpecial.* 11. *num.* 12. *&* 14. Et judicatum fuit à Senatu in dictis Regiis ſententiis, & alia publicata per Caſes, *die* 5. *Julii* 1630. inter Hieronymum Badia, & Hieronymum Marco; etiam quod proteſtetur
18 lactare filium, & alere animo repetendi, nihil operabitur proteſtatio, neque matri competet repetitio expenſi, Gloſſ. *in dict. l. alimenta, Cod. de negotiis geſtis*, Palat. Rub. *in repetit. capitis per veſtras, notab.* 3. *§.* 14. *num.* 1. *cum ſeqq.* Bolognet. *in leg. non ſolum, §. morte, num.* 134. *&* 308. *ff. de novi operis nunciat.* Barboſa *ad text. in dict. l. alimenta*, *num.* 13. Iranzo *dict. cap.* 15. *n.* 9. Moſtazo *de cauſis piis*, *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 33.

Infero ſecundo, quòd mater quæ alere 19
filios in ſubſidium tenetur, etiam elapſo lactationis tiennio, *l. ſi quis à liberis, §. utrum autem, & §. ergo, & matrem, ff. de liberis agnoſcend. leg. penultima, ff. eodem, Authentic. ſi pater, C. de divortio facto*, Bocius *dict. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 332. Caſtillo *de alimentis, cap.* 36. *§.* 1. *num.* 63. Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *reſolut.* 25. *ſub num.* 20. Andreol. *controverſ.* 155. *num.* 26. Meli, ubi proximè *num.* 9. Carolus Rota *de privileg. mulierum, cap.* 3. *ſpecial.* 11. *num.* 6. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 70. *num.* 99. Franciſcus de Angelis *de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 8. Moſtazo *de cauſis piis, lib.* 1. *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 34. Et judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 22. *Octobris* 1622. inter Gaſparem Joannem Català, & Joannem Baptiſtam Català, & Domnam Mariam Ribot; quia obligatio eſt paterna, & non materna alere filios, niſi in ſubſidium, etiam ſi mater dives fuerit, ut dixit Senatus ſententia per Alreus, *die* 24. *Januarii* 1637. inter Claram, & Joſephum Az-
nar, & illorum creditores. Si alimenta præ- 20
ſtiterit emiſſa proteſtatione, non habebit repetitionem; aliter erit, ſi filii patrem haberent non egenum, nam poterit expenſum repetere, quia mater de jure non tenetur filios alere, ſi pater habeat unde illos alere poſsit, Franchis *deciſ.* 87. *num.* 15. Caſtillo *dict. num.* 63. Ciriac. *controverſ. for. cap.* 480. *num.* 15. Meli, ubi proximè, *num.* 7. Bocius *dict. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 324. Sperel. *deciſ.* 138. *num.* 103. Andreol. *controverſ.* 141. *num.* 24. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprudent. lib.* 1. *diſcurſu* 1. *num.* 26. Antonel. *de tempore legali, lib.* 2. *cap.* 58. *n.* 3. Moſtazo *de cauſis piis*, *dict. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 41.

Infero denique, quòd pater, qui omni 21
jure filios tenetur alere, *l. final. §. ipſum autem, Cod. de bonis quæ liberis*, Caſtillo *de alimentis, cap.* 66. *num.* 46. Bocius *dict. part.* 2. *cap* 1. *per tot.* Spadaza *conſil.* 132. *num.* 5. *& conſil.* 222. *&* 223. *lib.* 3. Botiller. *de ſucceſſion. ab inteſtat. cap.* 3. *theoremat.* 110. *num.* 2. *&* 3. Gizzarell. *deciſ.* 47. *num.* 11. Leoncil. *de privileg. pauperum*, *part.* 2. *privileg.* 378. *num.* 4. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *dict. cap.* 66. *à num.* 23. Merend. *controverſiar. juris, lib.* 13. *cap.* 1. Bonden. *de jure controverſo, collectat.* 50. *num.* 26. Knipſchilt. *de fideicommiſſ. cap.* 11. *num.* 314. Carolus Rota *de privileg. mulierum, cap.* 3. *ſpecial.* 10. *num.* 59. Cardinal. de Luca *de credito*, *diſcurſu* 86.

*num.*

*num.* 5. *& de dote, diſcurſu* 142. *num.* 65. Antunez *de donationib. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 6. Franciſcus de Angelis *de confeſſionib. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 83. Pechii *de aquæductu, tom.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 8. *num.* 29. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 4. *per tot.* Et hæres patris, qui pariter tenetur alere filios, ut judicavit Senatus ſententia per Daça, *die* 29. *Januarii* 1618. inter Urſolam, & Annam Marco, & Michaëlem Eſplugues; & avus,
22 qui pariter eodem jure alere nepotem tenetur, *l. ſi quis à liberis, §. utrum autem, ff. de liberis agnoſcend. leg. final. §. ipſum autem filium, C. de bonis quæ liberis*, Bocius *dict. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 789. *cum ſeqq.* Altograd. *conſ.* 56. *num.* 12. *& conſil.* 57. *num.* 51. *lib.* 1. Spadaza *conſil.* 244. *num.* 12. *lib.* 2. Guillelm. Anch. *de reſcript. & moratar. concl.* 42. *num.* 12. Merend. *lib.* 5. *controverſ.* 30. *num.* 2. Saltim in ſubſidium, & deficientibus bonis paternis, quia avus non niſi in ſubſidium ſubſtantię paternæ, tenetur nepotes alere, ut in Senatu decitum extat, ſententia per Alreus, *die* 21. *Auguſti* 1607. inter Nicolaum Colomina, & Baptiſtam Colomina; & alia per eundem, *die* 20. *Septembris* 1607. inter Hieronymum Lop, & Magdalenam Grau; & alia, *die* 7. *Novembris* 1612. inter Domnam Vincentiam Vidal, & Don Vincentium Vidal; & alia, *die* 6. *Octobris* 1618. inter Scholaſticam Montañana, & Adminiſtratores eleemoſynæ Joannis Montañana. Et fratre dives, qui fra-
23 trem pauperem, & ejus filios tenetur alere, *leg. tutor, §. final. ff. de adminiſtrat. tutor. leg.* 1. *§. ſed non nullos, ff. de tutelis, & rationib. diſtrahend. leg. qui filium, ff. ubi pupillus educari debeat, leg. quamvis, ff. ſolut. matrim.* Merlin. *deciſ.* 497. *num.* 3. Leoncil. *deciſ. Ferrar.* 72. *num.* 4. Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 18. *num.* 97. Gizzarell. *deciſ.* 36. *num.* 56. Bocius, ubi prox. *cap.* 8. *num.* 490. *cum ſeqq.* Zachias *de ſalario, quæſt.* 3. *num.* 44. Michalorius *de fratrib. part.* 3. *cap.* 2. Calvin. *de æquitat. cap.* 83. *num.* 37. Carol. Rota *de privileg. mulierum, cap.* 3. *ſpecial.* 10. *n.* 59. Rota coram Bich. *deciſ.* 67. *num.* 13. Caſtejon *in alphabet. verbo Alimenta, num.* 3. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 63. Ut Senatus declaravit ſententia per Caſes, *die* 21. *Januarii* 1630. inter Don Petrum, & Don Hieronymum Corella; & alia per eundem, *die* 31. *Octobris* 1623. inter Magdalenam Dominguez, & de Porta, & Curatorem Don Fruele Boil; & alia per Alreus, *die* 18. *Aprilis* 1622. inter Illuſtrem Ducem De Gandia, & Monaſterium Sanctæ Claræ. Et omnes illi, qui preciſsè tenentur alere, &
24 bona habeant ex quibus commodè alimenta præſtare poſsint, nam nullus quãtumvis obligatus ad alendum, ſi non habeat bona ſufficientia, ut ſe, & familiam ſuam alat, non tenetur alterum alere, ut Senatus dixit ſententia per Saboya, *die* 16. *Februarii* 1686. in favorem Joannis Vega Notarii, Procuratoris Domnæ Agnetis Sans, & contra D. Iſidrum Tarrega, certo curatorio nomine, referente Nobili Senatore Don Dominico Matheu, & Silva, Monteſianæ Familiæ Milite, R. C. D. actuario Medina. Etiam ii proteſtationem emiſſerint, antea quam præſtiterint alimenta, non habebunt impenſi repetitionem, ut docet Bocius *dict. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 903. *cum ſeqq.*

Ex doctrina à nobis tradita pro regula 25
tene in hac materia, quòd ſolum perſonæ illæ, quæ non tenentur alere, neque in obligatione alendi poſitæ ſunt, poterunt alimenta repetere proteſtatione interpoſita, ſi in eis cadat præſumptio pietatis, ut jam diximus *num.* 1. 2. & 7. nam ſi non cadat pietatis ſuſpitio, & tertius alimenta præſtiterit, repetet illa à patre, aut illius bonis, non obſtante, quòd proteſtatio non fuerit emiſſa, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 20. *Novembris* 1607. inter Hieronymum Lop, & Magdalenam Grau; & alia per Caſes, *die* 31. *Octobris* 1623. inter Magdalenam Dominguez, & de Porta, & Curatorem Don Fruele Boil. Unde maritus, qui alere uxorem
non tenetur, ſi dos ei promiſſa, non fuerit ſo- 26
luta, Barboſa *in leg.* 1. *ff. ſoluto matrim. num.* 55. Sanchez *de matrimon. lib.* 9. *diſput.* 5. *n.* 2. Rebel. *de obligationib. juſtit. lib.* 5. *part.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 29. Gibalin. *de uſuris, lib.* 4. *cap.* 5. *artic.* 14. *num.* 3. Bocius *de matrimon. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 26. Barboſa *ad text. in cap. Per tuas, de donationib. inter, num.* 9. Gratian. *diſcept.* 65. *num.* 24. Leotard. *de uſuris, q.* 98. *num.* 51. Gaylus *lib.* 2. *obſervat.* 87. *num.* 7. Gomez *in l.* 5. *Tauri, num.* 31. Surdus *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 17. *num.* 2. Baeza *de non meliorand. filiab. cap.* 32. *num.* 21. Valero *different. inter utrunque forum, verbo Uxor, differentia* 2. Fontanell. *de pactis nuptial. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 3. *num.* 19. Carleval. *de judiciis, tit.* 3. *diſp.* 8. *num.* 25. Sperel. *deciſ.* 138. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. Per veſtras, de donationib. inter, num.* 15. Caponi *tom.* 4. *diſcept.* 278. *num.* 2. Cardinal. de Luca *de matrimon. diſcurſu* 2. *num.* 2. Peutinger. *deciſ.* 234. *num.* 14. Caſtejon *in alphabet. verbo Vir, num.* 21. Carolus Antonius de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 65. *num.* 9. Argueil. *deciſ.* 67. *num.* 61. Torrecilla *ſobre las Propoſiciones, tratado* 6. *miſcelan. conſulta* 8. *num.* 10. Et juxta opinionem aliquorum non ſolum alere non tenetur maritus uxorem, ſi dos ei promiſſa non ſolvatur, ſed poteſt ejicere uxorem è domo, *l. final. C. ad S. C. V. cap. Per veſtras, de do-*



*nationib. inter.* Paſchal. *de virib. Patr. poteſt. cap.* 5. *n.* 4. Anton. Gomez *in l.* 50. *Tauri, n.* 31. Fontanella *tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 34. & alii adducti à Bocio, ubi proxim. Anton. Faber *in ſuo C. tit. de dotis promiſſione, definit.* 6. *n.* 2. Rota apud Farinac. *tom.* 2. *deciſ.* 904. Carolus Antonius de Luca *in animadverſionib. ad* Gratian. *cap.* 65. *n.* 9. Torrecilla *ſobre las Propoſiciones, tratado* 6. *miſcelan. conſulta* 8. *n.* 10. Quamvis contrarium verius judico, nam maritus propter
28 non ſolutam dotem promiſſam, poterit alimenta uxori denegare, ſed non ejicere illam à domo, aut non admittere, ſi traducta ad domum adhuc non fuerit, Covarrub. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 7. *n.* 2. Sanchez *de matrimon. lib.* 9. *diſput.* 5. *n.* 17. Petrus Greg. Toloſan. *ſibi contrarius in cap.* 1. *de ſponſalib. n.* 66. Surdus *de alimentis, tit.* 7. *quæſt.* 17. *n.* 17. Villalobos *part.* 1. *tract.* 3. *dificultad* 44. *n.* 2. Fagundez *in decalog. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 18. Molina *de juſtitia, & jure, diſput.* 425. Rebel. *de obligationib. juſtit. lib.* 5. *q.* 10. *n.* 30. Caſtropalao *part.* 5. *tract.* 28. *P.* 5. *§.* 2. *n.* 6. Oſvald. ad Donel. *lib.* 3. *commentarior. cap.* 21. *lit. K.* Bronchorſt. *miſcellan. centur.* 2. *aſſertion.* 1. Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 6. *part.* 3. *gloſſ.* 2. *n.* 25. Gratian. *diſcept.* 65. *n.* 23. Bonacin. *de contractib. diſput.* 3. *quæſt.* 11. *punct.* 3. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 28. *n.* 51. Tamburin. *in opere moral. lib.* 5. *in decalog. cap.* 3. *§.* 3. *n.* 2. Gibalin. *de uſuris, lib.* 4. *cap.* 5. *artic.* 14. Bocius *de effectib. matrim. tom.* 1. *cap.* 6. *n.* 28. & 34. Oñate *de contractibus, tom.* 2. *diſput.* 39. *n.* 258. & 262. *cum ſeqq.* Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap. Per veſtras, n.* 15. Carolus Rota *de privileg. mulierum, cap.* 1. *n.* 117. *cum ſeqq.* Leoncil. *de privileg. paupert. part.* 2. *privileg.* 249. *n.* 2. & 16. Carolus Antonius de Luca *in animadverſionib. ad* Gratian. *cap.* 65. *n.* 9. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 80. *cum ſeqq.* Si
29 abſque proteſtatione uxorem aluerit in caſu ſupradicto, quia pietatis, & amoris affectu cenſetur feciſſe, *l. quad in uxorem, C. de negotiis geſtis*, non repetet; Si vero proteſtatus fuerit alimenta repetet impenſum, Gibalin. *de uſuris, dict. lib.* 4. *cap.* 5. *artic.* 14. *n.* 4. Iranzo *in praxi proteſt. dict. cap.* 15. *n.* 6. *in fin.* Et quod maritus repetere poſsit alimenta uxori præſtita antea quam dos ei promiſſa ſolveretur, declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 3. *Julii* 1623. inter Don Alexandrum Vidal de Blanes, & Don Laurentium Villarraſa.

30 Idem tenendum eſt de ſocero nurum alente, nam ſocer tenetur alere nurum, non ſolum quando nurus dotem ſocero tradidit, ut docent Surdus *de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 38. *n.* 5. Bocius *de effectib. matrimon. tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 94. Sed etiam ſi nurus indotata nupſerit, *l. ſi quis à liberis, §. non tantum*, ubi Gloſ. Barthol. & communiter DD. *de liberis agnoſcend.* Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſput.* 26. *n.* 21. Covarrubias *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 6. *n.* 5. Menoch. *de arbitrar. caſu* 348. *n.* 14. Surdus *de alimentis, tit.* 1. *q.* 38. *n.* 1. Gutierrez *de matrim. cap.* 80. *n.* 13. Bonacin. *de præcept. diſput.* 5. *q. unic. part.* 6. *§.* 1. *n.* 2. Paſchal. *de Patr. proteſt. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 6. noſter Trullench *in decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *dubitat.* 3. *n.* 11. Bocius *dict. cap.* 5. *n.* 95. Niſi dos fuerit promiſſa, & ſoluta non fuerit, nam ſicuti maritus hoc in caſu non tenetur uxorem alere, ita neque ſocer, Surdus *dict. quæſt.* 38. *n.* 25. Meli *poſt obſervat. ad* Caſtill. *de aliment. deciſ.* 9. *n.* 8. Quod procedit caſu in quo maritus mortuus fuerit, & nurus, neque ex bonis mariti, aut ſuis, vel aliunde ali non poſsit, nam hoc in caſu tenetur ſocer, ut declaravit Senatus ſententia per Ferrera, publicata in menſe *Decembris* 1649. inter Dominum de Pamis, & Getrudicem Tanſo, referente M. Joanne Arques Jover, R.C.D. Undè ſi ſocer alimenta nurui præſtiterit cum proteſtatione, repetet illa ſi nurus aliunde habuerit, undè illa ſolvat, ſecus erit ſi aliunde non habuerit.

De vitrico obſerva, quod etiam ſi fue- 31
rit dives, & privigni aliunde non habeant, non tenetur illos alere, Bald. Salizet. & communiter Scribentes, *in l. ſi paterno* 5. *C. de negotiis geſtis*, Surdus *de alimentis, tit.* 1. *q.* 41. *per tot. & tit.* 6. *quæſt.* 11. *n.* 13. Molfes *ad conſuetud. Neapolit. tom.* 1. *part.* 5. *q.* 11. *n.* 37. Bocius *de matrim. dict. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 17. *n.* 589. Sed juxta ſententiam, à qua
non debemus recedere in Regno, ſi vitricus 32
alimenta præſtiterit privignis abſque proteſtatione, non repetet illa, quia cenſetur præſtitiſſe affectu paterno, *l. ſi paterno* 15. *C. de negotiis geſt.* Corduba *in dict. l. ſi quis à liberis §. ſi mater, n.* 61. *in fin.* Surdus *de alimentis, tit.* 6. *q.* 11. *n.* 3. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprud. lib.* 3. *diſcurſu* 1. *n.* 27. Moſtazo *de cauſis piis, dict. lib.* 2. *tom.* 1. *cap.* 4. *n.* 41. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 91. *n.* 55. Licèt non deſint qui ſentiant, poſſe vitricum impenſum repetere abſque proteſtatione, ut poteſt videri apud Bocium *dict. part.* 2. *cap.* 16. *n.* 938. Sed, ut jam dixi, in Regno hoc non poteſt ſequi, quia multoties judicatum extat vitricum privignos alentem abſque proteſtatione, non habere repetitionem alimentorum, ut ſentẽtia per Daza, *die* 20. *Novembris* 1638. inter Melchiorem Morales, & Blaſium Leonart; & alia per Alreus, *die* 27. *Novembris* 1612. in-

inter Antonium Plana, & Angelam Verdejo; & alia per Daza, *die* 15. *Februarii* 1618. inter Joannem Rubio, & Vincentium Perez;& alia per Alreus, *die* 27. *Maii* 1619. inter Petrum Jacobum Jordà, & Curatorem Dorotheæ Marco.

tinuit illud, uti, vel non uti decreto, & facere, vel non facere alienationem virtute decreti, nam cum decretum nihil aliud ſit, quam facultas ad alienandum, vel contrahendum data, & hæc ſit in favorem perſonæ obtinentis decretum, poterit liberè ea non uti, ex regul. textus *in l. nec emere, Cod. de jure delibe randi, l. final. Cod. unde legitimi, l. boc jure*, §. *non poteſt, ff. de donationib. l. invito, l. invitus* §. *quod cuique, de regul. juris.* Qua propter decretum obtentum non poterit effectum habere, niſi volente eo, in cujus favorem expeditum reperitur, *cap.* 1. *de conceſsion. prebend. in* 6. Fagnan. *ad text. in cap. cum acceſsiſſent,*
*de conſtitutionib. n.* 26. Solum advertere 32
intendo, quod ſi contractus fuerit ex illis, qui abſque decreto validitatem non habent, ſi celebretur contractus, & poſtea decretum interponatur, non valebit contractus à die quo celebratus fuit, ſed à die quo interpoſitum fuerit decretum, Afflict. *deciſ.* 286. *n.* 1. Marin. Freſia *de ſub feud. lib.* 2. *de auctorit. Baronum, quæſt.* 30. *n.* 3. *&* 15. Franch. *deciſ.* 82. *n.* 2. Pariſ. de Put. *de reintegrat feud. cap.* 270. *n.* 4. *&* 5. *& cap.* 271. *&* 273. Franciſc. de Amic. *in repetit. tit. de bis qui in feudare poſſunt*, §. 17. *Sed qui in bypotbeca, pag.* 21. Ponte *de poteſtat. Prorregis, tit.* 6. §. 1. *n.* 22. *&* 23. Gratian. *diſcept.* 730. *ex n.* 12. *uſque ad* 15. Carleval. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 23. *n.* 18. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 21. *n.* 34. *&* 55.

Si vero decreta deſiderentur ad confirma- 33
tionem contractus, vel actus, ut puta, ad tranſactionis confirmationem, aut alicujus communitatis deliberationes, ſolent in noſtra praxi interponi hujuſmodi decreta poſt tranſactionem factam, aut actum celebratum, & ita debere fieri probari videtur, *ex for.* 10. *&* 11. *rubr. de execut. rei judicat.* D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *n.* 86. D. Creſpi *tom.* 1. *obſervat.* 15. *n.* 302. Quæ validiſsima juris ratione nituntur, ex eo quod decreta confirmatoria poſt contractum, aut actum celebratum rectiſsimè, & ſuo in loco interponuntur, *l.* 2. *Cod. de ſervis, reipublic. manumitend. l. ſi quos, Cod. de decurionib. lib.* 10. *l.* 2. *Cod. de jure Fiſci*, Bald. *in l. quæcumque, Cod. de bonis quæ liberis* Simoncell. *de decret. in præfat. n.*
35. Non tamen tollit hoc, quod hæc decre- 34
ta poſsint etiam obtineri ante contractum tran-

tranſactionis, quia poterunt obtineri antea, & in eis dari poterit facultas, ut contractus tranſactionis, aut actus fiat confirmando actum, aut contractum celebrandum ſub illa forma in decreto data, Salgad. in labyrint. par. 1. cap. 35. in fin. Queſad. & Pil. diſſertat. 9. n. 15. Sed obſerva, quod ſi contractus, aut actus ad ſui validitatem indigeat decreto, & ante obtentum decretum celebretur cum conditione, aut pacto, quod decretum interponatur, prout aſſiduè ſolet fieri in noſtro Reg-
35 no, poterit quilibet ex contrahentibus recedere à contractu, ante obtentum decretum, etiam ſi juramento vallatus reperiatur contractus, quia ante decretum nullus eſt, & non obligat, adhuc ut contrahens invitus decretum petat, Afflict. in cap. 1. n. 7. in tit. de Vaſſallo qui contra conſtit. Loter. & in cap. imperialem, quæſt. 16. n. 35. & 37. de probibit. feud. alienat. & deciſ. 111. n. 3. & deciſ. 335. n. 11. Surd. conſ. 484. n. 8. tom. 4. Puteus deciſ. 2. de tranſactionib. Caputaquenſ. deciſ. 100. Ludovicus deciſ. 189. n. 2. Ricc. in additionib. ad Franch. deciſ. 620. Mieres de majorat. 1. part. quæſt. 2. n. 48. Achiles deciſ. 2. de pact. Corſet. conſ. 1. n. 9. Garcia de benefic. 2. part. cap. 1. n. 36. Genuenſ. in prax. cap. 75. n. 16. Farinac. deciſ. 337. n. 2. part. 1. in noviſsim. & deciſ. 755. n. 2. in recentiſsim. part. 1. & in poſthumis, tom. 2. deciſ. 189. n. 2. Pont. de poteſt. Prorreg. tit. 6. §. 1. n. 6. & 21. Mareſcot. variar. lib. 1. quæſt. 14. per tot. Mangil. de evictionib. quæſt. 125. n. 20. Thoro in compend. deciſion. verbo aſſenſus ſuper venditione facta, Burat. deciſ. 15. n. 6. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 33. n. 19. cum ſeqq. & part. 2. cap. 21. n. 40. Interpoſito au-
36 tem decreto ſuper contractu, aut actu celebrato remanebit contractus validus, & taliter corroboratus, quod amplius non poterit alter ex contrahentibus, invito alio à contractu, & decreto recedere, propter jus adquiſitum jam cuilibet ex contrahentibus, ex regul. text. in l. final. ff. de pact. l. id quod noſtrum, de regul. juris. Hoc intellige caſu in quo contrahentes ipſi proponerent inſtantiam, & libellum ad obtinendum decretum; Secùs verò erit ſi à tertio decretum obtentum fuerit, nam
37 iſtius factum non debet aliis nocere, l. ſi unus, §. ante omnia, ff. de pactis, l. de pupillo, §. ſi plurium, ff. de novi operis nunciat. l. non debet alteri, de regul. juris, niſi utantur contrahentes decreto, & facultate in illo conceſſa, nam tunc operabitur idem hæc approbatio, quam ſi obtinuiſſent per ſe, aut per procuratorem decretum, l. 3. in princip. ff. quod quiſque juris, Ruin. conſ. 133. n. 1. lib. 1. Mieres de majorat. 4. part. quæſt. 1. limit. 6. n. 72. & 73. Noguerol. allegat. 32. n. 177. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 39. n. 35.

In dubium poteſt poni, an ſi contrahentes, aut tranſigentes poſt contractum ab eis cele- 38
bratum, petant interpoſitionem decreti, & concedatur cum aliqua conditione, circunſtantia, aut qualitate non contenta in tranſactione, aut contractu, quæ non eſt de contrahentium mente, teneantur ſtare decreto, & contractui alterato, aut mutato, vigore decreti; multoties enim vidi, quod tranſactione facta, aut contractu celebrato non interponitur decretum abſolutè, ſed addendo, aut detrahendo prout judici magis equum videtur, & dubitant contrahentes, an debeant ſtare decreto, & contractui cum illis qualitatibus. Sed pro certo, & indubitato tenendum eſt, quod iſto in caſu non tenentur contrahentes ſtare decreto, aut contractui confirmato cum qualitate, aut circunſtantia non contenta in contractu, quia contractus celebratus, neque à judice, neque à Rege mutari, alterari, aut modificari poteſt, ut obliget contrahentes, l. perfecta donatio, Cod. de donationib. quæ ſub modo, l. non idcirco, Cod. de contrahend. empt. l. non ſolum 3. ff. de obligat. & actionib. Olea de ceſsion. jurium, tit. 3. quæſt. 12. n. 12. Giurba deciſ. 79 Fontanell. tom. 2. deciſ. 540. n. 3. cum ſeqq. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 36. per tot. Iranzo in prax. proteſtat. cap. 22. num. 9. Solum ergo caſu in quo decretum interponatur illo modo, & forma quibus petitur à contrahentibus, tenentur iſti contractui, & decreto ſtare, & quia ut ſæpè diximus decreta ſunt individua, non tenentur illis contrahentes ſtare ſi in parte, licet minima, interpoſita non fuerint, prout petita reperiuntur, nam cum per petitionem illorum, non 39
poſsint conſiderari acceptata, alio modo, quam eo quo petita fuerunt, & modo iſto valere non poſsint, quia pro parte admitti nequeunt, & pro parte repudiari propter individuitatem, l. cum quæritur, ff. de adminiſtrat. tutor. l. nam abſurdum 7. ff. de bonis libertorum, l. ſi ita ſtipulatio 39. in fin. ff. de operis libertor. Tiraquel. de retract. conventional. in fin. ex n. 8. Surd. conſ. 52. n. 4. & conſ. 107. n. 1. Salgad. in labyrint. part. 2. cap. 6. n. 20. Cirocch. diſcept. 67. n. 75. Urceol. conſultat. forenſ. cap. 63. n. 13. Andreol. controverſ. 136. n. 12. Triſtany deciſ. 24. n. 135. Sequitur quod non acceptato poſtea à contrahentibus decreto cum illis qualitatibus, non tenentur illi ſtare, neque contractui, etiam in illis, quæ abſque qualitate approbantur, & confirmantur per decretum, nam cum individuum ſit, utile vitiatur per inutile, l. 2. §. item quæritur, l. 3. §. Trebatius ff. de aqua quotidian. & æſtiva, & eſſet durum, quod contrahentes adſtricti remanerent in parte fortè non illis utili, & in parte utili, remaneret conventum ſine effectu. Quod non intelli- 40
gas



gas quando poſt decretum factum cum illa qualitate, contrahentes utuntur decreto, & illud acceptant, nam in omnibus validitatem habebit decretum modo quo expeditum fuit, cum acceptando, & utendo illo conſentire videantur in omnibus in illo contentis, leg. ſi quis aliam 46. ff. de ſolutionib. leg. cum quæritur 17. de adminiſtrat. tutor, leg. fundi patrem, 79. ff. de contrahend. emption. Puteus deciſ. 369. aliàs 359. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæſt. 6. ſub n. 76. Barboſ. de penſionib. quæſt. 1. n. 21. Larrea deciſ. 6. n. 14. Salgad. in labyrinth. part. 2. cap. 6. n. 17.

Decreta iſta ſtricti juris ſunt, & facultates
41 in illis datæ non patiuntur exceſſum, Barthol. Alberic. & Cuman. in l. ſicut, §. ſed ſi permiſſerit, ff. quibus modis pign. vel hypothec. Ruin. conſ. 100. n. 6. & 7. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. inſpect. 4. n. 93. Surd. conſ. 220. n. 9. Dom. Leon tom. 2. deciſ. 169. n. 10. Fontanella deciſ. 263. n. 9. Queſada, & Pilo diſſertat. 9. n. 27. Unde de caſu ad caſum, vel de re ad rem, aut de perſona ad perſonam extendi non debent, ſed ut ſuum debitum operentur effectum contineri debent in ipſo caſu, leg. in conventionalibus 52. ff. de verborum obligat. leg. non à judice, §. ſi quis alio, ff. de judiciis, leg. ſi pupillorum, §. ſi prætor, ff. de rebus eorum, ibi: Et mea fert opinio, eum qui aliud fecit, quàm quod à prætore decretum eſt, nihil egiſſe. Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 4. cap. 5. à n. 10. Simoncell. ubi proxim. n. 92. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. à n. 3. Dom. Leon dict. deciſ. 169. n. 9. Corbul. de jure empniteut, cap. 14. ampliat. 5. per tot. Fontanell. deciſ. 263. n. 9. Salgad. in labyrinth. part. 2. cap. 4. n. 12. & 13. & cap. 6. n. 35. & 36. Queſada, & Pilo, dict. diſſertat. 9. n. 27. Ciriac. controverſ. 219. n. 7. & 8. & controverſ. 457. n. 14. Amiden. de ſtyl. datar. cap. 22. n. 18. Anton. Gobius conſult. 72. n. 7. Et quod decretum non extendatur de caſu ad caſum, declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 6. Aprilis 1613. inter Marchionem de Aſtorga, & Comitem de
42 Aranda. Quòd procedet etiam ſi ad extenſionem concurreret major, aut equalis cauſa, ut cogita ſi decretum expeditum fuerit ad prædium minoris vendendum, virtute enim hujus decreti non poterit hypotecari prædium, nam etſi cui poteſt quod eſt plus, ut eſt vendere, licere debebat quod eſt minus, quòd eſt obligare, ex regul. text. in l. non debet, ff. de regul. juris, l. nec in ea 22. ff. ad leg. Juliam, de adulteriis, l. in ſuis, ff. de liberis, & poſthumis, cap. cui licèt 53. de regul. juris in 6. Et major ratio reperitur, ut ſolum hypothecetur prædium, quàm ut vendatur, tamen in hac materia decretorum ſtrictiſsima, non poterit qui magis facere poteſt juxta decretum, minus facere extra decretum, l. ſi pupillorum 7. §. ſi prætor, ff. de rebus eorum, ibi: Si prætor tutoribus permiſſerit vendere, illi obligaverint, vel contra, an valeat quod actum eſt, & mea fert opinio, eum qui aliud fecit, quàm quod à prætore decretum eſt, nihil egiſſe. Simoncell. de decretis, lib. 1. tit. 1. inſpect. 4. n. 92. & 93. Molin. de Hiſpanor. primogen. lib. 4. cap. 5. n. 23. Dom. Leon dict. deciſ. 169. n. 9. Mantic. de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 7. cap. 15. n. final. Et confirmatur ex eo, videlicet, quòd illa quæ ſtrictè interpretantur, & quæ ſingulariter conceduntur, non extenduntur de caſu ad caſum, neque de perſona ad perſonam ex idemtitate, aut majoritate rationis, cap. 1. & 2. de filiis præsbyterorum, Suarez lib. 8. de legibus, cap. 28. n. 11. Salas de legibus, diſput. 20. ceſsion. 11. n. 110. Bonacin. in opere moral. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 7. §. 2. n. 12. Caſtropalao in opere moral. part. 1. tract. 3. diſput. 4. punct. 13. n. 1. Caponi diſcept. 113. n. 35. Paſqualig. in addit. ad Franch. controverſ. inter Epiſcop. & regular. part. 2. quæſt. 96. n. 5. Bich. deciſ. 67. n. 12.

Non intelligas, quòd hujuſmodi decreta, 43
quæ ad confirmandas tranſactiones, & alios contractus dantur, poſſunt tribuere validitatem aliquam contractui confirmato, neque illi dare novum eſſe, quia decreta ſolum autorizant contractum cum vera cauſa geſtum, adeò quod ſi contractus fuerit nullus, & obligationem non pariat, judex per decretum interpoſitum, non reddet illud validum, neque faciet quod pariat obligationem, cum hæc decreta nihil aliud faciant, quàm confirmare contractum, talem, qualem inveniunt, & ſi actus, aut contractus inſubſiſtens, & inutilis fuerit, inutilem illum relinquet decretum interpoſitum, ſi vero ſubſiſtens, validum remanebit, nam in decretis non adeſt aliqua medela quæ ſanare poſsit morbum à natura inſitum contractui, aut actui, ut eſt optimus, textus, cap. inter dilectos, de fide inſtrumentor. l. Seye 26. & ibi gloſſ. ff. de tutorib. & curatorib. leg. tutor ſi petitus 10. & ibi gloſſ. in verb. in facti cauſa, ff. eod. l. cum furioſus, Cod. de curatore furioſi. Bover. ſingul. 10. verb. decretum, fol. 191. part. 1. Decius conſ. 475. n. 13. uſque ad 17. Fulgoſ. conſ. 73. n. 4. Socin. Junior conſ. 41. à n. 17. uſque ad 20. lib. 2. Ancarran. conſ. 207. in quæſt. ſuperaddita, num. 7. & 8. Gratian. diſcept. 669. n. 8. Salgad. de reg. protect. part. 2. cap. 14. n. 39. Rota apud Urceol. poſt tractat. de tranſactionib. deciſ. 35. n. 11. Proprium enim eſt cujuſlibet confirmationis nihil de novo dare, ſed 44
tantum confirmare actum intra ejus limites, & effectus, l. 1. §. ſi quis, ff. ut legatorum nomin. l. ſi ſtipulatus, §. verum, ff. de uſuris, l. ſi legati, ff. de legat. 1. leg. ſi eum, §. qui injuria-
rum

*rum, ff. ſi quis cautionib. leg. aurelius*, §. *teſta-*
*mento*, *ff. de liberat. legat. l. final. Cod. de non*
*numerat. pecun.* Solorçan. *de jure indiarum, lib.*
*2. cap. 19. & cap. 26. n. 46.* Caſtill. *con-*
*troverſiar. lib. 5. cap. 89. n. 202.* Larrea *al-*
*legat. 73. n. 5.* Cardinal. de Luca *de be-*
*nefic. diſcurſ. 92. n. 8. & diſcurſ. 139. num.*
*4 & de feud. diſcurſ. 60. num. 11. & de teſta-*
*ment. diſcurſ. 56. num. 6. & de præeminent.*
*diſcurſ. 40. num. 5.* Antunez *de donation. tom.*
*1. part. 2. lib. 1. cap. 7. n. 29. & 30.* Amiden.
*de ſtyl. datar. cap. 15. num. 40. cum ſequentib.*
Et ex hac ratione, non ipetè colligitur, quòd
45 decreta nunquam poſſunt ledere tertio, quia
per illa, nihil ponitur in eſſe, quantum ad ju-
ra tertii, neque juri alterius detrahitur, Bald.
*in leg. 1. in princip. ff. conſtitut. princip.* Bar-
thol. Socin. *conſ. 164. part. 3.* Rota apud Statil.
Pacific. *de Salvian. interdict. deciſ. 134.* No-
guerol. *allegat. 7. num. 12. 13. & 14.* Salgad.
*in labyrinth. part. 2. cap. 6. n. 35. cum ſequent.*
*& de reg. protect. part. 2. cap. 14. num. 19.*
*& 39.*
46 Quòd operantur hæc decreta non eſt de-
fectus contractus, aut actus confirmati ſuple-
re, nam defectus omnes intervenientes in
contractu, aut actu ante decretum, durant
etiam poſt decretum, Bald. *in cap. dudum, de*
*decimis*, ubi Abbas *n. 11.* Alexand. *conſ. 122.*
*num. 32. vol. 4.* Surd. *deciſ. 289. num. 8. & 9.*
*& conſ. 47. num. 19.* Salgad. *de reg. protect. part.*
*2. cap. 14. num. 19. & 20.* Non enim ſuplet
cauſam decretum, ſed ſolum ſolemnitates,
*cap. non liceat 12. quæſt. 2.* Gratian. *diſceptat.*
*624. num. 16.* Thomas *de tutorib. & curatorib.*
*tit. 19. n. 3205. fol. 796.* Meli *obſervat. 121.*
*num. 8.* Solum quod operantur eſt, quòd juris
47 præſumptione probatum extet, in actu, aut
contractu interveniſſe omnes ſolemnitates
neceſſarias, & utiliter, ritè, rectè, & validè
celebratum fuiſſe contractum, Bald. *in cap. 1.*
*de iis qui feud. dare poſſunt.* Simoncell. *de de-*
*cret. lib. 3. tit. 7. num. 44. cum ſequent.* Oldus
*de reſtitution. in integr. part. 1. quæſt. 47. n. 24.*
Gratian. *diſcept. 555. num. 15.* Rota *deciſ. 21.*
*num. 2. & 3. & deciſ. 74. n. 8. part. 5. recentiſ-*
*ſim.* Cavaler. *deciſ. 479. num. 1.* Fenzon. *ad*
*ſtat. urbis, cap. 113. num. 23.* Thomas *de tuto-*
*rib. & curatorib. tit. 19. ſub num. 3254. fol.*
801. Meli *obſervat. 121. num. 13.* Bonden. *col-*
*luctat. 16. num. 79. & 84.* Knipſchiltd. *de fi-*
*deicommiſſ. cap. 11. num. 493.* Guazin. *de confiſ-*
*cat. bonor. quæſt. 20. num. 72.* Hodiern. ad
Surd. *deciſ. 278. num. 26.* Stayban. Junior *re-*
*ſolut. 166. tom. 2. num. 9.* Cirocch. *diſcept. 54.*
*num. 4. & diſcept. 71. num. 38.* Urceolo *de*
*tranſactionib. quæſt. 2. num. 78.* Triſtany *deciſ.*
*24. num. 130. & 131.* Et faciet etiam decre-
tum, quod præſumatur interveniſſe juſtam
cauſam, & illius cognitionem ad illud elar-
giendum, Bald. *conſ. 376. num. 1. lib. 1.* Mer-
lin. Pignatel. *controverſ. 74. n. 21. lib. 2.* Bich.
*deciſ. 58. num. 10.* Anton. Gobius *conſultat.*
*71. num. 20.* Ratio eſt, quia ſemper præſu-
mi debet, judicem actum, aut contractum cum 48
cauſę cognitione approbantem, & permitten-
tem illum (quod eſt in effectu decretum, ut
conſiderat Oddus *de reſtitut. in integr. part. 1.*
*quæſt. 22. num. 69.*) juſtè, & legitimè appro-
baſſe, & permiſiſſe contractum fieri, *ex re-*
*gul. text. in l. Herennius*, §. *Gaia*, *ff. de evictio-*
*nib. l. 2. Cod. de offic. judicis*, tradunt Sperell.
*deciſ. 164. num. 32.* Thomat. *deciſ. 68. num.*
*62.* Guazin. *de confiſcat. quæſt. 20. n. 70.* Bon-
den. *colluctat. 16. num. 84.* Franciſc. de Angel.
*de confeſſionib. lib. 2. quæſt. 15. n. 20.* Urceol.
*de tranſactionib. quæſt. 68. num. 33.* Pignatell.
*da ſtatut. Ferrar. tom. 1. rubr. 91. num. 37.*
Anton. Gobius *conſultat. 71. num. 19.*
Sed à quo judice debeant decreta obtineri 49
videamus; & judicem illum in cujus terri-
torio bona contractus decretandi reperiũtur
ſita competentem eſſe, probatur ex text. *in l.*
*ſi prædium 16. Cod. de prædiis, & aliis rebus*,
ibi: *Sine decreto præſidis Provinciæ, in qua ſi-*
*tum eſt vendidiſti.* Docent Hippolyt. Rimi-
nald. *conſ. 5. n. 207. lib. 1.* Rebuf. *in prax. bene-*
*ficior. tit. de devolutionib. ſub n. 39.* Tiraquel.
*de retract. § . 36. gloſſ. 3. n. 22.* Redoan *de re-*
*bus Eccleſ. non alienand. cap. 27. de authorit.*
*prælat. in alienat. interpon. num. 40. cum ſe-*
*quent.* Simoncell. *de decretis, lib. 1. tit. 1. num.*
*69.* Gomez *variar. tom. 2. cap. 14. n. 17.* Pe-
reira *de empt. & vendit. cap. 14. n. 13. 15. &*
*18.* Molin. *de juſtit. & jure, tractat. 2. diſput.*
*224. num. 29. in fin.* Mantic. *de tacit. & am-*
*big. lib. 4. tit. 6. num. 23. & 24.* Gratian. *diſ-*
*cept. 555. num. 6.* Barboſ. *ad text. in dict. l. ſi*
*prædium 16. Cod. de prædiis, & aliis reb. num.*
*3.* Ripoll. *variar. cap. 11. num. 386.* Caſtejon
*in alphabet. verb. decretum, num. 6.* Ratio eſt,
quia judex ratione rei ſitæ competens effici-
tur reſpectu negotii ſpectantis ad illam rem,
*l. ultim. Cod. ubi in rem actio, cap. ultim. de fo-*
*ro competenti, cap. 1. de privileg. in 6.* Felician.
de Oliva *de foro Eccleſ. part. 3. cap. 23. num. 1.*
*cum ſequent.* Etiam erit competens ad obti-
nendum decretum judex ordinarius proprii
domicilii contrahentium, *l. venditio, 1. Cod.* 50
*de præd. & aliis rebus minor.* Barthol. *in l. le-*
*gitimos in princip. ff. de legitim. tutorib.* Jaſſon
*in leg. cunctos populos in 2. lectur in fin. Cod. de*
*ſumma Trinitate*, Roland. *conſ. 123. num. 64.*
Caſſanat. *conſ. 54. num. 4. & conſ. 31. n. 38.*
Gomez *variar. tom. 2. cap. 14. num. 27.* Lam-
bertin. *de jure patronat. lib. 1. part. 1. art. 8. q.*
*2. in princip. n. 3.* Simoncell. *ubi proxim. verſ.*
*ſecunda eſt opinio*, Mantic. *de tacit. & ambig.*
*lib. 4. tit. 6. num. 23. & 24.* Barboſ. *in dict. l. 1.*
*Cod. de præd. & aliis rebus, num. 2.* Ripoll. *d.*
*cap.*



*cap. 11. n. 386.* Sed non nulli tenent requi-
51 ri ſimul decretum judicis territorii, ubi res ſi-
ta eſt, & judicis domicilii contrahentium, ar-
gum. text. *in leg. juriſperitos*, §. *cum oriundus*,
*ff. de excuſat. tutor.* Simoncell. *ubi proxim.*
*verſ. Tertia ſententia eſt*, Mantic. *ubi proximè*,
Gutierr. *de tutell. part. 1. cap. 16. num. 19.* Gra-
tian. *diſcept. 555. num. 6.* Barboſ. *ubi pro-*
*ximè.*
52 Ad veram reſolutionem diſtingue; aut de-
cretum obtinetur per uſum voluntariæ juriſ-
dictionis, & nemine citato, aut per viam ju-
riſdictionis contentioſæ, & cum citatione ali-
cujus. In primò caſu rectè obtinebitur decre-
tum à judice territorii rei ſitæ, vel à judice
territorii domicilii contrahentium, ſive ab
alio judice ordinario, qui neque ratione rei
ſitæ, domicilii, aut alia de cauſa competens
ſit, Simoncell. *de decret. dict. lib. 1. tit. 1. n.*
*70.* Queſada, & Pilo *diſſertat. 9. n. 32. cum*
*ſequentib.* Ratio eſt, quia illa quæ ſunt juriſ-
dictionis voluntariæ, poſſunt exerceri extra
territorium, *leg. 2. ff. de offic. proconſul.* & ibi
communiter DD. *leg. ultim.* ubi Decius *n. 6.*
*ff. de juriſdict. omn. judic. cap. novit, de offic.*
*delegat. ubi gloſſ.* & communiter DD. Covar-
rub. *variar. lib. 3. cap. 20. num. 8.* Sanchez *de*
*matrimon. lib. 3. diſput. 19. num. 8.* Barboſ. *in*
*leg. 1. artic. 1. n. 185. de judiciis*, Garcia *de*
*benefic. part. 5. cap. 8. n. 228.* Carleval. *de ju-*
*diciis, lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 8. ſect. 4. n.*
*1158. & 1159.* Felician de Oliva *de foro Ec-*
*cleſ. 3. part. quæſt. 10. n. 4.* Et erga ſubditos
alterius territorii ejuſdem Principis, Barthol.
*in leg. Modeſtin. 23. n. 3. ff. de donationib.*
Covarrub. *dict. cap. 8. n. 14.* Surd. *conſ.*
*1. num. 77.* Barboſ. *ubi proxim. n. 181. &*
*183.* Carleval. *dict. diſput. 2. n. 1158.* Fe-
lician. de Oliva *dict. part. 3. quæſt. 10. n.*
*29. & 30.* In ſecundò caſu judico non eſſe
neceſſarium adire judicem territorii rei ſitæ,
53 & domicilii, ſed ſufficere quod interpona-
tur, vel à judice proprio ratione domicilii,
vel ratione rei ſitæ, quia tam ratione rei ſitæ,
quàm ratione dimicilii conſiderari debet ju-
dex competens, ut coram eo ſuſcipiatur ju-
dicium, *l. hæres abſens 19.* §. *ſi quis tutell. &*
§. *proinde, &* §. *illud ſciendum eſt, l. & fidei-*
*commiſſum 50.* §. *Sed & reſcriptum eſt, ff. de*
*judiciis, l. ſed etſi ſuſcepit 52.* §. *ultim. ff. eod.*
*l. actor, Cod. ubi in rem actio, cap. final. de foro*
*competent. cum aliis adduct.* à Carleval. *de judi-*
*ciis, lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 1. n. 8. cum*
*ſequentib. & quæſt. 3. n. 143. cum ſequentib.*
Felician. de Oliva *de foro Eccleſ. part. 3. quæſt.*
*17. & quæſt. 24.*
54 Si bona quæ in contractu decretando con-
tinentur fuerint in diverſis Regnis, ut in Va-
lentiæ Regno, & Caſtellæ, tunc erit interpo-
nendum decretum ab utroque judice unius,
& alterius territorii, ut de prax. teſtatur, D.
Creſpì *obſervat. 15. n. 302.* non, ut ille co-
gitat, quia ſolus judex ubi bona ſita ſunt com-
petens eſt ad hæc interponenda decreta, nam
contrarium certum eſt, & remanet proba-
tum, ſed quia bona ſunt ſub territoriis diver-
ſorum Principum, Monarcha noſter invictiſ- 55
ſimus, licèt Rex Valentiæ, & Caſtellæ ſit, ha-
betur in repreſentatione alius, uti Rex Va-
lentiæ, alius uti Caſtellæ, & idem jus obſer-
vandum eſt in interpoſitione decreti, quòd
eſſet obſervandum, ſi eſſent ſub diverſo Prin-
cipe, & in diverſis Regnis bona, D. Creſpì
*dict. obſervat. 15. num. 44.* Jam enim com-
muni DD. placito admiſſum extat, quòd ſub
eodem Principe commorantes, ſi in diverſis
ditionibus morentur, & diſtinctis magiſtra-
tibus gubernentur, prout gubernantur Va-
lentini, & Caſtellani, reſpectu illius magi-
ſtratus, ſub quo ſunt, illius fori erunt, reſpe-
ctu vero alterius magiſtratus cui non ſubſunt
pro forenſibus haberi debent, & tanquam ex-
tranei tractandi ſunt, Silvan. *conſ. 25. num. 16.*
Decian. *reſponſ. 33. num. 37. lib. 1.* Maſcard.
*de interpret. ſtatutor. concluſ. 6. num. 212.* An-
ton. Gobius *conſult. 45. num. 20.*
Eccleſiaſticæ perſonæ, Eccleſiæ, Monaſte-
ria, & exempti à juriſdictione ſeculari, non 56
debent obtinere decreta à ſuis judicibus Ec-
cleſiaſticis indiſtinctè in omnibus negotiis,
ſed inſpiciendum eſt, an decretum petatur ad
alienanda bona immobilia, vel confirman-
dam tranſactionem, aut contractum initum
ſuper rebus immobilibus, aut earum fructi-
bus, & hoc in caſu cum judicis ordinarii Ec-
cleſiaſtici juriſdictione careant in Regno reſ-
pectu bonorum immobilium, & illorum fru-
ctuum, & in iis ſubdantur Eccleſiaſtici, &
exempti juriſdictioni judicum ſecularium, ut
validitatem habeat decretum obtineri debet
per curiam judicis ſecularis, aliter nullius
momenti erit, & inefficax remanebit contra-
ctus, ut declaravit Senatus ſententia per Sa-
boya, *die 10. Decembris* 1674. inter Conven-
tum Divi Auguſtini noſtræ Urbis, & Paulum
Pereda Clericum; ſi ut diximus Eccleſiaſtici
judices juriſdictione carent, reſpectu immo-
bilium, & eorum fructuum, & tota reſidet 57
pœnes judices ſeculares, *for. 6. rubr. de juriſ-*
*diction. omnium judicum, for. 6. & 15. rubr.*
*de rebus non alienand.* Bellug. *in ſpecul. prin-*
*cip. rubr. 14.* §. *veniamus, n. 36.* D. Mora *in*
*recopilat. foror. rubr. 24. num. 9.* Caſtropal.
*tom. 2. tract. 12. diſput. unic. punct. 9. num. 1.*
*& 2.* D. Matheu *de regim. cap. 2.* §. *5. n. 44.*
D. Creſpì *obſervat. 54. num. 5.* Adeò, quod
etiam ſi conveniantur actione perſonali pro
reſtitutione fructuum perceptorum debent
conveniri per curiam judicis ſecularis, quam-
vis ſimul non petatur res, à qua illos perce-

perunt,ut declaratum extitit in Senatu Regia interlocutione, *diei* 14. *Januarii* 1687. in favorem Fratris Joſephi Fellonar Presbyteri Ordinis Divi Franciſci, & Syndici Conventus Urbis, & litis conſortium, & contra Doctorem Joannem Baptiſtam Quiles Presbyterum, referente Nobili Senatore Don Carolo Coloma R.C.D. & Archidiacono Setabenſi. Indubitatum eſt, quòd decreta ſuper bonis immobilibus debent à judicibus ſecularibus dari, & ſpecialiter ab illis, in quorum territorio bona reperiuntur ſita, argum.text. *in l.* 1. *l. ſi prædium, Cod. de prædiis, & aliis rebus.* D. Matheu *de regim. cap.* 11. §.6. *num.* 10. & 11. Et quod Monaſterium ad cenſus onerationem indigeat decreto, non ſolum ſuperioris ſui regularis, ſed etiam judicis ſecularis, declaravit Senatus ſententia per Caſes, *die* 13. *Martii* 1631. inter Syndicum Conventus Divi Onufrii, & Vincentium Montañanes. Tutius tamen erit, quod multoties practicatum vidi, & ego practicavi, nempe, quòd iis
58 in caſibus ad pleniorem ſecuritatem hujuſmodi obtineantur decreta à judicibus ſecularibus, quia eorum juriſdictioni hæc bona ſuppoſita ſunt, *argum. text. in dict. l. ſi prædium, Cod. de prædiis, & aliis rebus*, & etiam à judicibus Eccleſiaſticis, quia perſonæ obtinentes decreta ſuppoſitæ juriſdictioni illorum ſunt, *ex regul. text. in dict. leg.* 1. *Cod. de prædiis, & aliis rebus, &c.* Si vero decreta deſiderentur obtineri à laicis, vel Eccleſiaſticis
59 ſuper rebus ad juriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectantibus privativè, ut ſi ſuper re ſpirituali, aut annexa ſpirituali, ut puta ſuper jure patronatus, tunc à judice Eccleſiaſtico, & non ab alio debet obtineri decretum, *cap. cura,* 11. *de jure patronat.* Tiraquel. *in l. unquam, verb. donatione largitus, num.* 353. Flamin. *de reſignat. lib.*8. *quæſt.*10. *num.*7. & 8. Gregor. XV. *deciſ.* 420. *num.* 7. Rota apud Farinac. *in recentiorib. deciſ.* 337. *num.* 7. *part.* 2. Vivian. *in prax. juris patronat. part.*1. *lib.*4. *cap.* 4. *num.* 2.

60 Quando Eccleſiaſtici, aut Eccleſiaſticæ perſonæ, vel Monaſteria, aut loca Eccleſiaſtica non habent in Regno ſuperiorem Eccleſiaſticum, cui ſubdantur, nullatenus poterunt obtinere decreta ad alienationes, vel contractus faciendos, per curiam Eccleſiaſtici judicis, ſed per Regium Senatum, aut curiam Gerentis Vices Generalis Gubernatoris, quia hujuſ-
61 modi exempti, etiam ſi in ſacris conſtituti fuerint ſubduntur Domino Regi, tanquam exemptorum judici, *for.* 9. & 16. *rubr. de juriſdict. omn. judic. for.*8. *rubr. de decimis*, Docent ex noſtris Belluga *in ſpecul. princip. rubr.* 11. §. *videndum, num.* 12. & 17. Dominus Matheu *de regimin. cap.* 7. §. 1. *num.* 200. *cum ſequentib.* Domin. Creſpì *obſervat.* 50. *n.* 17. *cum ſequent.* & *obſervat.* 53. *num.* 1. & *per tot.* & ex exteris, de noſtro Regno teſtantur, Cutell. *de immunit. lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 7. Solorzan. *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.*49. & *in politic. lib.*4. *cap.*2. *num.* 49. *fol.* 510. *verſ. Lo meſmo*, Cortiad. *tom.* 1. *deciſ.* 10. *num.* 192. Et de multis aliis Regnis, tradunt Salgad. *de ſupplicat. ad ſanctiſsim. part.*2. *cap.* 11. *num.* 82. Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 438. Grivel. *deciſ.* 30. *num.* 17. Delbene *de immunit. tom.* 2. *cap.* 9. *dubitat.* 5. & *de parlament. dubitat.* 4. *ſect.* 10. *ſubſect.* 1. Fontaneil. *deciſ.* 316. *num.* 17. Ripoll. *de regal. cap.* 11. *num.* 49. Suelves *conſ.* 18. *num.*21. *lib.*1. Pereira *de manu Regia, part.* 2. *cap.* 22. *effect.* 1. *num.* 963. & *deciſ.* 118. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 9. & *in cap. qualiter, quæſt.* 3. *de judiciis*, Germon. *de ſacror. immunit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 27. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.*2. *lib.*1. *cap.* 34. *per tot.* Quòd procedet non ſolum quando Eccleſiaſtici exempti, aut loca exempta decreto indigent ad alienationem bonorum immobilium, aut confirmationem contractus, aut tranſactionis factæ ſuper actionibus perſonalibus, ſed etiam ſi decretum obtineri conetur ſuper re ad Eccleſiam ſpectãte, & quod aliquo modo ſpiritualitatem ſapiat, quia in iis (ut puta ſi diſputetur ſuper jure percipiendi oblationes, & eleemoſynas) ſubduntur curiæ Gerentis Vices Generalis Gubernatoris Regni, & Regio Senatui, ut declaratum extitit per dictam curiam Gubernationis, *die* 18. *Aprilis* 1662. inter Conventum Divi Philippi extra, & propè mænia urbis constructum, & Clerum Sancti Joannis à foro, & confirmata fuit declaratio iſta in Senatu, ſententia per Benavides, *die* 2. *Septembris* 1662. & alia, *die* 15. *Maii* 1665. & alia per Maſcarò, *die* 19. *Octobris ejuſdem anni* 1665.

Et ſi Eccleſiaſticæ perſonæ, aut loca,
quæ decretum impetrare deſiderant à judi- 62
ce ſuo, ſuperiorem habeant in Regno, & iſtæ fuerit ordinarius Eccleſiaſticus, debet interponere decretum ordinarius Eccleſiaſticus, cui ſubduntur, *cap.* 2. *de rebus Eccleſ. non alienand. in* 6. *cap. quanto, cap. tua, de iis quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli, cap. Abbatibus* 14. 12. *quæſt.* 2. *cap. in venditionib.* 40. 17. *quæſtion.* 4. Reginald. *in prax. fori pœnitential. lib.* 32. *tractat.* 2. *num.* 63. Covarrub. *variar. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 1. Barboſ. *ad text. in dict. cap.* 2. *num.* 2. *cum ſequentib.* & *in leg.* 1. *Cod. de prædiis, & aliis rebus, num.* 2. Caſtillo *de uſufruct. cap.* 54. *num.* 22. Pereira *de emption. cap.* 13. *num.* 16. Fontanella *de pactis, clauſul.* 4. *gloſſ.* 13. *part.* 1. *num.* 6. Dominus Matheu *de regimin. cap.* 11. §. 6. *num.* 11. Franciſc. Bordon.

in



*in opere regular. moral. reſolut.* 62. Si fuerit
63 Monaſterium Epiſcopo ſubjectum, debet Epiſcopus ipſe decretum interponere, *cap. Abbat.* 41. 12. *quæſt.* 2. *cap. in venditionib.* 40. 17. *q.* 4. Gonzal. Tellez *ad text. in cap.* 1. *de iis, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſ. capitul. n.* 8. Bordon. *in oper. regular. part.* 1. *reſolut.* 27. *n.* 28. Si vero Epiſcopo ſubjectum non fuerit, ſed exemptum à ſua juriſdictione, debet decretum obtineri à ſupe-
64 riore regulari, Gonzal. Tellez *ubi proximè.* Prælati autem debent eſſe Provinciales, aut Generales, nam iſtis ſolum à Sede Apoſtolica conceſſum eſt, ut interponere poſsint decreta, & concedere facultates ad alienandum diverſis Apoſtolicis reſcriptis, ut à Leone X. *pag.* 151. Clement. VII. *pag.* 172. Gregor. XIII. *pag.* 224. *apud confect.* Docent Rodrig. *tom.* 1. *quæſt.* 27. *artic.* 3. & *in ſuo compend. reſolut.* 7. *n.* 7. Portell. *verb. alienare, n.* 4. Compend. *privileg. verſ. alienare confect. tit.* 9. *cap.*2. §.4. Navarro *conſ.*6. & 7. *eod.* Angel. *verb. alienare, n.* 13. Bonacin. *in tract. de alienat. part.* 4. *n.* 4. Bordon. *dict. part.* 1. *reſolut.* 27. *n.* 28. Sed ſemper in hoc caſu debet decretum obtineri à judice ſeculari, ut probavimus, *num.* 56. In Monaſteriis Mo-
65 nachorum, Abbas interponere debet decretum, in Monaſteriis Societatis Jesvs, Præpoſitus Generalis, aut ille qui vices illius habeat, in Ordinibus mendicantium ſufficiet decretum Provincialis, Molina. *tractat.* 2. *de juſtit.* & *jure, diſput.* 468. *num.* 12. Azor *in inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæſt.* 4. Filucius *tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 11. & 12. Pellizar. *in opere regular. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 8. *n.* 115. Rodoer. ad Marin. *cap.* 1. *num.* 111. Tristany *in coron. benedict. cap.* 1. *num.* 48. & *deciſ.* 24. *num.* 164. Et quod contractus cenſus à Monaſterio Monialium celebratus, ſit nullus, ſi non interveniat decretum Superioris Provincialis in oneratione, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 1. *Septembris* 1622. inter Guillermum Raymundum Angleſola, & Conventum Divæ Annæ. Idem erit tenendum reſpectu tranſactionis, nam poterit à Monaſterio fieri abſque nullitate, niſi interveniente decreto Superioris Provincialis, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 11. *Februarii* 1636. inter Monaſterium Divi Philippi, & Vincentium Vaciero, & alia publicata anno 1678. inter Conventum Sanctiſsimæ Trinitatis, & Curatorem Domini Loci de Manites.

In contractibus deſiderantibus decretum
66 neceſſariò ad validitatem, qui pretendit contractum validum eſſe probare tenetur quod decretum adhibitum fuit; decretum enim interpoſitum in contractu eſt ſolemnitas extrinſeca, Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 17. Simoncell. *de decretis, lib.*
3. *tit.* 7. *inſpect.* 3. *num.* 34. & 35. Et licet 67
ſolemnitas intrinſeca ſemper in contractu præſumatur, niſi contrarium probetur, *l. ſciendum*, ubi communiter DD. *ff. de verbor. obligat. l.* 1. *Cod. de contrahend.* & *comitend. ſtipulat. l. juris gentium*, §. *quod fere, ff. de pactis*, §. *ſi ſcriptum inſtitut. de inutilibus ſtipulat.* §. *final. inſtitut. de fidejuſſorib.* Solemnitas extrinſeca non præſumitur niſi probetur, *l. quæcumque*, §. *final. ff. de publiciana, l. final. Cod. de fideicommiſ.* Gomez *ubi proximè.* Cardinal. Thuſc. *lit. S. concluſ.* 319. *uſque ad* 333. Mantic. *de tacit.* & *ambig. lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 11. & *lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 19. Barboſ. *ad text. in cap.*4. *de emption.* & *vendition.* Limita tamen doctrinam à no-
bis traditam, ſi lapſi fuerint triginta anni à 68
die contractus in quo decretum intervenire debuit, nam etiam ſi in contractus inſtrumento, nulla commemoratio enunciativè, vel alias de decreto reperiatur facta, præſumi debet interveniſſe decretum, niſi contrarium fortiori præſumptione, vel alia probatione oſtendatur, Ancharran. *conſ.*135. Aretin. *conſ.* 36. Alexand. *conſ.* 79. *lib.* 1. Decius *conſ.* 35. *col. penultim.* Socin. *conſ.* 15. *lib.* 1. Ripa *reſponſ.* 213. *ſub num.* 3. Corneus *conſ.* 109. *in fin. lib.* 3. Cravet. *de antiquit. tempor. part.* 3. *in princip.* Simoncel. *de decretis, lib.* 3. *tit.* 7. *inſpect.* 3. *num.* 34. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1371. *num.* 92. Mantic. *deciſ.* 101. Seraphin. *deciſ.* 1125. *num.* 3. Barboſa *ad text. in cap.* 4. *de emption.* & *vendit. num.* 2. Caſtropal. *tractat.* 9. *diſput. unic. de rebus Eccleſ. non alienand. P.* 15. §. 2. *num.* 13. Pellizar. *in manual. regular. tom.* 1. *tractat.* 6. *cap.* 8. *num.* 114. Rota *deciſ.* 813. *num.* 1. *par.* 4. *diverſor* Beltramin. ad Gregor. XV. *deciſ.* 152. *num.* 4. Coccin. *deciſ.* 469. *num.* 6. Amiden. *de ſtil. datar. cap.* 15. §. 10. *n.* 9. Otthobon. *deciſ.* 220. *num.* 22. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 24. *num.* 47. Quod majori cum ratione procedet ſi in inſtrumento contractus enunciatum fuerit decretum, quia ſolemnitas extrinſeca probatur præſumptivè per curſum temporis triginta, vel quadraginta annorum cum enunciativa illius, Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 17. *num.* 10. Barat. *deciſ.* 45. *ſub num.* 6. & *deciſ.* 120. *ſub n.* 38. Cyriac. *controverſia* 162. *num.* 24. Bonden. *de jure controverſ. colluct.* 39. *num.* 79. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 72. *num.* 1. Et quod hujus temporis curſus ſimul cum enunciativa ſolemnitatis probet præſumptivè interventum ſolemnitatis, declaravit Senatus ſententia per Sabova, *die* 24. *Novembr.* 1676. referente Doctiſsimo Magiſtro, & Senatore Donato Sanchez del Caſtellar. R. C. D. & alia



per

per Ferrera, *die* 11. *Martii* 1677. inter Conventum de la Eſperanza, & Baroniam de Sumacarcel. Idem erit dicendum ſi cum temporis ſupradicti curſu interveniat obſervantia contractus, nam præſumi debet, & probatum præſumptivè judicandum eſt, ſolemnitatē extrinſecam interveniſſe, ex regula illa, quod temporis curſus triginta annorum ſimul cum obſervantia cōtractus facit præſumere, quod in contractu omnes ſolemnitates intervenenerunt, Coccin. *deciſ.* 469. *num.* 6. Beltram. ad Gregor. XV. *deciſ.* 152. *num.* 4. Burat. *deciſ.* 152. *n.* 6. Rota *deciſ.* 175. *num.* 13. *&* *deciſ.* 256. *n.* 1. *&* 2. *par.* 8. *recentiſſim.* Orthobon. *deciſ.* 220. *num.* 22. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 24. *num.* 47. Et ita invenitur à noſtro Senatu deciſum ſententia ſupradicta, *diei* 11. *Martii* 1677.

69 Licet non ſine fundamento poteſt defendi, quod ſi cum tempore concurrat poſſeſsio rei virtute contractus, cum ſcientia, & pacientia illius qui præjudicari potuit, aut enunciativa decreti cum die, menſe, & anno in ipſo contractus inſtrumento, ſufficiet decenni curſus, ut præſumptivè probetur exiſtentia decreti, *l. ſi filius, Cod. de petit. hæredit. l. qui in aliena, verſ. ſed ſi non adierit, cum ibi notatis, ff. de adquirend. hæredit.* Bald. *in dict. l. qui in aliena*, §. 1. ubi Alexand. & Jaſſon, Decius *conſ.* 442. Gozadin. *conſ.* 11. *num.* 12. *&* 13. Cravet. *de antiquitat. tempor. par.* 3. *in princip. num.* 1. *&* *conſ.* 258. *num.* 13. *&* 14. Gomez *dict. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 17. *propè fin.* Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *inſpect.* 3. *n.* 34. *in fin.* Menoch. *tom.* 1. *conſ.* 90. *num.* 31. Quia ſpatio, & curſu decem annorum præſumitur ſolemnitas extrinſeca, ut defendunt, Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 72. *n.* 1. *cum ſequentib.* Burat. *deciſ.* 46. *num.* 15. Cyriac. *controverſ.* 380. *num.* 83. Bonden. *collect.* 39. *num.* 78.

70 En muchos Reynos, para interponer eſtos
,, decretos, baſta que el Juez extrajudicial-
,, mente ſe informe de teſtigos jurados, que
,, le aſſeguren la neceſsidad, y utilidad del
,, contrato, ſin que ſe neceſsite de que ſe ha-
,, ga eſcritura alguna de todo eſto, como lo
,, enſeñan, Alexand. *conſ.* 80. *num.* 10. *&*
,, 11. *lib.* 5. Puteus *deciſ.* 34. *lib.* 1. Ruin.
,, *conſ.* 41. *in fin. lib.* 5. Simoncell. *de decre-*
,, *tis, lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 104. Stayban *reſolut.*
,, 166. *ex num.* 1. Gratian. *diſcept.* 409. *n.* 30.
,, *&* 31. *&* *diſcept.* 555. *num.* 12. Sperel. *de-*
,, *ciſ.* 164. *tom.* 1. *num.* 32. Merlin. Pignatel.
,, *centur.* 2. *cap.* 74. *n.* 21. Queſad. & Pilo
,, *diſſertat.* 9. *num.* 52. Anton. Scapp. *de jure*
,, *non ſcript. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 9. Pero eſto no
,, eſtà admitido en nueſtro Reyno, antes bien
,, para obtener los decretos, ſegun la practi-
,, ca inconcuſamente obſervada, ponen las
,, partes ſu libello, en donde narran el he-
,, cho, urgencia, y utilidad del contrato, y
,, concluyen pidiendo, que ſe reciba ſumaria
,, informacion de teſtigos (ſi huviere neceſsi-
,, dad) para la prueva de la utilidad, y demàs
,, circunſtancias, y que conſtādo el concurrir
,, lo que ſe narra ſe interponga el decreto, y
,, de facultad para hazer el contrato, ò que ſe
,, confirme el que ſe hizo, y precediendo la
,, proviſion interlocutoria que al pie del li-
,, bello deve hazer de ſu mano el Juez, ſe re-
,, ciben los teſtigos con juramento, por via
,, de ſumaria informacion, y ſe continuan ſus
,, depoſiciones en eſcritos, haziēdoſe proceſ-
,, ſo ſegun la *l. minorū, Cod. de prædiis, & aliis*
,, *rebus minor.* Menoch. *de recuperand. remed.*
,, 15. *n.* 148. Simoncell. *ubi proxim.* Galga-
,, net. *de tutell. lib.* 2. *tit.* 21. *num.* 8. Gratian.
,, *diſcept.* 409. *num.* 30. Barboſ. *ad text. in dict.*
,, *l. minorum, num.* 1. *cum ſequentib.*

Recebida eſta informacion, recae como
,, una ſentēcia en la qual declara el Juez, que
,, por concurrir juſta cauſa, y utilidad, dà fa-
,, cultad para que ſe haga el contrato, y inter-
,, pone ſu decreto, ò confirma el contrato he-
,, cho, pues nunca ſe puede conſiderar legi-
,, timamēte interpueſto el decreto, ſin que el
,, Juez haga eſta declaracion, Rota *deciſ.* 409.
,, *num.* 9. *par.* 4. *tom.* 2. *&* *deciſ.* 81. *n.* 3. *&* 4.
,, *par.* 6. Merlin. *deciſ.* 535. Bich. *deciſ.* 120. *n.*
,, 5. *&* 6. Anton. Gobius *conſult.* 71. *num.* 79.
,, Y eſtas ſentencias de los decretos, deve
,, ſubſcribirlas el Juez, ſegun lo enſeñan Lu-
,, cas de Pena *in l. final. Cod. de vendend. rebus*
,, *civitat. col.* 3. Ganaverr. *conſ.* 6 *art.* 2. *num.*
,, 42. Queſada, & Pilo *dict. diſſertat.* 9. *num.*
,, 52. *in fin.* Anton. Gobius *conſultat.* 5.
,, *num.* 31.

Muchas vezes no ſe recibe ſumaria infor-
,, macion de teſtigos, ſino es que al pie del
,, libelo ſe haze la proviſion de, *viſis actis pro-*
,, *videbitur.* Y eſto ſe haze, quando ſe pide
,, el decreto para confirmar, y aprobar deli-
,, beraciones de Oficios, Comunidades, ò
,, Univerſidades, y en eſtos caſos ſe propone
,, el libello en eſta conformidad.

IHS. F. T. Syndich, y Procurador de tal ofici: Propoſant com millor pot, diu, que pera el bon govern de el ſobredit ofici, en lo dia T. dels corrents, paſſaren à ferſe diferents delliberacions per los meſtres del dit ofici, en les quals determinaren, y eſtatuhiren, que (*aqui ſe ha de poner ſubſtancialmente lo que contienen las deliberaciones, que ſe pretenden decretar*) ſegons pus latament



ment ſe pot veure, per lo acte que ſen ha rebut de dits capitols, y delliberacions per F. T. Notari en lo ſobredit dia, del qual fà preſentaciò ſi & in quantum; è com pera major validitat dels ſobredits capitols, y que tinguen ſon degut effecte, y cumplida obſervancia, deſitge lo dit ofici, que ſien decretats per lo preſent Tribunal de V. S. y noy haja inconvenient pera que es decreten, per no encontrarſe lo ordenat en aquells ab furs, ò privilegis del preſent Regne, ni ab los bons coſtums, y publica utilitat, ans be ſon molt conformes à la raho natural, y ſe ajuſten à lo que tenen eſtatuhit furs, y privilegis.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir que los ſobredits capitols, eſtatuts, y delliberacions fetes per dit ofici, ſien manades confirmar, lloar, y aprobar pera major obſervancia, y validitat de aquelles, interpoſant en dits capitols, y eſtatuts, y en caſcu de aquells lo decret judicial del preſent Tribunal de V. S. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 24. *Novembris* 1687.
*Viſis actis providebitur.*
F. T. Aſſeſſor.

Eſto ſe podrà practicar quando los decre-
,, tos ſe pueden obtener ſumariamente, y ſin
,, citacion de parte, pero ſi toca en el interes
,, de el Succeſſor en el vinculo, ò fideicomiſſo
,, la facultad, y decreto que ſe pide, no ſe de-
,, ve deſpachar el decreto, ſino es mandando
,, que el inmediato Suceſſor, ò parte ſea cita-
,, do, al qual ſe le deve intimar el libello con
,, que ſe pide el decreto, y con ſu citacion, y
,, oyendole, deve hazerſe la prueva de teſti-
,, gos, y darſe la ſentencia, proponiendoſe
,, para eſte caſo el libello en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Suplicant com millor pot, diu, que el quondam S. T. ſon pare, en ſon ultim, y darrer teſtament rebut, y publicat per T. Notari en T. de T. mes de que fà preſentaciò ſi et in quantum inſtituhi en hereu ſeu univerſal al Suplicant, ab pacte, y condiciò, que morint ſens fills llegitims, y naturals de llegitim, y carnal matrimoni, nats, y procreats, ſuccehis en dits bens, y herencia F. T. y ſos deſcendents inperpetuum, prohibintli la enagenaciò dels bens recahents en dita herencia, y havent contractat matrimoni lo Suplicant ab F. T. li conſtitui en dot 3000. lliu. y li prometè fer aumēt en 1500. lliur. y confeſsà ab la apoca continuada al peu de les cartes matrimonials, haver rebut lo dit dot, ſegons conſta per les mateixes cartes rebudes per T. Notari en T. de T. mes, y any, de que fà preſentaciò ſi et in quantum, per raho de lo qual, y haver vengut lo ſuplicant à deterior fortuna, ab condemnaciò feta per lo Juſticia en les cauſes civils de la preſent Ciutat en T. de T. mes ha eſtàt condemnat en haverli de reſtituhir à la dita ſa muller les dites 3000. lliu. per ſon dot, y les 1500. lliur. per lo aument, ſegons conſta per la ſobredita condemnaciò, de que fà preſentaciò ſi et in quantum, en eixecuciò de la qual, ſe ha paſſat ſervatis de jure ſervandis à fer diſcuciò en los bens lliures del Suplicant, y ſe ha declarat no tenirne alguns de ahon poder acudir à ſatisfer lo ſobre dit dot, y aument, per lo qual eſtà en lo cas la dita ſa muller de entrar à pagarſe de ſon dot, y aumēt dels ſobredits bens vinculats; è com lo que unicament recau en dit vincle es una heretat Alqueria ab ſetſe cafiſades de terra, ſituades en lo terme de T. Lloch, en la partida de T. que afronten, &c. Les quals quoad ſummum valdràn 2400. lliur. y pera evitar gaſtos, y circuhits, deſitge lo Suplicant ferne tranſportaciò de aquelles, ço venda à F. T. que li ha ofert dar la ſobredita cantitat per obs de pagar part del dot ſobredit à la dita ſa muller, lo que per raho del dit vincle, y prohibiciò de enagenar no pot eixecutoriar, menys que donantſeli eſpecial facultat, y intervenint decret judicial.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Suplica es mane rebre una ſumaria informaciò de teſtimonis à fi, y effecte de verificar, y probar com la ſobredita caſa Alqueria, y ſetſe cafiſades de terra, no val mes cantitat que la de 2400. lliur. y aixi mateix les relacions dels experts del preſent Tribunal

nal pera probar lo mateix, y tambe pera probar com lo Suplicant no te altres bens que la dita heretat, y que es fill llegitim, y natural del dit F. T. que la vinculà, y conſtant per la informaciò, y relacions, vel aliàs de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis pariter ſuplica, ſe li mane donar facultat, pera que puixa fer venda per lo ſobredit preu de 2400. lliur. de dita Caſa, y terres à favor de dit F. T. y per obs de pagar part del ſobredit dot, no obſtant lo ſobredit vincle, y prohibiciò de enagenar, manant interpoſar en lo deſus dit lo decret judicial del preſent Tribunal, y que la preſent es mane evocar à eſta Real Audiencia, y c. metre à hu dels Nobles, eo Magnifichs DD.R.C. qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die 26. Novembris 1687.*
*F. V. Recipiantur informatio, & relationes ſupplicatæ, & intimetur.*

F. T.

En la Real Audiencia ſe practica hazerſe, „ y interponerſe los decretos con una proviſion Real que ſe acoſtumbra concebir en „ eſta forma.

Et quia ex teſtium informatione, aliiſque in proceſſu exhibitis inſtantia præſentis ſupplicationis remanet comprobata, ideo & alias ſua Excellentia F. V. in S.R.C. & ex illius deliberatione Providet, & declarat, quod fiant ſupplicata in præſenti ſupplicatione eo modo quo ſupplicantur interponendo, ut interponit Regiam auctoritatem, atque Decretum.

En los Tribunales inferiores no ſe inter- „ ponen los decretos en eſta forma, ſino es „ que ſe hazen como unas ſentencias con ſus „ motivos, que ſe concluyen, dando la facul- „ tad que ſe pide, y concediendo el decreto „ en eſta forma.

XPS. Attès, y conſiderat, que ab la referida eſcriptura, poſada per part, è à inſtancia de F. T. ſe diu, y repreſenta, que el ofici de Sabaters de la preſent Ciutat, hauria fet T. delliberacions, y eſtatuts (*aqui ſe ha de incertar todo lo que contiene la eſcritura que ſe puſo para el decreto, incertandola con los motivos, y circunſtancias que ſe pide, y concluir el decreto en eſta forma.*) Attès etiam que les delliberacions ſobredites, fetes per lo ſobredit ofici ſon utils, y convenients pera el bon govern de aquell, y que no ſe encontren ab los furs, privilegis, y bons coſtums del preſent Regne, ni contra la publica utilitat poden en manera alguna conſiderarſe, ans be ſe conformen ab la raho natural, & per conſequens attentis ſupradictis haverſe, è deures de provehir, y declarat ut infra. Idcirco, & alias juſtitia ſic ſuadente Pronuncia, ſententia, y declara deure ſer confirmats, lloats, y aprobats los ſobredits capitols com ab lo preſent los confirma, aproba, y lloa à prima linea, uſque ad ultimam, interpoſant en aquells, y caſcu les ſues auctoritat, y decret judicials. Quod Providet meliori modo, &c. Latta, &c.

Vt. F. T. Aſſeſſor.

CA-



# CAPUT XII.

## *DE DECRETO AD ALIEnanda bona immobilia minorum.*

### SUMMARIUM.

1 *Bona immobilia minorum, nequeunt alienari abſque judicis decreto.*

2 *Alienatio bonorum immobilium minoris abſque decreto facta, nulla eſt.*

3 *Decretum interponi debet in venditione bonorum immobilium minoris.*

4 *Idem in datione in ſolutum.*

5 *Idem in permutatione, & tranſactione.* 6 *Amplia ad ſervitutis impoſitionem, & ad compromittendum.*

7 *Cenſus imponi non poteſt, ſuper re immobili minoris abſque decreto, quia cenſus impoſitio alienatio eſt.*

8 *Cenſus aſollationem non poteſt facere minor abſque decreto, & quomodo hoc intelligatur.*

9 *Cambium non poteſt tutor ſumere abſque urgentia magna, & judicis de decreto.*

10 *Decretum intervenire debet ad renunciandum, vel repudiandum, quod ipſo jure minori adquiſitum extat, & ad locandum ad longum tempus.*

11 *Prædia minorum non hypothecantur abſque decreto.*

12 *Decretum debet intervenire ad omnia per quæ deveniri poteſt ad alienationem bonorum immobilium minoris*

13 *Donare eſt perdere, & donatio non cadit in adminiſtratione.*

14 *Minor, vel curator, non poteſt donare, adhuc cum decreto, ubi quod neque nuptialia munera.*

15 *Minor, aut curator cum decreto quibus in caſibus poſsint donare.*

16 *Cenſus in Regno nequeunt alienari à tutoribus abſque decreto.*

17 *Cenſus annui in Regno bona ſunt immobilia.*

18 *Debitoria cum reſponſione intereſſe, an ſint bona immobilia in Regno.*

19 *Penſiones decurſæ cenſus bona ſunt mobilia in Regno, & tanquam pecunia habentur.*

20 *Cenſus, & debitoria cum reſponſione intereſſe equiparantur in Regno.*

21 *Actiones perſonales etiam continentes præſtationes annuas triginta annis præſcribuntur.*

22 *Debitoria cum reſponſione intereſſe triginta annis præſcribuntur, & quo tempore præſcribatur actio ad debitorii proprietatem petendam etiam, quod continuò exactum fuerit intereſſe.*

23 *Cenſualia centum præſcribuntur annis.*

24 *Centenaria præſcriptione equiparatur immemoriali, & idem poteſt, quod immemorialis.*

25 *Annualitates cenſus præſcribuntur triginta annis contra privatum, & contra Eccleſiam quadraginta annis, ubi quod tot ſunt præſcriptiones, quot anni.*

26 *Tertius poſſeſſor ſpecialis obligationis cenſus liberatur ab onere ſolvendi præſcriptione, & curſu temporis triginta, vel quadraginta annorum.*

27 *Obligatio, & promiſsio aſsignandi novam ſpecialem triginta annis præſcribitur.*

28 *Præſcriptio non poteſt habere locum interveniente mala fide, & quid reſpectu hæredis præſcribere volentis, & univerſitatis tenendum ſit.*

29 *Præſcriptio tempore hoſtilitatis, ſciſmatis, & peſtis non currit, & quomodo hoc intelligatur.*

30 *Minori ſolvi non poteſt.*

31 *Solemnitas in contractu requiſita requiritur in diſtractu. Contrarium verius.* 39.

32 *Solutio ſortis cenſus, ex parte illius cui ſit, alienatio eſt.*

33 *Actio ad rem immobilem, nequit abſque decreto cedi.*

34 *Minoribus, & curatoribus eorum nõ rectè ſolvitur abſque decreto.*

35 *Cenſus proprietas poteſt lui in Regno, & tradi tutori, aut curatori abſque decreto.*

36 *Cenſum redemptiones, alienationes ſunt neceſſariæ, & poſſunt abſque decreto fieri.*

37 *Tutoribus, & curatoribus in Regno rectè ſolvitur abſque decreto.*

38 *Debitor cenſus poteſt ſortis pecuniam reſtituere ad libitum, ſed nequit compelli, & quomodo valeat pactum deluenda proprietate cenſus.*

40 *Cenſus luitio, non eſt alienatio, neque*

actio-

actionis ceſsio, ſed reſolutio obligationis.

41 Cenſus luitio poteſt fieri de jure patri, & legitimo adminiſtratori. In Regno ſecus eſt, nam debet deponi proprietas reeſmerſandi cauſa. 42.

43 Pecuniæ depoſitæ nequeunt abſque decreto reeſmerſari.

44 Cenſus in Regno ſolent ſpecialiter imponi ſuper aliis cenſibus, & an ſuper debitoriis cum reſponſione intereſſe poſsint imponi.

45 Executivè proceditur pro penſionibus cenſus contra debitorem cenſus ſpecialati ad inſtantiam creditoris cenſualiſtæ.

46 Cenſus, ſuper quo alius cenſus ſpecialiter impoſitus invenitur, nequit lui in Regno, niſi depoſita pecunia ſortis in Curia judicis competentis, aut de voluntate creditoris cenſus.

47 Cenſu conſignato, & notificata conſignatione, nequit lui in Regno, niſi deponendo pecuniam ſortis, aut de voluntate conſignatarii.

48 Quod intellige modo conſignatio, aut ſuperimpoſitio cenſus fuerit notificata debitori cenſus, medio inſtrumento publico. Et quid ſi intereſſe debitorii fuerit conſignatum.

49 Cenſus cujus proprietas ſpectat ad unum, & uſusfructus ad alium, debet lui proprietario, & non uſufructuario.

50 Decreta interponi debent in alienationibus factis bonorum immobilium, durante minori ætate.

51 Minor ætas de jure durat uſque ad 25. annum; in Regno uſque ad 20. annum.

52 Minores viginti annorum habentes ætatis veniam, non poſſunt durante minori ætate immobilia alienare abſque decreto.

53 Amplia, quod neque eis poteſt fieri luitio proprietatis cenſus.

54 Minores vigintiquinque annorum, & majores viginti non conjugati, non poſſunt abſque nullitate contrahere in Regno abſque firma, & concenſu patris.

55 Si patre careant, nequeunt contrahere abſque concenſu duorum propinquorum, & ſub quibus pœnis, & an conſanguinei debeant eſſe proximiores.

56 Amplia, quod minores ſupradicti, neque quaſi contrahere poterunt abſque dicta ſolemnitate, & hac de cauſa, neque hæreditatem adire valent.

57 Minor vigintiquinque annorum contrahens tamquam procurator alicujus, non tenetur obſervare ſolemnitates ſupradictas in contractu.

58 Minor in contractibus ratione matrimonii factis, non tenetur ſolemnitates iſtas interponere.

59 Minor vigintiquinque annorum, habens ætatis veniam, poteſt quemlibet contractum facere ſine interventu iſtius ſolemnitatis.

60 Allegans contractus ſupradicti nullitatem, tenetur probare exiſtentiam conſanguineorum tempore celebrati contractus in loco ubi fuit factus. 61 Declara quod habet probari conſanguineos exiſtentes fuiſſe majores vigintiquinque annorum, & habiles ad interveniendum in contractu.

62 Conſanguinei debent eſſe maſculi, & non fœminæ.

63 Non ſufficit, quod ſint affines, vel conjuncti per cognationem, & quare.

64 Minorum contractus abſque ſolemnitate facti ſunt nulli, etiam ſi dixerint cum juramento, contractus tempore, non habere conſanguineos.

65 Si in inſtrumento contractus dicatur minorem habuiſſe conſanguineos, ſed impeditos ad interveniendum, probata remanet conſanguineorum exiſtentia, ſed non impedimentum, niſi decretum interpoſitum fuerit in contractu.

66 Minor in loco domicilii conſanguineos habens, & tranſmigrans ad alium locum, ubi illos non habet ad contrahendum, nulliter contrahit.

67 Nullitas contractus reſultans ex defectu decreti ſanatur per tranſcurſum quinquennii à die majoris ætatis in contractu oneroſo, in lucrativo per decennium.

68 Tempus ſupradictum non currit, niſi à die ſcientiæ nullitatis contractus.

69 Ratificatio nullitatis contractus non poteſt induci, niſi habeatur ſcientia clara, legitima, & indubitata nullitatis contractus.

70 Alienationis nullitas ex defectu decreti intentatur à minore facto majore per reſtitutionem in integrum.

71 Nullitas iſta debet intra quadriennium proponi.

72 Reſtitutio in integrum debet in Regno intentari, poſt majorem ætatem intra biennium computandum à die notitiæ læſionis.





73 Nullitas decreti debet in Regno allegari intra biennium. 74. Limita, ſi læſio fuerit enormiſsima.

75 Nullitas contractus minoris vigintiquinque annorum, ſine ſolemnitate contrahentis, an ſanetur per tranſcurſum temporis ſupradicti.

76 Decretum ad alienanda prædia minorum, non debet abſque legitima cauſa dari, & quæ ſint legitimæ cauſæ.

77 Cauſa non ſufficit, quod allegetur, ſed debet probari.

78 Æs alienum eſt cauſa ſufficiens, ſi creditores urgeant, & quando ſit cauſa ſi non urgeant. 79 Sed omni in caſu non ſufficit, quod allegetur æs alienum, ſed quod illius exiſtentia probetur.

80 Decretum ad alienanda prædia non debet dari, niſi deficientibus mobilibus, aut fructibus, ex quibus nequeat ſolvi æs alienum. 81 Neque pro parvo debito debet permitti, quod alienetur prædium magni valoris, imo decerni, quod ex fructibus ſolvatur.

82 Prædia minorum debent juſto pretio vendi.

83 Pretium juſtum probatur, aut teſtium informatione, aut peritorum relationibus.

84 Immobilia, ut melius vendantur debent ſubhaſtari, & fit ſubhaſtatio, ut fraudibus obvietur. 85.

86 Subhaſtatio, non eſt eſſentialis, neque requiritur in hiis decretis, quando omnis valor rei vendendæ juxta æſtimationem datur.

87 Praxis obtinendi decreta ad alienanda prædia minorum, ubi libellus.

88 Reivindicatio competit minori facto majori pro recuperatione alienati prædii abſque decreto.

89 Reivindicatione agens tenetur dominium probare, & non conjecturaliter, ſed concludenter.

90 Dominium difficilimè probatur, propter quod reivindicatio raro intentari debet juxta conſilium authori datum.

91 Reivindicatione agens probare debet reum conventum poſsidere rem petitam, ubi an ſufficiat, ſi tempore ſententiæ poſsideat.

92 Amplia, quod poteſt reivindicatio intentari, contra illum qui dolo deſiit poſſidere, cum pro poſſeſſore habeatur.

93 Reivindicatione intentata in hoc caſu, erit facienda condemnatio ad verum rei valorem, juramento agentis liquidandum.

94 Reivindicatio intentatur non ſolum contra poſſeſſorem malæ fidei, ſed etiam bonæ fidei.

95 Bonæ fidei poſſeſſor non condemnatur, niſi ad fructus rei vindicatæ perceptos poſt litis conteſtationem.

96 Bonæ fidei poſſeſſor, quoad fructus loco domini eſt, & ideo facit illos ſuos.

97 Malæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus reivindicatæ perceptos, jàm ante litem motam, quam poſt illam.

98 Fructus extantes petuntur reivindicatione, conſumpti autem conditione ſine cauſa.

99 Reivindicatione agens debet deſignari rem immobilem, ſaltim cum duobus confinibus, & mobilem quomodo.

100 Dominium non poteſt ex pluribus cauſis adquiri, ſed ex unica, & quomodo in libello reivindicationis poterunt plures tituli cumulari ex quibus dicatur adquiſitum dominium.

101 Praxis, & libellus reivindicatoriæ actionis.

102 Minor factus major poterit publiciana actione agere pro recuperatione prædii abſque decreto alienati, & cui competat publiciana.

103 Publiciana agens debet probare habuiſſe rei poſſeſsionem titulo habili ad transferendum dominium, & quid de poſſidente jure pignoris, commodati, vel ſimili titulo.

104 Publiciana non competit cui non habuit rei poſſeſsionem.

105 Publiciana, an vero domino detur.

106 Publiciana, non datur niſi contra poſſidentem, aut illum, qui dolo deſiit poſsidere.

107 Publiciana, non avocatur dominium, ſed poſſeſsio cum fructibus, & non intentatur contra dominum.

108 Publiciana, non datur contra titulo poſsidentem, & quibus ex cauſis.

109 Praxis, & libellus ad proponendam actionem publicianam.

MInores, & eorum tutores, & curatores, etiam juſta interveniente 1
cauſa, non poſſunt devenire ad alienanda minorum prædia, niſi interveniat competentis judicis decretum, *l. 1. cum ſequent. ff. de rebus eorum, l. lex quæ 22. C. de adminiſtrat. tutor. l. magis puto 5. §. Non paſ-*

paſsim 9. ff. de rebus eorum, l. 1. & tot. tit. C. de prædiis, & aliis reb. For. 17. & 18. rubr. de teſtament. tutel. Thoro in compend. deciſion. verb. Alienatio rei pupil. Vela tom. 2. diſſertat. 38. n. 63. & 71. Dom. Matheu de Regim. cap. 11. §. 6. n. 52. & 53. Acoſta de privileg. creditor. regul. 1. ampliat. 1. à n. 5. Olea de ceſsion. jur. tit. 2. quæſt. 1. n. 1. cum ſeqq. Thomat. deciſ. 67. n. 13. Baron. de effectib. minoris ætat. ætat. 2. n. 7. & effect. 3. Andreol. controverſ. 3. n. 6. & controv. 136. n. 10. Leoncil. de privileg. paupertat. part. 2. privileg. 258. n. 1. Reinoſ. obſerv. 30. n. 6. Antonell. de tempore legali, lib. 2. cap. 65. n. 1. Oñate de contractib. tom. 1. tract. 2. diſput. 4. n. 62. & tom. 2. tract. 17. diſput. 50. ſect. 4. n. 42. Knipſchil. de fideicommiſſ. cap. 3. n. 55. Antunez de donationib. tom. 1. lib. 1. cap. 19. n. 49. & 50. Bich. deciſ. 662. n. 4. Urceolus de tranſactionib. quæſt. 22. n. 1. cum ſeqq. Cardinal. de Luca de credito, diſcurſu 27. ſub n. 12. Caſtejon in alphabet. verb. Minor. n. 11. Rocco de officiis, rubr. 12. §. 6. n. 22. Carpzovius in juriſprudent. forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 28. Pechii de aquæductu, tom. 1. cap. 3. quæſt. 7. n. 2.
2 Antonius Gobius conſult. 71. per tot. Triſtany deciſ. 24. n. 25. Et ſi defacto immobilia minorum bona abſque decreto alienentur, ipſo jure remanet alienatio nulla, & contractus inſubſiſtens, poteruntque ab ipſo minore vindicari alienata bona, perinde ac ſi non fuerit facta illorum alienatio, l. non eſt vobis 2. l. ſi minor 15. l. ſi prædium 16. C. de prædiis, & aliis rebus, Burat. deciſ. 557. n. 2. Duran. deciſ. 18. n. 27. Acoſta de privileg. credit. regul. 2. ampliat. 1. n. 6. Sperel. deciſ. 154. n. 55. & 56. Galeot. controverſ. 40. n. 15. lib. 2. Baron. de effectib. minoris ætatis, ætat. 3. n. 249. & 257. Stayban reſolut. 30. n. 2. Ganaverro conſ. 6. ex n. 1. Thomas de tutorib. & curatorib. tit. 18. ſub n. 11. Capicius Latr. deciſ. 19. n. 15. Queſada, & Pilo diſſertat. 9. n. 3. & 4. Rocco tom. 1. reſponſ. 3. n. 6. Oñate de contractib. tom. 2. diſput. 50. n. 47. Leoncil. de privileg. paupertat. 2. part. privileg. 258. n. 2. Urceolus de tranſactionib. quæſt. 22. n. 3. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 28. n. 14. & part. 3. conſtitut. 23. definit. 31. n. 10. Carolus Rota de privileg. mulier. cap. 3. ſpecial. 2. n. 5. & 6. Moſtazo de cauſis piis, tom. 1. lib. 4. cap. 8. n. 54. Franciſcus de Angelis de confeſsionib. lib. 2. quæſt. 13. n. 61. Triſtany deciſ. 24. num. 135. cum ſeqq.

3 Undè ad bona immobilia minorum vendenda decretum intervenire debet, l. 1. l. etſi prædium 16. C. de prædiis, & aliis rebus. Eodem modo ad inſolutum illa danda, 4
l. ſi minor 15. C. eodem, ibi: Si minor vigintiquinque annis prædium ruſticum, cum aliud deberes, ſine decreto inſolutum dederit, dominium à te diſcedere non permittit Senatuſconſulti authoritas. Simoncel. de decretis, lib. 2. tit. 6. inſpect. 14. Galganet. de tutel. lib. 2. tit.
6. n. 5. & tit. 21. n. 30. Pariter ad permutandum, vel tranſigendum, l. non ſolum 4. 5
C. de prædiis, & aliis rebus, ibi: Non ſolum per venditionem ruſtica prædia, vel ſuburbana pupilli, vel adoleſcentis alienare prohibentur, ſed neque tranſactionis ratione, neque permutatione. Montan. de tutel. cap. 33. n. 259. Simoncel. de decretis, tit. 6. inſpect. 8. n. 77. Cancer variar. part. 1. cap. 7. n. 115. Seſsè deciſ. 168. n. 2. Maſtrillo deciſ. 121. n. 33. Trentacinc. variar. lib. 2. tit. de minorib. reſolut. 9. n. 14. Caſtillo controverſiar. lib. 5. cap. 65. n. 59. Dom. Leon tom. 2. deciſ. 169. n. 2. Barboſa ad text. in dicta l. Non ſolùm 4. C. de prædiis, & aliis rebus, n. 9. Thoro in compend. deciſion. tom. 3. part. 3. verſ. Tranſactio facta inter tutorem. Valeron de tranſactionib. tit. 4. quæſt. 1. n. 32. cum ſeqq. Gilchen. in l. 4. n. 4. C. de tranſactionib. Oñate de contractib. tom. 2. diſput. 50. ſect. 5. n. 75. Narbona de ætate anno 25. quæſt. 12. n. 2. Antunez de donat. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 19. n. 18. Neque compromittere, Simoncel. de decretis, dict. tit. 6. inſpect. 8. n. 77. Dom. Leon dict. deciſ. 169. n. 2. Seſsè dict. deciſ. 168. Barboſa ad text.
in dict. l. Non ſolum, n. 9. Et ad ſervitutem 6
imponendam in re immobili opus erit decreto, l. 3. §. ſimili modo, l. ſed ſi pecunia, §. ſi ejus, cum ſeqq. ff. de rebus eorum, Gutierrez de tutel. part. 2. cap. 2. n. 24. Trentacinc. dict. reſolut. 9. n. 8. Galganet. de tutel. lib. 3. q. 43. n. 4.

Eodem modo non poterit ſpecialiter 7
imponi cenſus ſuper prædiis minoris abſque decreto, Simoncel. de decretis, lib. 2. tit. 6. n. 33. Lara de vita hominis, cap. 21. n. 40. Avendaño de cenſib. cap. 81. n. 5. Montan. de tutel. dict. cap. 33. n. 124. Cenſius de cenſib. part. 1. cap. 2. quæſt. 1. artic. 2. n. 3. Barboſa, ubi proxim. n. 10. Caſtillo controverſiar. lib. 4. cap. 61. à n. 29. uſque ad 43. Hermoſilla in l. 4. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 2. n. 18. Narbona de ætat. anno 25. quæſt. 4. n. 7. Antunez de donat. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 19. n. 19. Impoſitio enim, & oneratio cenſus ſuper re immobili, alienatio rei immobilis eſt, Cancer variar. part. 1. cap. 7. n. 121. Fontanella de pactis nuptialib. clauſ. 8. n. 26. & deciſ. 205. n. 8. Merlin. poſt tractat. de pignorib. deciſ. 97. Roxas deciſ. 261. Triſtany deciſ. 24. n. 161. Et quod cenſus impoſitio abſque decreto ſit nulla, declaravit Senatus, ſententia per Alreus, die 30. Junii 1636. inter Syndicum Cleri Villæ de Sent Matheu, & Domnam Joannam Vivel
8 de Aguſta, & de Monſoriu. Quòd procedet, non ſolum ſi cenſus originaliter oneretur, verumetiam ſi cenſus jam creatus acolletur, nam cum acollatio cenſus idem ſit, ac originalis creatio illius, Cenſius de cenſib. quæſt. 73. num. 16. & poſt tractat. deciſ. 547. ſicuti in originali creatione decretum intervenire debet, ita in acollatione, nam eadem ſolemnitas intervenire debet in acollatione, quàm in creatione, Triſtany deciſ. 24. n. 161. Sed non intelligas iſta procedere poſſe, quandò minor, Eccleſia, aut univerſitas emit, & ex pretio cenſum format, aut in pretio acollationem facit, nam tunc abſque decreto poterit facere acollationem, & pro illius ſecuritate obligare rem ipſam, dummodo omne fiat in ipſomet adquiſitionis actu, Gutierrez de tutel. part. 2. cap. 5. à num. 37. Gayto de credito, cap. 4. quæſt. 7. à num. 245. Delbene de immunit. part. 2. cap. 17. num. 8. Olea de ceſsione jurium, tit. 2. quæſt. 2. num. 14. Triſtany deciſ. 24. num. 161. Et non ſolum ſi cenſus creandus, aut acollandus ſit, opus eſt de-
9 creto, ſed etiam ſi neceſsitate urgente indigeret tutor pecuniis, & non inveniret, qui illas daret, niſi ad cambium, non poterit ad cambium ſumere illas, niſi præcedente judicis decreto, ut Senatus dixit Sententia per Caſes, die 11. Martii 1631. in favorem Chriſtophori Soler, Curatoris filiorum Michaëlis Paredes.

10 Locatio prædiorum minoris ad longum tempus non poteſt abſque decreto fieri, l. ſed ſi pecunia, §. final. ff. de rebus eorum, Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 1. quæſt. 21. num. 1. Montan. de tutel. cap. 33. num. 396. Trentacinc. dict. reſolut. 9. n. 39. Ad renunciandum, aut deſinere adquirendum immobilem rem, cujus dominium adquiſitum minori fuit ipſo jure, neceſſarium eſt decretum, l. magis puto, §. feudum, ff. de rebus eorum, Antonius Gomez variar. tom. 2. cap. 14. num. 14. Montan. ubi proximè num. 150. & num. 377. & 381. Trentacinc. dict. reſolut. 9. num. 5. Barboſa in collectan. ad text. in dict. l. 4. num. 16. Etiam ad hypothecandam rem immobilem
11 minoris, decretum requiritur, l. 1. §. ſi minor, ff. de rebus eorum, l. & ſi præſes 5. Cod. de prædiis, & aliis rebus minorum, l. ſi pupillorum 7. §. ſi Prætor, ff. de rebus eorum, l. 1. ff. quæ res pignori obligari poſſunt, l. lex quæ 22. C. de adminiſtrat. tutor. Simoncel. de decretis, lib. 2. tit. 6. inſpect. 1. num. 15. Neguſanſ. de pignorib. part. 2. membr. 3. num. 48. Perez de Lara de vita hominis, cap. 22. num. 58. Avendaño de cenſib. cap. 79. num. 3. Gratian. diſcept. 580. num. 7. Barboſa ad text. in dict. l. & ſi præſes, n. 5. & 6. Caſtillo controverſiar. lib. 4. cap. 61. num. 31. Gayto de credito, cap. 4. quæſt. 7. num. 443. Merlin. de pignorib. lib. 2. tit. 1. q. 39. n. 1. cum ſeqq. Hermoſilla in l. 4. gloſſ. 2. num. 23. tit. 5. partit. 5. Narbona de ætat. anno 25. quæſt. 4. num. 2. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 23. definit. 16. num. 8. Antunez de donationib. tom. 1. part. 2.
lib. 1. cap. 19. num. 19. Et generaliter in 12
quolibet contractu, diſtractu, vel actu per quem deveniri poſsit ad alienationem prædiorum minoris, & quod à dominio ſuo exire poſsint, neceſſarium erit decretum, dicta l. Non ſolum 4. C. de prædiis, & aliis reb. ibi: Vel alio quo quomodo, ea transferre ſine decreto, à diminio ſuo poſsint.

De donatione dubitant DD. an cum 13
decreto judicis fieri poſsit de minoris bonis; ſed facilis eſt reſolutio, nam cum donatio non cadat in adminiſtratione tutorum, vel curatorum, l. final. ff. da curatore furioſi, Baldus in l. 1. C. ſi adverſus donationem. Gratian. diſcept. forenſ. 233. num. 1. Narbona de ætat. anno 25. quæſt. 11. num. 5. Et nunquam poſsit juſta conſiderari cauſa ad donandum, cum donare ſit perdere, l. contra juris, §. ſi filius, ff. de pactis, l. prohibere, §. planè, ff. quòd vi,
aut clam, l. filius, ff. de donationib. Non po- 14
terit minor, aut illius tutor, vel curator, adhuc cum decreto, donare, leg. 1. in princip. ff. de tutel. & rationibus diſtrahend. ubi gloſſ. leg. final. §. cum autem, C. ſi major factus alienationem ſine decreto rat. hab. l. ad utilitatem, ff. de adminiſtrat. tutor. Ladrech. conſil. 139. num. 2. Menoch. conſil. 1153. num. 45. lib. 12. Eſcobar de ratiocinîis, cap. 25. num. 65. Gratian. diſcept. 233. num. 1. cum ſeqq. Narbona de ætat. anno 25. quæſt. 11. num. 5. Noguerol. allegat. 34. Marinis lib. 1. reſolut. 144. num. 3. Lara de vita hominis, cap. 32. num. 29. Hermoſilla in leg. 1. tit. 4. part. 5. gloſſ. 5. num. 2. Gabriel Pereira deciſ. 28. num. 1. Knipſchil. de fideicommiſſ. cap. 3. num. 55. Thomat. deciſ. 67. num. 21. & 22. Cavaller. deciſ. 49. num. 6. & 7. Oñate de contractib. tom. 2. tractat. 17. diſputat. 50. ſect. 5. num. 66. & 68. Caponi tom. 4. diſcept. 278. num. 6. Peutinger. deciſ. 221. num. 10. Antunez de donationib. tom. 1. part. 1. prælud. 2. lib. 1. num. 56. Caſtejon in alphabet. verb. Minor, num. 2. Franciſcus de Angelis de confeſsionib. lib. 2. quæſt. 12. num. 8. Carolus Antonius de Luca in animadverſionib. ad Gratian. cap. 233. n. 1. Et quod curator donare nequeat nuptialia munera pupilli cognatis, tempore celebrati matrimonii, declaravit Senatus, ſententia publicata die 16. Februarii 1674. inter Don Gaſparem Grau, & Don Onuphrium Cruilles, Curatorem Domnæ Mariæ Annæ de Ca-

Caſtellvi. Sed quod minor, aut illius cura-
15 tor poſsint donare judicis decreto interveniente, probatur ex text. in l. non ſolum, C. de prædiis, & aliis reb. ibi: Sed neque tranſactionis ratione, neque permutatione, & multo magis donatione, vel alio quoquo modo ea transferre, ſine decreto à domino ſuo poſſunt. Docent, & defendunt Trentacinc. variar. dict. lib. 2. tit. de minorib. reſolut. 9. num. 14. Ant. Gomez variar. tom. 2. cap. 14. num. 18. Hieronym. Lurent. deciſ. 139. num. 3. Tepat. tom. 3. variar. cap. 18. circa finem, Surd. conſil. 114. num. 11. lib. 1. Bardell conſil. 15. Barboſa ad text. in dict. l. 4. num. 7. Ciriac. controverſ. 11. à num. 71. Queſada, & Pilo diſſertat. 9. num. 72. Hermoſilla in l. 1. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 5. num. 17. Antunez de donationib. tom. 1. par. 1. prælud. 2. num. 56. & 57. Franciſcus de Ang. de confeſsion. lib. 2. num. 9. & 10. Quod meo videri, debet admitti, ſi juſta interveniant donandi cauſa, poterit enim juſta, & legitima reperiri cauſa ad donandum, ut ſi Eccleſiæ donetur, vel alteri pio loco, zelo pietatis catholico, & non ex oſtentatione, nam in hoc caſu donare non eſt perdere, quia centuplum accipitur, Oddus de reſtitut. integr. quæſt. 58. num. 9. Narbona de ætate anno 25. quæſt. 11. num. 20. Andreol. controverſ. 400. num. 11. Carolus Antonius de Luca in animadverſionibus ad Gratian. cap. 233. num. 2.

16 Cenſus, & annui redditus minorum, non poterunt alienari in Regno à tutoribus, vel curatoribus abſque judicis decreto, ex doctrina Surd. deciſ. 204. num. 4. Montan. de tutel. cap. 33. num. 123. Roderic. de annuis redditib. quæſt. 14. num. 2. Mendez de Caſtr. de annonis, in princip. num. 36. Barboſa ad text. in dict. l. 4. Cod. de prædiis, & aliis rebus, num. 11. Cenſius de cenſib. part. 1. cap. 3. q. 1. artic. 2. num. 16. Caſtillo controverſiar. lib. 4. cap. 61. num. 34. & 39. Hermoſilla in l. 15. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 1. num. 60. & in l. 4. gloſſ. 2. tit. 5. partit. 5. num. 20. Olea de ceſsione jurium, tit. 2. quæſt. 1. num. 32. Antonel. de tempore legali, lib. 4. cap. 36. num. 3. Peutinger deciſ. 298. num. 3. & deciſ. 337. num. 4. Et quod cenſus nequeant à tutoribus, vel curatoribus alienari abſque decreto, declaravit Senatus, ſententia per Alreus, die 10. Junii 1636. inter Yolantem Chacon, & Joſephum Gonzalez. Ratio eſt, quia eſtò de jure controvertatur, an hujuſmodi cenſus inter immobilia bona connumerentur, vel inter mobilia, aut tertiam ſpeciem bonorum conſtituant, ut poteſt videri apud Caſtillo de uſufruct. cap. 41. & de tertiis, cap. 40. à num. 2. Giurba in conſuet. meſan. part. 1. cap. 12. gloſſ. 5. num. 2. & de feudis, prælud. 2. à num. 20. Valenzuela conſ. 53. num. 26. Bellon. de iis, quæ fiunt incontinenti, lib. 2. cap. 100. per tot. Hodiern. ad Surd. deciſ. 204. Noguerol. allegat. 12. à num. 92. & allegat. 13. num. 34. Cutel. de donationib. contemplat. matrimon. tract. 2. diſcurſu 1. ſpecial. 1. a n. 20. Pareja de inſtrum. edit. tom. 1. tit. 5. reſolut. 9. n. 89. Cenſius de cenſib. quæſt. 30. Ciriac. lib. 1. controverſ. 74. à num. 13. Vela diſſertat. 28. & 29. Tondut. quæſt. civil. cap. 52. n. 26. In noſtro Regno ſtabilitum habemus, quod hu-
juſmodi cenſus inter immobilia computen- 17
tur, For. 10. rubr. de verbor. ſignificat. Domin. Leon tom. 1. deciſ. 26. n. 4. Domin. Creſpi obſervat. 36. n. 1. Et quod cenſus ſint bona immobilia in Regno, declaravit Senatus ſententia per Daza, die 4. Januarii 1612. inter Joſephum Albert, & Franciſcum Romà; & alia per Alreus, die 15. Februarii 1619. inter Don Didacum Vich, & ſequeſtratorem de Vilamarjant; & alia per eundem, die 5. Decembris 1636. inter Franciſcum Dominicum Alcozer, & Marcum Antonium Alcozer. Et idem judicatum extitit in ſupradicta ſententia, diei 10. Junii 1636. Et in puncto juris verior eſt opinio tenentium, hos annuos redditus inter immobilia connumerandos eſſe Clement. 1. §. cumque annui redditus, de verbor. ſignificat. ubi Barboſa, Delbene de immunit. cap. 17. ſect. 1. dubit. 2. num. 1. Antonel. de tempore legali, lib. 4. cap. 36. num. 3. Merlin. de pignorib. lib. 2. quæſt. 44. num. 37. Peutinger. deciſ. 209. num. 10. Rota coram Zarat. apud Arguell. deciſ. 42. n. 15. Franciſc. de Angel. de confeſsionib. lib. 3. quæſt. 2. num. 31. Mortazo de cauſis piis, tom. 1. lib. 2. cap. 9. num. 16. Et ſicuti impermiſſa reperitur alienatio bonorum immobilium minoris abſque decreto, ita impermiſſa erit alienatio cenſuum non alia ratione, niſi quia immobilia bona ſunt, ut explicavit Senatus in ſupradicta ſententia, diei 10. Junii 1636.

De debitoriis cum reſponſione inte-
reſſe, quæ ex prædiorum pretio ſolent forma- 18
ri in Regno dubitari poterat, an à tutoribus abſque decreto alienari poſsint, & dubii reſolutio ex illa quæſtione pendet, an hujuſmodi debitoria ſint bona immobilia in Regno, nam ſi immobilia fuerint, intrabit regula non alienandi illa abſque decreto. Videtur enim debitoria bona eſſe immobilia, quia immobilia reputantur ea, ex quibus fructus percipiuntur, Carocius deciſ. 103. num. 16. Marinis lib. 1. reſolut. cap. 3. Et quod debitoria formata ex pretio rei immobilis, cenſeantur bona immobilia in Regno, declaravit Senatus, ſententia per Daza, die 4. Januarii 1612. inter Joſephum Albert, & Franciſcum Roma. Et idem videtur deciſum, alia per Ferrera; die 21. Junii 1672. in favorem Joannis Miquel, Civis, & contra Antonium Leò, Presbyterum. Pro quibus facit, quòd jura, &





actiones, debitorumque nomina immobilia ſunt, & inter res immobiles connumerantur, argument. text. in leg. ait prætor, §. 1. ff. de jure deliberand. cap. 3. verb. Iura, de rebus Eccleſ. non alienand. leg. ultim. C. de longi temporis præſcript. gloſſ. in leg. final. Cod. in quibus cauſis, Duard. de cenſibus, §. 1. quæſt. 32. n. 1. Contrarium tamen probatur ex eo, quòd debitoria nihil aliud ſunt, quàm jura, & actiones creditori competentes ad exigendum pretium rei immobilis, & illius intereſſe, & actiones, & jura bona ſunt mobilia, & inter mobilia computantur, l. unic. Cod. de rei uxoriæ action. leg. 2. §. ſed ubi, verſ. Immobiles, C. quando, & quibus quarta pars, lib. 10. l. poteſt pupillus 18. ff. de authorit. & conſenſ. tutor. gloſſ. in l. moventium, ff. de verbor. ſignificat. Curia Philippic. tom. 1. part. 2. §. 15. n. 15. Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 7. n. 7. Trentacinc. variar. lib. 3. tit. de donationib. reſolut. 3. n. 14. Tondut. reſolut. civil. cap. 33. n. 8. Et pro hac ſententia judicavit Senatus ſententia per Daza, die 6. Februarii 1645. in favorem Domini Archiepiſcopi Valentini, & contra Alotiam Roig; & opinio iſta mihi magis placeret, quàm prima, niſi in mea ſententia aliud tenendum cenſeam, nam ſi jura, & actiones, ad bona mobilia fuerint, pro mobilibus habenda ſunt, & ſi ad immobilia pro immobilibus, Trentacinc. dict. tit. de donationib. reſol. 3. n. 14. Capella Toloſan. deciſ. 316. Ciriac. controver. 229. à n. 3. Giurb. de feud. prælud. 2. à n. 16. & ad conſuet. Meſan. 1. part. cap. 12. gloſſ. 5. n. 7. Narbon. in annal. juris, anno 25. q. 25. Galeot. lib. 2. controverſ. 13. à n. 19. Olea de ceſsion. jur. tit. 2. quæſt. 1. n. 28. Si vero jura, & actiones, neque fuerint ad mobilia, vel ad immobilia, prout ſunt jura, & actiones orientes ex debitorio, nam nihil aliud ſunt, quàm actiones perſonales, quę diriguntur contra debitorem, judico, quòd neque appellatione mobilium, nec immobilium venient, ſed tertiam bonorum ſpeciem conſtituent, l. quàm tuberonis, §. in peculio, ff. de peculio, l. à Divo Pio, §. in venditione, ff. de rei vindicat. Gutierr. practic. lib. 3. q. 85. n. 5. & de gabell. q. 57. à n. 4. & quæſt. 112. Donell. lib. 20. commentar. cap. 1. lit. F. Pinell. in rubr. C. de bonis maternis, 1. part. à n. 24. Cenſius de cenſib. tom. 2. deciſ. 3. n. 14. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 1. à n. 15. Vela tom. 2. diſſertat. 29. n. 18. Hermoſill. in l. 55. gloſſ. 2. n. 14. tit. 5. part. 5. Gavto de credit. cap. 4. quæſt. 7. à n. 341. Faber de errorib. pragmat. decad. 5. error 10. Acoſta de privileg. credit. regul. 3. in præfat. à n. 60. & 62. Olea de ceſsion. jur. tit. 2. q. 1. n. 20. & 27. Et hæc tertia ſpecies potius veniet mobilium appellatione, quàm immobilium, cum nomina debitorum inter mobilia computari judicatum extet à Senatu, ſententia per Alreus, die 9. Septembris 1615. inter Domnam Antoniam Lloris, & Domnam Angelam Vaquero. Penſiones autem decurſæ cen-
ſus non ſunt bona immobilia, ſed mobilia 19
ſunt, & pro mobilibus habentur, Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 6. n. 10. Gratian. diſcept. forenſ. 811. n. 22. Cenſius de cenſib. q. 30. n. 25. Rota recentiſsimar. part. 9. tom. 2. deciſ. 580. n. 15. Rojas deciſ. 311. n. 9. & 10. Franciſc. de Angelis de confeſsionib. lib. 3. q. 2. n. 35. D. Creſpì obſervat. 36. n. 10. Et quod penſiones decurſæ non ſint bona immobilia, imò quod pro pecunia habeantur, judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 5. Decembris 1636. inter Franciſcum Dominicum Alcozer, & contra Marcum Antonium Alcozer.

Ex traditis coliges quanta reperiatur 20
differentia inter cenſum, & debitorium cum reſponſione intereſſe, nam etſi equiparentur quoad privilegia, ut habetur in Foro 59. rubric. de jure emphiteut. Dom. Leon tom. 1. deciſ. 48. n. 1. cum ſeqq. Notabiliter differunt
in multis, ut vidiſti; prout etiam in illo, quòd 21
debitoria cum reſponſione intereſſe, quia nihil aliud ſunt, quàm actiones perſonales, quæ triginta annorum curſu, tàm de jure, quàm de foro præſcribuntur, l. ſicut, Cod. de præſcription. 30. vel 40. annor cap. 1. & 5. de præſcriptionib. For. 12. rubr. de præſcriptionib. Dom. Matheu de Regim. cap. 13. §. 1. n. 66. Gonzalez Tellez ad text. in cap. vigilanti, de præſcriptionib. n. 9. Etiam ſi annuas contineant præſtationes, non ſolum pro primo anno, ſed pro omnibus, & adhuc pro ſorte principali, l. eos, C. de uſuris, l. plures apochis, C. de fide inſtrumentor. cap. olim de cenſibus, & à contrario ſenſu, leg. uſusfructus alternis annis, ff. quibus mod. uſusfruct. amittatur, gloſſ. in leg. cum notiſsimi, §. final. Cod. de præſcription. 30. vel 40. annor. Abbas in cap. auditis, de præſcriptionib. Azo, Guillelm. de Cuneo, Speculator, Oldrad. & alii adduct. à Boer. deciſ. 336. n. 3. Balbus de præſcriptionib. 4. part. 4. princip. quæſt. 4. Coller. in prax. verb. Hujuſmodi, n. 107. Aufred ad Capell. Toloſan deciſ. 343. Surd. conſ. 302. n. 8. lib. 3. Decian. conſ. 2. n. 39. cum ſeqq. lib. 1. Felician. de cenſib. lib. 4. cap. unic. n. 14. verſ. Nihilominus, Magon. deciſ. 95. n. 2. Valaſc. conſultat. 49. n. 4. & 6. Cevall. q. 597. Parlador. rerum quotid. lib. 1. cap. 1. §. 12. n. 5. cum ſeqq. Gomez variar. tom. 2. cap. 11. n. 45. Cancer variar. lib. 1. cap. 15. de præſcriptionibus, n. 18. & lib. 3. cap. 20. de legat. num. 59. Gutierrez practicar. lib. 1. quæſt. 90. Salazar de uſu, & conſuetud. cap. 11. n. 52. Caſtro de lege pœnal. tit. 5.

*cap.* 10. *fol.* 188. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 64. *cum ſeqq. & lib.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 101. 102. Cenſius *de cenſib. part.* 3. *cap.* 1. *q.* 8. *artic.* 2. *n.* 8. *cum ſeqq.* Merlin. *controverſiar. centur.* 1. *cap.* 44. *per tot.* Fermoſin. *ad text. In cap. de quarta, de præſcriptionib. quæſt.* 3. *per tot.* Præſcribi debent ſpatio triginta annorum, nam eſtò antiquitus in Senatu fuerit deciſum, ſententia publicata per Dominguez, *die* 9. *Junii* 1565. inter Abbatem de Valldigna, & Antonium Vich. Debitoria cum reſponſione intereſſe non præſcribi, niſi curriculo centum annorum,
22 jam autem hoc intelligitur, & communiter judicatur, debitoria cum reſponſione intereſſe præſcribi triginta annorum ſpatio, ut declaravit Senatus, ſententia per Alreus, *die* 6. *Februarii* 1644. in fovorem Urſulæ Bernat, & de Berthomeu, & contra Antonium Galmes Agricolam; & alia per Saboya, *die* 14. *Decembris* 1679. in favorem Mathiæ Compte, Notarii, & contra Bernardum Calduch, Militem Villæ de Chert. Eadem præſcriptio triginta annorum, habebit locum ad excludendum creditorem proprietatem debitorii petentem, ſi à die quo proprietas potuit peti, uſque ad tempus petitionis effluxerit tempus illud, etiam ſi intereſſe fuerit interim exactum; ut dixit Senatus, ſententia per Ferrera, *die* 14. *Januarii* 1682. in favorem Martini Sanchis, Subſyndici noſtræ Urbis, & contra Vincentium Marcum Salvà.

23 Cenſus autem proprietas non præſcribitur in Regno tempore ordinario triginta annorum, ſed requiritur centum annorum tempus, ut de Cathalonia, docet Triſtany *deciſ.* 23. *n.* 3. Et à Senatu noſtro pluries deciſum extat, ut ſententia per Alreus, *die* 5. *Decembris* 1615. inter Franciſcum Artes de Calatayud, & Petrum Caſanaus; & alia per eundem, *die* 23. *Decembris* 1625. inter Villam de Vinaròz, & Onuphrium Jordà; & alia per Alreus, *die* 12. *Decembris* 1644. inter Don Franciſcum Ladrò, & Don Petrum Boil; & idem invenitur deciſum in ſupradicta ſententia, *diei* 6. *Februarii* 1644. Ratio hujus præſcriptionis eſt, quòd licèt cenſus juxta veriorem ſententiam præſcribantur de jure triginta annorum ſpatio, vel quadraginta, Fontanella *de pactis, clauſul.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 5. *à n.* 15. Peregrin. *conſil.* 81. *n.* 10. *volum.* 2. Belluga *in ſpecul. Princip. rubric.* 41. *de materia cenſualium, n.* 193. *&* 194. ubi Borel. *liter. Y.* Felician. *de cenſib. lib.* 4. *cap. unic. num.* 14. Vela *diſſertat.* 34. *à n.* 80. In noſtro Regno, nequit habere locum hæc ordinaria præſcriptio, quia cenſualia habent naturam emphyteutici cenſus, & hujuſmodi præſtationes impræſcriptibiles ſunt, niſi centum annorum tempore, ut ex Guido Pap. docet Gaſpar Anton. Theſaur. *lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 35. Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 7. *tit.* 13. *definit.* 19. Roſentall *de feudis, cap.* 9. *concluſ.* 97. *num.* 2. *&* 4. Antonius Gobius *conſultat.* 138. *num.* 16. Præſcriptio
centenaria, & immemorialis equiparantur, 24
& idem quod iſta poteſt, poterit etiam centenaria; undè ſi impræſcriptione præſcribi, & etiam centenaria poterunt, Theſaur. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 27. Fontanella *deciſ.* 442. *n.* 20. *& deciſ.* 227. *n.* 19.

Annualitates, & penſiones cenſus
rectè præſcribi poſſunt, etiam ſi cenſus, & 25
illius obligatio principalis præſcripta non ſit, nam cum quotannis nova penſio debeatur, & detur actio nova ad illam petendam, ut Senatus declaravit ſententia per Daza, *die* 6. *Junii* 1629. inter Joſephum Vico, & Elionoram Caſtellò, actio quælibet ex iſtis, quæ merè perſonalis eſt, poterit contra privatum præſcribi ſpatio triginta annorum, & quadraginta contra Eccleſiam, ex regul. *text. in Authentic. quas actiones, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. cap.* 2. *cap. de quarta, de præſcriptionib. cap.* 2. *de præſcript. in* 6. *leg. illud, Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Larrea *allegat.* 68. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. Fermoſinus *ad text. in dict. cap. de quarta, de præſcriptionib. num.* 1. *cum ſequentib.* Ita Senatus judicavit in ſupradicta ſententia, *diei* 6. *Junii* 1629. Ex quibus probatur legitimam eſſe praxim in noſtris Curiis, lypis, & tonſoribus non ignotam, petendi vigintinovem penſiones cenſus in præceptis executivis, nam etſi Fontanella *de pactis, clauſula* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 5. *num.* 15. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 112. referant deciſum à ſuo Senatu, & adhuc defendant, quòd non ſolum Eccleſia, ſed quilibet privatus poteſt petere triginta novem penſiones decurſas cenſus, in noſtra praxi Eccleſia triginta novem annualitates cenſus petere poterit, privatus vero ſolum viginti novem penſiones, Dom. Matheu *de Regim. cap.* 13. §. 1. *n.* 70. & deciſum extat in ſupradicta Regia ſententia.

Illa quæ diximus de præſcriptione 26
centenaria cenſus intellige, quandò præſcriptio intenditur allegari contra debitorem cenſus, & illius ſucceſſores, aliter erit ſi præſcriptio allegetur à tertio poſſeſſore prædii ſpecialiter ſubjugati cenſui, qui executivè convenitur, uti tertius detinens rem ſpecialiter hypothecatam pro cenſu, & illius redditu, nam ut in hoc caſu creditor cenſus excludatur, non eſt opus centenaria præſcri-



ptione, ſed ſufficiet quadraginta annorum præſcriptio, ut judicavit Senatus, ſententia publicata per Maſcarò, *die* 10. *Decembris* 1663. in favorem Collegii Divi Pauli noſtræ Urbis, & contra Michaelem de Fuentes, Notarium, Syndicum Conventus Puritatis, patrocinante cariſsimo Magiſtro meo, & mihi ſemper venerando Iſidoro Segura, Presbytero, Almæ Sedis Præpoſito, & Muriveteris Archidiacono, literis, & ingenio nemini ſecundo. Poſſeſſor enim rei ſpecialiter ſubjugatæ, nulla alia actione convenitur, quam reali, & hæc eſt hypothecaria, quæ de jure, tàm reſpectu generalis, quam ſpecialis hypothecæ tempore quadraginta annorum præſcribitur, *l. cum notiſsimi, §. quamobrem, C. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annor. l. omnes,* ubi Gloſſ. & Caſtrenſ. *n.* 2. *C. eod. l.* 1. §. 1. *C. de annal. præſcrip.* Barboſ. *in dict. l. cum notiſsimi, in princip. n.* 31. *&* 33. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 22. *n.* 15. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 2. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 19. *n.* 65. Cenſius *de cenſibus, quæſt.* 98. *n.* 46. Andreol. *controverſ.* 170. *n.* 4. Carol. Anton. de Luca *in praxi, cap.* 26. *n.* 15. Theodor. Hoping. *conſil.* 2. *in* 4. *caſ. reſolut. fol.* 147. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 79. *n.* 1. Et adhuc judico, quod hoc in caſu contra privatum, ſufficiet præſcriptio triginta annorum, quia in Regno, ut præſcribatur hypotheca non eſt neceſſaria præſcriptio quadraginta annorum, ſed ſufficit, triginta annorum curſus, ſive hypotheca fuerit generalis, ſive ſpecialis, *For.* 6. *rubric. de præſcriptionibus,* ibi: *Si donchs aquell acrehedor que les demana, è diu que à ell ſon obligades, generalment, ò eſpecialment, no haurà callat per ſpay de trenta anys.* Domin. Leon *deciſ.* 61. *n.* 2. Et reperitur à Senatu deciſum, ſententia per Daza, *die* 5. *Novembris* 1639. inter Don Hyacinthum Corrella, & Joſephum Llopis. Eodem modo promiſsio, & obligatio illa, quæ ſolet fieri, & continuari in Regno poſt inſtrumentum cenſus,
27 de aſsignando novam ſpecialem obligationem cenſui intra quatuor, vel plures annos, quia nihil aliud facit, quam actionem perſonalem parere favore creditoris cenſus, præſcribi poterit actio ex illa reſultans intra triginta annos computandos à die, quo potuit compelli debitor ad faciendam aſsignationem ſpecialis obligationis novæ, ut in Curia Gerentis vices Generalis Gubernatoris, vidi deciſum, ſententia publicata per illius Scribam, *die* 17. *Decembris* 1682. in favorem Geſualdæ del Villar, & contra Mariam Moret, & de Marì. Et in Senatu deciſum extat, ſententia per Saboya, *die* 14. *Decembris* 1679. in favorem Matthiæ Compte, Notarii, & contra Bernardum Calduch.

Solum libet advertere, quod ut intret 28
præſcriptio in caſibus ſupra traditis requiritur bona fides in præſcribente, nam qui malam fidem habet, & ſcit debitorem eſſe, præſcribere non poteſt, *l. Celſus* 27. *l. ſi fur* 32. *l. non ſolum* 33. *ff. de uſucapionib. Authentic. malæ fidei, C. de præſcriptionib. cap. ultim. de præſcriptionib.* Faber *lib.* 7. *conjecturar. cap.* 10. *in fin.* Tapia *tom.* 2. *Catenæ moral. lib.* 5. *cap.* 23. *artic.* 5. *&* 6. Bayo *in praxi,* 2. *part. cap.* 1. Ferrentil. ad Burat. *deciſ.* 8. Theodor. Hoping. *conſil.* 2. *in refutat. ration. dubitan. fol.* 181. *col.* 2. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 79. *n.* 3. Et quod habens malam fidem præſcribere non poſsit, declaravit Senatus, ſententia per Daza, *die* 26. *Januarii* 1635. inter Antonium Tena, & Franciſcum Simancas; & alia per eundem, *die* 4. *Julii* 1635. Confirmata alia per eundem, *die* 24. *Martii* 1636. Quod procedit non ſolum reſpectu illius, qui malam fidem habuit, ſed etiam illius hæredis, nam non poterit præſcriptio incohari à primo hærede inſtituto, reſpectu debiti teſtatoris, ut Senatus dixit, ſententia per Caſes, *die* 1. *Decembris* 1632. inter Angelam Garcia, & de Meſtre, & Chriſtophorum, & Matthæum Alarcò; & alia per Saboya, *die* 18. *Martii* 1671. in favorem Fratris Joſephi Galan, Preſbyteri, certis nominibus, & contra Hieronymum Caſanova. Et quod mala fides noceat non ſolum hæredi, ſed etiam hæredi hæredis, docent Fulgin. *de jure emphiteut. tit. de ſolution. canon. quæſt.* 9. *n.* 14. Urceolus *de tranſactionib. quæſt.* 79. *n.* 32. Undè emens prædium cum adoſatione, vel acollatione cẽſus, vel alterius præſtationis, non poterit præſcribere, quia notitiam habet debiti, & malam fidem, ut Senatus declaravit, ſententia per Ferrera, *die* 28. *Junii* 1686. in favorem Philippi Martinez de Larraga, Generoſi, Adminiſtratoris bonorum D. Franciſcæ Julià, & contra D. Petrũ Tardajos, referente Magnifico Senatore Joanne Baptiſta Ortin, Generoſo, R.C.D. Pariter, ſi cenſus ab univerſitate firmatus fuerit, ut intret præſcriptio ſubduci debet tempus, quod vivere præſumuntur perſonæ illę, univerſitatis quę cenſum firmarunt, propter malam fidem, & ſcientiam debiti, quã dum vivunt habere præſumuntur, ut declaravit Senatus, ſententia per Alreus, *die* 21. *Julii* 1629. in favorem Don Didaci Vich, & contra Syndicum noſtræ Urbis, ibi: *Cæterum perpenſo, quod ſecundam rationem naturalem ſcriptam, ut incohare valeat præſcriptionem Univerſitas, qualis eſt de qua agitur, ſubducendum eſt totum tempus, quod de jure præſumitur vivere illi, qui firmarunt cenſualis inſtrumentum, & habent ſcientiam rei debitæ.*

Et ſufficiet, ut non intret præſcriptio, quod vivant aliqui ex Univerſitate habentes ſcientiam debiti contracti per Univerſitatem, ut dixit Senatus, ſententia per Alreus, die 15. Julii 1634. inter Illuſtrem Ducem de Segorbe, & Monaſterium de Portacœli.

29 Demum in materia præſcriptionis obſerva, quod tempore hoſtilitatis non currit, cap. 10. de præſcriptionib. cap. 1. §. Actione 13. 26. quæſt. 3. Velaſc. de privileg. pauper. part. 1. quæſt. 32. Fermoſin. ad text. in dict. cap. 10. de præſcript. quæſt. 1. per tot. Vela diſſertat. 9. n. 1. Neque ſciſmatis tempore, cap. cum votis 14. de præſcriptionib. Rebuf. de pacificis poſſeſſorib. à n. 501. Balb. de præſcriptionib. 2. part. 6. à n. 3. Fermoſin. dict. quæſt. 1. n. 10. Eodem modo tempore peſtis non currit præſcriptio, Abbas, & communiter DD. in dict. cap. ex tranſmiſſa 10. de præſcriptionib. Pariſius conſ. 104. à n. 143. lib. 1. Ripa de peſte 2. part. principal. à n. 121. Roland. conſil. 79. n. 30. & conſil. 81. n. 16. lib. 1. Balb. de præſcriptionib. 2. part. 6. à n. 3. Barboſa ad text. in dict. cap. ex tranſmiſſa, n. 3. Fermoſinus dict. quæſt. 1. n. 12. Sed ut non currat præſcriptio tempore peſtis neceſſe eſt, quod in loco peſtis jus non reddatur, & Magiſtratus non habeant Audientias ordinarias, & litigantes non poſsint agere, nam ſi Magiſtratuum Portæ apertæ fuerint jus quæ redderetur, curreret præſcriptio tempore peſtis, Gloſſ. in cap. prima actione 16. quæſt. 3. gloſſ. in cap. ſi vero, de jure jurand. Abbas in cap. ex tranſmiſſa, n. 7. de præſcript. Theſaur. deciſ. Pedemont. 177. n. 5. Balbus de præſcriptionib. 2. part. 6. & ultimæ principal. n. 5. fol. mihi 549. pag. 1. Barboſa ad text. in dict. cap. ex tranſmiſſa, n. 3. Fermoſin. dict. quæſt. 1. n. 12. Actolin. variar. reſolut. reſolut. 30. n. 103. Ceſſat enim hoc in caſu ratio propter quam non currit præſcriptio, nam cum ceſſet impedimentum ad agendum, non poteſt intrare regula illa, quod contra impeditum agere non currit præſcriptio. Et cum in noſtra Civitate anno 1647. tempore graſſantis peſtis jus redditum fuit, & Portæ Magiſtratus apertæ fuerint, non habuerunt impedimentum ad agendum incolæ Civitatis, qui in illa erant, & perconſequens non potuit curſus præſcriptionis ſuſpendi, ſed debuit juxta juris regulas currere præſcriptio, ut ſapientiſsimè in S. S. Aragonum Conſilio deciſum fuit referente Nobiliſsimo Don Antonio Calatayud, S.S.A.C.R. in cauſa ſupplicationis, Regia ſententia lata, die 8. Octobris 1685. in favorem Cleri Sanctæ Catharinæ, noſtræ Urbis, & contra Conventum Monialium Incarnationis.

30 Reddendo ad inſtitutum videamus, an minori, vel illius tutori poſsit fieri luitio proprietatis cenſus abſque judicis decreto; videtur enim non poſſe, quia ſolutio minori facta inutilis eſt, l. pupillo, l. ſticum, §. uſumfructum, ff. de ſolutionib. l. ait prætor, §. ſed ſi pecunia, ff. de minorib. Carpzovius in juriſprudent. forenſ. part. 2. conſtit. 11. definit. 45. Secundo facit illud, quod ſolemnitas in con-
tractu requiſita, requiritur etiam in diſtractu, 31
l. nihil tam naturale 36. de regul. juris. Barthol. in l. & ideò, ff. de condict. furtiva, Tiraquel. de jure mariti, gloſſ. 5. n. 86. Ant. Gomez in l. 40. Tauri, n. 16. Pereyra de poteſtat. eligend. cap. 7. n. 13. Surd. conſ. 136. n. 17. Barboſa in l. ſi ad reſolvendam, C. de prædiis, & aliis rebus, n. 9. Altograd. tom. 2. conſ. 67. n. 9. & 28. Urceol. de tranſaction. quæſt. 5. n. 71. & quæſt. 77. n. 13. Ergo cum in oneratione, & contractu cenſus à minore faciendo, decretum judicis requiratur, pariter erit neceſſarium in diſtractu contractus cenſus, ut proprietas minori, ſeu illius tutori tradatur. Tertio probatur, quia cenſus
ſunt bona immobilia, ut probavimus, & 32
valdè pretioſa, ſed ſolutio ſortis ex parte illius cui fit alienatio eſt, l. pupillo, ff. de ſolutionib. ubi Caſtrenſ. Felician. de cenſib. lib. 4. cap. unic. n. 3. Don Joſeph de Retes opuſc. lib. 1. cap. 9. prope fin. Ergo cum cenſus alienetur media luitione proprietatis, non poterit redemptio abſque decreto fieri, ſicuti alienatio non fit, ex regul. text. in l. lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor. Quarto pro- 33
batur ſubtili conſideratione, ſiquidem, minor ſortem cenſus accipiens amittit actionem quam habebat, erga debitorem ad cenſum, & quodammodo alienat in ipſum debitorem jus illud, quod habebat ad percipiendas annuas penſiones, & abdicat à ſe actionem illam, quam ad cenſum habebat; ſed minor, vel ejus tutor, qui non poteſt bona immobilia alienare, nequit actionem, aut jus, quod habet ad rem immobilem, ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus alienare, cap. 2. de rebus Eccleſ. alienand. in 6. ibi: Bona immobilia, ſeu jura ipſarum. Clementin. 2. eod. gloſſ. & communiter DD. in l. 1. C. ſi adverſus tranſactionem, Simoncell. de decretis, tit. 3. de alienat. actionis, caſu 1. n. 2. Trentacinc. variar. lib. 2. tit. de minorib. reſolut. 9. à n. 19. Franchis deciſ. 75. num. 2. & 5. ubi Amendola, n. 10. Roderic. Suarez allegat. 20. n. 7. Cevall. quæſt. 56. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 6. n. 39. Ciriac. controverſ. 181. n. 17. Thoro in compend. deciſion. tom. 3. verbo: Ceſsio juris luendi. Faber in ſuo C. tit. de in integr. reſtitut. definit. 4. Narbona in juris annalibus, anno 25. q. 25. Hermoſilla in l. 55. gloſſ. 2.

num.



num. 14. & in l. 4. gloſſ. 2. num. 32. tit. 5. part. 5. Felician. de cenſib. dict. lib. 4. cap. unic. num. 3. Olea de ceſsione jurium. tit. 2. quæſt. 1. num. 31. Merlin. de pignorib. lib. 2. tit. 1. quæſt. 29. num. 64. Carpzovius in juriſprudent. forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 28. num. 3.
34 Bich. deciſ. 662. num. 12. Ergo ſicuti minor vel ejus curator cenſum ipſum alienare abſque decreto non poſſunt, ita neque jus, aut actionem, quàm ad cenſum habent. Probatur ultimo, quia minoribus, & eorum tutoribus non rectè ſolvitur, niſi judicis decreto interveniente, l. 7. §. 2. ff. de minoribus, l. Sanccimus 25. Cod. de adminiſtrat. tutor. vel curator. ibi: Sanccimus creatione tutorum, & curatorum cum omni procedente cautela licere debitoribus pupillorum, vel adultorum, ad eos ſolutionem facere, ita tamen ut prius ſententia judicialis, ſine omni damno celebrata hoc permiſerit. §. At ex contrario, inſtitut. quibus alienare licet, vel non. Antonel. de tempore legali, lib. 2. cap. 1. num. 10. Oñate de contractib. tom. 2. tractat. 17. diſput. 50. ſect. 6. num. 99. Et quod luitio cenſus non poſsit minori, vel ejus tutori abſque decreto fieri, docent Felicianus de cenſib. lib. 4. cap. unic. num. 3. col. 3. Roderic. de annuis redditib. lib. 1. cap. 14. per tot. Maurus de ſolutionibus, cap. 6. n. 56. Caſtillo controverſiar. lib. 4. cap. 61. n. 35. Cenſius de cenſib. 3. part. cap. 1. quæſt. 3. artic. 7. n. 5. Schifordeger. ad Fabrum lib. 1. tract. 16. quæſt. 1. Narbona in juris annalib. anno 25. quæſt. 18. n. 25. Anna conſ. 49. per tot. Duard. de cenſib. §. 5. q. 15. Queſada, & Pilo diſſertat. 9. n. 74. Don Joſeph de Retes opuſculor. lib. 1. cap. 9. in fin. Quibus videtur accedere, Olea de ceſsion. jur. tit. 5. q. 10. n. 11.

35 Contrariam tamen ſententiam judico veriorem, & in Regno omninò ſequendam, poſſeque tutoribus, & curatoribus legitimè ſolvi, lui, & redimi cenſus, & eis proprietates illorum tradi, remanebuntque debitores ſecuriſsimi. Primò, quia ita reperitur à Senatu deciſum Regia ſententia per Saboya, die 25. Februarii 1682. in favorem Villæ de Albayda, & contra Domnam Annam Mariam Aſsio, & Fenollar. Ubi deciſum extat legitimam eſſe luitionem proprietatis cenſus
36 tutori factam abſque decreto. Secundò, quia alienatione prohibita, non cenſebitur prohibita illa, quæ ex neceſsitate fit, l. alienationes, ff. familiæ erciſcundæ, l. 1. ff. de fundo dotal. ibi: Quia hæc alienatio non eſt voluntaria. Sed ſic eſt, quòd hæc juris dimiſsio, quæ virtute redemptionis fit ex parte tutoris eſt neceſſaria, cum vellit, aut nollit teneatur creditor pecuniam ſortis cenſus recipere, Fontanella de pactis nuptial. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 18. part. 5. n. 3. deciſ. 539. n. 11. tom. 2. Ergo non poteſt conſiderari redemptio proprietatis cenſus comprehenſa in prohibitione alienandi abſque decreto, cum alienationes neceſſariæ, non comprehendantur, ut probatur ex leg. 1. cum vulgat. Cod.
de prædiis, & aliis rebus, & ibi Barboſa 37
n. 1. Ultimò probatur, quia tutoribus rectè ſolvitur, quòd minori debetur, Carpzovius in juriſprudent. forenſ. part. 1. conſtitut. 14. definit. 12. n. 4. Etiam ſi non fuerint verè tutores, ſed putativi, Rota deciſ. 335. n. 7. part. 1. recentiſsimar. Ciarlin. controverſ. 217. n. 42. Antonius Gobius conſultat. 71. n. 17. Et licèt controvertatur de jure, an ſolvi poſsit tutori, in Regno non poteſt controverti, nam tutoribus, & curatoribus, rectè ſolvuntur minorum credita, & debitores illis ſolventes liberati omninò remanent, For. Los tudors 42. rubric. de tutel. teſtamentar. ibi: E aquells deutors, qui hauràn pagat los deutes, ol haver als tudors, ſon per dret abſolts, è delliurats. Ergo rectè ſolvi poterit tutoribus cenſus proprietas abſque decreto. Et hanc tuentur ſententiam uti veriſsimam, Simoncell. de decretis, lib. 3. tit. 8. n. 119. & 120. Cancer variar. lib. 2. cap. 6. de ſolutionib. n. 103. cum ſeqq. Monter deciſ. 1. num. 1. cum ſequentib. Magon. deciſ. 1. num. 38. Giurba deciſ. 79. Addentes ad Intigriol. ſuper Bulla cenſus, quæſt. 69. Fontanella de pactis nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 18. part. 5. num. 2. cum ſequentib. & deciſ. 539. num. 11. tom. 2. Larrea deciſ. 19. num. 3.

Neque obſtant in contrarium adducta, 38
nam ad primum, & ultimum reſpondetur, quòd de jure minoribus cum authoritate tutorum, aut tutoribus rectè ſolvitur, & licèt adverſus ſolutionem, poſsint implorare beneficium reſtitutionis in integrum, l. 1. cum vulgat. Cod. ſi adverſus ſolutionem, denegatur eis ſolvente debitore integrè, & verè, quòd debet, & ſolum beneficium eis impartitur, ſi minus ſolvat debitor, re, loco, aut tempore, Pichard. in §. final. inſtitut. quibus alienare licèt, vel non, num. 11. & 12. Quòd in Regno ſecurius, & indiſtinctè admittere debemus, cum ut jam diximus, tutoribus rectè ſolvatur, quòd minoribus debetur, ex For. Los tudors 42. rubric. de tutel. teſtamentar. Omnia enim rectè geruntur per tutores, & curatores, Dom. Creſpì obſervat. 108. n. 15. Undè licèt debitor cenſus juxta naturam contractus, nequeat invitus compelli ad cenſus proprietatem reſtituendam, taliter, quòd neque pactum appoſitum inter emptorem, & venditorem cenſus de luendo illum, validum poſsit eſſe; ut declaravit Senatus, ſententia publicata per Saboya, die 17. Martii 1673. in favorem Domnæ Annæ Bellvis, Egregiæ

 Co-

Comitiſſę de Villamonte,& contra D.Ludovicum Pallàs: *Nam cum illud pactum in quo dicti Don Franciſcus, & Domna Eliſabeth, ſe adſtrinxerunt ad luendum dictum cenſuale infra octo annos, ſit illicitum, & à jure reprobatum, ita ut perinde haberi debeat, ac ſi appoſitum non fuiſſet.* Quamvis ſi fiat cum tertio validitatem habere poſsit, ut judicavit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 28. *Junii* 1686. in favorem Philippi Martinez de Larraga, Generoſi, Adminiſtratoris bonorum Domnæ Franciſcæ Julià, & contra Don Petrum Tardajos; tamen ex ipſa natura contractus ad ſui libitum poteſt pecuniam ſortis cenſus reſtituere, & ad reſtitutionem hanc faciendam virtute contractus, non habet debitor opus decreto, neque tutor, cum ſolutionem invitus, & ex neceſsitate recipere teneatur, *l. à Divo Pio*, §. *ultim. in fin. ff. de re judic.* Simoncell. *de de-*
39 *cretis, lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 120. Ad ſecundum reſpondetur, quòd non eſt verum dicere debere in diſtractu intervenire, ea que pro ſolemnitate in contractu requiruntur, *cap. cum Apoſtolica Sedes*, ubi gloſſ. Abbas, & communiter DD. *de iis, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli*, Beroius *in cap. in præſentia num.* 153. *de probationib.* Monter *deciſ.* 1. *num.* 9. & 14. Neque redemptio cenſus diſtractus eſt, ſed ſolutio ejus, quòd debetur, quæ propriè obligationis liberatio eſt, & non diſtractus, *ex regul. text. in princip. tit. inſtitut. quibus modis tollitur obligatio.* Ad reli-
40 qua reſpondetur, quòd luitio cenſus, non eſt ipſius cenſus alienatio, neque actionis competentis contra debitorem cenſus ceſsio, ſed potius eſt ſolutio actionis, & obligationis, ut docet cum multis, Larrea *dict. deciſ.* 19. *num.* 3. Et licèt ad cedendam actionem ad cenſum, & illius alienationem indigeret tutor decreto, ad reſolutionem neceſſariam actionis, & illius extinctionem non poteſt conſiderari neceſſarium decretum.

41 Proprietatis cenſus luitio poteſt de jure fieri patri, & legitimo filiorum adminiſtratori, Cenſius *de cenſib. quæſt.* 109. *num.* 97. *& poſt tractat. deciſ.* 294. *per tot.* Salgad. *in labyrinth. part.* 1. *cap.* 27. *num.* 26. Olea *de ceſsione jurium, tit.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 34. Valeron *de tranſactionib. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num.*
42 17. In Regno ſecus eſt, nam patri, & legitimo adminiſtratori non poteſt lui proprietas cenſus, ſed debitor deſiderans proprietatem cenſus perpetui, aut vitalitii, vel debitorii cum reſponſione annui intereſſe ſolvere, tenetur facere depoſitum in curia judicis competentis, cum onere non ex trahendi à curia depoſitum, niſi ad reeſmerſandum cauſa cognita, & adhuc ultra nullitatem quitamenti aliter facti, plectuntur Notarii quitamenta, & cancellationes alio modo recipientes pœna privationis officii Notariatus, *For.* 87. *fol.* 29. *Curiar. anni* 1626. Et quod patri, & legitimo adminiſtratori non poſsit luitio proprietatis cenſus, violarii, aut debitorii fieri, declaravit Senatus, ſententia per Cales, *die* 16. *Maii* 1635. inter Angelam Gomar, & de Vadillo, & Illuſtrem Ducem de Bexar; & de alia per eundem, *die* 11. *No-*
*vembris* 1635. inter eaſdem partes. Et 43
menti tene, quòd proprietates cenſus, violarii, aut debitorii modo ſupradicto depoſitæ, non debent reeſmerſari in noſtra Civitate, aliter, quàm interpoſito decreto Regii Senatus, in Civitatibus Setabis, & Orcellis, & in Villa Caſtillionis de la Plana, à ſuis Gerentibus vices, & Locumtenentibus Generalis Gurbernatoris, & in terris Baronum, ab ipſis Baronibus, *dict. For.* 87. *fol.* 19. *Curiar. anni* 1626.

In Regno frequenter cenſus ſpeciali-
ter imponuntur, & onerantur ſuper aliis 44
cenſibus, Domin. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 26. *num.* 1. Et de jure poſſe fieri, docent Malder *de redditib. dubitat* 7. Carocius *deciſ.* 103. *n.* 6. Mareſcot. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 33. Maſtrilio *deciſ.* 215. *n.* 1. Mancin. *diſſertat.* 13. *cap.* 11. *n.* 6. Cenſius *de cenſib. q.* 1. *n.* 1. Duard. *ad Bullam cenſus*, §. 1. *q.* 31. *n.* 5. *cum ſeqq.* Vela *tom.* 2. *diſſertat.* 28. & 29. Leotard. *de uſuris, q.* 46. *n.* 31. Olea *de ceſsion. jur. tit.* 2. *q.* 1. *n.* 18. Et adhuc legitimè onerantur, & ſpecialiter imponūtur ſuper debitoriis cū reſponſione annui intereſſe ex pretio rei immobilis fructifere formatis, nam etſi cenſū cōſtitui nō poſſe ſuper juribus, & actionibus, traddant, Cenſ. *de cenſib. q.* 23. Duard. *de cenſib.* §. 1. *q.* 32. Leotard. *de uſur. q.* 47 *n.* 12. Olea *de ceſsion. jur. tit.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 17. In Regno deciſum extat ſpecialiter imponi cenſum poſſe, non ſolum ſuper alio cenſu, ſed ſuper debitorio cum reſponſione intereſſe ex pretio rei immobilis creato, ut ſententia per Cales, *die* 6. *Octobris* 1636. inter Hieronymum Gil Presbyterum, & Auguſtinum Miralles. Et
quando cenſus inveniuntur ſpecialiter impo- 45
ſiti ſuper aliis cenſibus, ſingulariter admiſſum video, quòd creditor cenſus noviter creati, executivè agit contra debitorem cenſus ſuper quo ſpecialiter reperitur impoſitus cenſus, virtute cujus agitur, pro penſionibus decurſis ex ſuo cenſu. Quòd legitimè fieri poſſe probatur ex doctrina D. Leon *deciſ.* 26. *per tot.* & Cenſii *de cenſib. quæſt.* 67. *num.* 59. & 60. Tenentium virtute clauſularum inſtrumenti creationis cenſus, & aſsignationis ſpecialis hypothecæ adquirere jus creditorem cenſus ad agendum executivè contra debitorem cenſus ſpecialiter ſubjugati, & ita à Senatu reperitur deciſum ſententia per Ferrera, *die* 27. *Februarii* 1677. in



in favorem Cleri Eccleſiæ Parochialis Divi Bartholomæi noſtræ Urbis, & contra locum de Payporta, & alia per Saboya, *die* 3. *Auguſti* 1684. in favorem Cleri Villæ de Caſtellò, & contra Villam de Borriana. Sed cenſus ſpecialiter impoſitus alio cenſui, nō aliter
46 poteſt lui in Regno, quàm de conſenſu, & voluntate creditoris habentis illum ſpecialiter hypothecatū pro ſuo cenſu, qua deficiente, non poterit tradi proprietas creditori cenſus ſpecialiter hypothecati, ſed debet proprietas deponi in curia judicis competentis, & notificari depoſitum omnibus intereſſe habentibus, *for.* 52. *fol.* 15. *curiar. anni* 1626. pariter
47 lui non poterit cenſus in Regno, cujus annui redditus conſignati, & ceſsi reperiuntur in favorem alicujus perſonæ, nam etſi de jure diſputetur an conſignatione, vel ceſsione facta annui redditus, & debitori cenſus notificata, poſsit luitio proprietatis legitimè fieri, & pro utraque parte probabilitas reperiatur, ut poteſt videri apud Maſtrill. *deciſ.* 215. *n.* 24. Giurb. *deciſ.* 79. *num.* 45. D. Creſpì *obſervat.* 28. *num.* 1. *cum ſequentib.* Olea *de ceſſion. jurium, tit.* 6. *quæſt.* 6. *n.* 19. In Regno tamen extra converſiam eſt, quòd luitio proprietatis cenſus conſignati, non aliter poteſt fieri, quàm de voluntate conſignatarii, & illo renuente debet proprietas cenſus deponi in curia judicis competentis, & depoſitum notificari, *d. for.* 52. *fol.* 15. *curiar. anni* 1626.
48 Sed ut habeant locum ſupra tradita, & nequeat luitio cenſus ſpecialiter aſsignati, aut conſignati, aliter fieri, quàm de voluntate creditoris, aut facto depoſito debet conſtitutio ſpecialis hypothecæ, & conſignatio, vel ceſsio, notificari debitori cenſus per notariū, & publicum inſtrumentum de notificatione confici, *dict. for.* 52. *in fin.* ibi: *Ab tal que la dita aſsignaciò de eſpecial obligaciò, ò conſignaciò ſia eſtada notificada ab acte publich à la perſona que quitarà locenſal.* Non ita erit ſi redditus debitorii fuerint conſignati, nam etiam ſi conſignatio notificata fuerit, poterit ſors principalis exigi præſtita cautione de ſolvendis redditibus habenti conſignationem, ut judicavit Senatus ſententia per Saboya, *die* 5. *Julii* 1686. in favorem Conventus Monialium Sanctiſsimæ Trinitatis, & contra Joſephum Climent Presbyterum, referente Magnifico Joanne Baptiſta Ortin Generoſo R.C. D. Actuario Rebollo.

Si uſusfructus cenſus ad unum ſpectet, &
49 proprietas ad alium, non ſatis liquet cui debeat fieri luitio proprietatis cenſus, alii tenent debere fieri uſufructuario, Seſsè *tom.* 1. *deciſ.* 63. Fontanell. *de pactis nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 5. *num.* 5. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 15. *ex num.* 84. Avendaño *de cenſib. cap.* 106. *num.* 7. Giurba *deciſ.* 89. *num.* 39. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 20. Sed hæc ſententia reprobatur à noſtro Senatu judicante, cenſus luitionem non eſſe faciendam uſufructuario, ſententia per Daça, *die* 14. *Novembris* 1614. inter Adminiſtratores bonorum Joannis Pujol. Alii docent proprietario ſolo faciendam eſſe luitionem proprietatis cenſus, Gratian. *diſcept.* 585. *num.* 25. & 26. Intigriol. *quæſt.* 71. *num.* 10. D. Creſpì *obſervat.* 28. *n.* 2. Et hac dicit veriorem in puncto juris, Duard. ad Bullam. §. 5. *quæſt.* 19. *à num.* 4. Alii denique melius, & ſecurius tenēt faciendam eſſe proprietario, & uſufructuario, quàm judico veriorem prout defendunt, Cagnol. *in leg.* 2. *n.* 328. *Cod. de pact. inter emptorem, & venditorem*, Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 6. *n.* 29. Felician. *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 7. Petrus Foller. *in pragmat. de cenſib. verb. inſtrumentum gratiæ pro conſimili pretio*, Benedict. Bonius *in tract. de cenſib. part.* 2. *n.* 105. Gratian. *ſibi contrarius diſcept.* 636. *à num.* 16. & *num.* 19. Cenſius *de cenſib. quæſt.* 109. *ex num.* 64. & *poſt tract. deciſ.* 379. *num.* 7. Et licet Olea pro ſua opinione referat Salgadum, fallitur, nam hanc noſtram tuetur ſententiam *in labyrinth. part.* 1. *cap.* 27. *n.* 10.

Interponuntur decreta ad alienanda mi-
norum prædia, durante ſolum minori ætate; 50
minor ætas quoad hunc effectum, durat de jure uſque ad vigeſimum quintum annum, *l. denique* 3. §. *minorem, ff. de minoribus, l. ſi maritus*, 15. §. *minorem. ff. ad l. Juliam, de adulteriis*, Domin. Leon *deciſ.* 9. *n.* 2. *deciſ.* 51. *n.* 7. Oñate *de contractib. tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 4. *ſect.* 4. *n.* 57. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 11. *definit.* 9. Antunez *de donationib. part.* 2. *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 3.
Triſtany *deciſ.* 15. *n.* 13. In Regno noſtro 51
ſolum uſque ad vigeſimum annum durat, *for.* 1. *rubr. de reſtitut. minor.* D. Leon *dict. deciſ.* 9. *n.* 2. & *deciſ.* 51. *n.* 7. Trullench. *in decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *dubitat.* 34. *n.* 1. Dom. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 1. *n.* 77. D. Creſpì *tom.* 2. *obſervat.* 108. *n.* 5. & 15.
& *tom.* 1. *obſervat.* 17. *n.* 1. Et licet in 52
Regno frequentiſsimè minores viginti annorum veniam ætatis à Principe obtineant, & quoſlibet contractus liberè faciant, ut ſuo in loco docebo, tamen durante minori ætate non poſſunt minores habentes ætatis veniam bona immobilia abſque decreto alienare, *l. eos* 3. *Cod. de iis qui veniam ætatis impetraverunt*, ibi: *Eos qui veniam ætatis à Principali clementia impetraverunt, vel impetraverint, non ſolum alienationem, ſed etiam hypothecam minimè poſſe ſine decreti interpoſitione rerum ſuarum immobilium facere jubemus, in quarum alienatione, vel hypotheca decretum illius neceſſarium eſt, qui nec dum veniam ætatis meruerunt*

*ruerunt, ut ſimilis ſit in ea parte conditio minorum omnium, ſive petita ſit, ſive non ætatis venia.* Docent Gomez *variar. tom. 2. cap.* 14. *n.* 12. Maſtrill. *deciſ.* 13. *n.* 24. Molina *de juſtit. & jure, tract. 2. diſput.* 224. *n.* 25. Gutierr. *de tutell. part. 2. cap.* 5. *n.*71. Morlà *in juris empor. part. 1. tit. 2. in prælud. n.* 68. Strach. *de mercatura, cap.* 3. *n.* 29. & 30. Dom.Leon *tom. 2. deciſ.* 144. *n.*40. Barboſ. *ad text. in dict. leg. eos qui veniam, n.* 1. *cum ſequentib.* Simoncell. *de decretis, lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 23. Hermoſill. *in leg.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 2. *n.* 7. & 8. Bardell. *conſ.* 62. *n.* 4. Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *n.* 12. & 13. Cartar. *deciſ.* 64. *n.* 2. Vela *diſſertat.* 1. *n.* 29. Don Joſephus de Retes *opuſculor. lib.* 7. *cap.* 4. *n.* 65. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 50. Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.*19. *n.*3527. *fol.* 861. Rubeus *practicar. reſolut.* 4. *ex n.* 331. Baron. *de effectib. minoris ætat. effect.* 3. *n.* 178. & *à n.* 285. *uſque ad* 300. Dom. Creſpì *obſervat.* 17. *n.* 14. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 47. Caſtejon *in alphabet. verb. minor, n.* 4. Et quod non poſsint durante minori ætate alienare bona immobilia ſine decreto minores veniam habentes ætatis, declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 18. *Junii* 1627. inter Joannem de la Torre, & Joannem Baptiſtam Ordines. Eodem
53 modo non poterit luitio proprietatis cenſus fieri minoribus habentibus ætatis veniam, ſed deponi debet proprietas in loco tuto, ut inde non extrahatur, niſi cauſa reeſmerſandi arbitrio Regiæ Audientiæ; prout in Regiis privilegiis conceſsionis veniæ exprimitur, D. Creſpì *dict. obſervat.* 17. *n.* 14.

54 Majores viginti annorum, & minores vigintiquinque, non poſſunt alienationes bonorum, & contractus liberè facere in Regno, nam ſi uxorati non fuerint, & patrem habuerint, non poſſunt ſine nullitate contractum aliquem celebrare, abſque conſenſu, & firma Patris, *for. final. rubr. de reſtitut. minor. fol.* 53. *for.* 63. §. *Item, que alcun menor, rubr. de jure emphiteut. foleo* 127. *for.*127. *foleo* 24. *curiar. anni* 1626. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 94. *n.* 2. *cum ſequentib.* D. Creſpì *obſervat.* 17. *n.* 2. de ſimili ſtatuto menſionem faciunt, Gregor. XV. *deciſ.* 182. Otthobon. *deciſ.* 16. *n.* 3. Rota *deciſ.* 283. *n.* 2. *part.* 5. *recentiſsimar.* Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 19. *n.* 19. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *q.* 17. Et quod nullus ſit contractus abſque conſenſu Patris celebratus, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 3. *Martii* 1623. inter Franciſcum Brandes, & Gregorium Pe-
55 rez. Si vero Patrem minores non habuerint, nequeunt contrahere validè ſine conſenſu duorum conſanguineorum, & illorum firma, & ſi contractum faciant abſque ſolemnitate iſta, nullius roboris erit. & ultra nullitatem, notarius, aut proxeneta, qui in tali contractu intervenerint plectuntur exili perpetui à Regno pœna, & proxeneta flagellorum pœna puniri debet, ut cautum habetur *in dicto Foro final. rubric. de reſtitut. minor. For.* 63. §. *Item, que alcun. menor. rubric. de jure emphiteut. For.* 127. *fol.* 24. *Curiar. anni* 1626. Dom. Leon. *dicta deciſ.* 94. *n.* 2. *cum ſeqq.* Domin. Creſpì *dict. obſervat.* 17. *num.* 2. De ſimili ſtatuto loquuntur, Fulgin. *de jure emphiteut. tit. de alienationib. quæſt.* 1. *n.* 183. Berlich. *practic. concluſ.* 12. *part.* 2. *n.* 22. Carpzovius *in juriſprudent. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 15. *definit.* 18. Card. de Luca *de alienationib. & contract. diſcurſu* 28. *n.* 8. Urceol. *conſultat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 28. *n.* 14. & *cap.* 44. *n.* 1. & 2. Qui quidem conſanguinei debent eſſe proximiores, ut docet Franciſcus de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 11. *cum ſeqq.* Et quod ſit nullus contractus factus abſque aſsiſtencia, & conſenſu proximiorum minoris vigintiquinque annorum, declaravit Senatus, in dicta ſententia, *diei* 3. *Martii* 1623. & in S. S. Aragonum Conſilio, idem fuit deciſum, Regia ſententia per Dominguez *die* 12. *Octobris* 1640. in favorem Hieronymi Vela, & contra Angelam Boſch. Et noviſsimè in noſtro Senatu reperitur etiam deciſum, ſententia per Saboya, *die* 6. *Maii* 1677. inter Antonium Planes, & Coſmam Capſir. Et adhuc nullum volunt eſſe contractum ſupradictum antiquæ Regiæ ſententiæ, non ſolum reſpectu minoris vigintiquinque annorum, ſed etiam reſpectu majorum contrahentium, & intervenientium in tali contractu, ut ſententia per Arbiſu, *die* 2. *Decembris* 1554. inter Don Chriſtophorum Centelles, & alios. Et alia publicata per eundem, *die* 29. *Martii* 1593. inter eaſdem partes, & alia per eundem, *die* 22. *Junii* 1587. inter Don Hieronymum Ferrer, & Don Chriſtophorum Muñòz.

Quòd habebit locum non ſolum quando 56
minores vigintiquinque annorum contrahunt, ſed etiam quando quaſi contrahunt, ut ſi adeant hæreditatem, nam ſi patrem habeant debent conſenſum, & firmam adhibere Patris, ſin minus conſanguineorum, nam etſi fori noſtri præcipientes conſenſum iſtum non loquantur de quaſi contractu, habere debet locum eorum diſpoſitio in quaſi contractu, nam ſub nomine contractus omnis accipitur obligatio, *leg. omnem* 20. *ff. de judiciis,* Barthol. *in l. more, ff. de adquirend. hæredit.* Et cum hæres hæreditatem adeundo quaſicontrahat, cum legatariis, & creditoribus hæreditariis, & ex additione illis obligetur, *l. apud*

*Ju-*



*Julianum* 3. *ff. quibus ex cauſis in poſſeſsionem eatur, l. maleſidei* 4. *ff. de actionib. & obligationib.* Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 7. Sequitur quod in fororum diſpoſitione de contractibus loquente, comprehenditur etiam hujuſmodi obligatio, & quaſicontractus, qui per additionem celebratur, ut ſatis in terminis docent Barthol. *ubi proximè,* Marant. *in l. is quis poteſt, ff. de adquirend. hæredit. n.* 201. Carthar. *deciſ. genuenſi* 74. *n.* 7. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 14. *n.*16. & 18. Sed non in-
57 telligas hæc procedere poſſe, quando minor contractum, ſeu quaſicontractum non celebrat nomine proprio, ſed procuratorio nomine, vel alio, nam non tenetur adhibere conſenſum conſanguineorum, nec patris, neque ſervare ſolemnitates ab ſtatutis noſtris requiſitas, in contractibus minorum vigintiquinque annorum, Montan. *de tutell. cap.* 33. *n.* 472. Narbon. *de ætate, anno* 14. *quæſt.* 8. *n.* 10. Anton. Gobius *conſultat.* 19. *n.* 11. Et ſi minor vigintiquinque annorum mandatum dederit ad contrahendum, & per procuratorem contractum celebret, ut ſuſtineatur contractus, ſufficiet, quod tempore dati mandati interveniat conſenſus cōſanguineorum, & ſolemnitas ſtatuti noſtri, etiam ſi non intervenerit tempore quo procurator contractum fecerit, Coccin. *deciſ.* 122. *n.* 1. & *deciſ.* 934. *n.* 6. Zachias *de obligat. cameral. deciſ.* 259. *n.* 3. & 4. Urceol. *de tranſaction. quæſt.* 14. *n.* 14.

58 Limita à nobis ſupra tradita duplici in caſu. Primo in contractibus factis ratione matrimonii, nam poterunt minores vigintiquinque annorum, & majores viginti illos celebrare abſque conſenſu, & firma proximiorum, & ſolemnitate ſtatuti noſtri, *dict. for.* 127. *fol.* 24. *curiar. anni* 1626. ibi: *Exceptats dos caſos, lo primer que no ſen tenga en los contractes, que es fan per rabo de matrimoni en les perſones propries de els contrahents.* Et adhuc quod in foro non exprimeretur, idem tenendum eſſet, nam ſemper in ſtatutis loquentibus de adhibenda ſolemnitate in contractu, exceptus cenſetur contractus ex cauſa dotis, Carpan. *in ſtatut. mediolan. cap.* 298. *n.* 226. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 1. *n.*26. *ff. ſolut. matrim.* Gratian. *diſcept.* 647. *n.* 18. & *deciſ.* 95. *n.* 3. Bocius *de dote, tom.* 1. *cap.* 8. *n.* 77. Cavaler. *deciſ.* 397. *n.* 5. Coccin. *deciſ.* 433. *n.* 3. Rota *deciſ.* 511. *n.* 2. *part.* 2. *recentiſsimar.* Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 3. *q.* 10. *n.* 59. Hoc tamen non debet intelligi reſpectu cujuſlibet contractus, ratione matrimonii, aut dotis facti, ſed tantum ratione matrimonii celebrati per ipſos minores, aut dotis conſtitutæ, aut alterius contractus facti ratione matrimonii ab ipſis celebrati, *dict. for.* 127. Secundo quando minores veniam à
Principe impetratam habent ætatis, nam po- 59
terunt contractus celebrare abſque conſanguineorum interventu, ut habetur, *in dict. for.* 127. ibi: *Y lo ſegon ſino ſerà en cas que ſa Mageſtat haja concedit ſuplement de edat.* Et idem foret tenendum de jure independenter à foro, quia minores habentes ætatis veniam poſſunt cōtrahere abſque ſolemnitatibus ſtatuti Regni, & prætermiſsis illis, quæ de jure requiruntur, cum Principis auctoritas illas omnes ſuppleat, docent, & defendunt Manent. *deciſ.* 63. *n.* 23. *cum ſequent.* Cyriac. *controverſ.* 200. *n.* 20. & 21. & *controverſ.* 690. *n.*3. Rota *deciſ.* 172. *part.*8. & *deciſ.*253. *n.* 10. *part.* 13. *recentiſsimar.* Dunozzet. *deciſ.*608. *n.* 2. Cardinal. Otthobon. *deciſ.*182. *n.*6. & 7. Groſſ. *de contractib. minorum, quæſt.* 18. Anton. Gobius *conſultat.* 93. *n.*2.

Tenetur autem nullitatem contractus alle- 60
gans ex defectu interventus conſanguineorum probare, quod tempore celebrati contractus, & in loco ubi celebratus fuit reperiebantur conſanguinei minoris contrahentis, qui potuerunt in contractu intervenire, Barthol. *in l. ſi tertius, n.* 5. & 6. & ibi Addentes *ff. de aquæ pluviæ arcend.* Bald. *in l. conventione, n.* 4. *Cod. de nuptiis,* Corneus *conſ.* 316. *n.* 8. *lib.* . D. Leon *deciſ.* 194. *n.* 7. Pic. *ad ſtatut. Urbis, gloſſ.*19. *n.* 22. & *deciſ.* 3. *n.* 10. & *deciſ.* 57. *n.* 1. Gratian. *deciſ.* 38. *n.* 2. 3. & 4. Thomat. *deciſ.* 48. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.*17. *n.* 8. Antonell. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.*65. *n.* 11. Urceol. *conſultat. forenſ. tom.* 1. *cap.*28. *n.* 2. Et quod ab allegante nullitatem contractus, debeat exiſtentia conſanguineorum probari in loco domicilii minoris, declaravit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 28. *Octobris* 1677. inter Joannem Baptiſtam Puig, & Annam Mariam Martinez, & de Puig, & alia per eundem, *die* 1. *Februarii* 1677. in favorem Don Chriſtophori Sanz Domini loci de Valles, & contra Don Franciſcum Sanz de
Lloſa. Et non utcumque debet exiſtentia cō- 61
ſanguineorum probari; ſed cum qualitate, quod conſanguinei erant habiles, & idonei ad interveniendum in contractu, & quod potuerunt intervenire; & adhibiti non fuerunt, Achiles de Graſsis *deciſ.* 4. *de præſumptionib.* Rota apud Farinac. *in poſthum. tom.* 1. *deciſ.* 469. *n.* 1. Gratian. *deciſ.* 78. *n.* 2. Nicolaus Vincent. Scopa *in obſervat. ad dict. deciſ.* Gratian. Ciroch. *diſcept.* 73. *n.* 17. Et ita in terminis deciſum extitit à Senatu, ſententia per Saboya, *die* 6. *Maii* 1677. inter Antonium Planes, & Coſmam Capſir; & cum proximiores debeant adhiberi majores vigintiquinque annorum, probari debebit, quod conſanguinei exiſtentes in loco domicilii minoris,

qui

qui poterant intervenire in contractu, erant majores vigintiquinque annorum, Antonell. *dict. lib. 2. cap. 65. n.* 11. Urceol. *dict. conſultat.* 28. *n.* 2. Et ita cautum habetur in dictis Regiis ſententiis, *dierum* 28. *Octobr.* 1677. *&* 1. *Februarii ejuſdem anni.*

62 Et obſerva quod conſanguinei interve-
nientes in contractu minorum debent eſſe maſculi, & non fœminæ, Franciſc. Marc. *deciſ. ſeu quæſt.* 328. *n.* 5. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 94. *n.* 7. Et fuit à Senatu deciſum ſententia per Alreus, *die* 2. *Decembris* 1549. in favorem Don Chriſtophori Centelles, & contra Xi-
63 menium Ruiz. Debent etiam prædicti conſan-
guinei eſſe per agnationem conjuncti, nam conjuncti per cognationem, & multo minus affines non ſunt habiles ad interveniẽdum in iis contractibus, quia appellatione propinquorum non veniunt, Barboſ. *appellat.* 224. *n.* 3. Gizzarel. *deciſ.* 60. *n.* 1. & in terminis teſtium deciſum extat à Senatu, ſententia per Alreus, *die* 2. *Septembris* 1622. in favorem Franciſci Bandres, & contra Gaſparem Gregorium Perez. Et contractus à minore ce-
64 lebratus ſine conſanguineorum conſenſu, &
interventu non poterit ſuſtineri, etiam ſi minores contractus tempore cum juramento dixerint nõ habere conſanguineos, nam eadem facilitate qua ad contrahendum, ad jurandum inducuntur, Pic. *ad ſtatut. urbis, gloſſ.* 19. *n.* 21. *& poſt tractat. deciſ.* 3. *n.* 7. *&* 8. Gratian. *deciſ.* 234. *n.* 2. Franciſc. de Angelis *de confeſſionib. lib.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 4. Sed ſi in contractus inſtrumento dicatur minorem habuiſ-
65 ſe conſanguineos, ſed impeditos ad interve-
niendum, & auctorandum contractum, excuſatus remanebit nullitatem contractus allegans, probandi exiſtentiam conſanguineorum, imo contractus validitatem prætendens debebit probare conſanguineos idoneos non fuiſſe, Pic. *dict. gloſſ.* 19. *n.* 24. *&* 25. Vermigliol. *conſ. crimin.* 477. *n.* 1. *&* 2. Franciſc. de Angelis *de confeſſionib. lib.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 9. Limita ſi judex decretum ſuum interpoſſuerit in aſſertione illa, nam dummodo ab allegante nullitatem cõtrarium nõ probetur, illi debebit ſtari. Vermigliol. *dict. conſ.* 477. *n.* 4. Franciſc. de Angel. *dict. lib.* 2. *quæſt.*
66 17. *n.* 9. Et pro complemento hujus mate-
riæ obſerva, quod ſi minor vigintiquinque annorum in loco ubi domicilium habet conſanguineos habiles habuerit, & ad diverſum locum, ubi illos non habebat, tranſmigraverit ad contractum celebrandum, & poſt illius celebrationem ad locum ſui domicilii revertatur, erit nullus, & inutilis contractus, utpotè in fraudem legis factus, ut mirabiliter ad intentum, docent Aretin. *conſ.* 54. *col.* 3. Fachin. *conſ.* 22. *n.* 12. Gratian. *deciſ.* 102. *n.* 6. Carpan. *ad ſtatut. mediolan. cap.* 328. *n.* 41. *lib.* 1. Cyriac. *controverſ.* 10. *n.* 28.

Nullitas reſultans ex alienatione, vel con-
tractu à minore, ſive illius tutore facto ſine 67
decreto ſanata remanet, ſi minor major factus per quinquennium tacuerit, quando alienatio facta fuit titulo oneroſo, ſive per decennium, quando titulo lucrativo, *l. ſi quando, ultima, Cod. ſi major factus alienationem factam ſine decreto ratam habuerit*, Anton. Gomez *var. tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 11. Montan. *de tutell. cap.* 33. *n.* 551. Trentacinc. *var. lib.* 2. *tit. de minorib. reſol.* 10. Cancer *var. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 29. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 65. Lara *de vita hominis, cap.* 22. *n.* 45. *&* 46. Gratian. *diſcept. forenſ.* 24. *n.* 124. Barboſ. *ad text. in dict. l. ultim. n.* 2. Rota apud Farinac. *in noviſſim. ſeu part.* 4. *diverſorum, deciſ.* 182. *n.* 6. Cenſius *de cenſib. part.* 1. *cap.* 2. *q.* 1. *artic.* 2. *n.* 23. Cyriac. *controverſ.* 308. *n.* 41. *&* 56. Andreas Cenſal. *deciſ. Lucenſ.* 66. *n.* 12. *&* 13. Meli *obſervat.* 137. *n.* 19. Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *n.* 33. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 110. *n.* 6. *& deciſ.* 112. *n.* 5. Caponi *tom.* 4. *diſcept.* 290. *n.* 8. *&* 9. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 65. *n.* 1. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 11. *definit.* 30. Andreol. *controverſ.* 136. *n.* 7. Urceol. *conſultat. forenſ. cap.* 44. *n.* 23. *& de tranſactionib. quæſt.* 22. *n.* 7. *cum ſequentib.* Franciſc. de Angelis *de confeſſionib. lib.* 2. *q.* 13. *n.* 62. Marinis *reſolution. juris, lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 55. Cirocch. *diſceptat.* 75. *n.* 55. Tranchedin. *conſultat.* 17. *n.* 145. *&* 146. Triſtany *deciſ.* 9. *n.* 36. Sed ut hujus temporis cur-
ſus intret, neceſsè eſt, quod minor habeat 68
ſcientiam contractus, vel actus geſti, nam non niſi à die ſcientiæ currit ſupradictum tempus, Ripoll *var. cap.* 11. *n.* 364. Marinis *reſolut. juris, lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 56. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 41. *n.* 32. *&* 33. Fontanella *de pactis, clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 2. *n.* 6. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 4. *n.* 2. *&* 9. D. Creſpì *obſervat.* 33. *n.* 2. *&* 3. Stayban junior *reſolut. forenſ. centur.* 2. *reſolut.* 105. *n.* 25. *&* 28. Turricel. *de rebus Eccleſ. non alienand. cap.* 29. *n.* 11. Cardinal. de Luca *de emphiteus, diſcurſ.* 60. *n.* 3. *&* 7. Triſtany *deciſ.* 23. *n.* 12. Et ita judicatum extitit, ſententia per Caſes, *die* 13. *Februarii* 1637. in favorem Don Gaſparis Texidor, & contra Vincentiam Matthæam Guitart. Amplia etiam requiritur, ut ſanata nullitas poſsit dici, videlicet, quod habeatur notitia ſpecifica, & indubitata, certa, & clara
alienationis factæ, aut contractus celebrati, & 99
nullitatis illius, non enim poteſt ſanari nullitas per taciturnitatem, & temporis tranſcurſum, per ſcientiam conjecturalem, & præſumptam, quia hæc non eſt ſufficiens ad inducendam rathihabitionem, Barcius *deciſ.* 48. *n.* 29. Burat. *deciſ.* 410. *n.* 11. ubi Addentes

*num.*



*num.* 15. Otthobon. *deciſ.* 204. *num.* 7. Actolin. *reſolut.* 119. *num.* 45. Conciol. *allegat.* 60. *num.* 24. Anton. Gobius *conſult.* 31. *num.* 16. Sed ut inducatur rathihabitio contractus, aut actus geſti, requiritur neceſſariò ſcientia clara, & ſpecifica, & notitia indubitata, actus ſeu contractus geſti, & nullitatis quam patitur cum omnibus qualitatibus, Surd. *conſ.* 105. *num.* 38. Ciarlin. *controverſiar. forenſ. lib.* 3. *cap.* 233. *num.* 39. *&* 40. Cancer *var. lib.* 2. *cap.* 6. *de ſolutionib. num.* 103. *& lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 87. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 20. Peña *deciſ.* 510. *num.* 1. *&* 1240. *num.* 9. Ciriac. *controverſ.* 289. *num.* 40. Merlin. *deciſ.* 384. *n.* 1. Duran. *deciſ.* 459. *num.* 9. Ludovicus *deciſ.* 311. *num.* 15. Spada *conſ.* 50. *num.* 40. Rota *deciſ.* 98. *num.* 8. *part.* 11. Meli *obſervat.* 37. *à n.* 5. Rojas *deciſ.* 82. *num.* 8. Rota *deciſ.* 98. *num.* 8. *part.* 11. Cardinal. de Luca *de alienationib. diſcurſ.* 28. *num.* 18. Cirocch. *diſceptat.* 73. *n.* 45. Urceol. *conſultat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 44. *n.* 25. Celſus *deciſ.* 22. *num.* 10. *&* 11. Conciol. *allegat.* 60. *num.* 25. *&* 26. Tranchedin. *conſut.* 17. *num.* 145. *&* 146. Anton. Gobius *conſultat.* 31. *num.* 27. Triſtany *deciſ.* 9. *num.* 36. Et quod ratificatio actus, vel contractus geſti non inducatur, niſi habita notitia certa, & ſpecifica actus, vel contractus ratificandi, & illius nullitatis cum omnibus qualitatibus, judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 24. *Decembris* 1630. inter Syndicum Incilis de Benifurt, & Rigantes Incilis del Puig, & Murta, & alia per Saboya in locum de Benavides, *die* 18. *Junii* 1670. inter Domnam Lucianam Barber, & Bartholomæum Donat, & alia per Ferrera, *die* 12. *Auguſti* 1672. in favorem Joanni Baptiſtæ Gil Ramirez, & contra hæredes Joſephi Burguet.

70 Remedium competens minori facto ma-
jori ad impugnandas alienationes prædiorum à tutore ſine decreto factas, eſt reſtitutio in integrum, *leg. ſi ſiquidem* 11. *Cod. de prædiis, & aliis rebus.* Et hoc remedium debet propone-
71 re minor pro læſionibus in minore ætate ſibi
contingentibus, intra quadriennium à die quo fuerit factus major, *l. ultim. & tot. tit. C. de temporibus in integr. &c.* Propter quod tradunt communiter DD. quod ſi minor major factus per quadriennium tacuerit, alienatio prædiorum ſine decreto facta, valida remanebit per quadriennii tranſcurſum, Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 114. Oddus *de reſtitut. in integr. part.* 1. *quæſt.* 25. Gama *deciſ.* 76. Barcius *deciſ.* 75. *num.* 13. Cancer *var. part.* 2. *cap.* 1. *ex num.* 34. Mauritius *de reſtitut. in integr. cap.* 264. *&* 312. Robert. *rerum judicatar.* 3. *part. cap.* 17. Simoncell. *de decretis, lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 1. Taſſon *de antefato, verſ.* 13. *obſervat.* 1. *num.* 37. Maſtrill. *deciſ.* 181. *à num.* 9. Barboſ. *ad text. in dict. l. final. Cod. ſi major factus, num.* 22. Fuſarius *conſ.* 138. *num.* 1. Caſtill. *deciſ.* 18. *ex num.* 43. *tom.* 1. Stayban *tom.* 2. *reſolut.* 166. *num.* 14. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 9. *num.* 66. Sed quia apud nos, bene-
ficium reſtitutionis inintegrum debet implo- 72
rare minor intra biennium à die, quo fuerit factus major pro læſionibus contingentibus durante minori ætate, *for.* 1. 2. *&* 4. *rubr. de reſtitut. min.* Morlà *in juris empor. tit.* 5. *in princip. n.* 8. D. Matheu *de regim. cap.* 12. §. 6. *n.* 14. D. Creſpì *obſervat.* 33. *n.* 1. Quòd incipit currere à die notitiæ læſionis, Oddus *de reſtitut. in integr. quæſt.* 76. *num.* 38. Gutierr. *canonicar. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 20. Dom. Matheu *dict.* §. 6. *n.* 15. D. Creſpì *dict. obſervat.* 33. *n.* 2. *cum ſequentib.* Prout deciſum fuit à Senatu ſententia per Caſes, *die* 13. *Februarii* 1637. in favorem Don Gaſparis Texidor, & contra Vincentiam Matthæam Guitart, & alia per Benavides, *die* 2. *Septembris* 1681. inter Joſephum Artus, & T. Hernandez Clericum, tenendum judico, quòd ſi minor factus major,
& cum notitia ſpecifica nullitatis contractus, 73
per biennium tacuerit, ſanata remanebit nullitas alienationis ex defectu decreti, aut alterius ſolemnitatis extrinſecè, argum. text. *in dict. l. final. Cod. ſi major factus*, Simoncell. *de decretis, lib.* 3. *tit.* 9. *inſpect.* 2. *n.* 26. Grivel. *deciſ.* 14. *num.* 63. Trentacinc. *dict. tit. de minorib. reſolut.* 10. *n.* 7. Cenſius *de cenſib. part.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *n.* 74. Quòd limi-
tandum credo, ſi enormiſsima læſio concur- 74
reret, nam poterit elapſo tempore deduci, per text. *in l.* 1. *Cod. ſi major factus*, D. Leon *in juris reſponſ. poſt deciſ.* 173. *num.* 204. Taciturnitas enim ſupplere poterit defectum decreti, non autem injuſtitiam aliunde cauſatam, Cancer *var. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 31. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 64. Surd. *conſ.* 49. *n.* 29. Barboſ. *ad text. in dict. leg.* 1. *n.* 3.

Sed an nullitatem contractus à minore cele-
brati ſine interventu conſanguineorum ſane- 75
tur per tranſcurſum temporis ſupradictum computandum à die quo factus fuerit major vigintiquinque annorum poterat dubitari, nã Senatus principiis ſupra traditis motus, iis diebus referente Nobili Senatore Don Jacobo Madroño R. C. D. declaravit nullitatem iſtam tranſcurſu temporis remanere ſanatam, ſententia Regia publicata in favorem Teclæ Ginart, & Anaſtaſiæ Ginart, & contra Antonium Fons. Sed ſalva graviſsimi Senatus cenſura contrarium judico tenendum, & non poſſe ſanari nullitas contractus ex defectu ſolemnitatis inductam per illum temporis curſum, quia per temporis lapſum ſolum nullitas contractus ex defectu decreti ſanatur, non vero ſi ex alia cauſa oriatur, ut ex ſolemnitatis ſtatutariæ omiſsione, quia minor factus major, illam ſolemnitatem quam ſtatutum pe-

tit

tit in contractu non poteſt ſupplere tacito ſuo conſenſu, ut docent Surd. *conſ.* 49. *num.* 29. Gratian. *diſcept.*565. *num.*50. Gregor.XV. *deciſ.* 260. *num.* 13. & *deciſ.* 473. *n.* 19. Ripoll *variar. cap.* 11. *n.* 365. Antonell. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 65. *n.* 2. Merlin. *tom.*2. *deciſ.* 646. *n.* 14. Poſthius *variar. reſolut.* 90. *num.* 39. Iranzo *de proteſtat. cap.* 41. *n.* 8. & 9. Urceol. *conſult. forenſ. lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 23. Cirocch. *diſcept.* 73. *num.* 44. Et pro hac opinione poteſt adduci illa ſententia à nobis ſuperius tradita publicata per Alreus, *die* 3. *Martii* 1623. inter Franciſcum Bandres, & Gaſparem Gregorium Perez.

76 Ut legitimè interponi decretum poſsit ad alienanda minorum prædia, neceſſe eſt, quòd concurrat, & verificetur, juſtam adeſſe cauſam ad alienationem faciendam, aliter enim non debet decretum dari, Oñate *de contractib. tom.*1. *tract.* 2. *diſput.* 4. *ſect.* 4. *num.* 62. & *tom.*2. *tract.*17. *diſput.* 50. *ſect.*4. *n.*52. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 278. *n.* 6. Hermoſill. *gloſſ.* 2. *leg.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *n.* 1. Cardin. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 31. *ſub n.* 18. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.*2. *conſtitut.*11. *definit.*28. Antunez *de donationib. tom.*1. *part.*2. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 51. & 52. Cirocch. *obſervat.* 71. *n.* 29. Arguell. *deciſ.* 13. *n.* 21. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 20. *num.* 33. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 67. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *n.* 34. Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 134. & non ſufficit quælibet cauſa, ſed debet eſſe juſta, & utilis, ut ſi fiat alienatio ob æs alienum, aut ob ſimilem cauſam, *l. ob æs alienum* 12. *Cod. de prædiis, & aliis rebus*, Marius Antonin. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 31. *n.*7. Maſtrill. *deciſ.* 121. *num.* 1. & 2. *part.* 2. Cenſius *de cenſib. part.*1. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *n.* 31. Valenzuela *conſ.* 187. *n.* 83. *tom.*2. Simoncell. *de decretis, tit.*6. *inſpect.* 5. *num.* 59. Paul. Rubeus *deciſ.* 354. *n.* 1. *tom.* 1. Arias de Meſa *var. lib.*1. *cap.*7. *n.*8. Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *n.* 26. Et ut cauſa ſit juſta, debet eſſe ſpecialis, & individua, non autem generalis, & vaga, quia inefficax eſt, Merlin. *deciſ.* 714. *n.* 35. Pic. *ad ſtatut. Urbis, lib.* 1. *cap.* 151. *gloſſ.* 27. *n.* 3. Paul. Meli *poſt obſervat. deciſ.* 142. *n.* 8. Neque ſufficit,
77 ut decretum legitimè expediatur quod allegetur cauſa, aut enuncietur, ſed neceſsè eſt quod ſpecificè illius exiſtentia probetur, & etiam, quòd neceſſaria fuerit, Oñate *de contractib. dict. tom.*1. *tract.* 2. *diſput.*4. *num.*62. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *q.* 13. *n.* 67.

78 Unde ad decreti interpoſitionem propter cauſam ſolvendi æs alienum, non debet deveniri, niſi legitimis probationibus oſtendatur æris alieni exiſtentia, *l. magis puto, ff. de rebus eorum, l. ob æs alienum, Cod. de prædiis minorum*, Merlin. *deciſ.* 444. *num.*9. & *deciſ.*575. *num.*6. & 7. Cenſius *deciſ.* 27. *num.*4. & *deciſ.* 52. *num.*6. Meli *poſt obſervat. deciſ.* 142. *n.*7. Nam etſi æs alienum ſit juſta cauſa, ut decretum interponatur ad alienanda prædia minorum, *dict. l. ob æs alienum*, dummodo creditores urgeant, nam illis non urgentibus non eſt cauſa legitima, neque neceſſaria, Rota *deciſ.* 40. *num.*3. & 7. *part.*7. *recentiſsimar.* Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *n.* 28. Meli *poſt obſervation. deciſ.* 142. *num.*10. Merlin. *deciſ.* 444. *num.*5. Barboſ. *vot.*126. *num.*19. Oñate *de contractib. tom.* 2. *tract.* 17. *diſput.* 50. *ſect.* 4. *n.* 52. Hodiern. ad Surd. *deciſ.*278. *num.*26. Sperell. *deciſ.* 154. *num.* 109. Fontanella *de pact. nuptial. lib. clauſ.*4. *gloſſ.* 13. *part.*1. *n.*22. Marinis *variar. lib.* 2. *cap.*18. *n.* 25. Stayban Junior *reſolut.* 52. *num.* 15. Bich. *deciſ.* 58. *n.* 1. Urceol. *conſultat. forenſ. cap.*63. *num.* 20. Cardinal. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 28. *n.* 5. 16. & 17. Caſtejon *in alphabet. verb. minor*, *n.* 11. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *n.* 22. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 135. Imò nullum erit decretum ad alienanda prædia minorum æris alieni cauſa, non urgentibus creditoribus, ut Senatus declaravit ſententia per Melia, *die* 4. *Aprilis* 1581. inter Auguſtinum Thomas, & Matthæū Folch, & alia per Arbilu, *die* 9. *Novemb.* 1586. inter Urſolam de Santo Stephano, & Franciſcam Gil; niſi eſſet creditum quod uſuras pareret, ut cambium, debitorium, vel cenſuale, aut aliud, nam tunc etiam ſi non urgeant creditores, poterunt minorum prædia alienari, & decretum dari juxta multorum ſententiam, per text. *in l. quotiens, §. ſicut, ff. de adminiſtrat. tutor. l. magis puto, §. ſi pupillus*, & ibi Barthol. *in §. ſi æs, ff. de rebus eorum, l. final. §. ſin autem æs alienum, Cod. de bonis quæ liberis*, Urcill. ad Afflict. *deciſ.* 249. *n.* 6. Simoncell. *de decretis, lib.*1. *tit.* 1. *num.* 40. Ciarlin. *controverſ.* 217. *n.* 23. & 24. Rota *deciſ.*675. *n.* 6. *part.* 2. *recentiſsimar.* & *deciſ.* 454. *num.* 9. *part.* 5. Pignatel. *ad ſtatut. Ferrar. tom.* 1. *rubr.*91. *ſub n.*37. Merlin. Pignatel. *controverſ.* 74. *num.* 30. *lib.* 2. Bich. *deciſ.*58. *num.* 6. *cum ſequentib.* Antonius Gobius *conſultat.* 71. *n.*
24. Tamen debet oſtenti, & judici conſtare 79
de credito, legitimis, & indubitatis probationibus, & non ſufficiet prout multoties in noſtra praxi fit, quòd tutor, vel curator dicat in ſcriptura decreti exiſtere æs alienum, & quod urgent creditores, ut decretum poſsit dari legitimè, Montan. *de tutell. cap.* 33. *n.* 10. Simoncell. *de decretis, lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 42. Decian. *reſponſ.* 20. *n.*3. *lib.* 5. Manent. *conſ.* 78. *n.* 19. & 20. Thomar. *deciſ.* 67. *num.* 13. Ciarlin. *controverſ.* 183. *n.* 44. Andreol. *controverſ.*136. *n.* 9. Merlin. *deciſ.*444. *n.*8. Bich. *deciſ.* 58. *num.* 3. Dunozzet. *deciſ.* 561. *n.* 8. Rota *deciſ.* 352. *n.* 9. *part.* 17. *recentiſsimar.*

Anton.



Anton. Gobius *conſultat.* 71. *num.* 49.

80 Neque locus erit decreto ad prædia minorum alienanda propter cauſam æris alieni, niſi conſtito, & probato, quòd minor bonis mobilibus caret, ex quorum pretio poſsit æs alienum ſolvi, indubitatum enim eſt, quòd immobilia minorum bona, adhuc cauſa ſolvendi æs alienum alienari non poſſunt, niſi deficientibus bonis mobilibus, *l.*1. *circa principium, l. magis puto, §. non paſsim, & §. ſi æs alienum, ff. de rebus eorum*, Roland. *conſ.* 33. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 249. *num.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *ex num.* 1. *uſque ad* 23. Caſtill. *controverſiar. lib.* 8. *cap.* 63. *num.* 26. & 27. Merlin. *deciſ.* 444. *num.* 5. Paul. Meli *poſt obſervationes, deciſ.* 142. *num.* 15. Coller. *de proceſsib. executivis*, 3. *part. cap.* 9. *ex num.* 31. Carleval. *de judiciis, tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *diſput.*1. *n.*8. Maſtrill. *deciſ.* 121. *num.* 1. Fuſarius *de ſubſtitutionib. quæſt.* 542. *ex num.* 1. Peregrin. *conſ.* 84. *ſub num.* 15. *lib.* 2. Merlin. Pignatel. *controverſ.* 74. *num.* 15. *lib.* 2. Knipſchildt. *de fideicommiſſ. cap.* 11. *num.*486. Rota *deciſ.* 206. *num.* 4. *part.* 16. *recentiſsimar.* Cardinal. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 57. *num.* 10. D. Matheu *de regim. cap.* 13. *§.* 3. *num.* 58. Bich. *deciſ.* 58. *num.* 5. & *deciſ.* 173. *num.* 17. Urceol. *conſult.* 63. *num.* 21. Ninot. *deciſ.* 3. *num.* 2. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *num.* 47. Idem erit tenendum, ſi ex fructibus bonorum immobilium poſsit æs alienum ſolvi, aut ex pretio prædiorum minus pretioſorum, vel ex mobilium pretio, ut jam diximus, nam non debet dari locus, ut alienentur immobilia minorum bona, ſi æs alienum poteſt ſolvi ex ſupradictis bonis, & illorum pretio, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 8. Merlin. Pignatel. *lib.*2. *controverſ.* 74. *num.* 15. Rota *deciſ.* 206. *num.*4. *part.* 16. Urceol. *conſultat.* 63. *num.* 21. Ninot. *deciſ.* 3. *num.* 2. Anton. Gobius *conſultat.* 93. *num.* 13. Et ſi proponatur in decreto, quòd prædium mag-
81 ni valoris alienetur pro ſatisfactione parvi debiti, non debet dari locus, neque interponi decretum ad alienationem faciendam, imò provideri, quòd ex fructibus ſolutio fiat, nam injuſtum eſſet, quòd pro debito modico res magni valoris alienaretur, Roland. *conſ.*33. *num.* 8. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *num.*13. Arias de Meſa *variar. lib.* 1. *cap.* 30. *ſub num.* 5. Stayban Junior *reſolut.* 30. *num.* 24. & *reſolut.* 52. *n.* 18. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *num.* 92.

82 Debet etiam curari in decreti interpoſitione, quòd prædiorum venditio fiat juſto, & legitimo pretio, cum juris regulis attentis, minorum bona vendi debeant juſto pretio, *l. ultim. ubi gloſſ.* Barthol. & Bald. *C. de magiſtratib. conveniend.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 11. D. Leon *tom.* 2. *in juris reſponſ. poſt deciſionem* 173. *num.* 107.
Et ut juſto poſsint vendi pretio, debebit 83
probari prædii vendendi æſtimatio, aut teſtibus deponentibus de illius valore, vel peritorum relationibus, qui prædio recognito jurantes dicant, cujus æſtimationis ſit, juxta text. *in l. orphanotrophoſ.* 30. *Cod. de Epiſcop. & Clericis, l. ſi quos, Cod. de reſcindend. vendition. authent. de non alienand. aut permutand. rebus Eccleſ. §. quod autem dictum eſt, collat.* 2. *cum aliis adduct.* à Berlich. *practicabilium, lib.* 1. *concluſ.* 81. *ex num.* 1. Amaya *in Cod. tit. de fide inſtrumentor. & fide haſtæ fiſcal. lib.* 10. *num.* 9. Poſthius *de ſubhaſtat. inſpect.* 24. *num.* 115. *cum ſe-*
*quentib.* Semper tamen melius, & ſecurius 84
erit, quòd immobilia bona ſubhaſtentur per ſpatium alicujus temporis, ut majus pretium inveniri poſsit, *l. & fine, §.* 1. *ff. de minorib. & ibi gloſſ.* Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 147. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.*4. *cap.* 3. *num.* 46. Surd. *conſ.* 49. *num.* 19. Barboſ. *in l. ſi mora, ff. ſolut. matrim. part.* 2. *num.* 60. Mantic. *de tacit. dict. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 31. Cardinal. Thuſc. *practicar. tom.* 5. *lit. M. concluſ.* 249. *num.* 31. Gutierr. *de tutell. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. Pereyra *de emptione, cap.* 13. *num.* 48. Barboſ. *ad text. in l. ob æs alienum* 12. *Cod. de prædiis, & aliis rebus, num.* 7. Theſaurus *quæſt. forenſ. lib.* 4. *quæſtion.* 75. *num.* 78. Caſtill. *de aliment, cap.* 63. *num.* 27. Hermoſill. *in l.* 4. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſſ.* 6. *per tot.* Cardinal. de Luca *de regal. diſcurſ.* 81. *num.* 17. & *de judiciis, diſ-*
*curſ.* 40. *num.* 63. Et ſubhaſtatio ſemper 85
erit utilis, ut fraudes, & collutiones vitentur, Amaya *in dict. l.* 4. *ex num.* 2. Mangil. *de ſubhaſtatione, quæſtion.* 25. *num.* 15. & *quæſtion.* 27. *num.* 12. Berlich. *practicar. dict. lib.* 1. *concluſ.* 81. *num.* 153. Poſthius *de ſubhaſtation. inſpect.* 111. *num.* 57. Anton. Matthæus *de au-*
*ction. lib.* 1. *cap.* 2. *per tot.* Sed licet uti- 86
lis ſit ſubhaſtatio in iis caſibus, non tamen eſſentialis eſt, nam dum prædium juſto, & legitimo pretio vendatur, ſuſtinebitur decretum, & alienatio, etiam ſi ſubhaſtatio non intervenerit, Gratian. *diſceptation.* 473. *num.* 9. & *diſceptation.* 564. *num.* 24. & *deciſion.* 130. *num.* 2. Et hoc admiſſum habebus in praxi noſtra, ubi frequentiſsimè interponuntur decreta, & dantur facultates ad alienanda minorum prædia, abſque eo quod ſubhaſtentur, ſi offeratur omne illud pretium æſtimationis factæ.

S Pa

87 Para obtener los decretos, que ſe acoſtum-„bran interponer en nueſtra practica en las „agenaciones, y vendas de bienes ſitios de „menores, ſe deve poner una eſcritura ante „el Juez, que ſe pretende interponga el de-„creto, en la qual ſe narran las deudas, y pre-„ciſas obligaciones del menor, ò las cauſas „de urgencia que ay para pedir el decreto, „haziendo preſentaciõ de las cautelas, y inſ-„trumentos de las deudas, y narrando las „execuciones que los Acrehedores hazen, y „diligencias de cobrar, para que las pueda „examinar, y ver el Juez, diziendoſe tam-„bien, que no ay bienes, muebles ni otros „efectos menos precioſos de adonde ſe pa-„gue; y concluir, pidiendo ſe reciba ſuma-„ria informacion de teſtigos para probar la „utilidad que tendrà el menor en la agena-„cion, y la carencia de bienes muebles, y „ſi pareciere conveniente para probar el va-„lor de el predio que ſe quiere vender, ò que „ſu valor ſe verifique por las relaciones de „los expertos, que ſe ſubhaſte por diez, ò „mas dias, y que ſe dè facultad para poder-„ſe vender, y agenar por el precio que di-„xeren valer; pidiendo la interpoſicion de „decreto, y proponiendo el libello en eſta „forma.

IHS. F. T. Tutor, y Curador dels fills, y hereus de S. T. Propoſant com millor pot, diu, que la dita cura eſtà devent à F. T. 1000. lliu. que el quondam F. T. Pare de dits menors confeſsà deure al dit S. T. ab acte de obligaciò, rebut per T. Notari, en T. de T. mes, y any, de que fà preſentaciò ſi et in quantum, per raho de lo qual ha paſſat lo dit F. T. à eixecutar al Propoſant dicto nomine per les dites 1000. lliu. paſſant ſervatis de jure ſervandis à fer oferta de diferents bens ſitis de dita cura, ſegons ſe pot veure per lo mateix procès de eixecuciò, de que fà fee citra incertionem, & ad inſtruẽdum animum judicis; è com en dita cura noy haja diner, bens mobles, ni altres effectes de ahon poder acudir à ſatisfer dit credit, y de ahon mes comodament ſe pot donar ſatisfaciò, y pagar aquell, es de lo proſſehit, y preu de una caſa ſituada, y poſada en la preſent Ciutat, Parroquia de Sent Juan del Mercat en la porta nova, que afronta, &c. Y lo Propoſant tinga per mes util, y convenient à la dita cura el que es vena la dita caſa per ſon juſt valor, per obs de pagarſe dit credit, que no el que es proſeguixca la oferta, y es paſſe à la venda de Cort, ocaſionantſe los gaſtos, y danys que en dites vendes ſe ſolen ocaſionar.

83 Limita, ſi centum, aut nonaginta anni elapſi fuerint à die contractus, nam tunc præſumitur, & fuiſſe domini ſupremæ juriſdictionis, etiam ſi in inſtrumento cenſus enuncietur licentiam fuiſſe domini Alfonſinæ.

84 Licentia præſumitur per ſpatium triginta annorum, ſi obſervatus fuerit contractus, & penſiones ſolutæ. Et quid ſi in cenſus inſtrumento fuerit enunciata licentia. 85.

86 Praxis concedendi licentiam, & decretum ad alienanda univerſitatis bona, & ad cenſum onerandum, ubi libellus.

UNiverſitas, Collegium, aut Communitas conſtituitur, quoad minus, & componi debet ex tribus perſonis, 1
*l. Neratius 85. ff. de verbor. ſignificat.* ibi: *Neratius Priſcus, tres facere exiſtimat Collegium, & hoc magis ſequendum eſt.* Sed univerſitate ſemel conſtitura, ut jura illius permaneant, non eſt neceſsè, quod ternarius numerus perſonarum exiſtat, nam remanebit ſemper univerſitas, & illius jura conſer-

va-

vari poterunt, etiam ſi ad unam perſonam
tantum reducta univerſitas fuerit, *l. ſicut* 7.
*§. final. ff. quod cujuſcumque univerſitatis*, ibi:
*Sed ſi univerſitas ad unum reddit, magis ad-
mittitur poſſe eum convenire, & conveniri, cum
jus omnium in unum reſiderit, & ſtet nomen
univerſitatis.* Barthol. *in dict.* §. *final.* Decius
*conſ.*45. *num.* 18. Loſæus *de jure univerſitatis,
part.* 1. *cap.* 1. *n.* 30. Garcia *de Nobilit. gloſſ.*
35. *num.* 51. & 52. Barboſ. *de jure univerſ.
Eccleſiaſt. cap.* 1. *num.* 74. Faber *in Rational.
ad text. in dict. l.* 7. *§. final. col.* 2. Salgad. *in
labyrint. part.* 3. *cap.* 16. *num.* 54. & 55. Ci-
riac. *controverſ.* 302. *num.* 62. Dom. Creſpì
*obſervat.* 112. *num.* 6. Dom. Matheu *de Re-
gim. cap.* 6. §. 2. *num.* 33. *qui num.* 34. Docet
conſervari poſſe univerſitatem, & ejus jura,
& privilegia, etiam ſi omnes de univerſitate
extinguantur, Gloſſ. *in l.* 1. *in verb. Competit,
ff. de collegiis illicitis*, Caſtrenſ. *in l. ſi grægè
num.* 4. *ff. de legat.* 1. Franciſc. Marc. *deciſ.*
1339. *per tot.* & *deciſ.* 1334. *num.* 1. & 1036.
*num.* 2. & 86. *num.* 6. *vol.* 1. Loſæus, ubi
proxim. *num.* 32. Et quod jura univerſitatis
in uno reſidere poſsint, etiam ſi omnes per-
ſonæ de univerſitate extinctæ fuerint; de-
claravit Senatus, ſententia per Ferrera, *die*
23. *Auguſti* 1669. in favorem creditorum
univerſitatis de Pardines, & contra Egre-
gium Comitem de Sellent, Dominum dictæ
univerſitatis de Pardines.

2 Univerſitas, civitas, vel populus re-
preſentatur per illius conſilium generale,
Loſæus *de jure univerſitatis, part.* 1. *cap.* 3.
*num.* 47. & 48. Marinis *lib.* 1. *cap.* 77. & *lib.*
2. *cap.* 59. Caponi *tom.* 2. *diſceptat.* 90. *num.*
21. Gipſius ad Marchion. Torel. *obſerv.* 116.
*num.* 19. Dom. Matheu *de Regim. cap.* 4. §. 3.
*num.* 21. Cardinal. de Luca *de alienat. diſc.*
23. *num.* 12. Et eandem poteſtatem, quàm
univerſitas, vel civitas habet in rebus ad ci-
vitatem, vel univerſitatem ſpectantibus, ha-
bet etiam conſilium generale, & quod ab
illo fit, eandem vim, & firmitatem habebit,
quàm factum ab univerſo populo, Gloſſ. *in l.
aliud, §. refertur, ff. de regul. juris, l. Nulli
cum ibi notatis, ff. quod cujuſcumque univer-
ſitatis, gloſſ. in rubr. C. quæ ſit longa conſuetu-
do.* Barthol. *in rubr. tit. ff. de decurionib.* &
*in l. civitas, num.* 2. *ff. ſi certum petatur*, Ale-
xand. *in l.* 1. *§. Municipes, num.* 6. *ff. de ad-
quirend. poſſeſſ.* & *conſ.* 17. *num.* 1. *vol.* 6. Ro-
land. à Valle *conſ.* 90. *num.* 1. *vol.* 1. Franciſc.
Marc. *deciſ.* 780. *num.* 4. *vol.* 1. & *deciſ.* 95.
*num.* 13. Loſæus *dict. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 46.
& 48. Caponi *dict. diſcept.* 90. *num.* 21. Car-
dinal. de Luca *dict. diſcurſ.* 23. *num.* 12.
Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 72.

3 Conſilium generale cujuſlibet civita-
tis, populi, vel univerſitatis non rectè, neque
legitimè congregatur, niſi citatis, & convo-
catis omnibus incolis populi, vel univerſita-
tis, ſi ad certum numerum conſiliariorum,
non fuerit generale conſilium reductum, nam
in hoc caſu, ſufficiet, quòd citentur, & con-
vocentur conſiliarii tantum, *l.* 1. ubi Bar-
thol. *l. nominatione, Cod. de decurionib. lib.* 10.
& *in l. nulli, ff. quod cujuſcumque univerſi-
tatis*, Caponi *tom.* 2. *diſcept.* 94. *n.* 18. Rocc.
*de officiis, rubr.* 17. *§.* 2. *num.* 6. Et citatione,
& convocatione facta, debent ſaltim duæ
partes ex tribus univerſitatis, aut conſiliario- 4
rum congregatæ reperiri in conſilio gene-
rali, ut legitimè deliberationes, & quælibet
alia negotia à conſilio generali fiant, *l.* 3. *ff. de
decretis ab ordine faciendis, l.* 3. & 4. *ff. quod
cujuſcumque univerſitatis, gloſſ. in l. quod
major, ff. ad municipalem*, Jaſon *in l. cum
hæredem*, §. *hodie, num.* 5. *ff. de pactis*, Soci-
nus Senior. *conſ.* 95. *num.* 4. & 5. Crot. *conſ.*
20. *num.* 1. Cravet. *conſ.* 652. *num.* 1. Meno-
ch. *conſ.* 726. *num.* 2. & 3. Surd. *deciſ.* 28.
*num.* 82. Cancer *variar. lib.* 1. *poſt cap.* 24.
*reſponſ.* 1. *num.* 140. Capicius *deciſ.* 4. *num.* 1.
Azeved. *ad Curiam Piſan. lib.* 1. *cap.* 20. *lit.
D. num.* 50. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4.
*tit.* 7. *num.* 9. Loſæus *de jure univerſit. part.* 2.
*cap.* 1. *num.* 21. Capicius *deciſ.* 4. *num.* 1. Ho-
diern. *controverſ.* 43. *ſub num.* 4. Marinis *in
obſervat. ad deciſ.* 388. *num.* 3. Rocc. *de offi-
ciis, rubr.* 17. *§.* 2. *num.* 6. Caponi *tom.* 2. *diſ-
cept.* 94. *num.* 19. Dom. Creſpì *obſervat.* 112.
*num.* 4. Palma *conſ.* 7. *num.* 17. Ant. Gobius
*conſultat.* 5. *num.* 9. Quòd limitare debes, ſi
univerſitas, communitas, vel populus de
mandato Superioris congregetur, nam non 5
eſt neceſſe, quòd duæ partes ex tribus uni-
verſitatis, aut conſiliariorum congregatę ſint,
ut legitimè deliberationes faciat, ſed ſuffi-
ciet, quòd minor numerus interveniat, Ab-
bas *in cap. cum omnes, ſub num.* 13. *de conſti-
tutionib.* Anton. Gobius *conſultat.* 5. *num.* 12.
Et quod interveniente ſuperioris mandato,
minor numerus ſufficiat; declaravit Senatus
ſententia per Ferrera, in locum de Maſcarò,
*die* 6. *Maii* 1656. in favorem Don Hiero-
nymi Salcedo, & Toſcano, & contra Don
Joannem Coll. Mandatum enim Superioris
facit abſentes contumaces, & reddit illos
incapaces dandi vocem, nec propterea con-
putari debent in numero, Abbas *in cap. in
cauſis, ſub num.* 9. *de elect.* Nata *conſ.* 1. *num.*
4. Cravet. *conſ.* 886. *num.* 9. Silvan. *conſ.* 20.
*num.* 8. Vegg. *conſ.* 29. *n.* 23. Franciſc. Marc.
*deciſ.* 1038. *n.* 3. & 4. *lib.* 1. Cancer *variar.
part.* 1. *poſt cap.* 24. *reſponſ.* 1. *n.* 142. Anton.
Gobius *conſult.* 5. *num.* 12. In noſtro Regno
practicatum habemus, quòd de judicis man-
dato fiunt tres convocationes, ut congrege-
tur communitas, officium, aut univerſitas ad
ali-



aliquod negotium peragendum, & debet
exprimi in convocatione negotium, quod
tractari, & peragi deſideratur; prima convo-
catio ſit per mandatum ſimplex; ſecunda
cum comminatione, & tertia præciſsè, quibus
factis erit legitimè congregata univerſitas,
officium, aut communitas ad faciendum
quodlibet negotium, etiam ſi non interve-
niant duæ partes ex tribus, ſed quilibet nu-
merus, licèt minimus perſonarum interve-
nerit. Quamvis in dicta ſententia, *diei* 6.
*Maii* 1656. declaratum extet, quod ſufficiet
unica convocatio ſi de mandato ſuperioris
fuerit facta cum qualitate, quod cum interve-
nientibus fiet deliberatio, aut celebrabitur
actus à communitate.

6 Debet etiam, ut legitimè dicatur con-
gregata univerſitas, communitas, aut conſi-
lium generale, quod de convocatione con-
ſiliariorum, aut incolarum facta, conſtet, &
appareat per relationem Nuncii convocantis
factam in poſſe Notarii in conſilio interve-
nientis, non enim ſufficit, quod fuerit ſim-
pliciter facta relatio convocationis, ſed cum
juramento debet fieri, nàm ſimilibus Nun-
ciis non creditur, niſi referant cum juramen-
to, *l.* 4. *§. Prætor ait, ff. de damno infecto, l.
ſi finita*, §. *Julianus, ff. eod. l. ſi quis decurio-
nib. C. de falſis*, Speculat. *tit. de citatione, §.
ſequitur, n.* 6. & 7. Caſtrenſ. *conſil.* 287.
Gaylus *lib.* 1. *obſervat.* 54. *n.* 4. Minſinger.
*centur.* 5. *obſervat.* 51. *num.* 2. Maſcard. *de
probat. concluſ.* 189. *num.* 9. Guazin. *de defen-
ſion. reor. defenſ.* 10. *cap.* 5. *n.* 12. Muſcatell.
*in prax. part.* 2. *gloſſ. Intimato, num.* 16. Va-
lenſis *in paratild. lib.* 2. *tit.* 1. *de for. compe-
tent. §.* 4. *num.* 2. Et ex hac cauſa declaravit
Senatus, referente Magnific. Joanne Arques
Jover, R. C. D. ſententia per Ferrera, *die*
17. *Aprilis* 1666. in favorem Raphaelis
Garcia de Salat, Generoſi, & contra Villam
de Anna; non eſſe legitimum contractum
cenſus ab univerſitate factum, niſi conſtaret
de convocatione ſupradicta per relationem
Nuncii in poſſe Notarii factam. Sed proba-
7 bitur præſumptivè, & ſufficienter convoca-
tionem legitimè fuiſſe factam, & etiam, quod
Nuncius fecerit relationem convocationis
cum juramento, ſi in mandato ab univerſita-
te dato enuncietur à Notario, relationem
Nuncii ſibi fuiſſe factam, & elapſum fuerit
tempus triginta, vel quadraginta annorum,
à die mandati, & contractus, ut Senatus ju-
dicavit, ſententia per Saboya, *die* 24. *No-
vembris* 1676. in favorem Michaelis Xime-
no, Notarii, Procuratoris adminiſtrationis
Petri Juſt, & contra Agnetem Mur, & de
Martì; referēte Doctiſsimo Senatore Iſidoro
Aparicio Gilart, R. C. D. & alia, eodem die
per eundem, inter eaſdem partes. Solemnitas
enim convocationis, vel relationis juratæ fa-
ctæ, & quælibet alia ſolemnitas ſufficienter
probatur interveniſſe in contractu, aut actu
per ſimilem enunciativam, ſimul cum tem-
poris curſu triginta, vel quadraginta annorū,
Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 17. *num.* 10. Burat.
*deciſ.* 45. *ſub num.* 6. & *deciſ.* 120. *ſub n.* 38.
Ciriac. *controverſ.* 162. *num.* 24. *tom.* 1. An-
tonell. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 72. *num.* 1.
Bonden. *de jure controverſ. collect.* 39. *n.* 79. 8
Idem erit tenendum, ſi cum temporis ſupra
dicti curſu cōcurreret obſervantia cōtractus,
nam ſufficienter probabitur ſolemnitas con-
vocationis, & relationis Nuncii cum juramē-
to factæ, etiam ſi in inſtrumento contractus,
aut mandati nō enuncietur, ut declaravit Se-
natus, ſententia per Ferrera, *die* 11. *Martii*
1677. in favorem Conventus de la Eſperāza,
extra, & prope mœnia noſtræ Urbis conſtru-
cti, & contra Baroniam de Sumacarcel, re-
ferente Nobiliſsimo Don Didaco de Scals,
R. C. D. Ratio eſt, quia curſus temporis tri-
ginta annorum, ſimul cum obſervantia con-
tractus facit præſumere, quod in contractu
intervenerunt omnes ſolemnitates, Coccin.
*deciſ.* 469. *num.* 6. Beltramin. ad Ludovicum
*deciſ.* 152. *n.* 4. Burat. *deciſ.* 152. *num.* 6.
Rota *deciſ.* 175. *n.* 13. & *deciſ.* 256. *n.* 1. & 2.
*part.* 8. *recentiſsim.* Otthobon. *deciſ.* 220. *n.* 22.
Urceol. *de tranſact. q.* 24. *n.* 47. Solus autem
temporis curſus abſque obſervātia cōtractus
non ſufficiet, ne duæ oriantur præſumptiones
ex eodem temporis curſu, una interventus
ſolemnitatis, & alia obſervantiæ, Coccin.
*deciſ.* 301. *n.* 4. & *deciſ.* 326. *n.* 6.

Sed non ſufficient ſupra tradita, ut univer- 9
ſitas, ſeu communitas, vel cōſilium generale
legitimè cōgregatum dicatur, nam debet etiā
intervenire Principis licentia, ut univerſitas
congregetur, Caſaneus *in Cathalog. Gloriæ
mundi, part.* 5. *conſider.* 196. Regēs de Ponte
*conſil.* 10. *n.* 2. *lib.* 2. Rocc. *de officiis, rubr.* 17.
§. 3. *n.* 1. Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 72. In noſtra
Urbe, & in cæteris Urbibus, Villis, & Oppidis 10
Regni congregatur conſilium generale, in-
terveniente pro Dom. Rege, Juſtitia in cauſis
Civilibus, aut in Criminalibus, ſi conſilium
criminale fuerit. In univerſitatibus Baronum 11
non poteſt congregari conſilium generale
ſine Baronis licētia, & aſsiſtere in illo debet
Bajulus, ſeu alius illius officialis, ut declaravit
Senatus, ſentent. per Daza, *die* 14. *Aug.* 1629.
inter Commendatorem Commendæ majoris
Monteſiæ, & Oppidum de les Coves; & alia
per Alreus, *die* 18. *Martii* 1623. inter
Syndicum Villæ de Beniſa, & Illuſtrem
Marchionem de Ariſa; & alia per Ca-
ſes, *die* 20. *Maii* 1627. inter Illuſtrem Du-
ciſſam de Bexar, & Mandes, & Villam de
Caſtalla. Poterit etiam congregari conſi-

lium generale cum licentia domini loci ha-
bentis tantum mixtum imperium, & Alfon-
ſinam juriſdictionem, ut Senatus judicavit
ſententia per Alreus, *die* 24. *Decembris*
1624. inter Locum de Puçol, & Domi-
num Archiepiſcopum Valentinum; ſed
univerſitas licentiam petens, non tenetur
declarare tempore impetrandi illam, quid
tractandum veniat in conſilio generali, ut
Senatus, dixit dicta ſententia per Alreus,
*die* 18. *Martii* 1623. inter ſupradictas
partes; & alia per Benavides, *die* 11.
*Decembris* 1660. in favorem Honorati
Vidal, Notarii, Syndici loci de Benifa-
yò, & contra Don Joſephum Falcò de
Belaochaga, Dominum dicti loci. Quandò
12 gremia, ſive officia, aut quælibet congrega-
tiones, vel communitates congregantur in
noſtra Civitate, obtinent licentiam, &
decretum à Gerente Vices Generalis Gu-
bernatoris, & proviſione facta conceditur
facultas, & licentia ſupradicta. Et non
aliter congregatur officium, aut communi-
tas, niſi cum aſsiſtentia alicujus officialis
prædictæ Curiæ, & multoties, ſi negotium
id expoſcat, cum aſsiſtentia Aſſeſſoris præ-
dictæ Curiæ, & quod abſque aſsiſtentia offi-
cialis Regii non debeat dari locus, ut con-
gregentur hujuſmodi communitates, proba-
tur ex *Foro* 31. *rubric. de pactis*, & docet
Dom. Creſpì *obſervat.* 112. *n.* 9. In Villis
Regni, & aliis oppidis non debent congre-
gari gremia, aut aliæ communitates, ſine
aſsiſtentia, & licentia Juſtitiarum, & in Ba-
ronum univerſitatibus, ſine Baronis licentia,
& aſsiſtentia officialium illius. Undè ſi de
facto conſilium, communitas, aut gremium,
13 congregetur ſine ſuperioris licentia, & aſsi-
ſtentia officialis Regii, & aliquem contra-
ctum, ſive actum, vel deliberationem fece-
rit nullius momenti erit, ut judicavit Sena-
tus ſententia per Ferrera, *die* 26. *Novembris*
*1666.* Solum obſervatum habeo, quòd
14 communitas generalis irrigantium Regiæ
Incilis de Moncada, & communitas parti-
cularis duodecim Syndicorum ejuſdem Re-
giæ Incilis, per quos gubernatur, & regitur
omne ferè illud, quòd ſpectat ad conſerva-
tionem jurium dictæ Regiæ Incilis cum juriſ-
dictione ad cognoſcendum in ſecunda in-
ſtantia de cauſis deciſis, in prima inſtantia
per Cequiarium Regium, congregatur abſ-
que licentia aliqua Gerentis Vices Generalis
Gubernatoris, aut alterius officialis Regii,
& abſque aſsiſtentia alicujus Regii officialis,
meo videri duplici ex cauſa. Primò, quia
in hac congregatione ſemper Cequiarius in-
tervenit, qui ad inſtar officialis Regii eſt, &
juriſdictionem habet in ſpectantibus ad in-
cilem Regiam. Secundò, quia per tempus
immemoriale benè potuit hæc univerſitas,
prout quælibet alia, poteſt adquirere liberta-
tem, & jus, ut legitimè congregetur abſque
ſuperioris domini licentia, & interventu, ut
Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die*
28. *Junii* 1635. inter Conventum de Vall-
dechriſt, & Syndicum Villæ de Altura. Et non
habemus notitiam, quòd hæc communitas
irrigantium congregata fuerit aliquo in tem-
pore cum licentia, aut aſsiſtentia alicujus
officialis Regii. Per poſſeſsionem autem
temporalem, non poteſt adquiri ſupradictum
jus, imò quælibet poſſeſsio congregandi
conſilium, abſque interventu officialis Regii,
aut Baronis, improbi juris erit, & inſubſiſtes,
etiam quoad manutentionem, ut declaravit
Senatus, ſententia per Maſcarò, *die* 14. *Julii*
1668. in favorem Illuſtris Duciſſæ de Gandia,
& contra Villam de Oliva.

Non ita erit tenendum de conſilio par-
ticulari alicujus villæ, univerſitatis, vel op- 15
pidi, nam poterit legitimè congregari abſ-
que licentia ſuperioris domini, & officialis
illius aſsiſtentia, ut probatur ex doctrina
Cancerii *variar. tit. de juribus caſtrorum,*
*cap.* 13. *num.* 115. Et judicavit Senatus,
ſententia per Alreus, *die* 24. *Decembris*
1625. inter Locum de Puçol, & Dominum
Archiepiſcopum Valentinum. Conſilium
enim particulare, quòd ſolet componi ex
aliquibus perſonis villæ, vel oppidi, non
poteſt alia facere, quàm illa, quæ ei ſpecia- 16
liter commiſſa, & mandata ſunt à conſilio
generali, & hac de cauſa conſilium particu-
lare, non poterit contractum aliquem ce-
lebrare univerſitatis nomine, neque cenſum
onerare, & ſi de facto fecerit, nullus erit
cenſus, aut contractus, ut declaravit Senatus,
ſententia per Alreus, *die* 9. *Junii* 1608. inter
Syndicum Civitatis de Segorb, & Illuſtrem
Duciſſam de Cardona; & alia per Alreus,
*die* 8. *Aprilis* 1627. inter Illuſtrem Marchio-
nem de Quirra, & Villam de Nules. Et quod
particulare conſilium non poſsit renuncia-
tiones aliquas facere, dixit Senatus, ſenten-
tia per Alreus, *die* 7. *Septembris* 1614. inter
Don Hieronymum Figuerola, & Syndicum
univerſitatis de Sueca. Neque adhuc pote-
rit Syndicum ad negotia univerſitatis conſti-
tuere conſilium particulare, quia poteſtas
nominandi Syndicum reſidet in conſilio ge-
nerali, *l.* 3. & 4. *ff. quod cujuſcumque uni-*
*verſitatis*; & multo minus poterit Syndicum
conſtituere ad ea facienda, quæ abſque ſpe-
ciali mandato non rectè peraguntur, ut ſi ad
firmandum de jure, & manutentionem obti-
nendam mandatum fuerit datum, nam non
poterit conſiderari legitimum, ſi à conſilio
particulari reperiatur factum, ut noviſsimè
declaravit Senatus, ſententia per Saboya, *die*





20. *Septembris* 1687. in favorem Villæ de
Adzaneta, & contra Villam de les Uſeres;
referente ſapientiſsimo Senatore Franciſco
Ortin, & Luqui, Generoſo, R.C.D. actuario
Oliver.

Jurati civitatum, & villarum noſtri
17 Regni, licèt non ſint officiales regii, tamen
adminiſtratores ſunt rerum civitatis, univer-
ſitatis, aut villæ, *privileg.* 47. *Petri II.* ibi:
*Cum igitur vos, qui non eſtis officiales Regii,*
*ſed adminiſtratores civitatis ejuſdem. For.* 62.
*Curiar. anni* 1604. D. Leon *deciſ.* 19. *n.* 3.
Dom. Creſpì *obſervat.* 4. *n.* 101. & *n.* 109.
Dom. Matheu *de Regim. cap.* 4. §. 3. *n.* 21. &
25. Portol. ad Molin. *verb. Jurati, n.* 7. Seſsè
*de inhibitionib. cap.* 29. §. 1. *n.* 13. Ripoll
*variar. cap.* 3. *n.* 324. & *in additionib. ad*
*practicam* Peguer. *rubr.* 6. *n.* 42. Fragoſ. *de*
*Republica, tom.* 1. *lib.* 7. *diſput.* 19. *n.* 1.
Suelves *centur.* 1. *conſil.* 30. *n.* 9. Cardinal.
de Luca *de Regalib. diſcurſ.* 44. *n.* 9. &
*de tutorib. in ſummario, n.* 49. Sed non
18 habent liberam adminiſtrationem, ut rectè
notat Dom. Matheu, ubi prox. *n.* 22. Quia
per Juratos non repreſentatur tota univerſi-
tas, civitas, vel villa, ſicuti per conſilium ge-
nerale, Ripa *in l. ſi is qui bona, num.* 1. *cum*
*ſeqq. ff. de pignorib.* Bald. *in l. civitas, n.* 9.
*ff. ſi certum petatur*, Caſtrenſ. *in l.* 7. *n.* 2.
*ff. quod cujuſcumque univerſitatis*, Loſæus *de*
*jure univerſitat. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 16. Neque
in contrarium facit doctrina, Dom. Creſpì
*dict. obſervat.* 4. *n.* 90. ubi videtur doce-
re, Juratos habere liberam, & generalem
adminiſtrationem, nam loquitur doctiſsimus
vir, prout loquuntur fori, & privilegia ab eo
adducta, nempè de Juratis, & cæteris offi-
cialibus adminiſtrantibus, ſimul cum conſilio
generali, ut in *Privileg.* 18. *Jacob. I. fol.* 7.
ibi: *Et regimen civitatis, & habitatorum*
*ejuſdem ex officio ſuo, cum conſilio conſi-*
*liariorum ſuorum, &c.* Undè non omnia
poſſunt Jurati facere, licèt omnia eis videa-
tur facere poſſe circa adminiſtrationem re-
rum publicarum, ſed tantum illa, quæ ſimi-
libus adminiſtratoribus à jure permittuntur,
& cum pro rebus adminiſtrationis rectè ad-
miniſtrator citetur, & contra illum judicium
ſuſcipiatur, *l.* 1. *ff. de adminiſtrat. tutor. l.*
*ultim. C. qui legitimam perſonam, l.* 1. *C. ſi*
*per vim, vel alio modo, For.* 21. *rubric. de te-*
*ſtamentar. tutel.* Valenzuel. *conſ.* 182. *n.*
4. Fontanell. *deciſ.* 273. *n.* 8. Peña *tom.* 1.
*deciſ.* 687. *n.* 4. Dom. Creſpì *obſervat.* 108.
*n.* 15. *cum ſequent.* Tenendum eſt, quod
lite contra univerſitatem ſuſcitata poterunt
Jurati citari, prout videtur de mente Porto-
les ad Molin. *verb. Citatio univerſitatis, n.* 1.
Dom. Matheu *de Regim. cap.* 10. §. 1. *num.*
88. & docet Ripoll *variar. cap.* 3. *n.* 322.
323. & 324. & *in additionib. ad praxim* Pe-
guer. *rubric.* 6. *de citatione, n.* 47. & 48.
Ubi vide, an quolibet anno novi Jurati electi
debeant citari. Solum judico, quod non ſuf-
ficiet injungere citationem majori Juratorum
parti, quia non citantur, ut univerſitas, ſed
ut adminiſtratores, & cum ſinguli admini-
ſtrationem habeant, debent omnes citari,
& non ſufficiet, quod major pars citetur,
ex ratione textus *in l. ultima, in fin. C. de*
*authoritat. præſtand. l.* 8. *ff. de aqua pluvia*
*arcenda, l. per fundum* 11. *ff. de ſervitutib.*
*ruſticor. prædior. cap. quod omnes* 29. *de regul.*
*jur. in* 6. Videndi Domin. Creſpì *obſerv.* 112.
*n.* 11. & 20. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 2.
*n.* 67.

Hæc omnia docui, ut cum majori
fundamento intelligatur, penes quam per- 19
ſonam ſit dominium bonorum univerſita-
tis; quælibet enim univerſitas bona dupli-
cis generis habet, alia publica, quæ publi-
co uſui deſtinata reperiuntur, ut forum, ba-
ſilicæ, flumina, fontes, viæ publicæ, plateæ,
pontes, paſcua, & ſimilia; alia quæ non
ſunt uſui publico deſtinata, ſed ad particu-
lares reipublicæ uſus, & neceſsitates reſer-
vata, cujus generis ſunt, quæ titulo lega-
ti, fideicommiſsi, donationis, aut quæ ex
aſiſsiis, & impoſitionibus, vectigalibus, aut
tributis univerſitas percipit, *l. ſed Celſus* 6. *in*
*princip. ff. de contrahend. emption. l. inter pu-*
*blica* 17. *ff. de verbor. ſignificat. l. bona civi-*
*tatis* 15. *ff. eod. l. in tantum, §. univerſita-*
*tis, ff. de rerum diviſione, l. final. C. de ven-*
*dendis rebus civitatis, lib.* 11. *§. Univerſita-*
*tis, inſtitut. de rerum diviſione*, Donell. *lib.*
4. *commentar. cap.* 4. Anguian. *de legibus,*
*lib.* 3. *controverſ.* 3. *n.* 5. 6. & 7. Felician.
*de cenſib. lib.* 2. *cap.* 3. *ex num.* 2. Hermo-
ſilla *in l.* 15. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſſ.* 2. *n.* 2.
Antonius Perez *in ſuo Cod. ad tit. de venden-*
*dis rebus civitatis, n.* 1. Vela *diſſertat.* 36.
*numer.* 1. Tondut. *reſolution. civil. lib.* 2.
*cap.* 60. *numer.* 8. Domin. Leon *deciſione*
188. *numer.* 3. Arnoldus Corvin. *in ſumma*
*Cod. lib.* 11. *tit.* 32. *in princip.* Antunez
*de donationibus, tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 13.
*numer.* 17. Ex iis bonis publicis, alia 20
jure naturali communia ſunt, tàm incolis
univerſitatis, quàm exteris, & illis uti
poſſunt eodem jure, tàm exteri, quàm
incolæ, ut flumina, portus, ripæ,
mare, litora maris, aqua profluens, &
alia, de quibus in *l. Nemo* 4. *cum ſe-*
*quentibus, ff. de rerum diviſione, l.* 1.
*cum ſequent. ff. de fluminibus, §. flumina,*
*§. Riparum, §. Litorum, inſtitut. de rerum di-*
*viſione*, ubi Pichard. & communiter DD.

Hermoſill. in l. 15. gloſſ. 2. & 3. tit. 5. partit.
5. Eſcalon. lib. 1. Gazophil. cap. 25. à num.
55. Oñate de contractib. tom. 1. diſputat. 5.
num. 364. cum ſequent. Valeron de tranſa-
ctionib. tit. 4. quæſt. 3. n. 12. cum ſequent.
21 Caſtejon in Alphabet. verb. Univerſitas, n.
24. Alia autem non ſunt communia exteris,
ſed tantum reperiuntur deſtinata univerſita-
tis incolis, ut paſcua, montes, deveſiæ, &
prata, Ottero de paſcuis, cap. 4. Hermoſi-
lla dict. gloſſ. 2. n. 46. Valeron dict. quæſt.
3. num. 12. Dixi uti, nam abuti non poſ-
22 ſunt, quia ſolum incolæ uti ad neceſsitatem
poſſunt ſupradictis bonis abſque damno, &
diſpendio cæterorum incolarum, argument.
text. in l. Imperatores 17. l. ſi cui, ff. de ſervi-
tutib. l. 2. C. de paſcuis publicis, Ottero de
paſcuis, cap. 3. à num. 11. Coſta de ratione
ratæ, quæſt. 159. Valeron dict. quæſt. 3. nu-
mer. 3. cum ſequentib. Sed licèt hæc bona uni-
23 verſitatis dicantur, univerſitas, conſilium ge-
nerale, aut jurati, prout vidiſti, adminiſtra-
tionem bonorum univerſitatis tantum ha-
bent, & conſilium generale, nihil aliud ha-
bet, quàm liberam adminiſtrationem, Gloſ.
in l. 3. verb. Ordo, ff. quod cujuſcumque uni-
verſitatis nomine, Loſæus de jure univerſitat.
part. 1. quæſt. 3. num. 46. Arnold. Corvin. in
ſumma Cod. lib. 11. tit. 31. verſ. Permiſſum.
Dominium autem bonorū univerſitatis, neq.
penes civitatem, aut univerſitatem eſt, &
multo minus penes conſilium generale, aut
juratos, l. continuus, §. cum quis, ff. de con-
trahend. emption. Bald. in rubric. C. de con-
trahend. emption. num. 2. Alexand. conſ. 43.
num. 11. volum. 4. Larrea allegat. fiſcal. 109.
n. 6. Valeron de tranſactionib. dict. tit. 4.
quæſt. 3. n. 23. Cardinal. de Luca de Rega-
libus, diſcurſu 44. n. 9. & de alienat. diſ-
curſu 23. n. 19. & diſc. 24. n. 6.
24 Ex quibus ſatis legitimè infertur,
populum, civitatem, villam, univerſitatem,
& oppidum, vel conſilium generale illius,
aut juratos, non poſſe alienare bona, & jura
univerſitatis, abſque decreto, & facultate
ſuperioris, nam cum hæc bona non reperian-
tur ſub eorum dominio, ſed tantum ſub ad-
miniſtratione, non poterit alienatio fieri, abſ-
que domini, & ſuperioris licentia, & decre-
to, ex regul. text. in l. 1. ff. de rebus eorum,
l. magis puto, ff. eod. l. 4. & tot. tit. C. de præ-
diis, & aliis rebus minor, &c. & probant
jura in l. final. C. de vendit. rerum civitat. lib.
11. l. 1. ff. de adminiſtrat. rerum ad civitat.
pertinent. l. ſplendiſsime, C. de operib. public.
l. final. C. de vectigalib. Docent Aviles in
cap. Prætorum 3. n. 31. Avendaño de cen-
ſib. cap. 68. n. 3. cum ſequentib. Rodrig. de
annuis redditib. lib. 5. quæſt. 14. ex n. 67.
Azevedo in Curia Piſan. cap. 24. & 26. & in
l. 22. tit. 3. lib. 3. recopilat. Mantic. de tacit.
& ambig. lib. 4. cap. 8. n. 3. Humad. in
additionib. ad Gregor. Lopez l. 5. tit. 20.
part. 2. gloſſ. 6. n. 6. Bobadill. in ſua Po-
litic. lib. 2. cap. 16. n. 153. Cancer variar.
lib. 3. cap. 17. n. 102. Domin. Leon tom.
2. deciſ. 188. num. 6. & 7. Ottero de jure
paſcendi, cap. 11. n. 8. Hermoſill. in. l. 15.
tit. 5. partit. 5. gloſſ. 2. n. 9. & 32. Valen-
zuel. conſil. 20. n. 43. Larrea allegat. 109.
n. 6. Caſtill. de uſufruct. cap. 54. à numer.
28. Amaya in l. 2. C. de prædiis decurionum,
n. 2. & 3. Salgad. in labyrint. part. 1. cap.
1. §. 2. n. 20. Arnold. Corvin. in ſumma
C. lib. 11. tit. de vendend. rebus civitat. Va-
leron de tranſactionib. dict. tit. 4. quæſt. 3.
n. 20. Vela diſſertat. 36. n. 1. Oñate de
contractib. tom. 3. diſput. 62. n. 6. cum ſe-
quent. Mangil. de evictionib. quæſt. 132. ſub
n. 1. Dom. Matheu de Regim. cap. 6. §. 2.
num. 19. & 20. Eſcalon. lib. 1. Gazophil.
cap. 25. n. 57. Actolin. reſolut. 110. ſub
numer. 3. Cardinal. de Luca de alienat. diſ-
curſu 23. n. 23. & 25. & diſcurſu 24. ſub
n. 5. Antunez de donationib. lib. 1. part. 3.
cap. 3. Caſtejon in Alphabet. verb. Univerſi-
tas, n. 29. Franciſcus de Angelis de con-
feſsionib. lib. 2. quæſt. 13. n. 70. Antonius
Gobius conſultat. 5. n. 31. Triſtany deciſ.
24. num. 45. & num. 180. Et quod adhuc
bona univerſitatis ſterilia, abſque decreto ſu-
perioris, & cauſæ cognitione alienari non
poſsint, docent Lucas de Pen. in dict. l. final.
C. de vendend. rebus civit. col. 3. Ryminald.
Senior. conſ. 430. n. 17. Ruin. conſil. 41.
ſub n. 7. lib. 1. Roland. conſil. 90. num. 22.
lib. 1. Capicius deciſ. 4. n. 9. & deciſ. 93.
ſub n. 1. Morot. conſil. 63. num. 6. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 8. n. 20. Can-
cer variar. dict. cap. 17. n. 201. Rovit. con-
ſil. 64. num. 1. Mangil. de evictionib. dict.
quæſt. 132. n. 1. Hodiern. controverſ. 43.
ſub n. 4. Actolin. reſolut. 117. ſub num. 3.
Antonius Gobius dict. conſultat. 5. n. 31.
Triſtany deciſ. 24. n. 130. & num. 145. Sed
ſi univerſitas per ſyndicum alienationem, aut
contractum fecerit, ſufficiet, quod tempore 25
dati mandati decretum interponatur, nam
etiam quod in contractu, & alienatione in-
terpoſitum non fuerit, valida alienatio erit,
Hodiern. dict. controverſ. 43. num. 8. & 9.
Cenſius de cenſib. quæſt. 23. Triſtany deciſ.
24. num. 142. Ratio eſt, quia quando per
ſyndicum, vel procuratorem contrahi-
tur, ut valeat contractus ſufficit, quod
tempore mandati dati interveniant ſo-
lemnitates, quæ in contractu requiruntur,
etiam ſi tempore contractus non interve-
niant,



niant, Coccin. deciſ. 122. n. 1. & deciſ. 934.
num. 6. Zachias de obligat. cameral. deciſ. 259.
num. 3. & 4. Urceol. de tranſactionib. quæſt.
14. num. 14.
Et quia dominium bonorum civitatis,
26 villæ, vel cujuſlibet univerſitatis, quoad pro-
prietatem, penes Principem eſt, ut probatur
ex l. ſi qua loca, C. de fundis, & ſaltib. rei do-
minicæ, lib. 11. l. deprecatio 9. ff. de lege Ro-
dia de jactu, & tenent Gregor. Lopez in l. 15.
tit. 5. partit. 5. gloſſ. verbo: Son del Rey. Me-
xia, Gutierr. Azeved. & Peregrin. adducti
ab Ottero de jure paſcendi, cap. 9. num. 19. &
cap. 30. num. 2. Larrea allegat. 109. num. 7.
Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 5. cap.
unic. num. 55. Ramon conſ. 24. num. 30. Va-
leron. de tranſactionib. dict. tit. 4. quæſt. 3.
num. 21. Non poterunt hujuſmodi bona ab
27 univerſitatibus alienari, niſi cum licentia, &
decreto Principis, l. final. C. de vendendis re-
bus civit. lib. 11. ibi: Non aliter, niſi impe-
riali authoritate vendantur. Et paulò poſt, ibi:
Ut ita demum decreti recitatione, &c. Et ſi de
facto abſque decreto, & licentia Principis
alienentur, nulla erit alienatio, Rodrig. de
annuis redditib. lib. 5. quæſt. 14. ex num. 67.
Avendaño de cenſib. cap. 68. num. 3. Gutierr.
practic. lib. 4. quæſt. 60. num. 9. Mexia ad ll.
Toleti 9. fundam. part. 2. num. 48. Cancer
variar. part. 3. cap. 17. num. 202. Bimius con-
ſil. 184. num. 8. Menoch. conſ. 80. ſub num.
22. & conſ. 726. num. 6. & 7. Cevall. tom. 3.
quæſt. 749. num. 35. Azeved. in l. 11. tit. 7.
lib. 7. recopilat. num. 4. Bobadill. in ſua Po-
litic. lib. 3. cap. 8. num. 82. & lib. 2. cap. 16.
num. 153. Mier. de majoratib. 4. part. quæſt. 2.
n. 110. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4.
tit. 8. num. 3. Intrigiol. de cenſib. quæſt. 30.
Humad. in ſcholiis ad Gregor. Lopez in gloſſ.
5. & 6. lib. 5. tit. 26. part. 2. Caſtill. de uſu-
fruct. lib. 1. cap. 54. num. 49. cum ſeqq. Ama-
ya in l. 2. C. de prædiis decurionum, num. 3.
Valenzuel. conſ. 20. num. 43. Ottero de jure
paſcend. cap. 1. n. 8. Hermoſill. in l. 15. tit. 5.
partit. 5. gloſſ. 2. ex n. 32. Franciſc. de Prætis
conſ. 52. Larrea allegat. 109. num. 6. & alle-
gat. 110. num. 2. cum ſeqq. Cenſius de cenſib.
quæſt. 23. num. 16. Salgad. in labyrint. part.
1. cap. 1. §. 2. num. 20. Stayban junior reſo-
lut. 20. ſub num. 37. Hodiern. controverſ. 43.
n. 34. Valeron de tranſactionib. tit. 4. quæſt. 3.
n. 19. & 20. Arnold. Corvin. in ſumma C.
dict. lib. 11. tit. 32. verſ. Res civitatum. Ad-
dentes ad Burat. deciſ. 690. ſub lit. A. Dom.
Matheu de Regim. cap. 6. §. 2. num. 19. & 20.
Actolin. reſolut. 110. ſub num. 3. Caponi tom.
2. diſceptat. 90. num. 20. Carpzovius in ju-
riſprud. forenſ. part. 1. conſtitut. 13. definit. 7.
n. 4. Bich. deciſ. 261. num. 1. Cardinal.
de Luca de alienat. diſcurſ. 23. n. 22. Antunez
de donationib. tom. 2. part. 3. cap. 3. num. 40.
& 44. Cohel. in Bull. bon. regimin. cap. 32.
n. 17. Rota coram Celſo deciſ. 383. n. 2.
Urceol. de tranſactionib. quæſt. 32. per tot. &
n. 8. Anton. Gobius conſult. 5. n. 24. & 25.
Triſtany deciſ. 24. n. 45.
Sed ſi univerſitas, civitas, vel villa fue- 28
rit alicujus Baronis, aut domini particularis,
poterit dubitari an cum licentia domini par-
ticularis poſsint univerſitatis bona alienari,
etiam ſi non interveniat Principis licentia;
multi enim tenent ſufficere decretum parti-
cularis domini, Mexia ad ll. Toleti 2. funda-
ment. 9. partis, n. 48. & 49. Avendaño de
exequend. mandat. cap. 12. num. 24. Cancer
variar. lib. 3. cap. 17. num. 202. Caſtill. de
uſufruct. cap. 54. n. 56. Dom. Leon tom. 2.
deciſ. 188. n. 5. cum ſeqq. Matute diſquiſi-
tion. legal. cap. 32. n. 29. Domin. Matheu
dict. cap. 6. §. 2. n. 20. Et pro hac opinione
facit, quod decreta ad alienanda univerſitatis
bona dabantur à Præſidibus in Provinciis, l.
final. C. de vendendis rebus civit. lib. 11. Et
domini vaſallorum, quoad poteſtatem, &
juriſdictionem, loco Præſidum habentur, ut
notant Barthol. Jaſſon, & communiter DD.
in l. ſtipulationem, §. final. ff. de verbor. obli-
gat. Maſtrill. de magiſtratib. lib. 4. cap. 17.
n. 11. & 50. Larrea dict. allegat. 110. num. 1.
Contrarium defendunt multi tenentes, non
ſufficere licentiam, & decretum domini par- 29
ticularis, ſed Principis requiri, Azeved. in
l. 11. tit. 7. lib. 7. recopilat. num. 5. Boba-
dill. in ſua Politic. lib. 2. cap. 19. num. 153.
Cevall. quæſt. 749. num. 35. Avendaño de
cenſib. cap. 68. num. 3. Rodrig. de annuis
redditib. lib. 1. quæſt. 14. num. 67. Gutierr.
practic. lib. 4. quæſt. 60. num. 8. Ottero de
Paſcuis, cap. 11. num. 9. Ripoll de Regaliis,
cap. 7. num. 1. cum ſequentib. Hermoſilla in
l. 15. tit. 5. partit. 15. gloſſ. 2. ex num. 32.
Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 1. §. 2. nu-
mer. 21. Larrea allegat. 110. num. 2. cum
ſeqq.
Hæc Doctorum contrarietas, & diſ- 30
ſenſio ad concordiam reduci poteſt conſi-
derando, & diſtinguendo poteſtatem, & ju-
riſdictionem, quam habent domini particu-
lares civitatum, villarum, & univerſitatum;
aliqui enim domini merum, & mixtum im-
perium, & omnem juriſdictionem ſupre-
mam in oppidis habent, alii autem ſolum
mixtum imperium, quod in Regno à prag-
maticis ſolet appellari juriſdictio Alfonſina,
quia D. Rex Alfonſus in For. 78. rub. de juriſ-
dict. omn. judic. Conceſsit omnibus dominis
habentibus in Regno prædia ruſtica, in qui-
bus adeſſent quindecim domus fidelium 31

juriſdictionem civilem, & criminalem, ſive mixtum imperium, Belluga *in ſpecul. Princip. rubr.* 24. *verſ. Poſtremo*, *n.* 3. D. Cerdan *in arbor. juriſdict. verb. Los Señores de Lugares*, Dom. Leon *deciſ.* 101. *n.* 1. *&* *deciſ.* 10. *n.* 4. *tom.* 3. Dom. Matheu *de Regim. cap.* 6. §. 2. *num.* 1. *cum ſeqq.* *&* §. 1. *n.* 46. Dom. Creſpì *obſervat.* 5. *n.* 169. *cum ſeqq.* Quæ juriſdictio conſervatur, licèt numerū iſtū domorum hodie non habeant op-
32 pida, dummodo tempore publicationis expulſionis Neophitorum, quæ fuit facta anno 1609. haberent oppida numerum iſtum domorum, *For.* 63. *fol.* 16. *Curiar. anni* 1626. Dom. Creſpì, ubi proxim. *num.* 173. Dixi quindecim domus fidelium, nam ex Sarracenis, ſufficiebant ſeptem domus in quacumque parte Regni ad adquirendam juriſdictio-
33 nem iſtam, & adhuc ſufficiebant tres, aut quatuor in locis conſtructis intra terminos villarum, vel oppidorum Regiorum, Dom. Cerdan *in viſitat. carceris*, *cap.* 4. *num.* 9. Dom. Leon *deciſ.* 85. *n.* 1. *&* *deciſ.* 101. *n.* 1. *&* 2. *&* *tom.* 3. *deciſ.* 10. *n.* 1. *&* *deciſ.* 37. *n.* 11. Dom. Creſpì *dict. obſerv.* 5. *num.* 171. Domini particulares habentes merum, & mixtum imperium, & omnem po-
34 teſtatem, & juriſdictionem, dicuntur Barones, & in illorum locis Dominus Rex, nihil habet præter ſupremum dominium, & alia quæ ſpecialiter ſibi reſervavit, de quorum preheminentiis, & poteſtate agitur *in For.* 10. *rubric. de feudis*, *For.* 150. *Curiar. anni* 1604. & agunt Belluga *in ſpecul. Princip. rubric.* 23. *verſ. Sed pone*, *num.* 15. *cum ſeqq.* D. Cerdan *in arbor. juriſdict. verb. Los Barones*, Capiblanc. *de Baronib. pag.* 8. *P.* 1. *n.* 68. Domin. Leon, ubi proxim. Maſtrill. *de Magiſtratib. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 14. Morlà *in juris empor. lib.* 2. *de juriſdict. in princip. n.* 7. Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 5. *num.* 144. *cum ſeqq.* Dom. Matheu *dict. cap.* 6. §. 1. *n.* 46. *cum ſeqq.* Rocc. *de officiis*, *rubr.* 13. §. 7. *num.* 109. Et tanta eſt Baronum poteſtas in Regno, quod cognoſcunt in prima, & ulteriori inſtantia de omnibus cauſis inter vaſallos ſolum recurſu reſervato in caſu violentiæ, *For.* 8. *rubric. de feudis*, *For.* 34. *Curiar. anni* 1585. *For.* 151. *Curiar. anni* 1604. Dom. Leon *deciſ.* 49. *num.* 191. Fontanella *deciſ.* 347. *n.* 10. Dom. Matheu *de Regim. dict. cap.* 6. §. 1. *n.* 56. Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 5. *num.* 147. Prout à Senatu reperitur deciſum diverſis Regiis ſententiis, & ſignanter ſententia per Daza, *die* 20. *Decembris* 1638. inter Syndicum de Valldigna, & Franciſcum Ferrando. Si ergo Domini oppidorum ſolum habeant illud mixtum imperium, & mediocrem poteſtatem, & juriſdictionem Alfonſinam, non poterunt legitimè univerſitatis bona alienari cum illorum li-
centia, ſed Regia debet interponi, & hoc 35
modo vera eſt DD. ſententia ſupra tradita, impermitens alienationem bonorum univerſitatis cum licentia domini particularis. Si domini ſupremam poteſtatem, & merum, & mixtum imperium, & omnimodam juriſdictionem haberent, poterunt alienari univerſitatis bona cum domini particularis licentia tantum, abſque eo quod neceſſe ſit interventus Regiæ licentiæ, ac proinde Barones qui hanc ſupremam, ut diximus, habent poteſtatem, poterunt licentiam, aut decretum iſtud interponere ad alienanda univerſitatis bona, Calicius *in Margarita Fiſci*, *dubitat.* 8. *n.* 7. *notabil.* 61. Cancer *variar.* 3. *part. cap.* 17. *n.* 202. Valeron *de tranſactionib. dict. tit.* 4. *quæſt.* 3. *à n.* 45. *uſque ad* 50. Domin. Matheu *de Regim. dict. cap.* 6. §. 2. *num.* 19. *&* 20. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 45. Et in hoc ſenſu, poteſt admitti Doctrina DD. tenentium, alienationem rectè fieri cum licentia domini particularis.

Ex doctrina iſta intelliges cum funda-
mento, quare in Regno univerſitates domi- 36
norum particularium merum, & mixtum imperium, & omnimodam juriſdictionem habentium, imponunt aſiſsias, & impoſitiones in victualibus cum conſenſu domini particularis, ſive Baronis, & ex adverſo, non poſſunt hoc facere cum conſenſu, & licentia domini habentis ſolum mixtum imperium, ſive juriſdictionem Alfonſinam, *For. Jat ſia* 14. *rubr. de leuda*, ita intelligendus, Dom. Leon *deciſ.* 82. *per tot.* Domin. Matheu *de Regim. cap.* 2. §. 6. *num.* 16. Nam etſi ad dominum
Regem ſpectet, & ſit de Regalibus impoſitio 37
horum vectigalium, & aſiſsiarum, quæ numquam legitimè poſſunt imponi abſque Principis permiſſu, *l. unic. C. de ſuperindictionib. cap. tributum* 11. *quæſt.* 1. *For.* 289. *fol.* 79. *Curiar. anni* 1626. Belluga *in ſpecul. Princip. rubr.* 46. §. *domum*, *n.* 3. D. Cerdan *in veriloquio*, *En reglas de eſtado*, *cap.* 8. Laſarte *in tract. de Alcavala*, *ad l.* 17. *lib.* 9. *recopilat.* Menoch. *conſ.* 302. *num.* 27. Ripoll *de Regal. cap.* 7. *per tot.* Fontanella *deciſ.* 217. *n.* 11. Caſtillo *de tertiis*, *cap.* 41. *n.* 79. Xamar. *de privileg. civit. Barchinonæ*, §. 10. *n.* 43. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 6. *definit.* 24. *n.* 7. Rocc. *de officiis*, *rubric.* 17. §. 2. *n.* 1. *cum ſeqq.* Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 128. Nam etſi in Regno civitates, & villæ Regales, & univerſitates poſsint
has aſiſsias, & impoſitiones indicere abſque 38
licentia domini Regis, non eſt quia deficit Regalia, ſed quia à Rege ita conceſſum eſt, & communicatum univerſitatibus noſtri Regni,



*For.* 13. *fol.* 63. *Curiar. anni* 1604. *For.* 128. *fol.* 60. *Curiar. anni* 1626. *privileg.* 97. *Domini Regis Petri II. in corpore*, *fol.* 130. *&* *privileg.* 116. *ejuſdem Regis*, *fol.* 139. *privileg.* 16. *Regis Martini*, *in corpore*, *fol.* 165. Quod intelligere ſemper debes inter ſuos, nam jus univerſitatum ſolum eſt imponendi has aſiſsias inter ſuos, *l. final*, *C. de officio Rectoris*, Xamar *de privileg. civitat. Barchinonæ*, §. 10. *n.* 46. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 130. *&* *cap.* 4. *n.* 222. Guido Papæ *deciſ.* 444. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſina* 4. *n.* 3. *part.* 1. Triſtany *deciſ.* 24. *numer.* 128. Ad imponendum enim aſiſsias inter extraneos non poteſt ſe extendi univerſitatis poteſtas, ſed neceſſaria eſt ſpecialis Regis licentia, *cap. unic. quæ ſint regaliæ*, *l.* 1. *C. de fundis limitro.* Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 222. *&* *cap.* 17. *n.* 206. Caſtill. *de tertiis*, *cap.* 41. *n.* 79. Fontanell. *deciſ.* 217. *n.* 11. Xamar *de privileg. Barchinonæ*, §. 10. *n.* 43. Triſtany *deciſ.* 24.
39 *num.* 128. Tamen univerſitates Baronum poterunt aſiſsias, & vectigalia imponere cum licentia Domini particularis habentis merum, & mixtum imperium, & omnem juriſdictionem, ex doctrina Dom. Matheu *dict. cap.* 6. §. 2. *n.* 19. *&* 20. Neque abſque licentia, & domini conſenſu poterunt univerſitates Baronum, has imponere aſiſsias; ut declaravit Senatus, ſententia per Alreus, *die* 21. *Julii* 1610. inter Syndicum de Torrent, & Commendatorem; & alia per Caſes, *die* 28. *Maii* 1627. inter Illuſtrem Ducem de Bexar, & Mandes, & Villam de Caſtalla. Benè verum eſt, quod ſi juſta interveniente cauſa petita fuerit licentia, & à Barone denegata fuerit, ſpectat ad Regium Senatum dare licentiam univerſitatibus ad imponendum vectigal, vel ad cenſum onerandum, ut judicatum extitit, ſententia per Daza, *die* 9. *Februarii* 1630. inter Civitatem Setabis, & locum de Canals; & adhuc, ſi ſolum à domino particulari denegata fuerit licentia ad congregandum conſilium generale univerſitatis, ad Senatum ſpectat concedere licentiam, & facultatem ad congregandum generale conſilium, ut judicatum extitit Regia proviſione, publicata per Benavides, *die* 11. *Decembris* 1660. in favorem Honorati Vidal, Notarii, Syndici loci de Benifayò, & contra Don Joſephum Falcò de Belaochaga Dominum dicti loci; & alia per Ferrera, pro Benavides, *die* 6. *Octobris* 1667. in favorem Villæ de Oliva, & contra Illuſtrem Ducem de Gandia.

Quando los Jurados de la Univerſidad „de Señor particular, piden licencia para „juntar conſejo, y no la quiere dar el Señor, „la concede el Real Conſejo; y la practica „de concederla, es, que por parte de la „Univerſidad ſe pone peticion en conſejo, „recurriendo de la denegacion de licencia; „y ſuplicando en la concluſion, ſe les mande dar, lo que ſe provee en viſta de las razones que ſe repreſentan, haziendo una „proviſion Real; y la peticion ſe deve poner „en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Syndich, y Procurador de tal Loch, Suplicant, com millor pot diu: Que els Jurats del dit Loch, en lo dia tal del corrents, demanaren licencia à D. F. T. Senyor de dit Loch, pera que poguessen juntar conſell general, pera tractar coſes concernents al bon govern del dit Poble; y ſent aixi, que neceſsiten preciſſament de tenir dit conſell general, lo dit Senyor los ha denegat la ſobredita licencia, ab lo pretext, de que no els la volia donar, ſino es manifeſtantli pera quin efecte volien tenir lo ſobredit conſell general: E com eſta cauſa ſia inſubſiſtent pera denegarlos dita licencia, y neceſsite dit Loch preciſſament de aquella pera tenir lo ſobredit conſell general.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. tam per viam recurſus, ſimplicis querellæ, quam alias utendo remedio, quo magis expediat, ſuplica ſe li mane donar licencia al dit Loch pera que puga celebrar, y tenir lo ſobredit conſell general; y que la preſent es mane evocar à eſta Real Audiencia, y cometre à hu dels Nobles, eo Magnifichs D. D. R. C. qui eam, &c. Et licèt, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus, M. Die* 15. *Decembris* 1687.
*intimetur.*

F. T.

Si

Si la licencia que pide la Univerſidad al „ Señor, fuere, ò para imponer algunas ſiſſas, „ ò cargarſe algun cenſo, y concurriendo juſ- „ ta, y neceſſaria cauſa para lo uno, ò para lo „ otro, la denegaſſe el Señor, podràſe re- „ currir al Real Conſejo para obtener la li- „ cencia denegada, que ſe acoſtumbra con- „ ceder concurriendo juſta cauſa, propo- „ niendo para eſte efecto el libello en eſta „ forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Syndich de T. lloch, ſuplicant com millor pot, diu, que el dit lloch correſpon caſcun any 300. lliur. annues de cenſals, ultra altres obligacions preciſſes, y neceſſaries, à que eſtà tengut caſcun any, com ſon, &c. Y no tenint effectes ſuficients lo dit lloch pera acudir à ſatisfer eſtes obligacions caſcun any, y havent fet tanteo de el modo mes ſuau, que poguès haverhi pera poder acudir à pagarles, ha paregut ſeria el impoſar una ſiſſa en la carn, carregant en caſcuna lliura ſis dines, pues ab eſta ſiſſa tindrà ſuficient cantitat caſcun any lo dit Poble, pera poder acudir à ſatisfer ſes obligacions: y havent anat los Jurats del dit Poble à Don F. T. Senyor de dit lloch à demanarli llicencia pera impoſar la ſobredita ſiſſa, ſels ha denegat, ſent aixi, que no pot haveri raho pera que ſels deixe de donar.

Per tant, & alias omni meliori modo, &c. Tam per viam recurſus ſimplicis querellæ, quam alias utendo remedio quo magis expediat, ſuplica, ſe li mane donar llicencia, ẏ facultat al dit lloch pera que puga impoſar la ſobredita ſiſſa en la carn, y que la preſent es mane evocar à eſta Real Audiencia, y cometre à hu dels Nobles, eo Magnifichs D. D. R. C. qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die* 10. *Decembris* 1687.
*Intimetur.*
F. T.

Ex eadem doctrina à nobis ſupra tradita intelliges etiam, cur Univerſitates, Villæ, &
40 Civitates Regni dominorum particularium, merum, & mixtum imperium habentium, & juriſdictionem ſupremam, poſsint cenſualia redimibilia, ſivè vitalitia onerare ſuper juribus Univerſitatis: indubitatum enim eſt, Univerſitates poſſe cenſus onerare cum licentia, & permiſſu domini particularis ſupremam juriſdictionem habentis, *for.* 35. *&* 36. *rubr. de jure emphiteut.* Bellug. *in ſpecul. princip. rubr.* 41. *de materia cenſualium*, §. *leges Regni*, *n.* 59. D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 188. *per tot.* D. Matheu *de regim. cap.* 6. §. 2. *n.* 18. *cum ſequentib.* Et caſu in quo à domino particulari denegetur, aditur Senatus pro obtentu licentiæ ad cenſum onerandum, ut Senatus dixit, ſententia publicata, *die* 13. *Januarii* 1672. licet eodem modo certum ſit, quod ſi dominus particularis Univerſitatis tantum habeat mixtum imperium, ſive juriſdictionem Alfonſinam, non poterit cenſus creari, ſive one-
41 rari cum licentia domini particularis abſque nullitate, ut pluries Senatus judicavit, & præcipuè ſententia per Franqueſa, *die* 14. *Novembris* 1584. de qua, D. Leon *deciſ.* 82. *n.* 14. & alia per Maſcarò, *die* 5. *Novembris* 1651. in favorem Laurentii Bou Penarrocha generoſi, & contra Joannem Raymundum Gil, de qua, D. Matheu *dict. cap.* 6. §. 2. *n.* 21. & alia per Ferrera, *die* 13. *Octobris* 1654. inter Syndicum Univerſitatis de Sueca, & D. Franciſcum Valeriola, & alia per Benavides, *die* 1. *Auguſti* 1656. in favorem Egregiæ Comitiſſæ de la Fera, & de la Alcudia, & contra Egregiam Comitiſſam de Parcent: Et alia per Ferrera, *die* 13. *Novembris* 1673. in favorem loci de Agoſt, & contra Don Franciſcum Calatayud, & alia per Benavides, *die* 1. *Junii* 1655. in favorem Grabielis de Liñan Civis, & contra Don Onufrium Eſllava, olim Cucalò de Montull, dominum loci de Carcer. Licet in Regio reſcripto, dato Matriti, *die* 28. *Septembris* 1665. dicatur, non eſſe certum, quod non ſufficiat licētia Domini Alfonſinæ, ibi: *Ha parecido, que demàs de no ſer aſſentado que ſemejantes licencias anulen los cenſos, &c.* Et quod neceſſaria ſit licentia Domini Supremæ juriſdictionis, ut cenſus legitimæ oneratus ab Univerſitate remaneat, etiam extitit deciſum, ſententia per Benavides, *die* 16. *Maii* 1661. in favorem Domnæ Joſephæ Pardo, & contra Egregiam Comitiſſam de la Alcudia.

Li-



Licet ergo non deſint multi defendentes,
42 poſſe Univerſitates ſine Domini Regis licentia creare, & conſtituere cenſus, abſque nullitate contractus, Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Avendaño *de cenſib. cap.* 68. *n.* 4. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 67. *&* 68. Hermoſill. *in l.* 19. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſſ.* 2. *num.* 8. *cum ſequentib.* Amaya *ad text. in l.* 2. *Cod. de prædiis decurionum. lib.* 10. *num.* 5. Falluntur æquidem, quia Univer-
43 ſitates, Villæ, & Civitates non poſſunt cenſualia redimibilia, aut vitalitia onerare, & imponere ſuper Univerſitatis bonis abſque Regis licentia, & aliter onerata, nullius roboris erunt, argum. text. *in l. final. Cod. de rebus civitat. vendend. for.* 289. *fol.* 79. *curiar. anni* 1626. Bonius *de cenſib. artic.* 18. *num.* 42. Follerius *in tractat. de contractib. cenſuariis*, §. *cenſus*, *num.* 24. *&* 36. Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 202. D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 188. *num.* 4. *cum ſequentib.* Caſtill. *de uſufruct. cap.* 54. *num.* 49. D. Matheu *de regim. dict. cap.* 6. §. 2. *n.* 18. Vela *diſſertat.* 36. *n.* 1. Manfrrell. ad Capyc. Latr. *obſervat.* 19. *n.* 8. Caſtejon *in alphabet. verb. Univerſitas*, *n.* 29. Eſcalon. *lib.* 1. *Gazoph. cap.* 25. *num.* 61. Merlin. *deciſ.* 254. *n.* 34. Cardinal. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 23. *num.* 1. *cum ſequentib.* Antunez *de donationib. tom.* 3. *par.* 3. *cap.* 3. *n.* 44. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 161. Et reperitur deciſum à Senatu, ſententia per Ferrera, *die* 8. *Auguſti* 1665. in favorem Villæ de Gorga, & contra Joſephum Barberà. Paritèr non poterit Univerſitas acollationem cenſus facere, Triſtany *dict. n.* 161. niſi ſub forma à me tradita, *in cap.* 12. *n.* 7. Ratio eſt pluſquam certa, quia Univerſitati impermittitur bonorum alienatio ſine principis licentia, & cui impermiſſa alienatio eſt, pariter impermittitur cenſus creatio, Simoncell. *de decretis*, *lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 33. Lara *de vita hominis*, *cap.* 21. *n.* 40. Avendaño *de cenſib. cap.* 81. *n.* 5. Montan. *de tutell. cap.* 33. *num.* 124. Cenſius *de cenſib. par.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *n.* 3. Barboſ. *ad text. in l. non ſolum*, 4. *C. de prædiis, & aliis rebus minor. n.* 10. Caſtill. *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 61. *n.* 29. *uſque ad* 43. Bocius *in moralib. tom.* 3. *tit.* 18. *de alienat. bonor. Eccleſiæ*, *n.* 283. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *num.* 128. Merlin. *deciſ.* 254. *n.* 34. Cardinal. de Luca *de alienat. d. diſcurſ.* 23. *n.* 1. Manfrrell. *dict. obſervat.* 19. *n.* 8. Antunez *dict. cap.* 3. *num.* 44. Neque permittitur Univerſitatibus pecunias ſumere
44 ad cambium cum intereſſe communi, ut judicatum extat, ſententia per Ferrera, pro Benavides, *die* 11. *Decembris* 1671. in favorem Univerſitatis de Guadaſuar, & contra Fœlicianam Bayarri, & de Duran. Sed ut jam di-
45 ximus, *n.* 40. Baronis Univerſitas non indiget ad onerandum cenſum legitimè alia licentia, quam Domini particularis ſupremam juriſdictionem habentis, ut dicitur in ſupradicta ſententia, *diei* 8. *Auguſti* 1665. in favorem villæ de Gorga, & contra Joſephum Barberà, & docent Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 17. *n.* 202. Fontanella *deciſ.* 422. *num.* 3. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 63. Solum caſu in quo oneretur cenſus cauſa luendi alium cenſum, ab Univerſitate oneratum cum licentia Regia, aut Domini particularis ſupremam juriſdictionem habentis, poterit abſque nova licentia legitimè onerari, ut judicavit Senatus, ſententia per Monzò, pro Benavides, *die* 17. *Decembris* 1659. inter Syndicum Conventus de Valldechriſt, & villam de Nules.

Inquirere nunc poſſumus, an creato cenſu, 46
& onerato ab univerſitate, ſine licentia domini ſupremam juriſdictionem habentis, teneatur creditor reſtituere penſiones cenſus quas bonafide percepit, Univerſitati. Videtur enim teneri, quia ſimilis contractus abſque licentia illa celebratus, nullus eſt ipſo foro, ex defectu ſolemnitatis licentiæ, cum ſimili contractui reſiſtant, *for.* 35. *&* 36. *rubr. de jure emphiteut.* ut optimè conſiderat D. Matheu *de regim. cap.* 6. § 2. *num.* 26. Et non poteſt creditor virtute tituli nulli, facere ſuos perceptos fructus, ſed illos reſtituere tenetur, *l. veteres*, 14. *l. ſi prædium*, 16. *Cod. de prædiis minorum*, Sud. *conſ.* 340. *num.* 11. *lib.* 2. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 112. *à num.* 36. *uſque ad* 42. Confirmatur, quia ſi minor alienaverit abſque ſolemnitatibus, non ſolum poterit vindicare rem alienatam, ſed etiam omnes fructus ex re perceptos, non à die declarationis factæ nullitatis contractus, aut à die conteſtatæ litis, ſed à die contractus celebrati, *l. ſi prædium*, *l. non ſolum*, *l. prædiorum*, *Cod. de prædiis, & aliis rebus minorum*, Roland. *conſ.* 33. *n.* 21. *vol.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 43. Surd. *conſ.* 115. *ex n.* 11. Valenzuel. *conſ.* 109. *num.* 11. Oſaſc. *deciſ.* 160. *num.* 2. *& per tot.* Bardell. *conſ.* 58. *num.* 23. *& conſ.* 59. *à num.* 2. Cyriac. *controverſ.* 219. *num.* 38. Botiller. *de ſucceſſion. ab inteſtat. theoremat.* 98. *num.* 9. Sperel. *deciſ.* 154. *num.* 69. Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *n.* 6. Pignatel. *ad ſtatut. ferrarienſ. rubr.* 91. *n.* 28. Rot. *deciſ.* 3. *num.* 33. *par.* 7. *recentiſsimar.* Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 18. *n.* 11. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *n.* 5. *cum ſequentib.* Baron. *de effectib. minor. ætat. effect.* 3. *num.* 236. Et quod teneatur creditor reſtituere penſiones cenſus bonafide perceptas, apparente nullo contractu facto contra ſtatuti diſpoſitionem, & quod penſiones iſtas creditor nō poſsit adquirere, defendunt Gratian. *diſcept.* 69. Rota poſt Cenſium *de cenſib. deciſ.* 119. *n.* 228. *&* 484. Duran. *deciſ.*

18.

18. Meli *deciſ.* 320. Triſtany *deciſ.*24. *n.* 53.

47 Contrarium tamen tenendum judico, quia licet cenſus nullus fit, dummodo nullitas non opponitur, implicitum habet ſtatum validitatis,& ſolvendo fructus debitor,videtur habere contractum pro valido , ac proinde dum ſtatus validitatis implicitus reperitur,poterit creditor ratione bonæ fidei facere penſiones ſuas,neque tenebitur reſtituere perceptas ante declarationem nullitatis contractus,ut docent Gonzal. *ad regul.* 8. *cancellar. gloſſ.*56. *n.* 98.*&* 99. Cencius *de cenſib. par.*2.*cap.*2.*quæſt.* 4. *artic.*7. *in antiquis,& quæſt.*88. *in novis per tot. & poſt tractat. deciſ.*29. *num.*4.*&* 5. Gratian. *diſcept.* 175. *num.* 15. *& diſcept.*559. *n.* 64.Duard. *de cenſib. quæſt.*20.Leotard. *de uſuris* , *quæſt.* 80. *n.* 16. *&* 23. Rota *deciſ.* 320. *ſub n.* 4. *par.* 2. *recentiſsimar. & deciſ.* 212. *ex n.* 13. *par.* 7. *recentiſsimar.* Burat. *deciſion.* 714. *n.* 6. 7. *&* 8. Sperel. *deciſ.* 155. *num.*67. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.*ad Gratian. *cap.*175.*num.*12. Et ab hac ſententia non poſſumus recedere in Regno , quia juxta eã pronunciavit Senatus noſter multoties judicando , cenſus creditorem non teneri ad reſtituendas penſiones perceptas detecta nullitate contractus, neque adhuc computandas eſſe in ſortem cenſus , ut ſententia per Monzò, *die* 27. *Novembris* 1653. inter Don Joannem Briſuela , & Univerſitatem de la Alcudia,& alia per Ferrera, *die* 13. *Octobris* 1654. inter Don Franciſcum Valeriola , & Syndicum Univerſitatis de Sueca,de quibus videndus,D.Matheu *dict. cap.*6. *§.*2. *n.* 26.Et idem fuit deciſum alia per Benavides,*die* 1.*Auguſti* 1656. in favorem Egregiæ Comitiſſæ de Parcent , & contra Egregiam Comitiſſam de la Fera,& de la Alcudia.Et alia per Benavides, *die* 1. *Junii* 1655. in favorem Gabrielis de Liñan civis, & contra Don Onufrium Esllava, olim Cucalo de Montull , dominum loci de Carcer.

48 Multoties etiã ſolet dubitari , an Univerſitates,Villæ,aut oppida quæ cenſum onerarũt abſque ſupremæ juriſdictionis domini licentia,teneantur reſtituere cenſum emptoribus, proprietates cenſus. De jure minores,& Univerſitates jure minoris utentes, tenentur hæc pretia reſtituere;quando abſque ſolemnitatibus contrahunt quatenus locupletiores factæ fuerint , ſive quatenus probetur in ejus utilitatem verſa fuiſſe pretia, *l. prædiorum,*10.*l.ſi prædiorum,* 17. *C. de prædiis, & aliis rebus minor.* Gutierr. *de tutell. par.*2. *cap.* 5. *n.* 19. *&* 20. Caldas Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 13. *n.* 37. Surd. *conſ.* 115. *ſub n.* 19. Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *n.* 7. Merlin. *deciſ.* 219. *n.* 1. Andreol. *controverſ.* 664. *n.*20. Burat. *deciſ.* 814. & ibi Addent. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 29. *n.* 28. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 71. Sed in Regno videtur Univerſitates teneri ad reſti-
tuendam cenſus nullitèr onerati ſortem,abſ- 49
que eo quod probetur verſam fuiſſe pecuniã in utilitatem Univerſitatis. Primo , quia in contractu cenſus non tenetur creditor probare pecuniam verſam fuiſſe in utilitatem Univerſitatis , ut efficaciter Univerſitas obligata remaneat. Pinel. *in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 4. *n.* 70. *C. de reſcinden. vendit.* Heig. *par.* 1. *quæſt.*34. *n.* 8. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. par.* 2. *conſtitut.* 6. *definit.* 20. *n.* 3. *&* 4. Secundo, quia in Regno particularitèr ſtabilitum habemus,quod ſi Univerſitas in mandato facto ad cenſus creationem dicat , pecunias accipere ad opus avituallandi , aut ad aliud Univerſitati utile,prout ſemper ſolent cenſus firmari ab Univerſitatibus ex hiis cauſis, non tenetur creditor probare cenſus pecuniam verſam fuiſſe in utilitatem Univerſitatis, imò ſi Univerſitas intenderit probare contrarium , non admittitur ad faciendam talem probationem, *for.* 59.*verſ. Inſuper ordenam,rubr. de jure emphiteut.* ibi : *Ni per ſemblant ſia admeſa la dita Univerſitat , ni ſingular de aquella à allegar , ò probar que la pecunia del carregament no es convertida en utilitat de la Univerſitat , com vullam que baſte,que en lo contracte la Univerſitat, è Concell en lo Syndicat ho baje confeſſat.* Et li-
cet nunquam in Senatu noſtro dubitatum fue- 50
rit,quod Univerſitates teneantur ad ſortis cẽſus nullitèr creati reſtitutionẽ in vim mutui, ne locupletentur cum aliena jactura,dubitarunt aliquando, an fuerit neceſsè , quod à creditore probaretur pecuniam cenſus verſam fuiſſe in Univerſitatis utilitatem,quia dictus *for.*59. loquitur de contractu cenſus,non invalido, & nullo, ſed valido , & ſubſiſtenti,& non videtur poſſe ad caſum cenſus invalidi, & nulli illius diſpoſitio extendi , ut relevetur creditor ab onere probandi pecuniæ verſionem in utilitatem Univerſitatis , prout declaravit Senatus in cenſu ab Univerſitate creato ad opus avituallandi,ſententia per Benavides,*die* 1. *Auguſti* 1656. in favorẽ Egregiæ Comitiſſæ de la fera , & de la Alcudia,& contra EgregiamC omitiſſam de Parcent , & alia per Ferrera,*die* 16. *Decembris* 1671.in favorem loci de Agoſt , & contra Chriſtophorum Aguirre,ibi : *Attento etiam quod repetitio proprietatis locum habere nequit in vim mutui contractus , cum non ſit probatum verſam fuiſſe pecuniam in utilitatem dicti loci , quod neceſſarium ſecundum juris cenſuras eſt , &c.* Et alia noviſsimè per Ferrera , *die* 28. *Aprilis* 1684. in favorem Vincentii Clau Notarii , Syndici Villæ de Gorga , & contra Carolum Borja Notarium Procuratorem Joſephi , & Jacobi Barberà, referente Nobili Senatore Don Didaco de Scals , & Salcedo R.C.D. ibi : *Attamen cum non conſtet pretium cenſualis, de quo agitur verſum fuiſſe inutilitatem dictæ Villæ de Gorga , neutiquam ad illud illa tenetur.* Quæ Regia ſententia in alia Aula reperitur confirmata referente M. Joanne Baptiſta Ortin,generoſo,R.C.D. ſententia per Ferrera, *die* 25. *Junii* 1686. Sed indiſtinctè frequentius judicatur teneri univerſitates reſtituere in vim mutui cenſus nulliter creati,& abſque licẽtia domini ſupremæ juriſdictionis proprietatem, etiam ſi non probetur verſam in utilitatẽ univerſitatis , & in multis cauſis experti ſumus Senatum,& alia tribunalia Civitatis,& Regni judicaſſe univerſitates teneri ad capitalis cenſus reſtitutionem , non probata verſione pecuniæ in utilitatem univerſitatis, & oppoſita exceptione quod non erat verſa pecunia in univerſitatis utilitatem,ut in Curia Gerentis Vices Generalis Gubernatoris deciſũ extitit, ſententia per illius ſcribam publicata,*die* 16. *Martii* 1680. in favorem Joſephæ Eſcrig, & de Xulvi viduæ , & contra villam de Altura, & in Senatu,ſententia per Saboya,*die* 23.*Junii* 1673. in favorem Don Hieronymi Vives de Cañamas,& contra villam de Ondara, referente Doctiſsimo Senatore Iſidoro Aparicio Gilart, R.C.D.& alia per Ferrera, *die* 14. *Decembris* 1668. inter Vincentium Caſaña Notarium Procuratorem Jacobi Alcayna, & contra Don Hieronymum Ferrer Præceptorem de Orcheta,& alia per Benavides, *die* 1. *Junii* 1655. in favorem Gabrielis de Liñan civis, & contra Don Onufrium Eſllava, olim Cucalò de Motull,Dominum loci de Carcer, & alia per Maſcarò, *die* 9. *Junii* 1656. in favorem Don Joannis Briſuela, & contra Univerſitatem de la Alcudia.Et hæc opinio mihi ſemper videtur juſtior in puncto juris , nam etſi contractus cenſus ſit nullus quoad intereſſe patiendum, inſtrumenta Syndicatus, & contractus non ſunt nulla, & cum in eis factæ reperiantur confeſsiones ſumendi pecunias ad opus univerſitatis , ſemper debet intrare probatio illa foralis, quæ non nititur in validitate contractus, ſed in validitate , & exiſtentia inſtrumenti facti, ut latius citò dicam. Nota tamen,quòd ſi prima ſententia ſequenda eſſet, limitationem haberet ſi cum obſervantia contractus cenſus concurreret lapſus temporis triginta annorum, nam probata remaneret verſio pecuniæ in utilitatem univerſitas , ut judicavit Senatus ſententia per Saboya, *die* 9. *Februarii* 1672.in favorem Magdalenæ Perez , & contra Conventum de la Mercè,& alia per Maſcarò, *die* 9. *Junii* 1656. in favorem Don Joannis Briſuela , & contra Univerſitatem de la Alcudia.

51 Sed an iſta poſsint habere locum in cenſualibus oneratis per univerſitatesSarracenorum cum licentia tantum domini habentis ſolum mixtum Imperium , & juriſdictionem Alfonſinam, videamus , pro cujus reſolutione non pudet advertere, quòd Sarracenorum oppida triplici modo cenſualia onerarunt in Regno.PrimòNeophiti,ut componentes univerſitates , cenſus crearunt cum licentia Dominorum habentium merum , & mixtum imperium , & ſupremam juriſdictionem imponendo illos ſuper bonis univerſitatis. Secundò prædicti Neophiti, ut componentes Univerſitatem onerarunt cenſus cum licentia domini particularis habentis tantum mixtum imperium, & juriſdictionem Alfonſinam , & ſine licentia domini ſupremæ juriſdictionis. Tertiò , noviter converſi crearunt cenſus non ſolum ut componentes univerſitatem, ſed ut ſinguli, abſque licentia domini ſupremæ juriſdictionis , ſed cum licentia domini mixtum imperium , & juriſdictionem Alfonſinam habentis. In primo caſu , negotium
indubitatum eſt , nam cenſus conſtitutio le- 52
gitima eſt, & perconſequens, non poteſt intrare dubium verſionis in utilitatem univerſitatis ; & eſtò Sarracenorum univerſitates quodammodo extinctæ fuerint in Regno, cum juſtis de cauſis omnes Sarraceni expulſi à Regno fuerint , tamen , quia Dominus Rex in pragmatica publicata , *die* 15. *Aprilis anni* 1614. dedit omnia Sarracenorum bona oppidorum dominis, conſtitutum fuit *in cap.* 4. & aliis dictæ Regiæ pragmaticæ , quòd domini oppidorum , qui in inſtrumentis novæ populationis non adſtringerunt populatores novus ad ſolvenda cenſualia iſta, tenerentur illa ſolvere hoc modo , quòd ſi univerſitas tempore expulſionis Sarracenorum habebat proventus , & bona ſufficientia , ſolverentur cenſus ad rationem ſolidi pro libra , ſi vero bona non ſufficientia habebat,juxta bonorum menſuram, & ſi nulla bona habebat , vel non ſufficientia , tenerentur domini oppidorum ſolvere cenſus reductos ad rationem ſex denariorum pro qualibet libra in omni parte qua univerſitatis bona non ſufficerent ad penſiones ſolvendas ad rationem unius ſolidi pro qualibet libra. Ita judicatum extat à Senatu , ſententia per Ferrera , *die* 1. *Octobris* 1674. in favorem Cleri Eccleſiæ Parroquialis Sancti Joannis del Mercat,& contra Domnam Ludovicam Carrillo , & Villaraſa , Dominam oppidi de Albalat de Segart , & alia publicata per eundem inter eaſdem partes eodem die.Et ſi univerſitas quæ firmavit cenſum fuerit populata,tàm ex Chriſtianis,quàm ex Neophitis , tenebitur dominus ſolum pro illa parte Sarracenorum , qui in univerſitate reperiebantur, & pro portione illa rata, quæ ſpectare poterat ad Neophitos,juxta illorum numerum, & pro alia parte tenentur antiqui populatores , & univerſitas ipſa , ut cautum ha-

habetur in dicta Regia Pragmatica,& judicatum extitit ſententia per Alreus, *die* 11. *Auguſti* 1626. inter Don Gerardum Cucalò, & locum de Caſtellnou,& alia per eundem, *die* 11. *Martii* 1626. inter Syndicum loci de Caſtellnou, & Vincentium Belluga, & alia per Ferrera, *die* 17. *Februarii* 1674. in favorem Mariæ Navarro, & de Bas, cariſsimę uxoris meæ,& contra villam de Faura, & locum de Almerig,& Rumbau. Et quamvis per Regiam
53 Pragmaticam domini oppidorum ſint obligati ad ſolvendos cenſus oneratos per univerſitates Neophitorum, non tenentur tamen ad proprietatis luitionem, etiam ſi non ſolverint penſiones, neque faciant valere, & tenere illas, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 31. *Auguſti* 1621. inter Don Franciſcum Avila, & Perez, & contra Illuſtrem Marchionem de Navarres, & alia per Caſes, *die* 24. *Decembris* 1637. inter Michaelem Balaguer, & Egregium Comitem de Anna. Quod videtur inductum ex diſpoſitione *cap.* 11. ſupradictæ Regiæ Pragmaticæ. Limita tamen in cenſibus oneratis poſt Regiam Pragmaticam expulſionis, nam ad illos nequit extendi pragmaticalis ſanctio,ſed poterit deveniri ad proprietatis luitionem, ut judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 9. *Auguſti* 1633. inter Domnam Mariam Annam Figuerola, & de Zanoguera, & Domnam Joannam Vives de Auguſta, & Monſoriu,& Don Joſephum Monſoriu.

54 Ad reſolutionem ſecundi caſus inquirendum eſt,an domini oppidorum Neophitorum teneantur in vim mutui reſtituere,& ſolvere proprietatem cenſus ab univerſitate onerati, cum licentia ſolum domini mixti imperii, & Alfonſinæ juriſdictionis, & ſine licentia domini meri, & mixti imperii. Videtur enim non teneri. Primo,quia Regia Pragmatica ſupradicta ſolũ loquitur de cenſibus,& nõ obligat dominos, niſi ad cenſus ſolutionem:ergo cum cenſus ab univerſitate creatus abſque licentia domini ſupremæ juriſdictionis non ſit cenſus, neque pro tali habeatur, non loquitur de illo pragmatica,neque extendenda eſt illius diſpoſitio ad hunc caſum, quia deficit ratio ad extenſionem, & adhuc ſi concurreret, cum ſit odioſa, & ſingularis, & contra juris regulas ſtabilita,non eſt extendenda de caſu cenſus validi,de quo loquitur,ad aliũ diverſum caſum, ex regul. text. *in cap.* 1. & 2. *de filiis presbyterorum in* 6. *cap. petiiſti* 7. *quæſt.* 1. *l. jus ſingulare, ff. de legibus, cum aliis à nobis traditis in præludio, n.* 27. Secundo, quia Regia Pragmatica loquens de contractu cenſus, non poteſt intelligi niſi de cenſu valido, non autem de cenſu invalido, & nulliter creato, nam lex, aut ſtatutum loquens de contractu, non intelligitur de contractu nullo, ſed valido, *l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re judicata, l. quoties, ff. de verbor. obligat.* Thuſc. *practic. lit. V. concluſ.* 100. *n.* 14. Barboſ. *de appellat. verbor. appellat.* 59. *n.* 1. Tertio, quia cenſus proprietas deberet à domino reſtitui tanquam mutuum, ſed ad mutui debita,& alia ſimilia non inveniuntur domini oppidorum obligati,ut poteſt videri *in cap.* 7. prædictæ Regiæ Pragmaticæ: ergo neque ad cenſus proprietatem reſtituẽdam in vim mutui. Ultimo, quia domini oppidorum, virtute cujuſlibet obligationis non poſſunt compelli ad ſortem cenſus,adhuc validi, reſtituendam juxta *cap.* 11. prædictæ Regiæ Pragmaticæ, ibi: *Provehemos, ordenamos, y mandamos (atento que toda via eſtà en pie la razon porque aquello ſe ordenò) que en virtud de qualeſquier pactos, obligaciones, clauſulas, y cautelas pueſtas en qualeſquier eſcrituras de cenſales, ò violarios, à que eſtèn obligados qualeſquier lugares de moriſcos expulſos del dicho Reyno de Valencia, ò dueños de ellos, ni por otra qualquier cauſa, ni razon que ſe alegue por parte de los cenſaliſtas, ò violariſtas, no puedan ſer por la Real Audiencia de aquel Reyno, ni por otros Tribunales compellidos los dichos dueños de lugares à redimir, y quitar los dichos cenſales,ò violarios cargados antes de la expulſion*: ergo prohibitum reperitur,quod in vim mutui compellantur domini reſtituere cenſus proprietatem, nam hoc eſſet virtute alicujus obligationis compellere dominos ad reſtituendas cenſus proprietates,contra expreſsè diſpoſitum in ſupradicta Regia Pragmatica. Et quod dominus oppidi Neophitorum non teneatur ad reſtituendam in vim mutui proprietatem cenſus ab univerſitate onerati abſque domini ſupremæ juriſdictionis licentia, declaravit Senatus, ſententia per Benavides, *die* 1. *Auguſti* 1656. in favorem Egregiæ Comitiſſæ de la Fera, & de la Alcudia, & contra Egregiam Cimitiſſam de Parcent, & alia per Ferrera, *die* 13. *Novembris* 1673. in favorem oppidi de Agoſt, & contra Don Franciſcum Calatayud,& Villarraſa, & alia per Saboya, *die* 14. *Martii* 1675. inter Don Melchiorem Gamir, & Don Gaſparem Texidor, referente Nobili,& Erudito Senatore Don Petro Monſerrat, R. C. D.

Hæc opinio licet fundamentis nitatur validiſsimis, nunquam alteri graviſsimi Senatus noſtri Aulæ placuit, imo ab ea judicatum extitit, oppidorum dominos non teneri ſupradictus cenſuum proprietates in vim mutui reſtituere,ut ſententia per Ferrera, *die* 14. *Decembris* 1668. in favorem Vincentii Caſaña Notarii, certo Procuratorio nomine,& contra Don Hieronymum Ferrer Præceptorem de Orcheta, & alia per eundem, *die* 15. *Aprilis* 1673. inter eaſdem partes, & alia





per Saboya, *die* 6. *Julii* 1675. inter Don Melchiorem Gamir, & Don Gaſparem Texidor, referente M. Marco Roig R. C. D. & alia per Ferrera, *die* 16. *Martii* 1686. inter Annam Mariam Llagaria, & Dominos loci de Ayacor. Et jam hodie videtur contrarietas iſta Aularum compoſita, & juxta opinionem iſtam indiſtinctè ab omnibus Aulis judicari; ea videlicet ratione, quia hujuſmodi cenſus implicitum habuerunt validitatis ſtatum,& tempore publicationis Regiæ pragmaticæ non dubitabatur de illorum validitate, ſed percipiebatur ex illis juſtè, & legitimè annuus redditus; unde cum nullitas iſta ob defectum licentiæ domini juriſdictionis ſupremæ non fuerit oppoſita, conſervarunt cenſus ſtatum illum validitatis,& nunc adhuc eſſent validi ſi oppoſita non fuerit nullitas iſta, quia contractus nullus favore univerſitatis, minoris, aut Eccleſiæ, validus ſemper eſt, donec, & quouſque nullitas opponatur, & ſi nunquam opponitur, ſemper validus erit, pendet enim illius nullitas à futuro eventu oppoſitionis nullitatis, ut rectè ad intentum, Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 1. *de inventario, num.* 226. Gratian. *diſceptat. forenſ.* 556. *num.* 64. & 65. Caſtill. *de aliment. cap.* 64. *à num.* 7. Sperel. *deciſ.* 155. *num.* 58. D. Creſpì *obſerv.* 29. *num.* 15. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 53. cum ergo cenſus iſti implicitum habuerint ſtatum validitatis, comprehenſi fuerunt abſque dubietate in Regia pragmatica de cenſibus loquente. Ad oppoſita poteſt reſponderi, quod abſque extenſione, & violentia loquitur Regia Pragmatica de iis cenſibus, & legiſlantis mens fuit includere illos in diſpoſitione legis, nam cum illius publicationis tempore habuerint hujuſmodi cenſus validitatis ſtatum, proculdubio de eis diſpoſitum etiam extitit. Neque illud de reſtituenda proprietate contra diſpoſitum in pragmatica facit,nam ad hunc caſum non poteſt applicari, in quo nulla reperitur obligatio præterquam reſtituendi ſortem in vim mutui. Et admiſſa ſententia iſta, reſolutio principalis quæſtionis erit, quod verſio pecuniæ in utilitatem univerſitatis iſto in caſu probabitur per inſtrumentum mandati ab univerſitate facti, aut contractus cenſus in quo enuncietur pecuniam cenſus ad opus univerſitatis acceptam fuiſſe. Primò, quia hujuſmodi cenſus validi fuerunt quouſque oppoſita fuit nullitas, & ex confeſsione ab univerſitate facta, vel in cenſus contractu, vel in mandato ad creandum illum dato, quod fuerit ad opus univerſitatis, probata remanet verſio pecuniæ in univerſitatis utilitatem, per *for.* 59. *verſ. Ni per ſemblant, rubr. de jure emphiteut.* Secundò, quia adhuc ſuppoſita invaliditate contractus cenſus, ob defectum licentiæ domini juriſdictionis ſupremæ, mandati inſtrumentum ab univerſitate factum ad cenſum creandum validum eſt, & ut probetur verſio pecuniæ in utilitatem univerſitatis ſufficit, quod in mandati inſtrumento, univerſitas confiteatur pecuniam ſumpſiſſe ad univerſitatis opus, *dict. for.* 59. ibi: *E concell en lo Syndicat ho batje confeſſat.* Ultimò, quia verſio pecuniæ in utilitatem univerſitatis probatur juxta forum ex confeſsione ab univerſitate facta in inſtrumento mandati, aut cenſus, & cum confeſsio ſola hoc probet, licet cenſus contractus ſit nullus, & inſtrumentum mandati non eſſet validum, ſemper remanebit probata verſio illa, quia annullato contractu, exiſtentia debiti,& quælibet alia qualitas probari poteſt ex confeſſione facta in contractu nullo, Camil. Borel. *in ſumma deciſ. tom.* 2. *tit.* 3. *de confeſsionib. num.* 282. Novar. *de privileg. miſerabilium perſonar. privileg.* 111. *num.* 5. Surd. *deciſ.* 325. *num.* 5. Burat. *deciſ.* 100. *num.* 17. Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 1. *tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 1. *num.* 36. Rota *deciſ.* 73. *num.* 19. *part.* 11. *recentiſsimar.* Olea *de ceſsione jurium, tit.* 2. *q.* 5. *num.* 23. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 86. *num.* 10. Franciſcus de Angel. *de confeſsion. lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 2. & 55. Quod majori cum ratione procederet,ſi concurreret lapſus triginta annorum, ſimul cum obſervantia contractus cenſus, nam indubitanter remaneret probata verſio pecuniæ in utilitatem univerſitatis, ut judicavit Senatus ſententia per Maſcarò, *die* 9. *Junii* 1656. in favorem Don Joannis Briſuela, & contra Univerſitatem de la Alcudia, & alia per Saboya, *die* 9. *Februarii* 1672. in favorem Magdalenæ Perez, & contra Conventum de la Merce.

In tertio caſu duæ obligationis diſtinctæ reperiuntur, alia univerſitatis, aut, ut proprius loquar, Sarracenorum univerſitatem componentium, & alia cujuſlibet Sarraceni particulariter, & non uti univerſitatem componentis, & licet quoad univerſitatem cenſus nullus ſit, ob defectum licentiæ, quo ad obligationem ſingulorum,licentia aliqua non indigentium ad cenſum onerandum, validus, & ſubſiſtens eſt, poteſt enim cenſus invaliditatem habere reſpectu univerſitatis,& validitatem reſpectu ſingularium, *l. ſi bis* 9. *Cod. de prædiis minor.* Mandel. *conſ.* 470. *n.* 4. Cohel. *de bon. reg. univerſit. cap.* 32. *num.* 64. Capyc. Latr. *conſultat.* 150. *lib.* 2. Rovit. *ſuper pragmat.* 5. *num.* 12. *de adminiſtrat. univerſitat.* Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 36. *cum ſequentib.* Prout declaravit Senatus ſententia per Ferrera pro Maſcarò, *die* 6. *Maii* 1656. in favorem Don Hieronymi Salcedo, & Toſcano,& contra Don Joannem Coll. Unde, licet juxta à nobis tradita, pro univerſitatis obligatione dominus oppidi ſolum teneatur in vim mu- 55

tui ad reſtituendam cenſus proprietatem, u
præter adducta judicavit Senatus ſententi.
per Maſcarò pro Ferrera, *die* 18. *Junii* 1667.
in favorem Don Gaſparis Texidor, & contra
Don Joannem Rotla, dominum oppidi de
Rotla. Tamen ſi cenſus fuerit ſpecialiter im-
poſitus ſuper bonis immobilibus Sarraceno-
rum intra terminos oppidi contentis, & de-
ſignatis, tenentur domini, virtute obligatio-
nis particularium Neophitorum ad penſiones
cenſus ſolvendas, ut cautum habetur, *in cap.*
5. dictæ Regiæ Pragmaticæ. Prout multoties
judicatum fuit in curia gerentis vices genera-
lis Gubernatoris, ut ſententia per ejus ſcri-
bam, *die* 27. *Aprilis* 1668. in favorem Vincen-
tii Caſaña Notarii procuratoris Franciſcę Al-
caina, & de Avella, & contra Don Hierony-
mum Ferrer Præceptorē de Orcheta, confir-
mata in judicio appellationis in Senatu, refe-
rēte Nobili D. Franciſco Eſcorcia milite Mon-
teſianæ familiæ R.C.D.& poſtea R. Cancella-
riam regente, ſententia per Ferrera, *die* 15.
*Aprilis* 1673. inter eaſdem partes, Actuario
Guill. Idem fuit deciſum à Senatu, ſententia
per Benavides, *die* 16. *Maii* 1661. in favo-
rem Domnæ Joſephæ Pardo, & contra Egre-
giam Comitiſſam de la Alcudia, dominam
oppidi de la Torre de Lloris,& alia per Fer-
rera, *die* 27. *Auguſti* 1661. in favorem Mo-
naſterii Sanctæ Urſolæ,& contra Don Hiero-
nymum Ferrer, & alia per Benavides, *die* 25.
*Novembris* 1666. inter Michaëlem Liñàn, &
alios, & alia per Ferrera, *die* 24. *Decembris*
1685. in favorem Ambroſii Aznar Civis, &
contra Don Hieronymū Ferrer Præceptorem
oppidi de Orcheta. Et hoc in caſu Domini op-
pidorum Neophitorum tenentur cenſus pen-
ſiones ſolvere, non juxta reductionem Regiæ
Pragmaticæ; ſed ad rationem unius ſolidi
pro qualibet libra, ut dixit Senatus ſenten-
tia, per Alreus, *die* 9. *Martii* 1618. inter Vin-
centium Sanccium Lopez, Presbyterum,& il-
luſtrem Duciſam de Villa-Hermoſa. Neque
56 iſto in caſu cenſuum domini tenentur proba-
re identitatem ſpecialium obligationum, ne-
que aliud requiſitum, ad hoc ut compellan-
tur oppidorum Domini ad penſionum ſolu-
tionem, ut habetur, *in dict. cap.* 5. Regiæ
Pragmaticæ,& docet D. Matheu *de regim. cap.*
13. §. 2. *n.* 92. Sufficiet enim, ut credito-
res cenſuum ſuam juſtificent intentionem,
57 quod in cenſus inſtrumento Neophiti, ut ſin-
guli obligati fuerint, & quod deſignaverint
bona immobilia pro ſpecialibus hypothecis,
dicendo quod intra terminum oppidi repe-
58 riuntur ſita,& hoc procedet non ſolum ſi cum
confinibus deſignata fuerint bona ſpecia-
liter hypothecata, ſed etiam ſi abſque con-
finibus dicendo, quod cenſus ſpecialiter im-
ponebatur ſuper domibus, molendinis præ-
. aliis rebus intra terminum oppidi
.is, nam ſimilis deſignatio ſufficiet, ut
...iorum domini, quibus Regia Majeſtas
dedit, & contulit omnia immobilia bona
Neophitorum, & veluti illorum ſucceſſores
illos fecit, teneantur ad cenſuum ſolutionem,
ut judicavit Senatus ſententia, per Ferrera,
*die* 27. *Auguſti* 1661. in favorem Conven-
tus Sanctæ Urſolæ, & contra Don Hierony-
mum Ferrer, & alia, per Saboya, *die* 21. *Fe-
bruarii* 1681. in favorem Salvatoræ Cabrera,
& de Font, viduæ,& contra Illuſtrem Ducem
de Gandia, Dominum de la Vilavella, & alia
per Ferrera, *die* 5. *Octobris* 1678. in favorem
Mariæ Macià, & de Eſparça certo curatorio
nomine, & contra dictum Illuſtrem Du-
cem.

Sed quia oppidorum domini, non alia ra-
tione tenentur ſolvere cenſus iſtos à Neophi- 59
tis oneratos, & ſpecialiter impoſitos ſuper-
immobilibus illorum bonis, niſi quia ſpecia-
les hypothecæ in illorum poſſe reperiuntur
virtute Regii ſtabilimenti, & quodammodo
detinent, & poſſident cenſuum ſpecialia, non
tenentur ex propriis bonis, ſed ſolum juxta
valorem rei ſpecialiter ſubjugatæ, *for.* 44. *rub.
de jure emphiteut.* D. Leon *deciſ.* 1. *num.* 2. Et
ſi rem ſpecialiter cenſui ſuppoſitam dimittāt,
ab omni obligatione liberati erunt, ut dicitur
*in dict. cap.* 5. Regiæ Pragmaticæ, & probant
jura, *in leg. is cum quo* 7. *ff. de aqua pluviæ ar-
cend. l. ſi fundus*, §. *in vindicatione*, *ff. de pig-
norib. leg. & ſi fortè* 6. §. *etiam*, *ff. ſi ſervitus
vindicetur*, *leg. quod ſi nollit*, *ff. de ædilit. edi-
cto*, Grivel. *deciſ.* 99. Amato *reſolut.* 21. Giurb.
*deciſ.* 22. *per tot.* Mauſon. *de cauſis executivis*,
*lib.* 1. *quæſt.* 7. *ampliat.* 6. *ex n.* 17. Nogue-
rol. *allegat.* 2. *ex n.* 109. Amato *reſolut.* 31.
*num.* 1. *cum ſequentib.* Rovit. *ad pragmatic.* 1.
*de cenſib. num.* 20. Thoro *in compend. deciſ.
part.* 1. *verbo exequi an poſſit, & part.* 3. *verbo
executio pro cenſibus.* Marinis *quotidianarum
lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 4. Olea *de ceſſione ju-
rium*, *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 49. *cum ſequentib.*
Mangil. *de evictionib. quæſt.* 82. *ex n.* 12. Sal-
gad. *in labyrint. part* 3. *cap.* 2. *n.* 100. Leo-
tard. *de uſuris*, *quæſt.* 65. *n.* 32. Queſada, &
Pilo *diſſertat.* 12. *n.* 7. Carleval. *de judiciis*,
*tit.* 3. *diſputat.* 11. *num.* 5. Gallerat. *de renun-
ciat. lib.* 2. *cap.* 3. *per tot.* Capicius Galeota *lib.*
2. *controverſ.* 38. *num.* 41. & 42. Valeron *de
tranſactionib. tit.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 33. Pegas
*reſolut. forenſ. cap.* 10. *num.* 51. *cum ſequentib.*
D. Matheu *de regim. cap.* 13. §. 2. *num.* 86. Et ſi
domini venditam habuerit ſpecialem hy-
pothecam cenſus, ex cujus pretio formatus
fuerit cenſus, aut ad certam portionem fru-
ctuū ſtabilitam habuerint rem, liberati erunt
dimittendo cenſum, aut fructus partitionem,
ſi nihil amplius ex re illa habuerint, ut cau-
tum



tum habetur, *in cap.* 1. Regii Reſcripti, dati
Matriti, *die* 21. *Decembris* 1615. Sed ut re-
laxatio ſpecialium à dominis poſſit cum juſti-
ficatione fieri in caſu ſupra tradito, tenentur
60 domini ante illarum relaxationem identita-
tem probare, *ut in dict. cap.* 5. Regiæ Prag-
maticæ cavetur, & non obſtante natura exe-
cutivi judicii, poterunt facere probationem
iſtam teſtibus, ut diſponitur, *in cap.* 3. dicti
Regii Reſcripti, *diei* 21. *Decembris* 1615. ſed
cum hujuſmodi identitatis probatio ſit diffici-
lima, & ferè impoſſibilis, cum ex tranſcurſu
temporis confinia prædiorum jam exiſtant
confuſa, nunquam poſſunt domini has ſpecia-
lium obligationum dimiſſiones legitimè fa-
cere, ut rectè conſiderat, D. Matheu *dict. cap.*
13. §. 2. *num.* 93. Si vero Sarraceni, ut ſingu-
li obligati reperiantur in cenſibus, & non aſ-
61 ſignaverint ſpeciales obligationes, ſed gene-
raliter tantum ſua bona obligaverint, aut ſi
ſpeciales deſignaverint, ſed non cum licen-
tia domini directi, creditores non poterunt
via directa executionem inſtituere contra op-
pidorum Dominos, ſed debent excutionem
facere, & per hypothecariam, aut alias actio-
nes procurare ſatisfactionem ex bonis gene-
raliter cenſibus obligatis, *ut in dict. cap.* 5.
Pragmaticæ Regiæ deciſum extat.

Tertius poſſeſſor Rei generaliter, aut ſpe-
62 cialiter hypothecatæ conventus actione reali,
dimiſſa re ab actione propoſita liberatur, &
amplius non poterit inquietari, nam regula-
riter actione hypothecaria, aut qualibet alia
actione reali conventus dimittendo rem hy-
pothecatam liberatur, *ut ex l. bis cum quo* 7.
*ff. de aqua pluviæ arcenda, & aliis juribus pro-
bavi, num.* 59. Unde licet tertius poſſeſſor rei
ſpecialiter hypothecatæ,& ſubjugatæ cenſui,
63 poſſit via directa, & abſque excutione con-
veniri executivè pro penſionibus cenſus, &
compelli ad illarum ſolutionem, Cavarrub.
*variar. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 6. Surd. *conſ.* 161. *n.*
12. Joann. Baptiſta Lup. *de uſuris, comment.* 2.
§. 2. *num.* 39. Cenſius *de cenſib. cap.* 2. *quæſt.*
3. *artic.* 6. *num.* 5. Salas *de uſu, & conſuetud.
cap.* 11. *num.* 47. Avendaño *de cenſib. cap.* 23.
*num.* 5. Anton. Gama *deciſ.* 145. *num.* 2. Fe-
dericus Martin. *de jure cenſus*, *cap.* 7. *n.* 117.
Giurba *deciſ.* 55. *num.* 7. Gratian. *diſcept.* 145.
*num.* 5. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 1. & *tom.* 2. *de-
ciſ.* 167. *ex num.* 2. Ugolin. *de cenſuris*, *cap.*
45. §. 4. *n.* 2. Salgad. *in labyrinth part.* 3. *cap.*
11. *num.* 59. Fontanell. *de pact nuptial. tom.* 2.
*clauſ.* 7. *gloſſ.* 1. *part.* 4. *ex n.* 3. Rovit. *ad prag-
mat.* 1. *de cenſib. num.* 20. Mauſon. *de cauſis
executivis*, *lib.* 1. *quæſt.* 7. *ampliat.* 6. *ex num.*
17. Carleval. *de judiciis, tit.* 3. *diſput.* 11. *num.*
5. Thoro *in ſuplement. deciſion. verbo hæres
quilibet*, *in fin.* Leotard. *de uſuris, quæſt.* 65. *n.*
31. Olea *de ceſſion. jurium, tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.*
54. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 12. *num.* 6. Ca-
rol. Petra *ſuper ritib. ritu* 166. *num.* 21. *tom.*
2. Oñate *de contractib. tom.* 3. *diſput.* 79. *num.*
58. & 60. D. Matheu *de regim. cap.* 13. §. 2.
*num.* 86. Pechii *de aquæductu*, *tom.* 1. *cap.* 6.
*quæſt.* 7. *n.* 72. Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 59. qui
dicit in Cathalonia aliter obſervari. Quan-
vis non ita erit, quando per ſolam generalem
obligationem hypothecata reperitur res poſ-
ſeſſa cenſui, nam illius poſſeſſor pro cenſus
penſionibus non poterit converi executivè,
neque contra illum procedi poterit, niſi facta
excutione, ut judicavit Senatus ſententia per
Benavides, *die* 3. *Aprilis* 1659. in favorem
Don Ignatii Puchades, & contra Eſmeren-
tianam Ros. Et ex eadem ratione, licet cer- 64
tum ſit, quod cenſu creato, & ſpecialiter im-
poſito ſuper pluribus prædiis, quilibet poſſeſ-
ſor prædii hypothecati, aut cujuſlibet partis,
licet minimè, inſolidum poſſit conveniri exe-
cutivè pro omnibus penſionibus cenſus, non
ſolum ſuper illo prædio, aut parte hypothe-
catę, ſed ſuper aliis prędiis ab illo non poſſeſ-
ſeſſis, propter individuitatem hypothecæ, ex
ratione text. *in l. moſchis* 47. *ff. de jure Fiſci*,
Cenſius *de cenſib. cap.* 2. *quæſt.* 5. *artic.* 9. *num.*
29. Petrus Gregor. *de cenſib. quæſt.* 6. *num.* 42.
Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 17.
Theſaur. *lib.* 1. *quæſtion. forenſ.* 85. Coſta *de
portione ratæ, quæſt.* 72. *n.* 6. Boccac. *de cenſib.
part.* 3. *num.* 51. Noguerol. *allegat.* 4. *n.* 44.
Duardus *de cenſib.* §. 3. *quæſt.* 25. *n.* 19. Sal-
gad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 11. *n.* 11. Thoro
*in compend. deciſion. verbo hæres quilibet*, *fol.*
280. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 2. *n.* 24. Cy-
riac. *controverſ.* 541. Marinis *quotidianar. tom*
1. *cap.* 13. Jus enim hypothecæ individuum
eſt,& quælibet res ex hypothecatis, aut quæ- 65
libet illarum pars licet minima inſolidū obli-
gata reperitur pro totius crediti ſatisfactione,
*l.* 1. & 2. *Cod. ſi unus ex pluribus hæred bus*, *l. ſi
neceſſarium* 8. §. *ſi unus*, *ff. de pignorat. action.
l. ſi reſiduum*, *ff. de diſtract. pignor. leg. moſchis*,
47. *ff. de jure Fiſci*, *l. rem hæreditariam* 64. *ff.
de actionib. & obligationib.* Neguſan. *de pigno-
rib. part.* 8. *membr.* 1. *num.* 48. Peregrin. *de jure
Fiſci*, *lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 46. Coſta *de portione ra-
tæ, quæſt.* 9. *num.* 5. Melo *de induciis*, *cap.* 8. *n.*
14. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 59. *num.*
1. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 11. *n.* 5. &
6. Vela *diſſertat.* 46. *num.* 12. & *diſſertat.* 34.
*num.* 5. *cum ſequentib.* Giurb. *obſervat.* 87. Cy-
riac. *controverſ.* 541. Caſtejon *in alphabet.
verbo hypotheca, num.* 12. quia, etſi prædia, aut
res hypothecatæ dividuæ ſint, & diviſibiles,
Afflict. *deciſ.* 213. *ſub num.* 3. Cenſius *de cen-
ſib. quæſt.* 93. & *alii adducti* à Salgad. *dict. cap.*
11. *num.* 6. Hypothecæ jus non admittit divi-
ſionem, ſed tota reſidet in tota re, & tota in
qualibet rei licet minimæ parte, ſicuti de ſer-
V 2 vi-

vitute reali traditur, quæ tota in toto fundo reperitur, & tota in qualibet fundi parte, *l. ſi cui 9. ff. de ſervitutib. leg. certo generi* 13. *§.* 1. *l.*25. *§. final. ff. de ſervitutib. ruſticor. prædior.* Covarrub. *variar. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 5. Cencius *de cenſib. quæſt.* 100. *n.* 4. *& quæſt.* 80. *n.* 18. Rebel. *de obligationib. juſtitiæ, lib.* 10. *quæſt.* 6. Salgad. *dict. cap.* 11. *n.* 10. Pechii *de aquæduct. tom.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 1. *n.* 8. Qua de cauſa, ſi pluribus hæredibus relictis decedat ali-
66 quis, & quilibet ex hæredibus poſsideat aliquam ex ſpecialibus obligationibus cenſus, aut illius partem, poterit cenſus creditor executivè convenire quemlibet ex hæredibus, poſsidentibus partem ſpecialis inſolidum, & pro omni cenſus præſtatione, ex ratione text. *in l.* 1. *&* 2. *Cod. ſi unus ex pluribus hæredib. l. ſi neceſſarius* 8. *§. ſi unus, ff. de pignoratit. action.* Negutan. *de pignorib. part.* 5. *membr.* 2. *n.* 32. *&* 34. Surd. *conſ.* 209. *n.* 8. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 59. *n.* 5. Rot. *deciſ.* 541. *n.* 4. *&* 11. *part.* 5. *tom.* 2. *recentiſsimar.* Andreol. *controverſ.* 209. Paul. Meli *poſt obſerv. deciſ.* 105. *num.* 7. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 324. *num.* 13. Burat. *deciſ.* 785. *num.* 10. Cyriac. *controverſ.* 220. *num.* 10. Noguerol. *allegat.* 4. *num.* 45. Gratian. *diſcept.* 16. *num.* 10. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 80. *n.* 16. Et quod quilibet ex hæredibus actione hypothecaria conventus, inſolidum poſsit conveniri, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 4. *Septembr.* 1635. inter Conventum Sancti Dominici Civitatis Orcellis, & Joannem Soler de Vilanova.

Poterit tamen tertius poſſeſſor rei ſpeciali-
67 ter hypothecatæ cenſui conventus, facillimè liberari ab executione ſuſcitata, & actione propoſita, dimiſſa, & relaxata re ſpecialiter hypothecata, ſi enim tertius poſſeſſor detinere ſpecialem obligationem deſiderat, tenetur non ſolum ad penſiones cenſus tempore ſuæ poſſeſsionis decurſas, ſed etiam ad præteritas, & ante ſuam poſſeſsionem debitas, Afflict. *deciſ.* 95. Duard. *de cenſib. quæſt.* 16. *tom.* 1. *num.* 11. Gramatic. *deciſ.* 55. *num.* 7. Surd. *conſ.* 162. *n.* 12. *& deciſ.* 33. Redoan. *de rebus Eccleſ. alienand. vel non, quæſt.* 11. *n.* 62 Ugolin. *de cenſuris, cap.* 45. §. 4. *n.* 2. Gratian. *diſcept.* 323. *n.* 11. Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 11. *n.* 59. Noguerol. *allegat.* 2. *ex num.* 109. Cutel. *deciſ.* 22. *n.* 2. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 65. *n.* 31. Queſada, & Pilo *diſſert.* 12. *num.* 6. D. Matheu *de regim. cap.* 3. *§.* 2. *n.* 86. Sed nullo in caſu poteſt com-
68 pelli tertius poſſeſſor ſpecialis obligationis ad luitionem proprietatis cenſus, nam etſi cenſus debitor non faciens licere, & tenere penſiones cenſus infra decem dies in noſtra praxi teneatur ad luendam cenſus proprietatem, Dom. Matheu *de regim. cap.* 13. *§.* 3. *num.* 21. & declaravit Senatus ſententia per Benavides in Aula criminali, *die* 8. *Auguſti* 1662. in favorem Domini oppidi de Naquera, & contra Joannem Tafalla, & antiquitùs voluerit Senatus noſter, tertium poſſeſſorem ſpecialis obligationis cenſus etiam teneri ad luendam proprietatem, ſi penſiones cenſus non feciſſet valere, & tenere infra decem dies, ut ſententia per Daça, *die* 4. *Februarii* 1626. inter Domnam Annam Ruiz de Maça, & Jacobum Boſch, & alia per Alreus, *die* 23. *Auguſti* 1623. inter Petrum Fuſter, & Franciſcum Falcó; tamen re melius inſpecta, quia hæc obligatio non ex reali actione deſcendit, ſed ex perſonali, & evictionis clauſulis, non poteſt habere locum in tertio rei poſſeſſore, qui ſolum actione reali tenetur, ut judicavit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 11. *Septembris* 1657. in favorem Narciſſæ Segura, & contra Conventum Divæ Annæ, & alia publicata, *die* 23. *Novembris* 1661. in favorem Jacobi Tafalla, & contra oppidum de Naquera, & alia per Alreus, *die* 7. *Februarii* 1620. inter Conventum Divi Juliani, & Didacum Mieres, & Eliſabetham Martinez, & in prædicta ſententia, *diei* 8. *Auguſti* 1662. idem extitit deciſum. Aliter tene in emptore prædii cum acollatione, vel adoſatione cenſus, aut illius hærede, nam cum non ſolum actione reali, ſed perſonali teneantur, debent facere licere, & tenere penſiones cenſus, & ſi non faciant infra decem erit locus luitioni proprietatis, ut declaravit Senatus in dicta ſententia, *diei* 8. *Auguſti* 1662.

Si vero tertius rei ſpecialiter hypotheca- 69
tæ cenſui poſſeſſor dimittere deſiderat rem, liberabitur dimiſſa re, à cenſus præſtatione, & ab obligatione ſolvendi de bonis propriis, *l. ſi fundus, §. in vindicatione, ff. de pignorib. l. & ſi fortè* 6. *§. etiam, verſ. Labeo, ff. ſi ſervitus vindicetur, l. cum fructuarius* 64. *ff. de uſufruct. l. quod ſi nollit, ff. de ædilitio ædict.* ibi: *Cæterum poterit evitare præſtationem venditor, ſi nollit hominem recipere, for.* 44. *rubr. de jure emphiteut.* Covarrub. *variar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. Petrus Gregor. Sicul. *de cenſib. quæſt.* 6. *ex num.* 9. ubi Maſtrill. *ex n.* 91. Pedroch. *conſ.* 2. *num.* 83. Foller. *in praxi cenſus in verb. hujuſmodi, num.* 96. *&* 97. Gomez *de cenſib. cap.* 4. *num.* 1. Boccac. *de cenſib. part.* 2. *n.* 1. Afflict. *deciſ.* 95. Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. Monter. *deciſ.* 13. *num.* 12. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 178. Fontanell. *de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 2. *n.* 130. Giurb. *obſerv.* 7. *n.* 2. Avendaño *de cenſib. quæſt.* 99. *num.* 3. Amato *variar. reſolut.* 21. *per tot.* Mangil. *de evictionib. quæſt.* 82. *ex num.* 12. Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 100. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 65. *n.* 32. Queſada, & Pilo *diſſertat.*



*tit.* 12. *n.* 7. Carleval. *de judic. tit.* 3. *diſput.* 11. *n.* 5. Marinis *quotidianar. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 4. Gallerat. *de renunciat. lib.* 2. *cap.* 3. *per tot.* Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 50. *cum ſequentib.* Galeot. *controverſ. lib.* 2. *controverſ.* 38. *n.* 41. *&* 42. Valeron. *de tranſactionib. tit.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 33. D. Matheu *de regim. cap.* 13. §. 2. *n.* 86. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 10. *n.* 51. *cum ſequentib.* Et quod tertius poſſeſſor ſpecialis obligationis liberetur dimiſſa re, declaravit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 11. *Septembris* 1657. in favorem Narciſſæ Segura viduæ, & contra Conventum Divæ Annæ. Et pariter quod tertius poſſeſſor de bonis propiis non teneatur, ſed quatenus valet res, judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 14. *Novembris* 1617. in favorem Chriſtophori Deſcals, & contra Domnam Annam Paſqual de Bonanſa.

70 Quoad penſiones autem decurſas tempore poſſeſsionis ſupradicta actione reali conventi, duo veniũt diſtinguendi caſus. Primus eſt, quando tertius poſſeſſor emptionis, donationis, aut legati titulo, vel alio ſimili adquiſivit rem ſpecialiter hypothecatam, eique manifeſtatus non fuit cenſus, neque aliter habuit illius notitiam, ſed bona fide detinuit ſpecialem hypothecam, & hoc in caſu dimittendo, & relaxando rem, liberabitur à ſolutione pẽſionum cenſus decurſarum, non ſolum antea quam adeptam haberet rei poſſeſsionem, ſed etiam tempore ſuæ poſſeſsionis, *dict. for.* 44. *rubr. de jure emphiteut.* Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 3. Cancer *variar. dict. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 178. Fontanell. *de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 2. *n.* 130. Queſada, & Pilo *diſſert.* 12. *n.* 7. Neque adhuc hujuſmodi poſſeſſor bonæ fidei tenetur in caſu relaxationis rei ſolvere penſiones lite pendente decurſas, Gabriel *conſ.* 47. *vol.* 1. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 183. Queſada, & Pilo *dict. diſſertat.*
71 12. *n.* 10. Secundus erit, quando tertius poſſeſſor rei hypothecatæ per omne ſuæ poſſeſsionis tempus, aut per alicujus temporis ſpatium notitiam habuit impoſiti cenſus, vel quia in adquiſitione rei acollatio cenſus facta fuit, vel quia recognitus fuit cenſus, aut alio modo ei notus fuit, & hoc in caſu, etiam ſi dimittat rem, debet de propiis penſiones tempore ſuæ poſſeſsionis decurſas, aut illius temporis malæ fidei ſolvere, *dict. for.* 44. *rubr. de jure emphiteut.* ibi: *Emperò ſi lo comprador ans de la compra ſabia, aquella coſa fer cens, en tal caſſia tengut de pagar les penſions del temps paſſat dels altres bens ſeus propris.* Amato *dict. reſolut.* 21. *n.* 8. Queſada, & Pilo *dict. diſſert.* 12. *n.* 8. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 53. *&* 54.

72 Videamus nunc an emens prædium cum acollatione, & adoſatione ſolvendi cenſum liberetur à cenſus præſtatione, & obligatione ſolvẽdi pẽſiones, dimiſſa, & relaxata re empta. Et ad reſolutionẽ ſuppono quod in Regno particulariter ſtabilitum habemus, *in for.* 21. *fol.* 42. *curiar. anni* 1645. quod emptor prædii cum acollatione, & adoſatione cenſus, virtute ſolæ adoſationis, & abſque alterius inſtrumenti oſtenſione, poteſt executivè conveniri pro cenſus penſionibus, quia acollatio illa idem importat, quod ſi ſpecialiter res vendita fuerit ſubjugata cenſui; Quæ diſpoſitio
foralis, quia exorbitans eſt à juris communis 73
regulis, non debet extendi de caſu venditionis de quo loquitur ad aliũ diverſum caſum, cum ſtatuta iſta neque ex identitate, aut majoritate rationis extendi poſsint ad alium diverſum caſum, ut probavi cum multis in præludio, *n.* 26. *&* 27. Quibus adde, Rotam *deciſ.* 60. *n.* 17. *part.* 7. *recentiſsimar.* Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *q.* 13. *num.* 41. Urceol. *de tranſactionib. q.* 34. *n.* 37. Villagut. *de extention. legum penal. n.* 91. Viloſa *de fugitivis, cap.* 18. §. 3. *n.* 16. Triſtany *deciſ.* 12. *n.* 22. Et declaravit Senatus ſententia per Caſes, *die* 23. *Maii* 1625. inter Marcelam Vicent certo curatorio nomine, & alios, & alia per Daza, *die* 13. *Junii* 1624. inter Dominum Archiepiſcopum Valentinum, & Don Balthaſarem de Monpalau, & alia per Alreus, *die* 12. *Septembris* 1622. inter Franciſcum Bandres, & Gaſparem Gregorium Perez, & alia per Daza, *die* 11. *Februarii* 1622. inter Bartholomeum Oſca, & alios. Unde ad caſum acollationis, vel adoſationis factæ in alio contractu, præterquam venditionis, ut ſi fiat in donatione aut ſimili contractu, non venit extendenda diſpoſitio prædicti fori, ut judicavit Senatus ſententia per Ferrera pro Benavides, *die* 24. *Septembris* 1670. in favorem Don Hieronymi Rocamora, & contra Monaſterium Monialium Sancti Joannis Civitatis Orcellis, de qua in præludio, *n.* 27. Neque ad caſus præteritos potuit extendi diſpoſitio prædicti fori, prout conantur defendere pragmatici multi, & adhuc deciſum extat in dicta Regia ſententia, *diei* 24. *Septembris* 1670. & in alia per Maſcarò, *die* 16. *Martii* 1665. inter Doctorem Amador, & Domnam Vincentiam Zapena, quia fori noſtri, & quælibet lex non extendit vires ſuas ad præteritos caſus, ſed tantum ad futuros, *l. leges* 7. *Cod. de legibus, l. unic. §.* 15. *Cod. de caduſsis tollend. l. penultim. & ultim. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l.* 3. *C. Theodoſ. de conſtitut. princip. cap. dilectus, ut lite pendente, cap.* 2. *de conſtitutionib.* Suarez *de legibus, lib.* 3. *cap.* 14. Anguian. *lib.* 5. *de legib. cap.* 1. Caſtill. *lib.* 4. *controverſiar. cap.* 6. *n.* 88. Larrea *deciſ.* 11. Naten. *juſtit. vulnerat. tit.* 10. *cap.* 9. Valeron. *de tranſactionib. lib.* 1. *quæſt.*

quæſt. 1. n. 12. Antonell. *de tempore legal. lib.* 3 *cap.* 3. *n.* 3. Roxas *deciſ.* 243. Cyriac. *controverſ.* 59. *n.* 8. Spad. *conſ.* 12. *n.* 4. *lib.* 2. & *conſ.* 299. *n.* 17. *lib.* 3. Paul. Meli *obſervat.* 149. *n.* 12. Gonzal. Tellez, Fermoſin. Fagnan. & communiter DD. *in dict. cap.* 2. *de conſtitutionib.* Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 98. Et quod fori noſtri, non ad caſus præteritos, ſed ad futuros reſpiciant; judicavit Senatus, ſententia per Daza, *die* 8. *Maii* 1637. inter Joſephum Garriges, & Eugeniam Tudella, & alia per Alreus, *die* 13. *Julii* 1624. inter Domnam Beatricem Muñoz,& de Artes, & Creditores Baroniæ de Ayodar, & alia per Caſes, *die* 18. *Junii* 1629. inter Domnam Franciſcam Monpalau, & alios. Cum ergo fori ſupradicti diſpoſitio, nequeat juxta juris regulas habere locum in caſibus præteritis, tenendum erit, quod virtute adoſationum, ſive acollationum, quæ in venditionum inſtrumentis celebratis ante editionem fori prædicti reperiuntur factæ,non poterunt executivè conveniri emptores, aut illorum hæredes, ea ratione, quia ad caſus præteritos iſtos non potuit ſe extendi diſpoſitio fori, ut ipſe Senatus juricavit ſententia per Ferrera, *die* 6. *Septembris* 1679. in favorem Vincencii Camps Notarii, & contra Don Didacum Sanz, & alia per Saboya, *die* 8. *Auguſti* 1686. in favorem Petri Rios, & contra Eccleſiam Parrochrialem Villæ de Molvedre, referente Doctriſsimo Senatore Donato Sanchez del Caſtellar P.. C. D. Actuario Seſsè. Neque pro contraria opinione poteſt aliqua conſiderari juris ratio, quia illa quæ vulgariter traditur, nempè legem declarativam antiquæ legis comprehendere non ſolum futura, ſed etiam præterita, *l. final. Cod. de pact. l. final. Cod. de tranſactionib. l. penultim. Cod. de uſuris, authentic. de filiis ante dotal. inſtrument. natis collat.* 3. *cap.*2. *de conſtitution. Clement.* 2. *de judic.* Gabriel. *in ſuis concluſionib. lib.* 6. *concluſ.* 3. *n.* 10. Coſta *de retrotract. caſu* 9. *cap.* 9. *n.* 12. Spad. *conſ.* 113. *num.* 9. *lib.* 1. Venturin. *conſ.* 1. *n.* 414. Meli *obſervat.* 149. *n.* 18. Gonzal. Tellez *ad text. in cap.* 2. *de conſtitut. n.* 19. Non poteſt aplicari ad noſtrum forum, cum per illum non poſsit conſiderari declaratus alius forus antiquus, aut alia lex. Minus poterit dici, forum comprehendere præteritos caſus, quia ita voluit legiſlator, nam etſi poſsit ex juſta cauſa legiſlator facere quod lex comprehendat præterita negotia, & pendentia, Gonzal. Tellez *ubi proxim. n.* 16. Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 98. quo in caſu non erunt comprehenſi caſus per ſententiam terminati, ut dixit Senatus ſententia per Caſes, *die* 18. *Junii* 1629. inter Procuratorem Patrimonialem, & Domnam Franciſcam Monpalau, tamen per ipſum forum conſtat indiffinitè fuiſſe latum, & animum legiſlatoris non fuiſſe extendere illius diſpoſitionem ad præteritos caſus.

74 Iis ſuppoſitis ad quæſtionem propoſitam deveniendo, videtur emptorem prædii cum acollatione ſolvendi cenſum liberari à cenſus præſtatione dimiſſa re, modo ſolvat penſiones decurſas tempore ſuæ poſſeſsionis. Primo, quia emens cum iſta acollatione ſolum remanet obligatus actione reali, cum per acollationem inducatur ſpecialis hypotheca in re empta, *dict. for.* 21. *curiar. anni* 1645. ibi: *Que ſempre, y quant ſe compre alguna caſa, ò heretat ab carrech, y adoſaciò de algun cenſal, naixca per rabo de dita adoſaciò, hypotheca, y obligaciò eſpecial en dita caſa, com ſia preu de aquella, y en virtut de dita hypotheca concorrega lo cenſaliſte, en qualſevol concurs de Acrehedors hypothecaris, y ſi acàs ſe tornàs à vendre ſens carrech, puixa eixecutar lo cenſaliſte ſens fer diſcuciò alguna*: Ergo cum actione reali teneatur, liberabitur dimiſſa re, & cenſus penſionibus ſolutis, ab obligatione cenſus, ex doctrina à nobis tradita, *n.* 69. 70. & 71. Secũndo, quia ſola res empta eſt immediata cauſa acollationis, & emptor ſolum ratione rei tenetur, quod eſt onus reale, & per conſequens dimiſſa re ceſſare debet, Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 178. Galeot. *lib.* 2. *controverſ.* 38. *n.* 41. & 42. Gallerat. *de renunciat. lib.*2. *cap.*3. *per tot.* Tertiò, quia actio perſonalis non poteſt conſiderari adquiſita domino cenſus, contra emptorem cum acollatione ex contractu celebrato inter venditorem prædii & emptorem, ex regula illa, quod alteri per alterum nunquam ſimilis actio quæritur, *l. ſtipulatio iſta*, §. *alteri, ff. de verbor. obligat.* §. *alteri, inſtitut. de inutilibus ſtipulat. cum vulgat.* Cancer. *variar. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 65. & 66. Amator Rodriguez *de execut. ſentent. cap.* 3. *n.* 3. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 9. *n.* 29. Ultimò facit pro hac opinione auctoritas multorum Doctorum tenentium, emptorem rei, aut officii cum acollatione cenſus liberari, dimiſſa re, & ſolutis penſionibus tempore ſuæ poſſeſsionis decurſis, à cenſus præſtatione, Covarrub. *variar. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 6. Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 56. & *lib.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 11. & 12. Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 7. Gutierr. *practic. lib.* 2. *quæſt.* 177. *n.* 5. Avendaño *de cenſib. quæſt.* 99. *n.* 3. Maſtrill. ad Petrum Gregor. *de cenſib. quæſt.* 5. *n.* 233. Valenzuel. *conſ.* 19. *n.* 52. Amato *variar. cap.* 21. *n.* 1. *cum ſequentib.* Mangil. *de evictionib. quæſt.* 82. *ex num.* 12. Marius Muta *deciſ.* 6. & 18. *per tot.* Cencius *de cenſib. quæſt.* 98. *n.* 81. & *quæſt.* 97. *n.* 8. Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 100. Vela *tom.* 2. *diſſertat.* 34. *à n.* 66. Olea *de*

ceſ-



*ceſsion. jurium, tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 53. & 54. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 12. *num.* 8. Contrarium tamen admiſſum habemus in Regno, & ſequitur in Senatu judicando, prout multoties judicatum extitit, emptorem prædii cum acollatione cenſus, teneri non ſolum actione reali ad cenſus præſtationem, ſed etiam actione perſonali in rem ſcripta, ut deciſum extitit ſententia per Maſcarò, *die* 2. *Octobris* 1652. & alia per Benavides, *die* 8. *Auguſti* 1662. in favorem Don Melchioris Figuerola Pardo de la Caſta Dominum Baroniæ de Naquera, & contra Jacobum Tafalla, ibi: *Et ſecundum juridicas diſpoſitiones, tertius poſſeſſor emens rem ſpecialiter hypothecatam cenſui cum onere illud ſolvendi, creditori tenetur, & obligatus remanet, tam actione reali, quam perſonali ex ſtipulatu, & etiam quando ex ejus ſpontanea voluntate ſolvit principali creditori annuos redditus, ſiquidem hoc caſu contractum primo loco celebratum cenſetur aprobaſſe, & contraxiſſe cum eodem creditore, & ex novo quaſicontractu obligatione ſuppoſitus eſt, &c.* Ergo cum actione perſonali teneatur, non liberabitur dimiſſa re, Galeot. *dict. lib.* 2. *controver.* 38. *n.* 41. & 42. Olea *de ceſſion. jurium, dict. tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 52. Carol. Anton. Moccia *deciſ.* 52. Queſad. & Pilo *d. diſſertat.* 12. *num.* 10. Et non parum confirmatur ex eo, quod acollatio cenſus idem eſt, ac originalis creatio illius, Cenſius *de cenſib. quæſt.* 73. *n.* 16. & *poſt tractat. deciſ.* 547. *num.* 1. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 161. Et eodem modo tenetur acollationem faciens cenſus, quam originalitèr onerans illum, Cenſius *ubi proximè*: Ergo eadem actione perſonali tenebitur emens cum acollatione cenſus, quã tenetur ille qui cenſum oneravit. Neque obſtant in contrarium adducta, nam ad primum reſpondetur, quod per forum inducitur ſpetialis obligatio prædii empti cum acollatione, ut executivè conveniatur emens, ſed hoc non tollit, quod actione perſonali etiam teneatur emptor. Ad ſecundum ſatisfacies dicendo, quod non ſolum res empta, eſt cauſa obligationis ſolvendi cenſum in venditione acollatum, ſed conſenſus, & voluntas ementis, qui ex contractu obligatur domino cenſus. Ad ultimum reſpondeo, quod cenſus creditor bene potuit adquirere actionem perſonalem contra emptorem, quia & ſi de jure alteri per alterum obligatio non quæratur, in Regno particularitèr ſtabilitum habemus, quod alteri per alterum poſsit obligatio quæri, *for.* 3. *rubr. ad exibendum*, D. Leon *deciſ.* 130. *num.* 13. & *deciſ.* 160. *num.* 6. Et ita à Senatu reperitur deciſum, ſententia per Alreus, *die* 5. *Julii* 1632. inter Joannem Nuño, & Joannem Acatium Tueſta, & alia per eundem, *die* 30. *Auguſti* 1622. inter Don Antonium Vich de Leiva, & Petrum Torres, & alia per Ferrera, *die* 24. *Octobris* 1646. in favorem Ludovici Duart, & contra Mathiam Vega.
Et in recognoſcente cenſum habito reſpectu ad rei poſſeſsionem, vel in ſolvente illum uti poſſeſore rei ſpecialitèr ſubjugatæ, idem tene, propter Senatus auctoritatem, licet non deſint multi tenentes, liberari recognoſcentem dimiſſa re, nam cum recognitio fiat ratione poſſeſsionis rei, obligatio inducta eſt realis, & dimiſſa re ceſſat. Salgad. *dict. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 100. Queſad. & Pilo *diſſertat.* 12. *n.* 8. Olea *dict. tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 53. & 54. 75

76 Ex eadem doctrina majori cum ratione tene, quod principalis debitor cenſus; & qui illum oneravit ſuper prædiis ſuis, aut ſuper re à creditore ſibi vendita, nunquam liberabitur ab obligatione, dimiſſa re, nam etſi doctus Olea *dict. tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 53. defendat, quod officii emptor, qui ex illius pretio recognovit cenſum, liberari poſsit dimiſſo officio, hoc ſolum poterit procedere, quando ei aufertur officium ex cauſa evictionis, aut alia neceſſaria; æquitati enim conſonum erit, quod hoc in caſu amplius nõ moleſtetur, Bald. Caſtrenſis, Alexand. & Imola *in l. cum mulier* 55. *ff. ſolut. matrim.* Anton. Ball. *ad Pragmat. Regis Alfonſi. lib.* 5. *q.* 1. *n.* 11. Campeg. *de dote, par.* 2. *q.* 92. Amato *reſolut.* 21. *n.* 5. Alitèr erit ſi voluntariè officium, ſive res dimittatur, nam obligatio perſonalis, qua tenetur emptor, nũquam per dimiſsionem rei poteſt extincta conſiderari, prout neque extincta erit, ſi vendatur res, aut alienetur cum onere ſolvendi cenſum, & acollatione, nam nunquam liberabitur ab obligatione perſonali talitèr alienans, Amato *d. reſol.* 21. *num.* 5. Et multo minus ſi debitor creans cenſum ſpecialitèr illum impoſuerit ſuper re ſua propria, nam & ſi ſpecialem alienet cum acollatione cenſus, ſemper obligatus remanebit, obligatione perſonali, quia principalitèr obligato, neque per dimiſſionem ſpecialis hypothecæ, aut alienationẽ non licet ſe eximere ab obligatione illa perſonali, Carol. Anton. Moccia *deciſ.* 52. Queſad. & Pilo *diſſert.* 12. *n.* 9. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 10. *n.* 53. & 54. In tertio ſe conſtituente principaliter obligoto in cenſu idem tenendũ judico, licitum enim eſt cuilibet in ſe ſuſcipere alienam obligationem, & perſonalitèr adſtringi ad ſolutionem cenſus, Cenſius *de cenſib. q.* 95. *n.* 6. Duard. *de cenſib.* §. 3. *q.* 13. *n.* 28. Merlin. *centur.* 2. *controv.* 50. *n.* 37. Olea *d. tit.* 1. *q.* 1. *n.* 57. Iſte enim tertius non liberabitur dimittendo rẽ ſpecialitèr cenſui ſubjugatã, *l. eũ qui*, §. *quod exigimus, ff. de conſt. pecun.* ibi: *Nam quod ego debeo, tu conſtituendo teneberis.* Vela, Cenſius, Milanenſis, & alii adducti à Olea *de ceſsion. jurium, d. tit.* 1. *q.* 1. *n.* 54. 55. & 56. Pegas *d. cap.* 10. *n.* 55. & 56.

Si

77 Si creditor cenſus careat inſtrumento contractus, & aliis legitimis titulis, & ſolum habeat quaſi poſſeſsionem exigendi penſiones cenſus, obſervatum habe, quod ſi poſſeſſio fuerit exigendi penſiones per ſpatium triginta annorum, ſufficiens titulus erit, ut virtute quaſi poſſeſsionis ſolius, poſsit creditor executionem facere pro cenſus penſionibus, & obtineat non ſolum in poſſeſſorio, ſed etiã in petitorio, Duard. *de cenſib.* §. 1. *quæſt.* 19. *num.* 15. D. Leon *deciſ.* 19. *num.* 14. & 15. Vela *diſſertat.* 33. *num.* 70. & 71. Cenſius *de cenſib. quæſt.* 90. *num.* 19. Franciſc. de Angel. *de confeſſionib. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effectu* 17. *num.* 8. Et quod quaſi poſſeſsio iſta triginta annorũ, ſufficiat, ut creditor cenſus abſque alio titulo poſsit cenſus penſiones exigere declaravit Senatus, ſententia per Benavides, *die* 25. *Martii* 1658. inter Domnam Hieronymam Diez Giron de Rebolledo, & Don Galcerandum Ivañez Bou Generoſum, & alia per Ferrera, *diei* 1. *Martii* 1662. inter Monaſterium Sancti Michaëlis de los Reyes, & Monaſterium Monialium de Jeruſalen extra, & propè mœnia Urbis conſtructum, & alia per Ferrera pro Saboya, *die* 26. *Septembris* 1674. in favorem Raphaelis Garcia de Salat Generoſi, & contra Illuſtrem Mrchionem de Orani, referente Doctiſsimo Senatore Donato Sanchez del Caſtellar, R. C. D. confirmata in alia aula, ſententia per Saboya, *die* 29. *Martii* 1680. referente ſapientiſsimo Senatore Iſidoro Aparicio Gilart R. C. D. & in judicio nullitatum confirmata, alia per eundem, *die* 3. *Junii* 1681. Idem invenitur deciſum, alia publicata, *die* 25. *Januarii* 1677. inter Syndicum Villæ de Molvedræ, & Syndicum Villæ de Cervera, & alia in S. S. Aragonum C. *die* 19. *Aprilis* 1593. inter Elionoram Bonaſtre, & Univerſitatem de Novelda. Et adhuc docẽt multi, quod ſi præſtationes annuæ fuerint cauſatæ, ideſt cum cauſa factæ, ſufficiet tempus decem annorum, *l. cum de in rem verſo. ff. de uſuris, l. litibus, Cod. de agricolis, & cenſit. lib.* 11. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 131. *n.* 59. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 5. Flores Dias de Mena *variar. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 43. Carol. Anton. de Luca, ad Gratian. *cap.* 208. *num.* 5. Et contra ipſum debitorem procedere præſcriptionem iſtã decennalem, docent Cencius *de cenſib. quæſt.* 81. *num.* 15. & *quæſt.* 90. *num.* 16. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 17. *num.* 6. Licet contra tertium non ſufficere tempus decem annorum tradant, Cencius *de cenſib. quæſt.* 43. *n.* 33. Fulgin. *de jure emphit. tit. de contract. emptionis, quæſt.* 15. *n.* 3. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 17. *num.* 10.

78 Ante pragmaticalem ſanctionem anni 1614. legitimè poterãt cenſus onerari quoad intereſſe, ad rationem duorum ſolidorum pro qualibet libra, ut dixit Senatus ſententia per Daza, *die* 20. *Auguſti* 1619. inter Ludovicum Ramos Clericum, & Petrum Buart Clericum; ſed in prædicta Regia pragmatica conſtitutũ extitit, quod omnes cenſus ſolverentur ad rationem unius ſolidi pro qualibet libra, & quod de cætero nulli crearentur cenſus cum majori intereſſe, prout ita factum fuit; nam poſt pragmaticalem ſanctionem, intereſſe cenſuum ordinarium fuit unus ſolidus pro qualibet libra, & aliquæ Eccleſiæ, & Conventus, qui ad majorem forum cenſus crearunt fuit, quia eis indultum auctoritate Regia. Reſpectu vero cenſuum Univerſitatum Neophitorum alitèr conſtitutum fuit, nam ſolum
oppidorum Domini obligati fuerunt ad ſol- 79
vendos cenſus ad rationem ſex denariorum pro qualibet libra. Quod ſolum habuit locũ in dominis actualibus, qui habebant oppida tempore expulſionis, & obtinuerunt reductionem, ſecùs in dominis, qui reductionem non obtinuerunt, nam iſti tenentur ſolvere cenſus juxta reductionem generalem, & ad rationem unius ſolidi pro libra, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 7. *Novembris* 1617. inter Joſephum Tous, & Michaelem Angelum Pujol, & alia per Alreus, *die* 27. *Octobris* 1626. inter Don Galcerandum Bou, & Don Eximenium Perez de Calatayud. Et an hæc comprehenderint univerſitates dominorum ſtatus Eccleſiaſtici vide, *for.* 36. *fol.* 41. *curiar. anni* 1626. Reductio tamen pragmaticalis cenſuum univerſitatum Neophitorum non ſe extenſit ad cenſus Eccleſiarum, locorum piorum, & dotationum beneficiorum, nam ad forum ordinarium unius ſolidi pro qualibet libra debuerunt ſolvi, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 5. *Januarii* 1621. in favorem Collegii D. Sebaſtiani Villæ de Gandia, & contra Villam de Corbera. Neqe fuit extenſa reductio horum cenſuũ ad alios principales obligatos ſimul cum univerſitate Neophitorum, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 7. *Junii* 1618. inter Laurentium Saydia, & Illuſtrem Marchionem de Albayda, & Creditores. Eodem modo, quia reductio pragmati-
calis ſolum fuit reſpectu cenſuum, & ad alia 80
non debet extendi, tenendum eſt, quod debitoria cum reſponſione intereſſe non fuerũt reducta per Regiam Pragmaticam ad rationem unius ſolidi pro qualibet libra, neque ad illa ſe extenſit pragmaticalis diſpoſitio, imò ad rationem intereſſe conventi ſemper debuerunt ſolvi, ut judicavit Senatus ſententia per Saboya, *die* 24. *Julii* 1670. in favorem Domnæ Tereſiæ Fenollet, & de Boil, & contra Vincentium Lopez agricultorem, confir-

ma-



mata, alia per eundem, *die* 10. *Octobris* 1670. inter eaſdem partes. Nunc autem conſtitutum habemus *in for.* 203. *fol.* 178. *curiar. anni* 1645. Quod cenſus omnes poſsint onerari in
81 Regno, quoad intereſſe ad rationem ſexdecim denariorum pro qualibet libra, non ſolum in favorem communitatis Eccleſiaſticæ, ſed cujuſlibet particularis.

82 Pro coronide videamus, an incenſu præſumatur licentia? Et pro regula tenendum eſt non præſumi, quia ſolemnitas extrinſeca eſt, quæ non præſumitur niſi probetur, *l. final. C. de fideicommiſſ. l. quæcumque, §. final. ff. de publiciana*, Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 17. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 11. & *lib.* 2. *tit.* 16. *num.* 19. Barboſ. *ad text. in cap.* 4. *de emption. & vendit.* Limi-
83 ta primo ſi elapſi fuerunt centum anni à die contractus cenſus ab univerſitate celebrati, tunc enim præſumitur interveniſſe licentiam D. Regis, aut Domini oppidi, tempore contractus, ita ex Cravet. *de antiquit. tempor.* 3. *part. num.* 17. & 18. Docet D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 188. *num.* 10. Et hujuſmodi præſumptio antiquitatis temporis, tam vehemens eſt, quod etiam ſi in cenſus inſtrumento dicatur licentiam interpoſitam fuiſſe à domino mixti imperii, & alfonſinæ juriſdictionis, credendum eſt interveniſſe licentiam domini meri imperii, & ſupremæ juriſdictionis, ut judicavit Senatus ſententia per Monçò pro Benavides, *die* 17. *Decembris* 1659. inter Syndicum Monaſterii de Valldechriſt, & Villam de Nulles. Idem erit tenendum, ſi ſolum nonaginta anni effluxerint, nam præſumi debent licentia, & cæteræ ſolemnitates, etiam non enunciatæ, Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 123. Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 7. *tit.* 11. *n.* 10. Fontanell. *deciſ.* 439. *num.* 12. & *de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 13. *part.* 4. *n.* 14. & 21. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 63. Limita ſecundo ſi obſervatus
84 fuerit contractus cenſus, & ſolutæ penſiones, nam tunc ſufficiet triginta annorum curſus, ut interventus licentiæ legitimè probatus extet, & quælibet aliæ ſolemnitates extrinſecæ, ut probavi, *in cap.* 11. *de decretis*, *num.* 68. Semper contractus obſervantia, & penſionum ſolutio facit præſumere ſolemnitates interveniſſe, Urceol. *tom.* 2. *controverſiar. cap.* 76. Amiden. *de ſtyl. datar. cap.* 15. §. 10. *num.* 9. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 63. Et licet multi teneant, quod curſus ſolus triginta annorum ſufficiens erit ad inducendam præſumptionem interventus licentiæ, Ancarran. *conſ.* 135. Alexand. *conſ.* 79. *lib.* 1. Corneus *conſ.* 109. *in fin. lib.* 3. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *inſpect.* 3. *num.* 34. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1371. *num.* 92. Mantic. *deciſ.* 101. Seraphin. *deciſ.* 1125. *num.* 3. Barboſ. *ad text. in cap.* 4. *de empt. & vendit. num.* 2. Caſtropal. *tractat.* 9. *diſputat. unic. de rebus Eccleſ. non alienand. P.* 15. §. 2. *num.* 13. Pellizar. *in manual. regular. tom.* 1. *tractat.* 6. *cap.* 8. *n.* 114. Non ſequitur illorum opinio in noſtra praxi, quia non interveniente obſervantia contractus, aut enunciativa licentiæ, vel alio adminiculo, per ſolum curſum triginta annorum non probatur præſumptivè licentia, ut judicavit Senatus ſententia per Benavides, *die* 16. *Maii* 1661. in favorem Domnæ Joſephæ Pardo, & contra Egregiam Comitiſſam de la Alcudia, & concurrente enunciativa licentiæ facta in inſtrumento mandati, aut contractus cenſus,
ſimul cum temporis diuturnitate triginta an- 85
norum probabitur interventus licentiæ, & quælibet alia ſolemnitas, ut probavi, *in dict. cap.* 11. *de decret. num.* 68. Et Senatus judicavit per trãſcurſum ſeptuaginta annorum probatam fuiſſe licentiam enunciatam in cenſus inſtrumento, ſententia per Ferrera, *die* 5. *Octobris* 1678. in favorem Mariæ Macià, & de Eſparſa certo curatorio nomine, & contra Illuſtrem Ducem de Gandia, & alia per Saboya, *die* 21. *Februarii* 1681. in favorem Salvatore Cabrera, & de Font viduæ, & contra ipſum Illuſtrem Ducem. Et ſi enunciativæ fuerint geminatæ, & in diverſis inſtrumentis factæ, melius probabitur licentia, cum in antiquis ſimiles enunciativæ probent enunciatum, Franchis *deciſ.* 357. *num.* 5. Genua *de ſcriptura enunciativis verbis, &c. lib.* 2. & *quæſt.* 1. *à num.* 65. Boer. *deciſ.* 281. *num.* 5. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 924. *num.* 6. Cevall. *quæſt.* 44. Garcia *de nobilitat. gloſſ.* 41. *n.* 1. Gayto *de credito, part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 2. *n.* 322. Fermoſin. *ad text. in cap. illud* 11. *de præſumptionib. quæſt.* 3. *num.* 42.

La Ciudad, Villa, ò Lugar, que quiere
„ agenar los bienes que poſſee, deve obtener 86
„ ſu licencia, ò decreto en la forma que dixe
„ deve obtenerſe el decreto, para agenar bie-
„ nes de menores; pero como en el Reyno lo
„ mas frequente es vender, y cargarſe las
„ Univerſidades, Villas, y Ciudades cenſos,
„ la practica de hacerſe eſtos cargamientos,
„ es, que el Rey nueſtro Señor por juriſdi-
„ cion voluntaria, y deſpachando Real Privi-
„ legio, informado de la neceſsidad de la
„ Ciudad, Villa, ò Lugar concede la facultad
„ para cargarſe el cenſo, como tambien por
„ eſte medio la concederia para agenar los
„ proprios de la Ciudad, Villa, ò Lugar. Y ſi
„ el Lugar, ò Villa fuere de Señor particular,
„ ſe dà eſta licencia por el Señor de la ſupre-
„ ma juriſdiccion, que es el Baron, con inſtru-
„ mento publico, hecho ante Notario, y teſ-
„ tigos, y ſi no tuviere el Señor particular
„ mas que la juriſdicion alfonſina, no dà eſte
„ la licencia, ſino es el Señor que tiene la ſu-
„ prema juriſdicion, la qual ſe ſuele exercer

por

„ por el Bayle General in rebus Regiæ ditio-
„ nis, D. Matheu *de regim. cap. 6. §. 2. n.* 28.
„ Y ſi el Señor particular tuviere la ſuprema
„ juriſdicion, y èſta, ò por pleito, ò por otra
„ razon eſtuviere ſequeſtrada por el Real
„ Conſejo, la licencia para cargarſe el cen-
„ ſo, ò agenar, ſe dà por el Real Conſejo,
„ haciendoſe decreto con cognicion de cau-
„ ſa, y citacion de los que pretenden la Baro-
„ nìa, ò Lugar, proponiendo el libelo en
„ eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Syndich de T. Baronìa ſuplicant com millor pot, diu, que lo Juſticia, y Jurats, y Concell general de dita Baronìa, han tengut arrendats los drets dominicals de aquella per eſpay de dos quadrienis, per preu de 1000. lliur. caſcun any, y à ocaſiò de les males collites, han tengut molt pochs fruits, y els que tenen no els poden vendre à preu competent, eſpecialment lo forment, que es de ahon pendeix la major part del deſempeño, pues và, y paſſa per un preu tan baix, per rahò de lo qual, y per deure diferents cantitats de les pagues de dit arrendament, ſe ha paſſat à trametres la Cort, y ferſe gaſtos conſiderables, ſegons es ben notori à eſta Real Audiencia, è com pera obviar los gaſtos ſobredits, y danys que patix dita Baronìa, y pera poder acudir à donar ſatisfaciò de alguna part de lo que deu, haja fet diligencia lo Suplicant pera veure ſi hi auria perſona que donàs 1000. lliur. à cenſal, y haja trobat que F.T. les donarà à rahò de 1. ſou per caſcuna lliura, lo que redundarà en notori benefici, y utilitat de la dita Baronìa.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Suplìca ſe li mane rebre una ſumaria informaciò de teſtimonis, à fi, y efecte de verificar, y probar les males collites, y infortunis que ſe han paſſat en los huit anys del ſobredit arrendament, y lo baix preu que tenen los fruits, y en particular lo forment, y que es mes util, y profitòs à dita Baronìa el pendre les dites 1000. lliur. à cenſal, guardant los dits fruits pera quant tinguen eſtimaciò, que vendre aquells à tan baix preu, ni à guardar los gaſtos, y moleſties de les eixecucions. Y conſtant per dita informaciò de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter ſuplica ſels mane donar facultad als dits Juſticia, Jurats, y Concell de dita Baronìa pera fer, y fermar lo carregament de dites 1000. lliur. per obs de depoſitar part del preu de dit arrendament, interpoſant en tot lo deſus dit lo decret judicial de eſta Real Audiencia, y que la preſent es mane evocar à eſta Real Audiencia, y cometre al Noble F. T. D. D. R. C. Ohidor que es de les cauſes, y pretenſions de dita Baranìa, qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die 22. Decembris 1687.*
*F. V. Recipiatur informatio, &*
*Intimetur.*
F. T.





# CAPUT XIV.

## *DE DECRETO ad Alienanda Eccleſiarum bona.*

### SUMMARIUM.

1 *Dominium bonorum Eccleſiæ, pœnes quem ſit.*
2 *Eccleſia, Prælatus, aut Capitulum nequeunt alienare Eccleſiæ bona abſque decreto.*
3 *Prælatus, aut Capitulum ſolum adminiſtratores ſunt bonorum Eccleſiæ.*
4 *Adminiſtratores non poſſunt alienare adminiſtrationis bona abſque decreto.*
5 *Eccleſiæ bona non debent alienari abſque tractatu, & capituli conſenſu. Item, neque abſque juſta cauſa. 6. Et quæ ſint juſtæ cauſæ remiſſivæ. 7.*
8 *Alienatio bonorum Eccleſiæ abſque decreto, & aliis ſolemnitatibus eſt nulla ipſo jure.*
9 *Eccleſia immobilia, & fructus, alienari debent cum decreto judicis laici.*
10 *Judicis Eccleſiaſtici non cognoſcunt in Regno de quæſtionibus bonorum immobilium, vel eorum fructuum, etiam ſi agatur actione perſonali.*
11 *Eccleſiæ in praxi noſtra alienant bona immobilia duobus decretis interpoſitis, unum judicis ſecularis, & aliud Eccleſiaſtici.*
12 *Eccleſiæ bona de jure non poſſunt alienari abſque licentia Romani Pontificis.*
13 *Declara, quod alienari poſſunt juſta interveniente cauſa, cum decreto ordinarii Eccleſiaſtici.*
14 *Monaſterii bona immobilia cum quibus decretis alienari poſſint.*
15 *Praxis, & libellus ad alienationem bonorum Eccleſiæ faciendam.*

1 EXAGITARI ſolet inter DD. pœnes quas perſonas dominium bonorum Eccleſiæ ſit; aliqui tenent pœnes Deũ eſſe, *cap. cum ex eo, de electione. cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præben. & dignitatib.* Don Michaël Luna de Arellano *Antinom. lib. 3. antinom. 4. n. 6.* alii pœnes ſummum Eccleſiæ Præſulem, Turrecremat. *in cap. videntes, 12. quæſt. 2.* Sarmient. *de redditib. part. 1. cap. 1. num. 22. & plures adduct.* à Gonzal. Tellez *ad text. in cap. 2. de rebus Eccleſ. alienand. vel non num. 2.* Caſtejon *in alphabet. verb. Eccleſia, num. 42.* Non nulli vero docent pœnes pauperes eſſe, per text. *in cap. 2. de rebus Eccleſ. alienand. vel non, cap. expedit 12. quæſt. 1. cap. Epiſcop. 12. quæſt. 1. novell. 36.* Sarmient. *ubi proxim.* Sed rectius communiter traditur, dominium bonorum Eccleſiæ non eſſe pœnes Prælatos, vel capitulum, neque pœnes Pontificem, vel Deum, ſed pœnes Eccleſiam ipſam, *l. final. Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis, cap. inter 16. quæſt. 3. cap. expedit 12. quæſt. 1. cap. cauſa 13. de verbor. ſignificat.* Turrecremat. *ubi proxim.* Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 10. n. 44.* Molin. *tract. 2. de juſtit. & jure, diſputat. 142.* Gonzalez Tellez *ad text. in cap. 1. de rebus Eccleſ. alienand. vel non, n. 4. & ad text. in dict. cap. 2. num. 2.* Antunez *de donationib. tom. 2. part. 3. cap. 13. num. 64. & 66.* Unde Eccleſiæ Prælatus, aut Capitulum, prædia, & alia Eccle-
ſiarum bona alienare non poterunt, abſque 2
ſuperioris decreto, & licentia, *leg. jubemus, 14. leg. penultim. Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis, authentic. hoc jus, Cod. eod. novell. 7. & 120. cap. nulli, de rebus Eccleſ. alienand. vel non, cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. Clementin. 1. eod. extravag. ambicioſè, eod. cap. quiſquis 19. cap. Apoſtolicos 33. cap. Diachoni 35. cap. quiſquis, 37. cap. Abbatibus 41. 12. quæſt. 2. cum aliis adduct.* à Barboſ. *de univerſ. jure Eccleſiaſtic. lib. 3. cap. 30. per tot.* Vela *diſſertat. 15.* Valaſc. *de privileg. pauper. lib. 1. quæſt. 22.* Rouſell. *lib. 5. hiſtor. Pontific. juriſdict. cap. 1.* Garcia *tom. 2. politic. regular. fol. 621.* Loter. *de re beneficiar. lib. 3. cap. 25.* Botiller. *de ſucceſſionib. part. 2. theoremat. 56.* Arias de Meſa *variar. lib. 2. cap. 41. & lib. 3. cap. 23.* Gibalin. *de negotiation. tom. 2. lib. 4. cap. 8.* Caſtill. *de aliment. cap. 64.* Delben. *de immunit. tom. 2. cap. 17.* Graña *ad text. in cap. nulli, de rebus Eccleſ. alienan. vel non, num. 1.* Dartis *de beneficiis, ſect. 7.* Olea *de ceſsion. jurium, tit. 7. quæſt. 1. num. 2.* D. Matheu *de regim. cap. 11. §. 6. num. 9. & 10.* Marinis *lib. 1. reſolution. cap. 4. uſque ad 7.* Cavaler. *deciſ. 288. n. 1.* Franciſc. Maria Prat. *in reſponſ. criminal. 31. num. 88.* Otthobon. *deciſ. 6. num. 7.* Germon. *lib. 3. de ſacrorum immunitat. cap. 17.* Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap. nulli,* Franciſc. Bordon. *in opere moral. regular. reſolut. 27. per tot.* Don Michaël Luna de Arellano *dict. lib. 3. antinom. 4.* Felician. de Oliva *de foro Eccleſ. part. 2. quæſt. 34. n. 16.* Fagnan. *ad text. in dict. cap. nulli, num. 1. cum ſequent.* Pyrrhus Corrad. *in prax. diſpenſat. lib. 9. cap. 11. num. 1. cum ſequent. & in prax. beneficior. lib. 2. cap. 15. n. 72. & 73.* Tondut. *lib. 1. quæſt. 74. & 98.* Barboſ. *vot. 30. & 79. à num. 93.* Caponi *tom. 2. diſceptat. 70. &*

diſceptat. 94. n. 26. & tom. 3. diſcept. 154.
& tom. 4. diſceptat. 270. Fulgin. de jure em-
phiteut. tit. de contractib. quæſt. 8. & 9. Villa-
gut. de rebus Eccleſ. alienand. part. 2. cap. 2. n.
6. Oñate de contractib. tom. 1. diſput. 23. n.
77. cum ſequentib. Rot. poſt colluctat. Bonden.
deciſ. 14. n. 8. Amiden. de ſtyl. datar. cap. 15.
§. 10. n. 1. cum ſequentib. Caſtejon in al-
phabet. verb. Eccleſ. num. 44. Turricell. de re-
bus Eccleſ. alienand. cap. 6. n. 2. Knipſchilt.
de fideicommiſſ. cap. 5. n. 103. Rota poſt Torre
de pactis futur. ſucceſſion. deciſ. 45. n. 1. & de-
ciſ. 229. n. 1. Urceol. de tranſactionib. quæſt.
23. & 24. Franciſc. de Angelis de confeſſio-
nib. lib. 3. quæſt. 2. n. 3. Cardinal. de Luca
de alienationib. diſcurſ. 1. n. 8. & diſcurſ. 13.
n. 2. cum ſequentib. & diſcurſ. 17. n. 7.
Rocc. de officiis, rubr. 12. §. 6. n. 22. Carp-
zovius in juriſprud. forenſ. part. 3. conſtitut. 8.
definit. 33. n. 5. Pechii de aquæduct. tom. 1.
cap. 3. quæſt. 10. n. 1. Moſtazo de cauſis piis,
tom. 1. lib. 4. cap. 8. n. 33. & tom. 2. lib. 5. cap.
6. n. 62. Et quod Eccleſiæ bona abſque de-
creto alienari non poſsint declaravit Senatus,
ſententia per Saboya, die 28. Septembris 1686.
in favorem Pauli Creſpàn, & contra Clerum
Eccleſiæ Parochialis Sancti Salvatoris noſtræ
Urbis, referente Nobili Senatore Don Dida-
3 co Deſcals R. C. D. Actuario Matheu. Ratio
prohibitionis ſupradictæ conſiſtit in eo, quod
Prælatus, aut capitulum, non ſunt domini bo-
norum Eccleſiæ, ſed adminiſtratores tantum,
cap. 2. de donationib. cap. final. cap. videntes, cap.
Epiſcopus 12. quæſt. 1. Graña ad text. in cap.
1. de rebus Eccleſ. alienand. n. 2. Gonzalez
Tellez ad eundem text. n. 4. Et ſimiles ad-
4 miniſtratores non poſſunt ſine judicis decre-
to, & ſuperioris ſui licentia, bona admini-
ſtrationum alienare, l. 1. cum ſequent. ff. de re-
bus eorum, l. magis puto, §. non paſſim, ff. eod. l.
lexque 22. Cod. de adminiſtrat. tutor. l. 1. & tot.
tit. Cod. de prædiis, & aliis rebus minorum, for.
17. & 18. rubr. de teſtamentar. tutell. Franciſc.
de Angelis de confeſſionib. lib. 3. quæſt. 2. n.
3. Manfrell. in obſervat. ad Capyc. Latr. ob-
ſervat. 19. n. 8. Triſtany deciſion. 24. n.
161.

5 Debet etiam in alienationibus bonorum
Eccleſiæ, ultra ſuperioris decretum, interve-
nire tractatus, & conſenſus capituli, cap. 1. 2.
& 3. cap. tua, de iis quæ fiunt à Prælato ſine
conſenſu capituli, cap. ſine exception. 52. 12.
quæſt. 2. cap. hujuſmodi, §. quod ſi neceſſitas 10.
quæſt. 2. cap. nulli de re rebus Eccleſię alienand. vel
non, Covarrub. variar. in commentario, de alie-
nat. rerum Eccleſ. n. 7. Redoan. de rebus
Eccleſ. non alienand. quæſt. 24. Quaranta in
bullar. verb. alienatio rerum Eccleſ. n. 4. Bar-
boſ. de jure univerſ. Eccleſiaſtic. lib. 3. cap. 30.
& de poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 95. Arias
de Meſa variar. lib. 3. cap. 23. Carvalho in cap.
rainucius, 2. part. n. 314. Gonzalez Tellez
ad text. in dict. cap. 1. de iis quæ fiunt à Prælato
ſine conſenſ. capitul. n. 7. Felician. de Oliva
de for. Eccleſ. 2. part. quæſt. 41. n. 41. Oña-
te de contractib. tom. 1. diſput. 23. n. 100.
Caſtejon in alphabet. verb. Eccleſ. num. 44.
Cyriac. controverſ. 131. Caponi tom. 2. diſ-
cept. 94. n. 17. Amiden. de ſtyl. datar. cap.
15. §. 10. n. 25. Franciſc. de Angelis de
confeſſionib. lib. 3. quæſt. 2. n. 65. Et ultra ſu- 6
pradicta, debet concurrere juſta, & legitima
cauſa, quia ſine illa non alienantur Eccleſiæ
bona, leg. ſancimus, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.
novell. 6. Juſtinian. cap. ſicut 16. cap. ſine ex-
ception. 52. cap. terulas 56. cap. ad aures 70.
12. quæſt. 2. Barboſ. dict. allegat. 95. Amat.
conſ. 63. Thoro in compend. deciſion. verb.
alienatio rei Eccleſiæ, Suelves cent. 1. conſ. 87.
n. 1. Don Emmanuel Gonzalez Tellez ad
text. in dict. cap. nulli, de rebus Eccleſ. alie-
nand. vel non, n. 12. Bordon. in opere mo-
ral. regul. dict. reſolut. 27. n. 21. cum ſe-
quent. Fagnan. in dict. cap. nulli, n. 7. cum
ſequent. Oñate de contractib. tom. 3. diſput. 80.
n. 10. Knipſchilt. de fideicommiſſ. cap. 11.
n. 70. Rot. poſt colluctat. Bonden. deciſ. 14.
n. 8. Pyrrhus Corrad. in prax. diſpenſat. lib.
9. cap. 11. n. 2. & cap. 1. n. 17. Barboſ.
vot. 126. n. 19. Caponi tom. 2. diſceptat.
70. & tom. 5. diſceptat. 338. Franciſc. de An-
gelis de confeſſionib. lib. 3. quæſt. 2. n. 28.
Caſtejon in alphabet. verb. Eccleſia, n. 44.
Amiden. de ſtyl. datar. cap. 15. §. 10. n. 56.
cum ſequentib. Manfrell. in obſervat. ad Ca-
pyc. Latr. obſervat. 19. n. 8. Cardinal. de
Luca de alienationib. diſcurſ. 1. n. 7. & diſ-
curſ. 54. n. 5. & 10. Antunez de donationib.
tom. 2. part. 3. cap. 13. n. 64. Turicell. de re-
bus Eccleſ. non alienand. cap. 6. Urceol. de
tranſactionib. quæſt. 23. n. 1. Anton. Go-
bius conſultat. 71. n. 34. Triſtany deciſ. 24.
n. 161. Et quæ ſint legitimæ cauſæ, & ſuf- 7
ficientes ad alienanda Eccleſiarum bona tra-
dunt, Gloſſ. in cap. ſumma 12. quæſt. 2. Re-
doan. de rebus Eccleſ. alienand. vel non, quæſt.
19. Molin. de juſtit. & jure, diſput. 468. con-
cluſ. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 172.
num. 8. Gilchen. in authentic. hoc jus, Cod.
de Sacroſanct. Eccleſiis, Silveſter in ſumma,
verb. alienatio, num. 2. Navarrus tom. 2. com-
mentar. de alienat. num. 4. Rodrig. quæſt. re-
gular. tom. 1. quæſt. 27. artic. 2. Bonacin. de
alienat. part. 3. Bordon. dict. reſolut. 27. n. 22.
cum ſequent. Gonzalez Tellez, & Fagnan. ubi
proxim. Oñate de contractib. tom. 1. diſput. 23.
num. 77. cum ſequentib. Antonell. de tempor.
legal. lib. 2. cap. 72. num. 23. Caponi tom. 2.
diſceptat. 94. n. 32. Pyrrhus Corrad. in prax.
diſpenſat. lib. 9. cap. 1. n. 18. & 19. Caſtejon
in



in alphabet. verb. Eccleſia, n. 44. Amiden.
de ſtyl. datar. dict. cap. 15. §. 10. n. 56. cum
ſequent. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part.
3. conſtitut. 8. definit. 33. n. 5. Antunez
de donationib. dict. tom. 2. part. 3. cap. 13. n.
65. Moſtazo de cauſis piis, tom. 1. lib. 4. cap.
8. n. 33. & tom. 2. lib. 5. cap. 6. n. 62.

8 Si ergo abſque ſuperioris decreto, & cæ-
teris ſolemnitatibus à nobis traditis, alienen-
tur Eccleſiæ res immobiles, aut mobiles, quæ
ſervando ſervari poſſunt, alienatio ipſo jure
eſt nulla, adeo quod non ſit neceſſaria judicis
aliqua declaratio, cap. ſine exception. cap. quis
quis, cap. quidquid 12. quæſt. 2. cap. 2. de re-
bus Eccleſ. alienand. in 6. Clementin. 1. eod. ex-
travag. ambitioſe, eod. Barboſ. de jure univerſ.
Eccleſiaſtic. lib. 3. cap. 30. n. 46. & dict. alle-
gat. 95. n. 2. Camill. de la Rata conſ. 37.
n. 1. Thomas Hurtado tom. 1. de congrua,
lib. 1. §. 17. per tot. Suelves conſ. 87. n. 2.
Bordon. dict. reſolut. 27. n. 35. Marinis lib.
1. reſolut. cap. 6. & 7. Gonzalez Tellez ad tex.
in cap. ſi quis presbyteror. 6. de rebus Eccleſ.
alienand. vel non, n. 2. Fagnan. ad text. in
dict. cap. nulli, n. 45. & 46. Caponi tom.
2. diſceptat. 94. n. 29. cum ſequentib. Pyrrhus
Corrad. in prax. diſpenſat. lib. 9. cap. 11. n.
1. cum ſequent. Amiden. de ſtyl. datar. cap. 15.
§. 10. num. 1. Cardinal. de Luca de alienat.
diſcurſ. 1. num. 99. Bich. deciſ. 375. num. 1.
& deciſ. 442. num. 10. Urceol. de tranſactio-
nib. quæſt. 23. num. 19. Peutinger. deciſ. 22.
num. 1. cum ſequentib. Franciſc. de Angelis
de confeſſionib. lib. 3. quæſt. 2. num. 29. Quod
intelligere debes, quando Eccleſia non vult
ſtare alienationi, aut contractui, nam tunc
nullitas habebit locum, ſecus erit ſi Eccleſia
vellit alienationi, & contractui ſtare, quia
tunc non habebit locum nullitas, cum in iis
caſibus ſemper detur electio Eccleſiæ, Mo-
naſterio, aut adminiſtrationi ſtandi, aut re-
cedendi à contractu ſine ſolemnitatibus, &
decreto celebrato, ut ſapientiſsimus Senatus
noſter judicavit ſententia per Caſes, die 5. De-
cembris 1637. inter Syndicum Monaſterii de
Santa Thecla, & adminiſtratores bonorum
Decani Joſephi Corder.

9 Quando immobilia Eccleſiæ bona alienan-
tur, aut illorum fructus, intervenire debet de-
cretum judicis laici, D. Matheu de regim. cap.
11. §. 6. num. 10. & 11. aliter nullius momē-
ti erit alienatio, ut probavi, in cap. 11. de de-
cretis, num. 56. Ea ratione, quia Eccleſiaſti-
ci judices non habent juriſdictionem in Reg-
10 no ad cognoſcendum de quæſtionibus ſuſci-
tatis ſuper bonis immobilibus, vel eorum fru-
ctibus, adhuc inter Eccleſiaſticos, etiam ſi ac-
tione perſonali fructus petantur, for. 6. rubr.
de juriſdict. omnium judic. for. 6. & 15. de re-
bus non alienand. cum aliis à me traditis, dict.
cap. 11. de decretis, num. 57. Quibus adde Re-
giam ſententiam publicatam per Daza, die 24.
Octobris 1613. in favorem Joſephi Rani, &
contra Petrum Gregorium Fortuny, ubi deci-
ſum extat illud, quod Eccleſiaſtici reſpectu
bonorum immobilium, & illorum fructuum
actione perſonali conventi, debent coram ju-
dice laico judicium ſuſcipere. Tutius ſemper 11
erit facere, quod in noſtra praxi aſsiduè fit,
nempè, interponere decretum in alienatione
bonorum immobilium, & illorum fructuum,
tam à judice ordinario Eccleſiaſtico, quam
Seculari, propter rationes à me traditas, in d.
cap. 11. num. 58.

Eccleſiæ judici ordinario Eccleſiaſtico ſub- 12
jectæ, nequeunt de jure bona ſua alienare abſ-
que Romani Pontificis licentia, extravag. am-
bitioſe de rebus Eccleſ. alienand. vel non. Me-
noch. de arbitrar. caſu 171. à n. 31. Quaran-
ta in ſumma bullar. verb. alienatio rerum Eccleſ.
n. 5. Graſis tom. 2. conſ. 1. diferenſ. 3. n.
15. Suelves conſ. 87. in princip. Magon. de-
ciſ. Florentin. 69. n. 4. Marius Antonin. va-
riar. lib. 1. reſolut. 5. n. 15. Ciarlin. controv.
tom. 1. cap. 45. n. 23. & 24. Bonacin in tract.
de alienat. rerum Eccleſ. quæſt. unic. part. 4. n.
6. & 20. Bocius in moralib. tom. 3. tit. 18. §.
5. n. 195. Franciſc. Bordon. dict. reſolut.
27. n. 33. Fulgin. de jure emphiteut. tit. de
contractib. quæſt. 21. n. 12. Fagnan. ad tex.
in cap. nulli, de rebus Eccleſ. alienand. vel non
à n. 12. uſque ad 19. Pirrhus Corrad. in
prax. diſpenſat. lib. 9. cap. 1. n. 22. Bonden.
de jure controverſ. colluctat. 26. n. 55. Bich.
deciſ. 442. n. 10. Roxas deciſ. 48. n. 7.
Urceol. de tranſactionib. quæſt. 23. n. 1. Man-
frell. in obſervationib. ad Capyc. Latr. ob-
ſervat. 19. n. 8. Franciſc. de Angelis de
confeſſionib. lib. 3. quæſt. 2. n. 31. Turri-
cell. de rebus Eccleſ. non alienand. cap. 6. Tri-
ſtany deciſ. 24. n. 161. & 163. Sed juſta in- 13
terveniente cauſa, & aliis ſolemnitatibus ad-
hibitis, poterunt, juxta veriorem ſententiam
in noſtra praxi admiſſam, alienari Eccleſiarum
bona cum decreto judicis ordinarii Eccleſia-
ſtici, Navarr. in commentar. de rebus Eccleſ.
non alienand. n. 2. & in manual. cap. 27. n.
156. Redoan. de rebus Eccleſ. alienand. vel
non, quæſt. 36. & 42. Quaranta ubi proximè,
n. 5. Rodrig. quæſt. regular. tom. 1. quæſt.
27. artic. 9. & in ſuo compend. reſolut. 7. n.
9. & 10. & eſt de mente Fagnani ubi proxim.
à n. 19. uſque ad 29. Felician. de Oliva de
for. Eccleſ. 2. part. quæſt. 43. n. 63. Caponi
tom. 3. diſcept. 154. cap. 1. n. 4. Franciſc. de
Angelis de confeſſionib. lib. 3. quæſtion. 2.
n. 28.

Si Eccleſiæ quæ alienationem facere vo- 14
lunt, exemptæ fuerint à juriſdictione judicis
ordinarii Eccleſiaſtici, ut quia fuerint Mo-

naſteria, non indigent decreto judicis ordinarii Eccleſiaſtici ad alienationem bonorum faciendam, cum ſolum Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ ordinario Eccleſiaſtico ſubjectę teneantur cum decreto ordinarii ſuperioris alienare bona; ſolum tenentur Monaſteria, ſuperioris regularis obtinere decretum cum hac diſtinctione, & declaratione, quod in Religionibus mendicantibus ſufficiet decretum miniſtri Provincialis; in Monaſteriis Monachorum, Abbatis, ut docui *in dict. cap.* 11. *de decretis*, *n.* 65. Quibus adde Donatum *tom.* 1. *tractat.* 14. *part.* 2. *q.* 23. in Religione Societatis Jesv, Præpoſiti generalis, aut gerentis illius vices, ut etiam docui, *dict. n.* 65. Et tradunt Vadignus *de contractib. diſput.* 2. *dubitat.* 7. §. 2. *n.* 14. Caponi *tom.* 3. *diſceptat.* 152. *n.* 27. Qui referunt juxta Urbani VIII. conſtitutionem neceſſariam eſſe Sacræ Congregationis licentiam. Et quia exempti non habentes ſuperiorem in Regno non ſubduntur juſtitiæ in cauſis civilibus; ſed ſolum gerenti Vices Generalis Gubernatoris, & Regio Senatui, ut tradidi, *dict. cap.* 11. *de decretis*, *n.* 61. non debent obtinere monaſteria regularium, & quælibet aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ſuperiorem non habentes in Regno, decretum per curiam Juſtitiæ, ſed per Curiam gerentis Vices Generalis Gubernatoris, aut per Regium Senatum.

Quando la Igleſia, ò Convento quiere ena-
„ genar los bienes ſitios, pide, y obtiene de-
„ creto por ſu Superior regular, y por el Juez 15
„ laico, y ſi fuere ſujeta al ordinario Ecleſiaſ-
„ tico, ſe obtiene el decreto por ambas juriſ-
„ diciones. El Prelado regular acoſtumbra
„ dar eſtos decretos, haziendo eſcritura pri-
„ vada, ſellada, y fee faciente à modo de li-
„ cencia; el ordinario Ecleſiaſtico no le acoſ-
„ tumbra dar para las enagenaciones, ſino es
„ proponiendo eſcritura, y verificandoſe
„ cauſa legitima, y urgencia, y neceſsidad,
„ aunque en las tranſportaciones, y dona-
„ ciones de drechos de Patronatos, ò con-
„ cordias ſobe eſtos drechos, ſuele interpo-
„ nerle ſin las circunſtancias ſobredichas. Y
„ quando le interpone el Juez laico en bienes
„ de realenco, y en caſos de enagenarſe, tam-
„ bien ſe pone eſcritura, y ſe verifica la cauſa,
„ y neceſsidad, formandoſe la peticion aſsi
„ ante el Juez laico, como ante el Ecleſiaſti-
„ co en una miſma forma, con la diferencia
„ de ſer en idioma Caſtellano, ante el Juez
„ Ecleſiaſtico, en eſta forma.

IHS. F. T. Syndico, y Procurador del Clero, y Capellanes de la Igleſia Parroquial de T. Exponiente como mejor puede, y deve, dize: Que dicho Clero poſſee una caſa en la preſente Ciudad, en T. calle, Parroquia de T. que alinda, &c. de la qual caſa le pagan 20. libr. de alquiler cada año, y por eſtar muy ruinoſa, y neceſsitar de algunas obras, pues caſi eſtà inhabitable, ha reſuelto dicho Clero el vendella, con la calidad de que dè el precio firme el Comprador, un cenſo à favor de dicho Clero: Y ſiendo aſsi, que la caſa ſobredicha no vale 360. lib. ha encontrado perſona que le dà 400. lib. francas para dicho Clero, de las quales firmarà un cenſo, eſpecialandole ſobre la miſma caſa, y ſobre bienes que valen mas de 1000. libr. Y como ſea de mucha utilidad, y conveniencia para el dicho Clero el vender dicha caſa por dicho precio, y en la forma referida, pues de eſſa manera tendrà mas ſeguras las 20. libr. que ſe ſacan de alquiler, ſin las obligaciones de rehedificarla, y conſervarla, y tenerla como la tiene por mucho tiempo vacia, y ſin conductor, y ſe eſcuſarà tambien el pagar el quindennio por eſtàr como eſtà dicha caſa cenſida à T. Señor directo.

Por tanto, & aliàs omni meliori modo, &c. Suplica ſe mande recibir una ſumaria informacion de teſtigos à fin, y efecto de verificar, y provar dos coſas, la primera que la ſobredicha coſa no vale, ſegun ſu juſto valor, mas que 400. libr. y la ſegunda, que es mas util, y conveniente à dicho Clero el venderla en la conformidad ſobredicha, que no el quedarſe con ella; Y conſtando por la dicha informacion de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter ſuplica ſe le mande dar facultad al dicho Clero para que puede hazer venta de dicha caſa por el dicho precio, con la calidad de averſe de firmar un cenſo del precio de propriedad de 400. lib. y annua pencion de 400. ſueld. francas para el dicho Clero, y poderſe obligar de eviccion, y hypothecar ſus bienes, y hazer los autos que convinieren, interponiendo el decreto judicial del preſente Tribunal. Por ſer aſsi, &c. Implorando, &c.

*Jeſus M. Die* 8. *Januarii* 1688.

*Recipiatur informatio.*

F. T. V. G.





## CAPUT XV.

## *DE DECRETO ad conſtituendam dotem minoribus in bonis immobilibus.*

### SUMMARIUM.

1 *Tutor, vel Curator poteſt in dotem dare minori bona mobilia, quæ ſervando ſervari nequeunt.*

2 *Tutores poſſunt abſque decreto alienare bona mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt.*

3 *Pecunia venit ſub nomine bonorum mobilium, & de illis eſt, quæ ſervando ſervari non poſſunt.*

4 *Tutores poſſunt pecuniam dare in dotem minoribus abſque decreto.*

5 *Limita ſi pecunia deſtinata eſſet ad prædiorum emptionem, aut depoſita, cauſa reeſmerſandi.*

6 *Tutores non poſſunt abſque decreto dare minori in dotem bona mobilia prætioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt.*

7 *Tutor non poteſt alienare ſine decreto bona mobilia prætioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt.*

8 *Tutor poteſt conſtituere in dotem minori bona immobilia inæſtimata abſque decreto.*

9 *Dominium rei dotalis inæſtimatæ, pœnes mulierem eſt matrimonio conſtante.*

10 *Tutor, extante ſtatuto delucranda dote, nequit abſque decreto bona inæſtimata in dotem dare, & quare.*

11 *Nobilis, aut privilegio militari gaudens, non poterit dotem minori conſtitutam abſque decreto retinere.*

12 *Tutor non poteſt immobilia in dotem dare minori æſtimata abſque decreto, & quare.*

13 *Jura non ſunt immobilia, nec mobilia bona, ſed tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt.*

14 *Jura ad mobilia, pro mobilibus rebus habentur, ad immobilia vero, pro immobilibus.*

15 *Jura ad mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt in dotem minori conſtitui poſſunt abſque decreto.*

16 *Actio ad rem mobilem prætioſam, quæ ſervando ſervari poteſt, nequit in dotem conſtitui minori abſque decreto.*

17 *Jura, & actiones ad res immobiles æſtimatas, non poſſunt à tutore dari in dotem minori abſque decreto. Secùs ad inæſtimatas.*

18 *Tutores ex cauſa dotis non poſſunt immobilia hypothecare abſque decreto. Et quid ex aliis cauſis.*

19 *Bona minoris recipientis dotem, rectè pro dote recepta hypothecantur.*

20 *Vidua minor, an indigeat novo decreto ad conſtituendam eandem dotem ſecundo viro, quam primo dedit cum judicis decreto. Negativa proponitur. Contrarium verius.* 21.

22 *Tutor nolens conſtituere dotem minori nubenti, quomodo compellatur.*

23 *Praxis, & libellus ad conſtituendam dotem minori in bonis immobilibus.*

TUTOR, vel Curator poſſunt, & de- 1
bent conſtituere in dotem minori nubenti bona mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt, abſque eo, quod judicis decretum interveniat, nam ad dotem conſtituendam in hoc bonorum genere, non eſt opus decreto, *l. curator* 52. *ff. de adminiſtrat. & pericul. tutorum*, *l.* 1. §. 1. *ff. de tutelis, & rationib. diſtrahend. gloſſ. in l. unic. Cod. ſi adverſus dotem*, ubi Barthol. Caſtrenſ. Salicet. & alii, Roland. à Vale *de lucro dotis*, *quæſt.* 45. *n.* 6. Phanutius *de lucro dotis*, *gloſſ.* 10. *n.* 23. Simoncell. *de decretis part.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 13. *n.* 88. Neguzan. *de pignorib.* 4. *membr.* 2. *part.* *n.* 75. Cavalcan. *de tutor.* *n.* 25. Nata *conſ.* 496. *n.* 14. Franciſc. Caldas *de in integr. reſtitut. verbo, contractum feciſti, col.* 20. *uſque ad* 31. *verſic. Sexto principaliter*, *n.* 11. Surd. *deciſ.* 288. *n.* 14. *cum ſequentib.* Menoch. *conſ.* 242. *n.* 1. & *conſ.* 814. *n.* 1. & *de præſumptionib. lib.* 3. *præſumpt.* 6. *n.* 5. Barboſ. *in l. ſi ante* 6. *n.* 12. & 13. *ff. ſolut. matrim.* Gratian. *diſcept. forenſ.* 367. *n.* 26. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 31. *n.* 13. Bocius *de dote*, *tom.* 1. *cap.* 8. §. 1. *n.* 48. Cyriac. *controverſ.* 29. Caſtejon *in alphabet. verbo tutor*, *n.* 17. Carol. Anton. de Luca *in anima verſionib.* ad Gratian. *cap.* 27 *num.* 5. Hujuſmodi enim mobilia bona, 2
quæ ſervando ſervari non poſſunt legitimè abſque decreto poterunt in dotem dari, cum rectè alienentur à tutoribus, vel curatoribus ex qualibet alia cauſa ſine judicis decreto, *l. lex quæ tutores* 22. *Cod. de adminiſtrat. tutor.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, verb. contractum feciſti*, *n.* 16. *Cod. de in integr. reſtitut. minor.* Gutierr. *de tutell. lib.* 2. *tit.* 21. *n.* 26. Molin. *de juſtit. & jure*, *tract.* 2. *diſput.* 224. *n.* 14. Pinell. *in l.* 1. *Cod. de bonis matern.*

2. part. n. 43. Mantic. de tacit. & ambig. lib.
4. tit. 6. n. 34. Caſtill. de aliment. cap. 63. n.
19. Hermoſill. in l. 4. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 2. &
in l. 4. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 3. n. 1. cum ſe-
quentib. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part.
2. conſtitut. 14. definit. 69. n. 4. Urceol. de
tranſactionib. quæſt. 22. n. 13. Franciſc. de
Angelis de confeſsionib. lib. 3. quæſt. 2. n. 49.
Unde cum pecunia continea ur ſub nomi-
3 ne bonorum bobilium, l. prædia 27. §. liber-
to ff. de fundo inſtructo, Pinellus in l. 1. Cod.
de bonis maternis, 2. part. n. 42. Hermoſill. in
l. 4. gloſſ. 3. à n. 11. & 16. tit. 5. partit. 5.
Caſtill. de aliment. cap. 63. n. 21. & 22.
Knipſchildt. de fideicommiſ. cap. 5. n. 96.
Daniel. Moller. lib. 1. ſemeſtr. 41. n. 6.
Ayrer. in proceſſu hiſtoric. juridic. cap. 10. ob-
*verſionib.* ad Gratian. *cap.* 331. *n.* 1. *cum ſequentib.* Rota apud Zarat. *deciſ.* 15. *num.* 72. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 29. *cum ſequentib.* Et quod pro conſtituenda, aut reſtituenda dote, poſsint alienari bona fideicommiſsi aſcendentis, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 15. *Martii* 1621. inter Hyacintam Vives, & de Miquel, & Mariam Eſteve, & de Miquel, & adminiſtratores bonorum Andreæ Eſteve, & alia per Daça, *die* 14. *Octobris* 1628. inter Michaëlem Saburgada, & Joachimum Saburgada Navarro, & alia per Alreus, *die* 9. *Decembris* 1633. inter Ludovicam Perales, & de Oromi, & hæredem Dominici Oromi, & alia per Caſes, *die* 27. *Aprilis* 1633. inter Don Jacobum Aguilo, & hæredes Joannis Baptiſtæ Beneito, & alia per Daça, *die* 4. *Februarii* 1633. inter Marcum Antonium Vives de Cañamas, & Don Joannem Vives hæredem Don Joannis Vives illius Patris. Unde ſub obligatione, & hypotheca reſtituendi dotem facta à marito hærede gravato, comprehenſa erunt bona fideicommiſſo ſubjecta in ſubſidium, ut dixit Senatus ſententia per Daça, *die* 11. *Decembris* 1614. inter Don Alfonſum Sanz, & Don Raymundum Boil, & alia per Daça, *die* 22. *Decembris* 1614. inter Marcum Antonium Fortuny, & Joannem Roure. Et cum dotis privilegia commu-
19 nicata inveniantur dotis augmento, ſive donationi propter nuptias, *l. cum multè, l. final. Cod. de donationib. ante nuptias, authent. ſed jam neceſsè, Cod. eod.* poterunt, non ſolum pro dote, ſed etiam pro augmento dotis, aut propter nuptias donatione alienari, aut obligari bona majoratus, aut fideicommiſsi aſcendentis, *dict. authent. res quæ, Cod. communia de legat. for.* 7. *verſ. debim encara, rubr. de hæredib. inſtituend.* Oddus *de fideicommiſ. q.* 43. *artic.* 7. Franch. *deciſ.* 613. *n.* 9. Seraphin. *deciſ.* 481. Martha *de ſucceſsion par.* 4. *quæſt.* 21. *artic.* 10. *n.* 47. & 48. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 532. *n.* 36. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. cap.* 7. *n.* 56. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 62. *n.* 110. Boſsius *de dote, dict. cap.* 16. *n.* 112. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 243. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 145. *n.* 39. & 43. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 59. *n.* 76. Moſtazo *de cauſis*
20 *piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 35. Et ex eadem ratione poterunt fideicommiſsi bona alienari, pro intereſſe non ſolutæ, aut non reſtitutæ dotis, Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 7. *n.* 32. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 70. Martha *de ſucceſsion. legal. par.* 4. *quæſt.* 21. *artic.* 10. *n.* 56. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 62. *n.* 110. Rovit. *conſ.* 54. & 55. Novar. *deciſ.* 227. & judicatum à Senatu noſtro extitit, poſſe alienari fideicommiſsi bona pro intereſſe iſto, ſententia per Ferrera, *die* 13. *Octobris* 1649. in favorem hæredis Domnæ Franciſcæ Blaſco, & alia per eundem, *die* 12. *Auguſti* 1651. inter Lauram Salt, & Collegium Divi Pauli.

Pro reſtitutione, aut conſtitutione dotis 21
tranſverſalium, aut extraneorum, non poſſunt fideicommiſsi bona alienari, aut hypothecari, nam licet multi conentur defendere, dotes detrahendas eſſe de fideicommiſſo inſtituto per extraneum, vel tranſverſalem, *gloſſ. in §. quam ob rem, authent. de reſtitut.* & *ea quæ parit*, Socin. junior *in l. filius familias, §. Divi, ff. de legat.* 1. & multi adducti à Caſtillo *de aliment. cap.* 36. *n.* 30. Hodiern. *controverſ.* 9. *n.* 10. & ad Surd. *deciſ.* 62. *num.* 19. Rota *deciſ.* 438. *n.* 5. *par.* 9. *tom.* 2. *recentiſsimar.* Paul. Meli *allegat.* 5. *n.* 26. *lib.* 1. & *allegat.* 64. *n.* 25. *lib.* 3. Boſsio *de dote, dict. tom.* 2. *cap.* 16. *n.* 196. Tamen ſententia iſta nullatenus admittitur inter DD. melioris cenſuræ, quia cum dicta *authentic. res quæ*, ſolum de liberis verbum faciat, non habebit locum illius diſpoſitio, niſi in deſcendentibus teſtatoris, qui fideicommiſſum, aut majoratum inſtituit; & non in tranſverſalibus, aut extraneis, ut docent multi adducti à Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 3. Petra *de fideicommiſ. quæſt.* 8. *n.* 411. Oddus *de fideicommiſ. quæſt.* 38. *artic.* 1. & 3. & *quæſt.* 39. *artic.* 1. Mateaſsius *de legat. & fideicommiſ. lib.* 4. *quæſt.* 4. *n.* 15. Gratian. *diſceptat.* 65. *n.* 11. & 12. Bellon, *conſ.* 31. *n.* 54. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 42. *n.* 49. & 51. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 531. *n.* 95. & 96. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *par.* 2. *n.* 3. & 6. Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 6. *tit.* 23. *definit.* 10. Peguer. *deciſ.* 116. *n.* 1. Caſtill. *de aliment. cap.* 36. *n.* 30. Boſsius *de dote dict. tom.* 2. *cap.* 16. *n.* 197. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 62. *n.* 17. & 18. & *controverſ.* 9. *n.* 9. Rota apud Zachiam *de cameral. obligat. deciſ.* 130. *n.* 4. Meli *allegat.* 5. *n.* 28. & 29. *lib.* 1. & *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 36. *n.* 5. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 305. *cum ſequentib.* Don Ferdinand. Matute *diſquiſit. legalium, diſquiſit.* 20. *n.* 12. Tondut. *reſolut. civil. cap.* 18. *n.* 1. & 2. Caponi *tom.* 4. *diſcept.* 320. *n.* 13. Arguell. *deciſ.* 26. *n.* 2. Rocco *tom.* 1. *reſponſ.* 64. *n.* 15. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 145. *n.* 60. & *diſcurſ.* 45. *n.* 3. *cum ſequentib.* & *diſcurſ.* 38. *n.* 6. & *de fideicommiſ. diſcurſ.* 195. *n.* 4. Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 11. *n.* 98. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 32. Et quod pro dote tranſverſalis, aut extranei, non poſsint alienari bona fideicommiſſo ſubjecta, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 25. *Auguſti* 1631. inter Joannem Raſtrojo Presbyterum, &

Joan-

Joannem Andream Nuñez J.U.D. confirmata in nullitatis judicio, ſententia per eundem, *die* 12. *Novembris* 1631.

Sed quid erit reſolvendum, ſi majoratus,
22 vel fideicommiſsi inſtitutor prohibuerit expreſsè alienationem bonorum majoratus, aut fideicommiſsi ex cauſa conſtituendi, aut reſtituendi dotem, vel augmentum? Videtur enim non poſſe hoc in caſu alienari bona majoratus, vel fideicommiſsi aſcendentis ex cauſa dotis, quia ut diximus, hujuſmodi alienationes in mente præſumpta teſtatoris nituntur, ut ad caſum colligitur, ex textu *in l. mulier, §.cum proponeretur, ff. ad S.C. Trebelian.* & præſumptio ceſſat, conſtito de contraria teſtatoris voluntate. Et quod ſi expreſsè, & ſpecificè prohibita reperiatur alienatio ex cauſa dotis, aut donationis propter nuptias, non poſsint ex iis cauſis alienari bona majoratus, aut fideicommiſsi aſcendentis, Docent Gomez. *in l.* 40. *Tauri, n.*87. Covarrub. *variar. lib.* 3. *cap.* 6. *verſ.* 3. Rolan. *conſ.*85. *n.*23. Graſſus *in* §. *fideicommiſſ. quæſt.* 57. *n.* 3. Milanenſ. *deciſ.* 7. *n.* 47. Rota *deciſ.* 526. *n.*1. *part.*1. *diverſor.* Seraphin. *deciſ.*437. Merend. *controverſiar. tom.*4. *lib.*19. *cap.* 25. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10.
23 *n.* 32. Contrarium tamen verius eſt, nam prohibere alienationem ex cauſa dotis, eſt contra publicam utilitatem, & bonos mores, quia fœminæ abſque dote non nubunt, & caret Civitas, vel reſpublica liberis, *l.* 1. *ff. ſoluto matrimon.* cum ergo non in ſola mente præſumpta inſtituentis fideicommiſſum, ſed in publica utilitate, & aſcendentis obligatione ſtet alienandi ratio, ſequitur, quod etiam ſi fideicommiſsi inſtitutor expreſsè dixerit, quod bona ex cauſa dotis non alienentur, poterunt alienari pro dotis conſtitutione, & augmenti, vel reſtitutione, Jaſſon *in dict. authent. res quæ, col. ultim. verſ. decimotertio,* Paul. de Caſtro *conſ.* 80. *lib.* 1. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *n.* 455. & 456. Bald. Novell. *de dote, part.*6. *privileg.* 13. *n.*2. Phanuc. *de lucro dotis, gloſſ.* 10. *n.* 77. Padilla *in dict. authent. res quæ, n.* 116. Surd. *deciſ.* 62. *n.*11. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 42. *n.* 6. Oddus *de fideicommiſſ. quæſt.*45. *artic.* 5. *n.*7. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.*116. Cancer *variar. part.*1. *cap.*9. *n.*172. Molina *de Hiſpan. primogen. lib.*4. *cap.* 6. *ex n.* 10. Mieres *de majorat.* 4. *part. q.*1. *limit.*2. *n.* 27. Peguer. *deciſ.* 116. *n.* 2. Fachin. *controverſiar. lib.* 4. *cap.*48. Martha *de ſucceſsionib. part.* 4. *quæſt.* 21. *artic.* 10. *n.* 55. Franciſc. Ferrer *ad conſtitut. Catalon.* 5. *tempor. declarat.*6. *n.*61. Mareſcot. *variar. lib.*2. *cap.* 69. *n.* 16. & 17. Moneta *de commutat. ultimar. voluntat. cap.* 9. *de fideicommiſſ. derogat. n.* 221. & 222. Fuſarius *de ſubſtit. q.*521. *ex n.*67. *uſque ad n.* 80. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.*11. *part.*2. *n.*72. Caſtill. *de aliment. cap.* 36. *n.*54. & 55. Giurb. *obſervat.*89. *n.* 8. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 62. *n.* 1. & 15. & *controverſ.*9. *n.*6. Boſsius *de dote, dict. tom.*2. *cap.* 16. *n.* 171. Fenſon. *ad ſtatut. Urbis, deciſ.* 93. *verſ. contrarium tamen,* Camarat. *deciſ. reſponſ.* 44. *n.* 27. Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 36. *n.* 13. Cardinal. Otthobon. *deciſ.*43. *n.* 9. Knipſchilt. *de fideicommiſſ. cap.* 11. *n.* 253. & 258. Rota *recentiſsimar. deciſ.* 39. *part.*10. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.*1. *quæſt.*8. *limit.*6. *n.*134. Queſada, & Pilo *controverſ.* 34. *ex n.* 2. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprud. lib.*1. *diſcurſ.*8. *n.* 25. Carol. Rota *de privileg. mulier, cap.* 5. *n.* 82. & 83. Merlin. *deciſ.*459. *n.*20. *tom.* 1. Arguell. *deciſ.* 63. *n.* 59. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.*59. *n.* 28. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 145. *n.* 15. & 66. & *diſcurſ.* 37. *per tot.* & *diſcurſ.* 40. *n.* 2. & *de feudis, diſcurſ.* 78. *n.* 23. & *diſcurſ.* 82. *ſub n.* 6. Et quod non obſtante prohibitione expreſſa alienandi bona fideicommiſsi ex cauſa dotis, vel augmenti, poſsint alienari, tàm pro dote, quàm pro augmento, judicavit Senatus, ſententia publicata per Joannem Ferrandez de Soto Regium mandati Scribam, *die* 15. *Martii* 1564. in favorem Domnæ Mariæ Quintana, & de Vilanova, & contra Curatorem hæreditatis Don Joannis Caſtella de Vilanova; & alia per Ferrera, *die* 13. *Januarii* 1673. in favorem Domnæ Magdalenæ Sanz, & de Borja, & contra Don Hieronymum Sanoguera.

Solum advertere debes, quod bona de- 24
tracta ex majoratu, vel fideicommiſſo ex cauſa dotis conſtitutæ, ſemel alienabilia, & libera facta, ſemper alienabilia, & libera remanent de jure, ex regul. text. *in l. pater. §. quindecim, ff. de legat.* 3. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 8. *n.* 285. & *cap.* 11. *n.* 437. & 496. Rubeus *practicar. cap.* 65. *n.* 129. Rota coram Zarat. *deciſ.* 12. *n.* 15. & *deciſ.* 115. *n.* 1. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 59. *n.*90. & 91. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.*10. *n.*30. Anton. Gobius *conſultat.* 21. *n.* 24. Et hac de cauſa bona ex fideicommiſſo in dotem data, non amplius ad fideicommiſſum redeunt, ſed extra illud ſemper ſunt, & pœnes dotatam, aut illius hæredes ſemper libera remanent, Bald. *in dict. authent. reſquæ, n.* 8. & 12. ubi Caſtrenſ. *n.* 8. & Jaſſon *n.*32. Phanuc. *de lucro dotis, gloſſ.* 10. *n.*62. Redina *in promptuar. recept. tit.* 33. *n.*1. Rota *deciſ.* 209. *n.*3. *par.*1. *recentiſsimar.* Menoch. *dict. lib.*4. *præſumpt.* 189. *num.*192. Cancer. *variar. tit.*21. *par.* 3. *num.* 211. Coſta *de remediis ſubſidiar. remed.*6. *n.*8. Martha *de ſucceſsion. part.*4. *quæſt.*21. *num.*11. & 50. Fontanel. *de pactis nuptial. clauſ.*3. *gloſſ.*1. *part.* 2. *n.* 58. & 62. Salgad. *in labyrinth. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 27. & 28. Merend. *controverſiar. juris, tom.*1. *lib.*4. *cap.*28. *n.*4. Boſsius *de dote, tom.* 2. *cap.* 16. *num.* 250. Roxas *de incompatibilitat. part.* 5. *cap.* 6. *num.* 111. Quod
25 procedit, non ſolum ſi dotata cum liberis decedat, ſed etiam ſi abſque liberis, nam nullo in caſu revertuntur bona dotalia ad fideicommiſſum, unde fuerunt extracta, Burſat. *conſ.* 76. *n.* 1. Menoch. *dict. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *à num.*187. Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 6. *n.*8. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *à n.* 49. *uſque ad n.*63. Roxas. *de incompatibilit. part.* 5. *cap.*6. *n.*103. In Regno ſecùs eſt, nam ſi dotata ex fidei-
26 commiſsi bonis, cum liberis decedat, non revertuntur bona ad fideicommiſſum, ſi vero abſque liberis, revertuntur bona ad fideicommiſſum, unde extracta fuerunt, prout cautum habetur, *in for.* 7. *in fin. rubr. de hæredib. inſtituend.* D. Leon *deciſ.* 37. *n.* 6. 13. 16. & 18. ubi refert deciſum à Senatu, & *deciſ.* 140. Ramon *conſ.*1. *n.*66. qui refert conſtitutionem noſtram municipalem. Et ita à Senatu extit deciſum ſententia per Alreus, *die* 24. *Septembris* 1612. inter Clerum Divi Michaëlis, & Syndicum Hoſpitalis Generalis, & alia per Daça, *die* 28. *Julii* 1609. inter Sebaſtianum Lledò, & Petrum, & Ange-
27 lam Lledò. Hæc intellige reſpectu conſtitutæ dotis, quia ſi ex bonis fideicommiſſo ſubjectis fuerit reſtituta dos, & ſoluta, nunc decedat fœmina cum liberis, nunc ſine illis, non revertentur amplius bona illa ad fideicommiſſum, imò ſemper libera remanent, & ſpectant ad hæredes mulieris etiam extraneos, ut probat, & refert à Senatu deciſum, D. Leon *dict. deciſ.* 140. *n.* 15. *cum ſequentib.* Bona enim iſta remanent abſolutè libera, pœnes fœminam, abſque obligatione reddendi ad fideicommiſſum, ut dixit Senatus ſententia per Daça, *die* 10. *Decembris* 1638. inter Domnam Angelam Artes, & de March, & Egregios Comites de Fuentes.

28 Non autem debet interponi decretum ad alienanda bona fideicommiſsi, aut majoratus aſcendentis pro conſtituenda, aut reſtituenda dote, & illius augmento, niſi probetur bona libera non adeſſe ſufficientia, ad conſtituendam, vel reſtituendam dotem, aut dotis augmentum, quia juris inſpectis regulis, non debet dari locus alienationi bonorum fideicommiſsi pro cauſis prædictis, niſi in ſubſidium, & deficientibus bonis liberis, Angelus, Salicet. Jaſſon, & communiter DD. *in dict. authent. res quæ,* Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *num.*2. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 42. *n.* 66. Menoch. *dict. præſumpt.* 189. *n.*8. & *conſ.* 95. *n.* 133. Martha *de ſucceſsion. legal. part.* 4. *quæſt.* 21. *artic.* 10. *n.* 6. D. Leon *deciſ.* 140. *n.*8. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 531. *num.* 124. & *conſ.* 7. *num.* 16. & *conſ.* 166. *num.*5. Cancer *variar. tom.*1. *cap.*9. *n.* 173. Mareſcot. *variar. dict. cap.* 69. *num.* 25. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.*5. *gloſſ.*10. *part.* 2. *n.*9. & *clauſ.*4. *gloſſ.* 10. *part.*2. *n.*30. Boſsius *de dote, dict. cap.* 16. *n.* 123. *cum ſequentib.* Knipſchildt. *de fideicommiſſ. cap.* 11. *num.* 241. & 245. Cavaler. *deciſ.*463. *n.* 3. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 59. *num.* 45. Rota coram Zarat. *deciſ.* 15. *n.* 73. *deciſ.* 62. *n.* 14. & *deciſ.* 72. *n.* 16. & apud Arguell. *deciſ.* 63. *n.* 61. & apud Peutinger. *deciſ.* 152. *n.* 4. & *deciſ.* 262. *n.* 1. Salgad. *in labyrint.* 3. *part. cap.* 4. *n.*20. & 42. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 145. *n.* 64. & *diſcurſ.* 37. *n.* 4. & 8. & *diſcurſ.* 41. *n.* 2. Tondut. *reſolut. civil. cap.* 180. *n.* 11. Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.*1. *part.*2. *cap.* 11. *n.* 99. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 5. *n.* 81. Rojas *deciſ.* 392. *n.* 10. Franciſc. de Angelis *de confeſsionibus, lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 6. *n.* 133. Caſtejon *in alphabet. verb. majoratus, num.*68. Urceol. *de tranſactionib. cap.* 50. *num.* 66. Triſtany *deciſ.* 30. *n.* 48. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 331. *n.* 2. Et quod non niſi in ſubſidium, & bonis liberis deficientibus, poſſint bona majoratus, aut fideicomiſsi alienari ex iis cauſis, judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 2. *Octobris* 1615. inter Eliſabetham Gonzalve, & Curatorem Joachimi Marti, & alia per eundem, *die* 24. *Decembris* 1615. inter Domnam Angelam Eſcrivà, & de Borja, & Don Joannem de Borja, & alia per eundem, *die* 11. *Septembris* 1626. inter Curatorem Illuſtris Marchionis de Quirra, & alios, & alia per Ferrera, *die* 9. *Maii* 1679. inter Curatorem Domini de Maniſſes, & Don Gineſium Rabaſa de Perellos, & alia per Saboya, *die* 17. *Martii* 1673. in favorem Egregiæ Domnæ Annæ Bellvis Comitiſſæ de Villamonte, & contra Don Ludovicum Pallas, ubi dictum fuit ſufficere quod per inventarium, aut ſententiam deſexitæ hæreditatis conſtet non adeſſe bona libera; & alia per Ferrera, *die* 29. *Octobris* 1657. in favorem Don Gaſtonis Mercader, & contra Egregiam Domnam Annam de Perellos, & de Mercader viduam, ubi etiam deciſum extitit, quod ſi bona libera extitiſſent tempore obitus mariti, ex quibus dos ſolvi potuit, & per incuriam fœminæ, non fuit ſoluta, non debet ex bonis vinculatis reſtitutio fieri. Non tamen tenetur uxor excutere bona alienata per virum, & pœnes tertios poſſeſſores reperta, ut regreſſum habeat ad fideicommiſsi bona, pro dote, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 41. *n.* 18. Rota *recentiſsimar. part.* 10. *deciſ.* 292. *n.*

n. 12. Franciſc. de Angelis de confeſsionib. lib. 1. quæſt. 8. limit. 6. n. 136. Neque tenetur bona libera litigioſa, aut intrincata excutere,ut contra fideicommiſſum agat,nam eodem modo ac ſi non extarent,poterunt bona fideicommiſsi alienari, Mantic. deciſ. 152. n. 5. Duran. deciſ. 145. n. 42. Cavaler. deciſ. 245. n. 1. Rota apud Zarat. deciſ. 15. n. 75. deciſ. 83. n. 8. deciſ. 84. n. 6. Franciſc. de Angelis de confeſsionib. lib. 1. quæſt. 8. limit. 6. n. 138.

29 Majoratus bona in Regnis Caſtellæ, juxta particulares leges, non poſſunt alienari, adhuc in ſubſidium, pro dotis reſtitutione,ut dixit Senatus ſententia per Alreus,die 20.Octobris 1630. inter Egregium Don Antonium de Calatayud Comitem de Villamonte, & Egregium Don Eximenium Perez de Calatayud Comitem del Real. Et ex ratione do-
30 ctrinæ à nobis ſupra traditæ, viduæ ob non ſolutam dotem, vel augmentum in Regno, non datur tenuta cum facultate faciendi fructus ſuos in bonis vinculatis, neque illius hæredi competit tenuta abſque facultate faciendi fructus ſuos,vulgo teneo, niſi in ſubſidium, & conſtito quod bona libera ſufficientia non reperiuntur, ex quibus ſolvi poteſt dos, & dotis augmentum,ut deciſum extat ſententia per Ferrera, die 23. Novembris 1671. in favorem Don Franciſci Zarzuela de Aragon, & contra Domnam Annam Zapena, & de Arnal Giron de Rebolledo Curatricem Don Emmanuelis Diez Giron de Rebolledo. Obſerva tamen, quod ſi dotata ex bonis fidei-
31 commiſsi fidejuſſerit pro viro, aut voluntariè ſe obligaverit,& ex facto ſuo diſsipata,& conſumpta bona dotalia fuerint, & indotata remanſerit, non debet iterum dotari ex bonis fideicommiſſo ſubjectis, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 4. Novembris 1623. inter Don Joachimum de Aguirre, & Domnam Catharinam del Milà.

23 Cui autem incumbat onus probandi exiſtentiam bonorum liberorum pro juſtificatione alienationis bonorum fideicommiſsi ex cauſa dotis factæ, non eſt incomperto, & ut facilius dignoſcatur, duo veniunt diſtinguendi caſus. Primus erit, quando mulieri fuit jam conſtituta dos,aut reſtituta ex bonis majoratus, vel fideicommiſsi, & mulier, vel illius hæredes,reperiuntur in poſſeſsione horum bonorum, contra illamque agunt fideicommiſſarii, prætendentes alienationis nullitatem ea ratione, quod bona libera reperiuntur, ex quibus dos conſtitui, vel reſtitui poterat; hoc ergo in caſu volunt multi ad poſſeſſorem, & non ad fideicommiſſarium incumbere onus probandi carentiam bonorum liberorum tempore conſtitutæ, aut reſtitutæ dotis, Franchis deciſ. 241. n. 2. Nata conſ. 238. n. 6. & 7. Peguer. deciſ. 116. n. 3. Rota deciſ. 210. part. 2. diverſor. & alii adduct. à Fontanell. clauſ. 5. gloſſ. 1. part. 2. n. 36. cum ſequentib. Sed contrarium verius eſt, & ab 33
omnibus reperitur communiter admiſſum, quia in hoc caſu, neque fœmina, neque illius hæredes, aut tertii bonorum poſſeſſores aliquid probare tenentur, ſed fideicomiſſario agenti incumbit onus probandi exiſtentiam bonorum liberorum tempore conſtitutionis, aut reſtitutionis dotis factæ de bonis majoratus,aut fideicommiſsi, Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 4. cap. 7. n. 34. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 8. n. 460. Menoch. de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 189. n. 9. Oddus de fideicommiſſ. quæſt. 43. artic. 15. n. 102. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 42. n. 73. Maſcard. de probationib. concluſ. 206. n. 22. Milanenſ. deciſ. 5. n. 56. D. Leon deciſ. 171. n. 10. cum ſequentib. Ubi refert à Senatu deciſum, Gratian. diſcept. 231. n. 23. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 531. n. 125. Maſtrill. deciſ. 253. n. 10. Coſta conſ. 89. n. 10. & 11. Noguerol. allegat. 14. n. 36. & 37. Boſsius de dote, dict. tom. 2. cap. 16. n. 142. Rubeus ad deciſ. 150. n. 140. cum ſequentib. part. 29. tom. 1. recentiſsimar. Rovit. conſ. 10. Paul. Meli allegat. 58. n. 12. & allegat. 69. n. 6. lib. 2. & in obſervat. ad Caſtill. de aliment. cap. 36. n. 9. Bich. deciſ. 366. n. 4. Arguell. deciſ. 26. n. 32. Maldonad. in additionib. ad Molin. lib. 1. cap. 10. n. 4. Rota poſt Merlin. de legitima, deciſ. 164. n. 3. & 4. Rojas deciſ. 392. n. 10. Franciſc. de Angelis de confeſsionib. lib. 1. quæſt. 8. limit. 6. n. 138. Carol. Anton. de Luca in animadverſionib. ad Gratian. cap. 331. n. 9. Rota coram Zarat. deciſ. 83. n. 6. Cardinal. de Luca de dote, diſcurſ. 145. n. 84. cum ſequent. & diſcurſ. 41. per tot. & diſcurſ. 7. n. 2. Carol. Spadaz. in theatr. viduil. diſquiſit. 59. n. 86. Et quod fideicommiſſario impugnanti alienationem bonorum fideicommiſsi factam incumbat onus probandi exiſtentiam bonorum liberorum tempore alienationis factæ, declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 4. Novembris 1623. inter Don Joachimum de Aguirre, & Domnam Catharinam del Milà. Quod non intelligas procedere caſu in quo à dotante ipſo,retentio bonorum prætendatur, nam cum dos ſit ſoluta, ſola dotantis aſſertione quod bona libera non reperiebantur, non illi creditur in ſui commodum, niſi aliunde contrarium probetur, Rojas deciſ. 392. n. 10. Rota coram Celſo deciſ. 124. n. 6. Franciſc. de Angelis de confeſsionibus, lib. 1. quæſtion. 8. limit. 6. n. 138.

Secundus eſt, quando mulier non repe- 34
ritur dotata de bonis majoratus, vel fideicom-



commiſsi, aut ſatisfacta de dote conſtituta, & ad caſus reſolutionem ſubdiſtingue; aut ipſa mulier fideicommiſſaria actualiter poſsidens fideicommiſsi bona, aut fideicommiſſarius bonorum actualis poſſeſſor,conſtitutionem, aut reſtitutionem dotis facere vult,contradicente immediato ſucceſſore, aut mulier agit contra fideicommiſſarium ad hoc, ut ſibi conſtituatur dos ex fideicommiſsi bonis, aut reſtituatur.In primo caſu ad mulierem fideicommiſſariam, aut ad fideicommiſſarium dotem conſtituere, vel reſtituere volentem ex fideicommiſsi bonis, attinget probare, non extare bona libera ex quibus dos conſtitui, aut reſtitui poſsit, Coſta de remed. ſubſidiar. n. 4. Peguer. deciſ. 116. n. 3. Cravet. conſ. 72. n. 4. Franchis deciſ. 241. num. 2. Boſsius de dote, dict. tom. 2. cap. 16. n. 138. Carol. Spadaz. in theatr. viduil. diſquiſit. 59. n. 87. Gravatus enim, & prohibitus alienare,licet habeat pro ſe regulam quod dotes detrahi, & reſtitui poſsint ex fideicommiſsi bonis, in contrarium tamen invenitur regula alia, quod detractio non fiat niſi bonis deficientibus liberis, & cum hujus regulæ materia ſit fundamentum intentionis gravati alienare volentis fideicommiſsi bona, debet ab eo verificari, quia ſe fundans contra legis regulam, qualitatem fundamenti ſui probare tenetur, Ludovic. com. concluſ. 14. illat. 108. Rota deciſ. 210. par. 2. diverſor. Martha de ſucceſsion. par. 4. quæſt. 21. artic. 10. n. 9. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſſ. 1. part. 2. n. 19. & 24. In ſecundo caſu duæ
35 reperiuntur ſententiæ, alia eſt, onus probandi exiſtentiam bonorum liberorum, incumbere fideicommiſſario, & non mulieri agenti, quia etſi regulariter fideicommiſſum diminuere intendenti, incumbat onus probandi non extare bona libera, cum id intentionis ſuæ fundamentum ſit, nihilominus eo ipſo quod mulier dicit non extare alia bona præter fideicommiſſo ſubjecta, intentionem ſuam fundatam habet, & dicenti alia extare bona, incumbit onus probandi, & oſtendendi illa, quam ſententiam tuentur, Decius conſ. 519. n. 7. Curſius Senior conſ. 27. n. 17. Curſius junior. in dict. authent. reſqua, n. 50. Cravet. conſ. 19. n. 18. Petra de fideicommiſ. quæſt. 8. num. 498. Socin. Senior. conſ. 104. n. final. vol. 3. Ferdinand. Loaſes in l. filius familias, §. Divi, n. 138. ff. de legat. 1. Beccius conſ. 100. n. 22. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. n. 174. Peregrin. de fideicommiſ. artic. 42. n. 73. Milanenſ. deciſ. 5. n. 55. & 56. par. 1. & deciſ. 7. n. 83. Intrigiol. deciſ. Siciliæ 4. n. 24. & de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 73. num. 167. Rota apud Farinac. deciſ. 66. n. 4. par. 1. recentiſsimar. & apud Ludovic. deciſ. 1483. Cancer. variar. tom. 1. cap. 9. n. 100. & alii adduct. à Boſsio de dote, dict. tom. 2. cap. 16. n. 140. Et videtur de mente, Maldonad. in addit. ad Molin. lib. 1. cap. 10. n. 4. Et pro hac opinione refert Senatus deciſionem,
D. Leon deciſ. 171. n. 7. 8. & 9. Alia ſen- 36
tentia verior, & ſecurior, docens, mulieri agenti contra fideicommiſſarium incumbere onus probandi carentiam bonorum liberorum ex quibus dos conſtitui, vel reſtitui poſſit, tenenda, & ſequenda eſt, nam cum non habeat mulier fundatam intentionem ad detrahendam dotem ex bonis fideicommiſsi, niſi liberis deficientibus, incumbet ei onus probandi defectum bonorum liberorum,cum ſit intentionis ſuæ fundamentum, ex regul. text. in l. ei qui, ff. de probationib. l. actor, C. eod. quam opinionem, uti veriorem, defendunt Marzarius de fideicommiſ. quæſt. 48. n. 74. Gabriel. conſ. 118. n. 6. Bertrand. conſ. 161. Oſaſc. deciſ. 172. n. 6. Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 4. cap. 7. n. 32. Decius conſ. 519. n. 7. Curſius Senior conſ. 27. n. 17. Socin. conſ. 104. n. 11. lib. 3. Nata conſ. 238. n. 6. & 7. Maſtrill. deciſ. 256. num. 41. lib. 3. Rota Genuenſ. de mercatura, deciſ. 156. à n. 78. Gratian. diſcept. 331. n. 23. Oddus de fideicommiſ. quæſt. 43. artic. 5. n. 105. Martha de ſucceſsion. legal. par. 4. quæſt. 21. artic. 10. n. 7. & 8. & alii adduct. à D. Leon dict. deciſ. 171. n. 4. Paſchal. de virib. Patr. poteſtat. par. 2. cap. 7. n. 7. Cutel conſ. 11. n. 10. Addent. ad Molinam de Hiſpanor. primogen. lib. 4. cap. 7. num. 32. Barzius deciſ. 10. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 531. n. 25. cum ſequent. Hodiern. controverſiar. 9. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 5. gloſſ. 1. par. 2. n. 18. cum ſequent. Caſtill. de aliment. cap. 36. n. 46. Rovit. conſ. 10. Boſsius de dote, dict. tom. 2. cap. 16. n. 139. Paulus Rubeus in adnotat. ad deciſ. 150. à n. 35. uſque ad 64. par. 9. tom. 1. recentiſsimar. Paul. Meli in obſervat. ad Caſtill. de aliment. cap. 36. n. 8. Carol. Spadaz. in theatr. viduil. dict. diſquiſit. 59. n. 87. Carol. Anton. de Luca in obſervat. 241. ad Franchis n. 4. & in animadverſionib. ad Gratian. cap. 331. n. 9.

Secunda cauſa frequenter adducta, & ad- 37
miſſa ad alienanda fideicommiſsi, aut majoratus bona eſt propter æs alienum inſtitutoris fideicommiſsi, aut majoratus, nam bona fideicommiſſo ſubjecta legitimè alienantur, pro ſolvendo ære alieno inſtituentis majoratum, vel fideicommiſſum, leg. cum fidei hæredis, ff. de fideicommiſſar. libertat. l. peto 69. §. prædium, ff. de legat. 2. l. filius familias 114. §. Divi 2. ff. de legat. 1. l. alienationes, ff. familiæ erſiſcund. l. Senatus, ff. de legat. 1. Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 10. n. 2.

2. & *lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 1. Mierez *de majorat.* 4. *par. quæſt.* 26. *per tot.* Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 40. *n.* 18. Molina *de juſtit. & jure, diſput.* 640. & 641. Spino *in ſpecul. teſtamentor. gloſſ.* 19. *ex n.* 36. D. Leon *dict. deciſ.* 171. *per tot.* Bellon. *conſ.* 36. *ex num.* 1. Surd. *deciſ.* 62. *n.* 21. & 22. Magon. *deciſ.* 92. *n.* 10. & 27. Giurb. *deciſ.* 31. *num.* 3. Valenzuel. *conſ.* 60. *n.* 80. & 81. Caſtill. *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 161. *n.* 23. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 541. *ex n.* 1. Phebus *deciſ.* 84. Larrea *allegat.* 76. Carvalhus *in cap. Raynald. de teſtament.* 2. *par. n.* 261. Monet. *de commutat. ultimar. voluntat. cap.* 9. *n.* 124. *cum ſequent.* Noguerol. *allegat.* 32. *n.* 156. Salgad. *in labyrint. par.* 2. *cap.* 16. *n.* 24. Cyriac. *tom.* 2. *controver.* 364. *num.* 30. Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 1. & 2. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 4. *n.* 57. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 216. Carleval. *de judic. tit.* 2. *diſput.* 1. *n.* 20. Carpzov. *in juriſpr. forenſ. par.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 70. *n.* 4. & *par.* 3. *conſtitut.* 8. *definit.* 34. Rota coram Zarat. apud Arguell. *deciſ.* 12. *n.* 1. Peutinger. *deciſ.* 24. *n.* 2. & *deciſ.* 45. *num.* 1. Urceol. *conſultat. forenſ. cap.* 63. *n.* 20. Cardinal. de Luca *de fideicommiſ. diſcurſ.* 161. *n.* 5. & 8. & *de alienat. diſcurſ.* 57. *num.* 3. Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 11. *n.* 93. Caſtejon *in alphabet. verb. majoratus, n.* 67. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 135. Adeo, quod ſi vinculator recognoverit aliquas ſummas debere, & diſpoſuerit quod ex ſuis ſolvantur bonis, poterit fideicommiſſarius hæres ex hac cauſa alienare fideicommiſsi bona abſque decreto, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 28. *Septembris* 1630. inter Syndicum Capituli Eccleſiæ CathedralisOrcelenſis,& Petrum Caſcant,Franciſcum Marti, & alios. Pro ære autem alieno ſucceſſoris in vinculo, non debent bona fideicommiſſo ſuppoſita alienari, ut Senatus dixit ſententia per Daça, *die* 1. *Januarii* 1637. inter Don Hieronymum Vives, & illius creditores. Quod intellige, caſu in quo non ex-
38 tent bona libera, ex quibus dimitti poſsit æs alienum, nam non eſt interponendum decretum ad bona majoratus, vel fideicommiſſi alienanda, niſi deficientibus bonis liberis, ex quibus æs alienum ſolvi poſsit, aliter non ſuſtinebitur alienatio, *l. pater filium,* 32. *ff. de legat.* 3. Barthol. Alberic. & communitèr DD. *in dict. l. peto,* §. *prædium,* & *in l. filius familias,* §. *Divi,* Gabriel. *conſ.* 118. Peguer. *deciſ.* 108. *n.* 3. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 40. *n.* 22. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 4. D. Leon *deciſ.* 171. *n.* 2. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 542. *n.* 14. Garcia *de expenſis* & *meliorat. gloſſ.* 9. *n.* 36. Carvalho *de una;* & *altera quarta, par.* 2. *n.* 263. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *par.* 2. *n.* 30. & *tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *par.* 2. *n.* 9. & 110. Ramon *conſ.* 1. *n.* 52. Merlin. *de legitim. tit.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 63. Giurb. *ad conſuet. meſan. par.* 2. *cap.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 106. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 173. Caſtill. *controverſiar. tom.* 4. *cap.* 26. *n.* 29. *cum ſequentib.* Noguerol. *allegat.* 40. *n.* 38. Salgad. *in labyrint. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 16. Sperel. *deciſ.* 165. *n.* 57. Leoncil. *de privileg. paupertat. par.* 2. *privileg.* 18. *n.* 1. Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 25. Peutinger. *deciſ.* 214. *n.* 8. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 222. *cum ſequentib.* Bich. *deciſ.* 506. *n.* 28. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. par.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 70. *n.* 4. & *par.* 3. *conſtitut.* 8. *definit.* 34. *n.* 4. Et à Senatu noſtro ita judicatum extat, ſententia per Caſes, *die* 12. *Auguſti* 1628. inter Eufraſiam Calcena, & de Perellò, & Curatorem filii, & hæredis Sepherini Roca. Cui autem incumbat onus probandi carentiam, aut exiſtentiam bonorum liberorum, collige ex traditis *à n.* 32. *uſque ad* 35.

Non debet interponi decretum ad alie- 39
nanda fideicommiſsi bona, ex ſupradicta cauſa, ſi æs alienum ex fructibus bonorum fideicommiſsi ſolvi poteſt, nam quamvis ſententia per Caſes, *die* 17. *Auguſti* 1626. in favorem Domnæ Gratiæ de Rojas, & alia per Alreus, *die* 12. *Aprilis* 1630. inter Catharinam, & Eliſabetham Garones, & hæredes Domnæ Joannæ Maſcò dixerit Senatus, non teneri hæredem æs alienum teſtatoris ſolvere ex fructibus bonorum hæreditariorum, ſed poſſe ex hac cauſa proprietates alienare, tamen quando ex fructibus bonorum fideicommiſsi commodè ſolvi poteſt æs alienum, aliter in fideicommiſſario tenendum eſt, nàm ex fructibus ſolvi debet, & non eſt deveniendum ad alienationem bonorum fideicommiſsi, *l. mulier,* §. *cum proponeretur, ff. ad S. C. Trebelian.* ibi: *Potius fructibus expenſum ferendum, quam fideicommiſſo.* Roman. *conſ.* 332. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 15. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 35. *n.* 10. & *artic.* 40. *num.* 22. Intrigiol. *de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 73. *n.* 419. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 531. *n.* 119. Carrill. *deciſ.* 13. *ex n.* 6. *per tot.* Merlin. Pignatel. *lib.* 2. *controverſ.* 74. *n.* 15. Rota *deciſ.* 206. *n.* 4. *par.* 16. Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 15. Ninot. *deciſ.* 3. *n.* 2. Urceol. *conſultat.* 63. *n.* 21. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 484. Anton. Gobius *conſultat.* 93. *n.* 13. & *conſultat.* 71. *n.* 47. & 70. Moſtaz. *de cauſis piis, lib.* 1. *tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 64. Et majori

cum



40 cum ratione hæc procedent, ſi quod ſolvi debet, fuerint tributa, cenſuum penſiones, & ſimiles præſtationes annuæ, quæ ex fructibus bonorum fideicommiſsi, aut majoratus ſolvi debent, nam etiam ſi hujuſmodi tributa decurſa fuerint tempore antecedentium poſſeſſorum majoratus, aut fideicommiſsi, & pro illis agatur contra actualem ſucceſſorem, qui ſolvere illa tenetur, licet decurſa, fuerint tempore anteceſſorum, Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 24. & *cap.* 27. *n.* 8. Noguerol. *allegat.* 2. *n.* 108. Caſtill. *de aliment. lib.* 8. *cap.* 45. *n.* 9. Acoſta *de privileg. credit. regul.* 3. *ampliat.* 5. *n.* 64. & 65. Maldonad. *in addit.* ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 24. Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 45. *n.* 5. non debet deveniri ad alienandas proprietates bonorum fideicommiſſi, ſi ex fructibus ſolvi poſſunt, cum ex fructibus debeantur, Rota coram Zarat. *deciſ.* 12. *n.* 1. in impreſsis apud Arguell.

41 Ex doctrina à nobis tradita poteris inferre, non eſſe ſequendam opinionem afirmantium, creditores habentes pro ſuis creditis bona majoratus, vel fideicommiſsi, & libera obligata, cogi à poſterioribus creditoribus, ſolum libera bona obligata habentibus, poſſe, ut prius excutiant bona majoratus, & ex illis ſuum recuperent creditum, ne bonis liberis conſumptis in extinctionem crediti priorum creditorum, poſteriores ſua credita amittant, Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 17. *cum ſequentib.* Sforſia Peruſin. *in tract. de fideicommiſ. quæſt.* 44. *n.* 84. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 42. *n.* 18. Amatus *conſ.* 95. *n.* 10. & 11. Manent. *deciſ.* 62. *n.* 5. Ricc. *part.* 7. *collect.* 2498. Surd. *deciſ.* 44. Novar. *deciſ.* 5. D. Leon *deciſ.* 176. *ex n.* 1. Aponte *de poteſtat. Proreg. tit. de aſcenſu ſuper dot. in princip. n.* 38. Gutierr. *practic. lib.* 1. *quæſt.* 146. *n.* 46. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 44. *n.* 1. Marin. *reſolut. quotidianar. tom.* 2. *cap.* 16. *à n.* 14. Nam ſi bona fideicommiſſo ſubjecta non
42 alienantur pro luendo ære alieno fideicommitentis, niſi in ſubſidium, & bonis liberis deficientibus, tenendum eſt creditores anteriores bona majoratus, & libera obligata habentes, non poſſe cogi à poſterioribus creditoribus, libera bona tantum obligata habentibus, ut prius excutiant majoratus bona, cum ut jam vidiſti, prius agere teneantur contra bona libera, ex regul. text. *in l. pater filium, ff. de legat.* 3. *authent. res quæ, Cod. communia, de legat.* Tuentur hanc ſententiam contra Molinam, alter Molina *de juſtit. & jure,* 3. *tom. diſput.* 653. *ex n.* 6. Sarmient. *ſelect. lib.* 7. *cap.* 5. *per tot.* Avendaño *in l.* 46. *Tauri, gloſſ.* 9. *n.* 9. *cum ſequentib.* Franchis *deciſ.* 519. Azeved. *conſ.* 38. *n.* 27. & 28. Et hanc opinionem ſequitur, D. Leon *in dict. deciſ.* 176. Cutel. Sicul. *deciſ.* 13. *n.* 15. Caſtill. *controverſ. tom.* 4. *cap.* 26. *n.* 29. *cum ſequent.* Cyriac. *tom.* 2. *controverſ.* 328. Addent. ad Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 17. *verſ. contrarium,* Noguerol. *allegat.* 40. *n.* 69. & 70. & *allegat.* 4. *n.* 39. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 5. *per tot.* Maldonad. *in addit.* ad Molin. *lib.* 4. *cap.* 7. *ſub n.* 18. Bich. *deciſ.* 510. *n.* 17. & 18.

Tertia cauſa frequenter in noſtra praxi ad- 43
ducta ad alienanda fideicommiſsi bona, & decretum interponendum, eſt majoris utilitatis; bona enim alienari prohibita, poſſunt permutari, & in eorum locum alia ſubrrogari, aut vendi, ut ex eorum pretio alia utiliora emantur, dummodo probetur in evidentem utilitatem majoratus alienationem redundare, *l. ita conſtante, ff. de jure dotium, l. nullus, l. final. ff. eod. l. mutum, ff. de adquirend. hæredit. l. quamvis, ff. ſolut. matrim. cap. ut ſuper,* §. *poſſeſsiones, de rebus Eccleſ. non alienand.* Gregor. Lopez *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *verb. que la non pudieſſe vender,* & *in l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. Gomez *in l.* 40. *Tauri, n.* 82. Capyc. *deciſ.* 108. *n.* 17. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 1. *cum ſequent.* & *cap.* 6. *n.* 26. & 27. Mierez *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 1. *illat.* 1. *n.* 4. & 12. Menoch. *conſ.* 1199. *n.* 4. Lara *de aniverſar.* & *Capellan. cap.* 28. *n.* 26. Caſtill. *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 65. *n.* 3. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 530. *per tot.* Carrill. *deciſ.* 49. *n.* 10. *tom.* 1. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 441. *cum ſequentib.* Cyriac. *controv.* 364. Oñate *de contract. tom.* 1. *diſput.* 23. *tract.* 7. *ſect.* 7. *n.* 124. D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *n.* 83. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 8. *definit.* 33. Caſtejon *in alphabet. verb. alienatio, n.* 10. Cardinal. de Luca *de fideicommiſ. diſcurſ.* 157. *n.* 7. & 8. Et quod majoris utilitatis cauſa, poſsint bona fideicommiſsi, aut majoratus alienari, judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 24. *Januarii* 1631. & alia per Alreus, *die* 24. *Julii* 1623. in favorem Egregii Comitis de Alaquas, & alia per eundem, *die* 7. *Februarii* 1628. inter Vincentiam Ferrer,
& Domum Profeſſam Societatis Jeſu. Ha- 44
bent locum potiſsimè hujuſmodi alienationes ex hac cauſa, quando majoratus bona ſunt ſterilia, & infructuoſa, & ſimul magni valoris, aut æſtimationis ſunt, quia ad delicias deſtinata reperiuntur, ut palatia, viridiaria, & ſimilia. Hæc enim bona poterit decerni, quod vendantur, ut ex pretio alia utiliora, quæ redditum majorem reddant, emantur, & ſubrrogentur in ſterilium locum, ut quotidie in noſtra praxi experimur fieri. Quod limitandum [illegible] majoratus, aut fideicommiſsi



in-

inſtitutor,ob ſpecialem affectionem quam erga bona habebat, impermiſſerit alienationem, & mandaverit in ſua familia conſervari, tunc enim non debet dari locus alienationi, majoris utilitatis cauſa, licet bona ſterilia ſint, ut probant jura, *in l. peto 69. §. fratre, ff. de legat. 2. l. ſi in emptionem* 35. *ff. de minorib. l. libertus* 36. *ff. de bonis libertorum, l. dudum* 14. *Cod. de contrahend. emption.* Tiraquell. *de retract. n.* 34. *&* 39. Gutierr. *de tutell. part.* 2. *cap.* 5. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 441. Et ita refert à Senatu deciſum, D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *n.* 84. *&* 85. Debet tamen conſtare de expreſſa vinculantis voluntate, quod bona conſerventur in familia, aliter ſemper alienari poterunt majoris utilitatis cauſa, ut magis fructifera, & utiliora emantur, ut Senatus dixit ſententia per Alreus, *die* 30. *Auguſti* 1632. in favorem Don Hieronymi Dixer, & Sorell.

45 Quarta cauſa,quæ poteſt proponi ad alienanda majoratus, aut fideicommiſsi bona, liberis non extantibus bonis, eſt alimentorum deſcendentium inſtitutoris,nam etſi aliquibus videatur, non eſſe alienanda bona fideicommiſſo ſubjecta pro alendis deſcendentibus, *gloſſ. in dict. authent. res quæ*,& ibi Salicet. *n.* 3. Corneus *n.* 14. & Bald. *in lectur. antiqua*, & alii adduct. à Caſtillo *de aliment. cap.* 36. *n.* 15. Tamen certius eſt,
46 quod bona fideicommiſſo ſubjecta alienari poterunt pro alendis deſcendentibus inſtitutoris fideicommiſsi, ſi egent, & ex redditu bonorum fideicommiſsi poſſeſsi,aut aliundè ali non poſſunt, ita probatur ex jure noſtro municipali *in for.* 7. *in fin. rubr. de hæredib. inſtituend.* ibi: *O ſi donchs aquell qui ſerà eſtablit hereu, è fo agreugiat de reſtituir à altre aquelles coſes, en que era eſtablit hereu, no era tan pobre, que no baguès altres coſes de que es poguès fer ſos obs.* Hanc tuentur ſententiam Bartholus, Angelus, Fulgoſius, Caſtrenſis, Jaſſon, Curſius junior, & alii *in dict. authent. res quæ*, Pontan. *de aliment. quæſt.* 17. *n.* 32. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 19. Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. utrum, n.* 21. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 8. Seraphin. *deciſ.* 925. *num.* 2. Franciſc. Ferrer *in conſtitut. Cataloniæ, quæſt.* 531. 532. *&* 533. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 42. *n.* 86. *&* 87. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 27. *n.* 12. Oddus *de fideicommiſ. quæſt.* 36. *n.* 36. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 191. *ex n.* 1. *& conſ.* 247. *n.* 9. Petra *de fideicommiſ. quæſt.* 8. *n.* 480. Benincas *de paupertat. quæſt.* 8. *ſpecial.* 10. *n.* 14. Intrigiol. *de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 73. *n.* 393. Moneta *de commutat. ultimar. voluntat. cap.* 9. *de fideicommiſſ. [illegible] n.* 181. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 536. Merend. *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 34. Coccin. *deciſ.* 104. *n.* 3. Caſtill. *lib.* 8. *de aliment. cap.* 36. *n.* 16. *cum ſequentib.* Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 48. Cenſal. ad Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 42. *concluſ.* 3. Rota *deciſ.* 128. *n.* 10. *part.* 5. *recentiſsim.* Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 1. *ampliat.* 3. *ſub n.* 59. Paul. Meli *in additionib.* ad Caſtill. *cap.* 36. *n.* 2. Sperel. *deciſ.* 165. *n.* 57. Leoncil. *de privileg. paupertat. part.* 2. *privileg.* 18. *n.* 1. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 310. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 8. *definit.* 34. *n.* 6. Cardinal. de Luca *de fideicommiſ. diſcurſ.* 100. *n.* 5. 6. *&* 11. *& diſcurſ.* 163. *n.* 2. *&* 3. *& diſcurſ.* 170. *n.* 16. *& de decimis, diſcurſ.* 20. *n.* 11. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 37. *cum ſequent.* Quod
intelligere debes, caſu in quo ex redditu 47
bonorum, ut jam dixi, alimenta præſtari non poſsint, nam ſucceſſor in fideicommiſſo alere fratres, & ſorores ex bonis fideicommiſsi paterni tenetur, aut alterius aſcendentis, non diſsipando proprietates, ſed ex illorum fructibus, & adhuc ex illis dotes conſtituere,ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 4. *Februarii* 1632. inter Illuſtrem Marchionem de la Caſta, & illius creditores. Qua de cau-
ſa in ſubſidium poterunt alienari bona fidei- 48
commiſsi pro ſolvendo debito ſucceſſoris ex alimentorum cauſa contracto,ut judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 22. *Auguſti* 1625. in favorem Joannæ Coſta, & alia per eundem, *die* 16. *Decembris* 1625. in favorem Franciſci Morales, & alia per Daça, *die* 3. *Auguſti* 1643. in favorem Rafaelæ Gil, & alia per Alreus, *die* 23. *Novembris* 1613. inter Domnam Perpetuam Monſoriu, & Don Hieronymum Monſoriu,& alia per Daça, *die* 14. *Decembris* 1622. inter Petrum Gomez, & ſororem Domnam Mariam Fenollet, & Monaſterium Sanctæ Catharinæ de Sena, & alia per Caſes, *die* 9. *Septembris* 1625. inter Pe-
trum Domenech,& Annam Salt.Et quod pro 49
debito contracto per ſucceſſorem ratione honorarii, & ſalarii Advocato debiti, poſsint fideicommiſsi bona alienari, judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 5. *Junii* 1638. inter Domnam Ludovicam Tallada, & Monaſterium de la Murta.

Aliæ multæ cauſæ poſſunt adduci pro alie- 50
natione bonorum majoratus, aut fideicommiſsi, ut pro reficiendis majoratus rebus, Molin, *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 28. majoratus enim, aut fideicommiſsi bona minus pretioſa,legitimè alienantur in ſubſidium pro reparatione, & conſervatione rei ipſius majoratus magis pretioſæ,Burſat. *conſ.* 151. *n.* 11. *lib.* 2. Petra *de fideicommiſ. quæſt.*



*quæſt.* 8. *n.* 549. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 42. *n.* 89. Molin. *de juſtit. & jure, diſputat.* 652. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 33. *n.* 8. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 544. *n.* 7. Caſtill. *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 65. *n.* 6. *&* 62. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 347. Sed ut ſuſtineatur alienatio ex hac cauſa, debet reparatio fieri ex pretio rei venditæ,alias etiam ſi de decreto appareat,non ſuſtinebitur,ut declaravit Senatus ſententia per Saboya pro Benavides, *die* 18. *Junii* 1670. inter Domnam Lucianam Barber, & Bartholomeum Donat. Intellige tamen iſta, quando reparatio bonorum fideicommiſsi ex redditu bonorum percepto non poſſet fieri, quia ſi ex fructibus poſſent reparari, non eſt deveniendum ad alienationem proprietatum, & bonorum, Magon. *deciſ.* 33. *n.* 8. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 544. *n.* 7. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 347. Et judicavit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 19. *Julii* 1670. inter Domnam Mariam Sanz de Alboy,& Joannem Baptiſtam Almanza Presby-
51 terum.Poterunt etiam alienari bona majoratus, aut fideicommiſsi, & interponi decretum, pro expenſis diplomatum coadjutoriæ Canonicatus noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ Valentinæ, aut alterius Catredalis Eccleſiæ, prout vidi interpoſitum à Regio Senatu referente Doctiſsimo Senatore Donato Sanchez del Caſtellar R. C. D. pro expenſis coadjutoriæ Canonicatus Canonici Hieronymi Barberà Presbyteri ſucceſſoris in fideicommiſſo inſtituto per Illuſtriſsimum Dominum Joſephum de Barberà Epiſcopum de Maronea,& Canonicum Almæ Sedis Valentinæ.Et jam antea datum fuerat decretum in Senatu ad alienanda bona fideicommiſſo ſubjecta pro expenſis diplomatum Epiſcopatus Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Don Chriſoſtomi Royo Meritiſsimi Epiſcopi Segorbicenſis.Quod equiſsimè à Senatu factum fuit, nam ſi in hiis valet argumentum de matrimo-
52 nio carnali ad ſpirituale, cum majoratus bona, aut fideicommiſsi aſcendentium, ſicuti pro dote neceſſaria ad matrimonium carnale alienantur, ita ad ſpirituale, ut fœminæ ingredi poſsint Religionem, & in illa abitum ſuſcipere, & vota emittere, Gomez *in l.* 40. *Tauri, n.* 87. Barthol, & Bald. & communiter DD. *in dict. authent. res quæ*, Cancer. *variar. part.* 3. *cap.* 11. *n.* 211. *&* 213. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 89. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 42. *n.* 57. Rota *deciſ.* 30. *n.* 14. *part.* 7. *diverſor.* Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 6. *n.* 1. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 531. *n.* 28. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *n.* 65. Merlin. *de legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 11. *n.* 18. Boſsius *de dote, tom.* 2. *cap.* 16. *n.* 115. Tondut. *reſolut. civil. cap.* 180. *num.* 7. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 288. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 145. *n.* 28. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 96. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.*
35. Adeò quod non ſolum pro dote monia- 53
lis alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſubjecta, ſed ex eorum fructibus debent aſsignari alimenta moniali quotannis,ut ſufficienter ſubventa remaneat, prout judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 14. *Julii* 1637. inter Domnam Victoriam Milà, & Curatorem Illuſtris Marchionis de Albayda, & alia per eundem, *die* 20. *Julii* 1637. inter Annam Mariam Roca, & Vincentium Marti, & alia per eundem, *die* 13. *Novembris* 1637. inter Syndicum Monaſterii de la Saydia,& Don Hieronymum Corrella, & alia per eundem, *die* 4. *Februarii* 1632. inter Illuſtrem Marchionem de la Caſta, & illius creditores, & alia per eundem, *die* 9. *Maii* 1623. inter Don Hieronymum Valeriola, & ſororem Philippam Valeriola illius filiam.Et ſicuti alienari
poſſunt fideicommiſsi bona pro expenſis ve- 54
ſtium, jocalium, & cæteri apparatus nuptialis, & pro aliis neceſſariis,ut ſponſa magis congruè nubat, Gratian. *diſcept. forenſ.* 498. *n.* 58. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 531. *n.* 41. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 62. *n.* 113. Fontanell. *de pact. nuptial. dict. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *n.* 8. *&* 88. Boſsius *de dote, dict. tom.* 2. *cap.* 16. *n.* 110. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 307. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 145. *n.* 33. *cum ſequent. & diſcurſ.* 41. *n.* 3. *& de fideicommiſ. diſcurſ.* 160. *n.* 2. ut Senatus declaravit ſententia per Alreus, *die* 7. *Septembris* 1628. inter Don Vincentium de Borja, & Subſacriſtam Valentinæ Sedis. Et alia per eundē, *die* 15. *Februarii* 1635. in favorem Domnæ Vincentiæ Milà, ubi deciſum extitit, procedere etiam ſi bona expreſsè prohibita fuerint alienari ex cauſa dotis. Ita etiam alienari
poſſunt fideicommiſsi bona pro expenſis in- 55
greſſus Religionis, & apparatus matrimonii ſpiritualis, ut docet Boſsius *de dote, tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 155. *in fin.* & declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 9. *Maii* 1623. inter Don Hieronymum Valeriola, & ſororem Philippam Valeriola, & alia per eundem, *die* 23. *Novembris* 1613. inter Domnam Perpetuam Monſoriu, & Don Hieronymum Monſoriu, & alia per eundem, *die* 14. *Julii* 1637. inter Domnam Victoriam Milà, & curatorē Illuſtris de Marchionis de Albayda. Quod non alitèr intelligere debes, niſi in ſubſidium, & bonis liberis deficientibus, nam neque pro expenſis matrimonii carnalis, neque ſpiritualis, poſſunt alienari bona fidei-

commiſſo ſubjecta niſi bonis liberis deficien-
tibus, quia ſi hæc extarent, alienatio, & de-
cretum eſſent nulla, ut judicavit Senatus ſen-
tentia per Ferrera, *die* 28. *Januarii* 1665. in
favorem Domnæ Antoniæ Artes certo cura-
torio nomine, & contra Don Vincentium
Ramirez. Et ſi ex hiis cauſis jura permittunt
alienationem, ut ſponſa virum digniorem
habeat, majori cum ratione permittenda eſt
Eccleſiaſticis perſonis in majoratu ſucceden-
tibus, ut cum majori honore habeant ini-
tum matrimonium iſtud ſpirituale, addito
decore dignitatis Canonicatus, Epiſcopatus,
aut alterius Eccleſiaſticæ Dignitatis. Demum
alienari poterunt bona fideicommiſſo ſubje-
56 cta, ut ſucceſſor à pœna mortis liberetur, &
ut illi indulgeatur pœna capitalis ob deli-
ctum, vel aliam cauſam indicta, ut Senatus
dixit ſententia per Caſes, *die* 13. *Octobris*
1632. in favorem Hieronymi Ramos Villæ
de Ontinient. Etiam poterit alienatio fieri
pro funeris impenſa, & ſuffragio animæ ſuc-
ceſſoris, ut declaravit Senatus ſententia per
Alreus, *die* 20. *Januarii* 1631. inter Don
Balthaſarem Ladro, & Don Chriſtophorum
Villarraſa, & ſi poſſeſſor bonorum fideicom-
miſsi indigeret præciſsè aliqua ſumma pro
lite defendenda contra fideicommiſsi bona
ſuſcitata, poterit etiam dari locus alienatio-
ni, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus
*die* 18. *Novembris* 1622. in favorem Don
Hieronymi Cerdà.

Decreta ad alienanda fideicommiſsi bo-
57 na, non alitèr expediri debent, quam cog-
nitione cauſæ interveniente, *l.* 9. §. *ubi de-
cretum, ff. de offic. proconſul. l. omnia* 71. *l.
ubicunque* 105. *ff. de regul. juris, l.*28. *in prin-
cip. ff. de excuſationib. l.* 6. *Cod. de prædiis
minor.* Reynoſ. *obſervat.* 30. *n.* 6. Marinis
*reſolut.* 18. *n.* 13. *lib.* 2. Merlin. Pignatel.
*controverſ.* 74. *n.* 1. *lib.* 2. Knipſchildt. *de
fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 493. Caponi *tom.*
2. *diſceptat.* 114. *n.* 14. Carpzov. *in juriſ-
prud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 7. *definit.* 5. *n.*
7. *&* *conſtitut.* 11. *definit.* 28. *n.* 9. Ci-
rocc. *obſervat.* 71. *n.* 39. D. Matheu *de
regim. cap.* 11. §. 6. *n.* 66. *cum ſequentib.*
Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 19.
*n.* 49. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *num.*
58 64. *cum ſequentib.* Triſtany *deciſ.* 24. *n.*
134 Et cauſa propoſita in decreto ad aliena-
tionem faciendam, non ſufficit quod refera-
tur, ſed debet verificari, & probari, ut Do-
cent Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.*
19. *n.* 49. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.*
20. *n.* 33. Oñate *de contractib. tom.* 1. *tract.*
2. *diſput.* 4. *n.* 62. Franciſc. de Angelis *de
confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 67. Unde
ſi ex cauſa æris alieni, alienatio conetur fieri,
debet illius exiſtentia probari, & etiam quod
creditores urgent, & quod alitèr occurri non
poteſt, niſi alienando fideicommiſsi bona, *l.
ob æs alienum, Cod. de prædiis minor. l. filius
famil.* 114. *Divi* 14. *ff. de legat.* 3. *l. magis
puto*, §. *paſsim, ff. de rebus eorum*, Gutierr. *de
tutel. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 75. D. Matheu *dict.
cap.* 11. §. 6. *n.* 78. cum aliis a me traditis,
*in cap.* 12. *n.* 78. Debent etiam probari, te-
ſtium informatione ſummaria, utilitas fidei-
commiſsi, & cæteræ omnes circunſtantiæ, &
qualitates allegatæ ad facilitandum decre-
tum, & obtinendam facultatem alienandi.
Si autem abſque cauſæ cognitione, & proba-
tione, decretum expeditam fuerit, nullitèr, & 59
injuſte operabitur judex, & tam decretum,
quam alienatio nullius momenti erunt, tene-
biturque judex in utroque foro ad reſtitutio-
nem. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.*
18. *n.* 10. *&* *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 5. Caſtill.
*controverſiar. tom.* 5. *cap.* 147. *per tot.* Thomat.
*deciſ.* 67. *n.* 13. Ciarlin. *controverſ.* 183.
*n.* 44. Merlin. *deciſ.* 444. *n.* 8. Andreol.
*controverſ.* 136. *n.* 9. Bich. *deciſ.* 58. *n.* 3.
D. Matheu *dict. cap.* 11. §. 6. *n.* 77. Dunnoz.
*deciſ.* 561. *n.* 8. Anton. Gobius *conſultat.*
71. *n.* 48. *&* 49.

De jure non poterant interponere hujuſ- 60
modi decreta omnes judices, nam officiales
caſtrorum, & villarum, non poterant decre-
ta dare, vel interponere in minorum con-
tractibus, ſed ſolum Præſides in Provinciis,
& prætor in Urbe hæc poterant interponere
decreta, *l.* 1. *cum ſequent. ff. de rebus eorum,
l. final. Cod. de vendendis rebus Civitatis, l.* 6.
*Cod. de prædiis minor.* Farinac. *fragment. cri-
minal. part.* 1. *lit. D. n.* 62. D. Matheu *dict.
cap.* 11. §. 6. *n.* 70. A prædictis vero officia-
libus ruralibus, non poterant decreta dari, 61
Angelus *in authent. ut different. judic.* §. *ſi
tamen, collat.* 6. Bertachin. *in reportor. verb.
decretum, in deciſ. n.* 131. Nata *conſ.* 161. *n.*
10. *lib.* 1. Virgil. Bocacc. *in conſtitut. Mar-
chiæ, gloſſ.* 4. *n.* 39. Simoncell. *de decret.
lib.* 3. *tit.* 7. *inſpect.* 3. *n.* 40. Farinac. &
Matheu *ubi proximè*. Rurales iſti judices im-
periti, & ignari regularitèr ſunt, & vili mer-
cede allecti viginti unius ſolidorum (quod 62
eſt ſalarium debitum in Regno inferioribus
judicibus pro interpoſitione cujuſlibet de-
creti) interponunt decretum in alienationi-
bus bonorum majoratus, & contractibus in-
tereſſe ſummi, quod propter eorum igno-
rantiam nullum parit de jure effectum, ut hiis
de cauſis ad propoſitum, docent Barthol. &
Bald. *in l. tutores, ff. de confirmando tutore,*
Jaſſon *in l. pacta noviſsima, n.* 9. *Cod. de pa-
ctis*, Nevizan. *conſ.* 75. *n.* 7. Gabriel *com-
mun. concluſ. lib.* 2. *tit. de ſententiis, concluſ.* 5.
*limitat.* 1. *n.* 22. Alciat. *de præſumptionib.
regul.* 3. *præſumpt.* 10. *n.* 10. Roland. *conſ.*

90.



90. *n.* 47. *lib.* 1. Simoncell. *de decret. dict.
lib.* 3. *tit.* 7. *inſpect.* 3. *n.* 39. Farinac. *ubi
proxim. n.* 61. D. Matheu *dict. cap.* 11. §. 6.
*num.* 69. In noſtro Regno quælibet decreta
63 interponi poſſunt à judicibus ordinariis, ut
probatur, *ex for.* 18. *rubr. de teſtamentar. tu-
tel.* D. Matheu *num.* 70. *&* 71. Sed Aſſeſſores
judicum ordinariorum non faciunt litem ſuã,
neque tenentur ad reſtitutionem pretii rei
alienatæ virtute decreti, niſi probetur dolo
feciſſe, ut expediretur decretum, juxta Se-
natus ſententiam publicatam per Benavides,
*die* 12. *Januarii* 1662. inter D. Cruciaga Na-
varro hæredem illius Patris. D. Navarro, &
Annam Mariam, & Theodoram Boigues ibi:
*Attento quod dicta inſtantia non remanet modo
debito juſtificata, quia non conſtat de dolo, ſeu
tali culpa dicti Navarro Cruciaga Aſſeſſoris,
qui dictum decretum firmavit, ut ex ea litem
ſuam faceret, & teneretur ad ſolutionem pretii
dictarum terrarum venditarum virtute dicti de-
creti.* Solum in Civitate noſtra, ubi Juſtitia in
64 cauſis civilibus duos habet Aſſeſſores, in de-
cretis alienationis bonorum majoratus, aut
fideicommiſsi, vel minorum, & in manda-
tis expeditis pro illorum executione, inter-
venire debet conſilium duorum Aſſeſſorum,
ſi alienationis intereſſe excedat duos mille
ſolidos, & ſi modo iſto non expediantur de-
creta ſupradicta, nulla erunt, ut cavetur, *in
foro* 334. *fol.* 83. *curiar. anni* 1626. Quæ fo-
ralis diſpoſitio, licet in decimo quarto actu
curiæ Brachii Regalis, *curiar. anni* 1645. pro-
poſitum fuerit, quod revocaretur, denegatum
fuit à domino Rege, ut tradit D. Matheu *d.
cap.* 11. §. 6. *num.* 67. *cum ſequent.* qui in *n.*
71. *&* 72. dubitat de obſervantia hujus fori,
& ego etiam de illa dubito, cum videam de-
creta iſta expediri de conſilio alterius ex Aſ-
ſeſſoribus, & ab uno ſolo ſubſcribi, licet alii
cautius procedendo à duobus Aſſeſſoribus
ſubſcribere faciant, quod tutius ſemper erit,
cum forus literalitèr diſponat, nullum eſſe
decretum deficiente conſilio duorum Aſſeſſo-
rum. Limitarem tamen iſta in perſonis bra-
chii Militaris, aut Eccleſiaſtici, ad quarum
rogationem non fuit ſtabilitus prædictus fo-
rus, imo proteſtatus, nam ſolum illius diſpo-
ſitio comprehendere poterit perſonas brachii
Regalis, ad quarum propoſitionem editus
fuit.

65 An decreta ad alienanda bona majora-
tus, aut fideicommiſsi debeant expediri cum
citatione immediati ſucceſſoris dubitant DD.
multi tenent, quod non ſolum judices infe-
riores, ſed Princeps quando per viam diſ-
penſationis decretum interponit, & conce-
dit hujuſmodi facultates alienandi, tenetur,
& debet citare facere primum, & immedia-
tum ſucceſſorem, *l.* 1. §. *denunciari, ff. de ven-
tre inſpiciendo*, Molin. *de Hiſpanor. primog.
lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 5. *&* *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 23.
Cancer *variar. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 117. Fran-
chis *deciſ.* 462. *n.* 2. *&* 3. Scacc. *de judi-
ciis, lib.* 2. *cap.* 8. *à n.* 164. Lara *de vita
homin. cap.* 8. *n.* 6. Gratian. *diſcept.* 145.
*n.* 1. Curia Philippic. 1. *part.* §. 12. *de la cita-
cion, n.* 10. Vaiaſc. *conſultat.* 114. *n.* 10.
Giurb. *deciſ.* 25. Carocius *de remediis adver-
ſus ſentent. except.* 125. *n.* 47. Fontanell.
*de pactis nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *n.* 22.
Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 408. *n.* 133. Bar-
boſ. *voto* 126. *n.* 44. *cum ſequentib.* Sal-
gad. *de reg. protect.* 2. *part. cap.* 13. *n.* 56.
Don Petrus de Salcedo *in l.* 4. *tit.* 14. *lib.* 3.
*recopilat. n.* 173. Alii verius docent non 66
ex neceſsitate, ſed ex æquitate citationem fa-
ciendam eſſe. Noguerol. *allegat.* 32. *n.* 194.
Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *lib.* 3.
*cap.* 3. *ſub num.* 22. In Regno, & praxi no-
ſtri Senatus multoties citantur immediati ſuc-
ceſſores ad interpoſitionem decreti ſupradi- 67
cti, ut fuit obſervatum in S.S.A.C. in decre-
to ad diſtrahendam Baroniam de Fineſtrat,
nam illud, citato Don Ferdinando Coloma
immediato ſucceſſore, obtentum fuit, per
Egregium Comitem de Anna, ut refert D.
Matheu *de regimin. cap.* 11. §. 6. *num.* 76. Mul-
toties tamen non citantur ſucceſſores imme-
diati, nam ſi cauſa eſt nota, & alienatio non
eſt rei valoris conſiderabilis, citatio proxi-
mioris ſuperflua eſt, Tapia *deciſ.* 20. Ponte
*conſ.* 152. Thoro *in compend. deciſion.* 3. *part.
verb. citatio agnatorum.* Solo in caſu quo 68
immediatus ſucceſſor inſtantiam fecerit præ-
ventionalem, ante decretum, petendo quod
non expediatur abſque illius citatione, hoc
in caſu debebit expediri decretum cum illius
citatione, nam cum contradictor appareat,
debet audiri, & illud quod expediri poterat
abſque illius citatione, non poterit niſi cita-
to illo concedi, ex doctrina Flores Diaz de
Mena, *lib.* 1. *practicar. quæſt.* 4. *n.* 31. San-
chez *de matrim. lib.* 3. *diſputat.* 19. *n.* 7.
Salgad. *de Regia protect. part.* 2. *cap.* 13. *n.*
57. Larrea *allegat.* 90. *n.* 8. D. Creſpi *ob-
ſervat.* 114. *n.* 47. *cum ſequent.* Quod in
Senatu practicatum vidi in decreto petito
pro parte Domnæ Mariæ Apoloniæ Ximenez
de Urrea, & de Caſtellvi viduæ Turricis
Egregii Comitis de Carlet ejus filii, & Don
Raymundi Ludovici de Vilanova, & Ca-
ſtellvi Monteſianæ Familiæ Militis, ſuper
tranſactione inter illos facta de bonis fidei-
commiſsi inſtituti per Egregiam Domnam
Theodoram de Caſtellvi, nam cum facta
fuiſſet inſtantia præventionalis pro parte
Domnæ Joannæ de Vilanova, & de Caſtellvi
ad ſucceſsionem invitata, non fuit expeditum
decretum niſi cum illius citatione.

In

69 Interpoſito decreto ad alienanda fideicommiſsi bona, cum hoc quod ex bonorum pretio prædium, aut cenſus ematur, & venditione facta virtute decreti, videndum erit cui incumbat curare quod pretium convertatur in emptionem prædii, aut cenſus. Vel ſi bona majoratus vendãtur, decreto mediante, ad opus ſolvendi æs alienum ex pretio, cui incumbet onus ſolvendi, emptori, aut venditori, & demum an ſi pretium venditori tradatur, ſecurus ſit emptor etiam ſi ſolutũ creditoribus non fuerit. In hac quæſtione, duæ reperiuntur ſententiæ, prima tenet, emptorem ſolicitum eſſe debere, ut pretium convertatur in illud cujus cauſa conceſſa fuit facultas ad alienandum, talitèr quod ſi pretiũ venditori traditum fuerit, & non convertatur, emptor ſecurus non remanebit, quorum ſententia probatur, ex text. *in l. non puto*, §. *non paſsim, ff. de rebus eorum, l. vir uxori, ff. ad S.C.V. l. is qui*, §. *eique dotem, ff. de legat. præſtant. l. Civitas* 27. *ff. ſi certum petatur, l. magis puto*, §. *ne tamen titulo, ff. de rebus eorum, authent. de alienat. & emphiteuſ.* §. *ſi vero quis, aut Epiſcopo, authent. hoc jus porrectum, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Docent Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *ex n.* 20. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 34. *&* 35. Avendaño *de cenſib. cap.* 64. *n.* 4. *cum ſequentib.* Montealegre *in prax. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 6. Mierez *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 26. *n.* 40. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 13. *n.* 2. Gratian. *diſcept.* 45. *n.* 1. *cum ſequentib.* Anton. Faber *in ſuo, Cod. tit. de jure dotium, definit.* 19. Merlin. *deciſ.* 77. *n.* 2. Rota *poſt tract.* Cencii *de cenſib. deciſ.* 28. *n.* 5. *&* 6. Surd. *deciſ.* 156. ubi Hodiern. Giurb. *deciſ.* 88. *n.* 15. Caſtill. *deciſ.* 205. Rovit. *conſ.* 64. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 681. *n.* 5. *part.* 1. *recentiſsimar.* Spada *conſ.* 317. *n.* 6. *lib.* 2. Joannes Bapt. Antonel. *conſ.* 22. *n.* 15. Bich. *deciſ.* 175. *n.* 12. Marin. *lib.* 1. *reſolut.* 77. *n.* 12. Cardinal. de Luca *de credito, diſcurſ.* 59. Secunda ſententia docet, emptorem non debere eſſe ſolicitum, ut pre-
70 tium convertatur in cauſam expreſſam in decreto, ſed ſecurum remanere tradendo venditori pretium, etiam ſi in alios uſus converſum fuerit, & hæc ſententia probatur, ex tex. *in l.* 1. §. *non autem, ff. de exercitoria actione, l. final. ff. eod. l. ſicut*, §. *videmus, ff. quibus mod. pignus vel hypot. l. liberto, in princip. ff. de negotiis geſt.* ibi: *Etiam ſi pecunia non ſit in rem ejus verſa, tamen dabitur in eum negotiorum geſtorum actio.* Ita tenent Gutierr. *allegat.* 1. Rota apud Pacific. *de ſalvian. interdic. deciſ.* 9. Ludovic. Molin. *ubi proxim.* Surd. *d. deciſ.* 156. ubi Hodiern. Peregrin. *conſ.* 82. *vol.* 4. Ceſſar Manent. *deciſ.* 31. *n.* 24. Beltramin. ad Ludovic. *deciſ.* 511. *n.* 33. Caſtill. *de aliment. cap.* 36. §. 3. *n.* 15. Anna *ſingular.* 9. Merlin. *deciſ.* 219. *&* 255. Olaſc. *deciſ.* 171. Molin. *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 651. *ex n.* 1. Seraphin. *deciſ.* 366. *n.* 3. Burat. *deciſ.* 714. *num.* 1. Gregor. Mundus *conſ.* 2. *n.* 31. *lib.* 1. Sperel. *deciſ.* 154. *n.* 104. Noguerol. *allegat.* 14. *n.* 45. Avendaño *de cenſib. cap.* 64. Hermoſill. *in l.* 3. *gloſſ.* 6. *n. final. tit.* 1. *part.* 5. Maldonad. *in addit.* ad Molin. *lib.* 4. *cap.* 4. *ſub n.* 22. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 45. *n.* 9. Et pro hac ſententia facit, quod juxta Senatus noſtri cenſuram, emptor bonorum minoris non tenetur curare, quod pretium convertatur in minoris utilitatem, ut ſententia per Alreus, *die* 4. *Junii* 1632. inter Franciſcam Paulam Fababuix, & Hieronymum Micò.

In hac dubietate ego judico duos eſſe 71
diſtinguendos caſus, primus eſt quando in decreto ad alienandum dato, præſcripta reperitur forma certa, & hoc in caſu ad unguem obſervari debet forma tradita, ut ſecurus remaneat emptor, ex regul. text. *in cap.* 1. *de natura ſucceſsion. feud. cap.* 1. *de duobus fratrib. authent. de reſtitut. fideicommiſ.* §. *nos igitur, collat.* 9. *l. ad probationem, Cod. de probat. l. l. ſi quis ſtipulatus, ff. de verbor. obligat. l.* 1. §. *hæc verba, ff. ne vis fiat ei*, Docent in terminis, Mier. *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 1. *limit.* 1. *ex n.* 115. Gayl. *lib.* 1. *obſervat.* 35. & ibi Greveus ejus additionator, Surd. *conſ.* 334. *lib.* 3. Cevall. *quæſt.* 897. *ex n.* 763. Ceſſar. Manent. *conſ.* 17. Addentes ad Molin. *lib.* 4. *cap.* 4. *ſub. n.* 20. Caſtill. *de aliment. cap.* 36. §. 3. *n.* 35. *cum ſequentib.* Merlin. *deciſ.* 781. *n.* 1. Sperel. *deciſ.* 154. *n.* 110. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 36. §. 3. *n.* 4. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 249. *n.* 6. *&* 7. Cyriac. *controverſ.* 219. *n.* 30. *& controverſ.* 303. *n.* 71. Bich. *deciſ.* 175. *n.* 15. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *num.* 140. Undè ſi in decreto dicatur, quod 72
pretium bonorum majoratus deponatur in tabula nummaria Urbis, vel in poſſe tabularii curiæ civilis, aut alterius Judicis ad hoc, ut convertatur in emptionem prædii, aut cenſus, prout apud nos fieri ſolet, tutus erit emptor deponendo pretium juxta tenorẽ decreti, & nunc convertatur ex poſt facto in cauſam expreſſam, vel non convertatur, ſecurus erit, quia deponendo, fecit quod in decreto ei juſſum eſt, & non tenetur de alio curare, Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 23. Mier. *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 26. *n.* 33. Addent. ad Molin. *dict. cap.* 4. *ſub n.* 20. Caſtill. *de aliment. dict. cap.* 36. §. 3. *n.* 38. Ludovic. *deciſ.* 511. *n.* 6. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 249. *n.* 6. *&* 7. Paul.



Paul. Meli *ubi proxim.* Si vero in decreto di-
73 ctum fuerit, quod pretium bonorum majoratus tradatur actuali ſucceſſori, ut ille, aut debitum ſolvat, aut prædium emat, vel aliud faciat, poterit emptor libere pretium tradere, tutuſque erit, etiam ſi pretium poſtea convertatur in alios uſus, quia hoc in caſu emptor non debet eſſe ſolicitus, ut pretium convertatur in cauſam expreſſam in decreto, Molin. *ubi proxim.* Avendaño *de cenſib. cap.* 64. *n.* 14. Molin. *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 651. Addent. ad Molin. *ubi proxim.* Caſtill. *dict. cap.* 36. §. 3. *n.* 38. Et juxta hunc cenſum, ſequenda eſt ſecunda ſententia ſupra adducta. Ex adverſo autem, ſi in decre-
74 to dicatur quod emptor ex pretio fideicommiſsi bonorum credita ſolvat, & ei obligatio imponatur, non aliter ſecurus erit, niſi adimplendo quod ei juſſum fuit, & ſolvendo debita ex pretio, neque adquiret dominium rei emptæ, niſi ex pretio credita dimiſſa fuerint, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 31. *Octobris* 1637. inter Don Gaſparem Mathiam Joan, & Hyacintum Stephanum Delago, & hoc modo, proculdubio, veriſsima eſt ſententia prima.

Secundus caſus eſt, quando in decreto
75 certa forma præſcripta non reperitur ad ſolvendum pretium rei alienandæ, ſed ſolum datur facultas ad alienanda bona cauſa ſolvendi æs alienum, aut ut ex pretio aliud prædium, aut cenſus ematur, ſed hoc in caſu ſi alienatio fiat ex cauſa neceſſaria, ut ſolvendi æs alienum, & alienetur res alienari prohibita, ut puta majoratus, aut fideicommiſsi, ut ſecurus remaneat emptor, ſolicitus eſſe debet, ut ex pretio rei æs alienum dimittatur, Surdus *deciſ.* 156. *propè finem*, Beltramin. ad Ludovic. *deciſ.* 511. *ſub n.* 33. Cencius *de cenſib. quæſt.* 15. *ſub n.* 37. *& poſt tractat. deciſ.* 8. *n.* 11. *& deciſ.* 287. *n.* 4. Amato *reſolut.* 3. *n.* 55. Ventrigil. *in prax. adnotat.* 37. §. *unic. n.* 5. *&* 16. Merlin. *deciſ.* 77. *n.* 12. Rota *deciſ.* 681. *ſub n.* 5. *verſ. Et licet, part.* 1. *& deciſ.* 256. *n.* 6. *part.* 9. *tom.* 1. *& deciſ.* 465. *n.* 24. *part.* 9. *tom.* 2. *recentiſsimar.* Sperel. *deciſ.* 154. *n.* 99. Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 36. §. 3. *n.* 2. Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 19. *ſub n.* 3625. Et hoc modo etiam eſt vera prima DD. opinio. Si autem decretum interpoſitum fuerit ob utilitatem fidei
commiſſarii tantum, ut puta ſi cauſa ſolven- 76
di ei alimenta, aut ut ſatisfactus maneret impenſi in fideicommiſsi utilitatem ex propriis pecuniis, aut ex ſimili cauſa, utilitatem illius privatam reſpiciente, non tenetur curare emptor, ut ſecurus ſit, de verſione pretii in cauſam, ſed ſecuriſsimè tradi ei poterit pretium, Decius *conſ.* 36. *n.* 8. Seraphin. *deciſ.* 366. *n.* 3. Burat. *deciſ.* 714. *num.* 1. Sperel. *deciſ.* 154. *n.* 104. Gregor. Mundus *conſ.* 2. *n.* 31. *lib.* 1. Paul. Meli *ubi proxim. n.* 3. & in hoc caſu poteſt etiam amplecti ſecunda ſententia.

El decreto para poder agenarſe los bienes 77
„ de mayoraſgo, ò fideicommiſſo, ſe deve „ obtener en nueſtro Reyno en eſta forma, „ que el ſucceſſor actual proponga ſu libello, „ en donde narre la cauſa, y neceſsidad que „ concurre para que ſe paſſe à la agenacion, „ y concluya pidiendo, que ſe reciba ſumaria „ informacion de teſtigos para provar la utilidad que tiene el vinculo, y lo demàs que „ conviniere, y en particular que no ay bienes libres, ſi es que la cauſa del decreto „ fuere por pagar deudas del vinculador, y „ con eſta prueba, y la de conſtar del juſto „ valor de la coſa que ſe quiere agenar, ò por „ relacion de los Expertos del Tribunal, ò „ por la informacion de teſtigos, ſe paſſa à „ interponer el decreto, dando facultat para que ſe venda, y agene la coſa del vinculo, ò mayorazgo. Bien es verdad, que ſi pareciere al Tribunal, no ſe dà todas vezes „ eſte decreto ſin citar al inmediato ſuceſſor; „ antes bien ſe manda citar, y oìrle, para que „ con ſu injuncion ſe deſpache, y quando no „ ſe dà el juſto valor de la coſa que ſe agena, „ deve procurarſe mandandola ſubhaſtar por „ algun tiempo; y el libello para obtener eſte „ decreto ſe deve proponer en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. ſucceſſor en lo vincle inſtituit per lo quondam S. T. ſon Abuelo, ſuplicant com millor pot, diu, que entre altres bens, recau en dit vincle una caſa ſituada, y poſada en la preſent Ciutat, Parroquia de T. en lo carrer de T. que afronta, &c. Y ſent aixi que lo que à comuna eſtimaciò val dita caſa ſon 3000. liur. no ſen trau de aquella de arrendament caſcun any mes de 50. lliur. y aço es havenſe de fer caſcun any les obres de que es neceſsita, y ſuccehint tambe en moltes ocaſions, el eſtar dita caſa buyda per eſpay de molt temps, y no tenir lo Suplicant ninguna utilitat de aquella; per raho de lo qual havent preſentit lo dit Suplicant que F. T. deſitjava comprar la ſobredita caſa, y la havia de meneſter pera ſos uſos, ha entrat à tractar ab aquell que lin donaria de preu, y li ha offert donar un cenſal de proprietat

de

de 3000. lliur. y annua penciò de 3000. ſous, que li correſpon la Vila de Carcaixent com à hereu que es del quondam F. T. ſon pare, ab la calitat que dit cenſal vice permutati dominii quede ſubrrogat en lloch de la dita caſa, y ſubjecte als mateixos vincles que lo dit F. T. Abuelo del Suplicant impoſsà en los bens, y fideicommis que inſtitui; è com ſia mes util, y profitos al dit Suplicant, y demes ſucceſſors en dit vincle, el ques vena la ſobredita caſa per lo ſobredit preu de 3000.lliur. ab lo medi de la tranſportaciò del ſobredit cenſal, quedant eſte ſubrrogat, que no el conſervar dita caſa en dit vincle, pues tindràn 150. lliur. de renta del dit cenſal, y de la caſa, com ſe ha dit, no ſen trahuen mes que 50. lliur. y en viſta de utilitat tan notoria, dega donarſeli facultat al Suplicant, pera fer la agenaciò ſobredita ab les calitats que ya te ponderades.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Suplica ſe li mane rebre una ſumaria informaciò de teſtimonis, à fi, y effecte de verificar, y provar la utilitat ſobredita, y demès referit en eſta inſtancia, y tambe que los experts Fuſter, y Obrer de vila viſuren dita caſa, y faſſen relaciò, que à communa eſtimaciò no val aquella mes que 3000. lliur. Y conſtant per la informaciò, y relacions, vel aliàs, de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter ſuplica, ſe li mane donar facultat al Suplicant, pera que no obſtant los ſobredits vincles, puixa fer venda de la ſobredita caſa à favor del dit F.T. y fermar tots los actes, y obligacions que convinguen, y ſien neceſſaris per lo dit preu de les 3000. lliur. ab la calitat de haverſe de tranſportar lo ſobredit cenſal de 3000. lliur. à favor del Suplicant, y demes ſucceſſors en dit vincle, pera que quede ſubrrogat dit cenſal en lloch de dita caſa, y quede ſubjecte à les condicions, y pactes que lo dit F. T. ſon Abuelo interposà en la inſtituciò del ſobredit vincle, interpoſant en tot lo deſus dit lo decret judicial de el preſent Tribunal de eſta Real Audiencia, y que la preſent es mane evocar à eſta Real Audiencia, y cometre à hu dels Nobles, eo Magnifichs DD.R.C. qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die 15. Januarii 1688.*
*F. V. Recipiantur informatio, & relationes ſupplicatæ.*

## CAPUT XVIII.

## *DE DECRETO ad reeſmerſandam pecuniam proprietatis cenſus depoſitam.*

### SUMMARIUM.

1 *LUitio cenſus poteſt fieri majoratus ſucceſſori, etiam ſi cenſus fideicommiſſo ſuppoſitus fuerit.*

2 *Fideicommiſſarius, aut majoratus ſucceſſor dominus eſt, & domino rectè luitur cenſus.*

3 *Succeſſori majoratus, vel fideicommiſsi rectè luitur cenſus, abſque depoſito, etiam ſi luitio impermiſſa reperiatur fieri aliter quam facto depoſito.*

4 *Teſtator poteſt hæredem gravare, non vero tertium.*

5 *Cenſus luitio non poterit fideicommiſſario fieri, diſponente teſtatore, quod non fiat fideicòmmiſſario, & quare.*

6 *Luitio non poteſt fieri, niſi depoſita cenſus proprietate, quando in inſtrumento cenſus conventum ita reperitur.*

7 *Depoſitum, ut relevet, quomodo debeat fieri.*

8 *Praxis, & libellus ad deponendam pecuniam proprietatis cenſus.*

9 *Pecunia venit ſub nomine bonorum mobilium, quæ ſervando ſervari non poſſunt. Ubi per quod tempus pecunia, & bona mobilia conſumpta præſumantur.*

10 *Pecunia depoſita ad reeſmerſandum, cum ſit deſtinata ad rei immobilis emptionem, habetur tanquam res immobilis, & nequit à depoſito extrahi abſque judicis decreto.*

11 *Praxis, & libellus ad decretum obtinendum pro reeſmerſatione pecuniæ proprietatis cenſus depoſitæ.*



1 IN Regno multoties contingere ſolet, quod luitio proprietatis cenſus non aliter poteſt fieri, quam facto depoſito in tabula nummaria urbis, aut in curia Juſtitiæ in cauſis civilibus, cauſa, ut vulgo ſolet dici, reeſmerſandi, & emendi alium cenſum, aut rem fructiferam: ſed quia hujuſmodi depoſita frequētiſsimè abſque neceſsitate fiūt, decrevi tradere caſus in quibus non eſt neceſſarium depoſitum, ut luatur cenſus, nam multi cogitant neceſſarium eſſe depoſitum omni in caſu quo cenſus fideicommiſſo ſuppoſitus reperitur. Et ut iſta comprehendantur enixius, tres veniunt diſtinguendi caſus. Primus eſt, quando in contractus limine, & cenſus inſtrumento conventum nō fuit, quod cenſus proprietas in caſu luitionis deponeretur, neque poſtea in fideicommiſsi, vel majoratus inſtitutione, expreſsè cautum fuit, quod cenſus proprietas non alitèr lueretur quam depoſito facto reeſmerſandi cauſa, & in hoc caſu, etiam ſi dominus cenſus vinculo perpetuo, & majoratui ſupponat cenſum, & illius alienationem expreſsè prohibeat, non tenetur cenſus debitor facere depoſitū proprietatis ſi luere deſiderat, ſed poteſt non obſtante vinculo, aut majoratu, proprietatem tradere, & ſolvere abſque depoſito ſucceſſori in fideicommiſſo, vel majoratu, ſecurusque, & liberatus erit debitor, quia gravato onere fideicommiſsi rectè ſolvitur, *l. ante reſtitutionem* 104. *ff. de ſolutionib.* Ea ratione, quia domino legitimè ſolvitur, &
2 traditur cenſus proprietas, *l. quod ſi fortè* 13. §. 1. *ff. de ſolutionib. l. quod quis* 49. *ff. de obligationib. & actionib. l. quod in diem* 70. *ff. de ſolutionib. l. obſignationes, cum aliis, Cod. de ſolutionib.* Et fideicommiſſarius, aut majoratus poſſeſſor, vita durante, bonorum domini ſunt, *l. generaliter, l. ſubconditione, ff. qui & à quibus, l. ſpecies, ff. de auro, & argento legato, l. final. ff. de uſufruct. earum rerum, l. Julianus, §. final. Cod. de legatis,* Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 10. & *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 6. Giurb. *deciſ.* 69. *n.* 33. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 4. *n.* 3. Carvalho *de una, & altera quarta, part.* 2. *n.* 389. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 58. & 59. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 1. Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprud. lib.* 2. *diſcurſ.* 10. *n.* 16. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 3. *n.* 13. & 52. Roxas *de incompatibilitate, part.* 6. *cap.* 4. *n.* 71. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 8. *definit.* 35. *n.* 3. Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *prælud.* 2. §. 6. *n.* 31. Caſtejon *in alphabet. verb. majoratus, n.* 62. Pechii *de aquæduct. tom.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 5. *n.* 34. & *cap.* 11. *n.* 22. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 34. Et quod fideicommiſſario poſsit lui cenſus, & tradi illius proprietas, abſque depoſito, docet Gloſ. *in dict. l. ante reſtitutionem,* in figurat. caſus, Barthol. Bald. Alberich. Angelus, & Imola *in dict. l. ante reſtitutionem,* Bimius *conſ.* 123. *lib.* 2. Intrigiol. *de cenſib. quæſt.* 71. *n.* 5. & *ibi additionator, lit.* C. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 4. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 2. *n.* 50. Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 87. Caſanat. *conſ.* 7. & 9. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 5. *n.* 2. Amato *variar. part.* 2. *reſolut.* 82. *n.* 17. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 27. *n.* 39. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 3. Franchis *deciſ.* 206. *n.* 24. Molin. *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 606. Monter. *deciſ.* 1. *per tot.* Cartar. *deciſ.* 69. *n.* 23. Martha *vot.* 51. Cencius *de cenſib. cap.* 109. *n.* 35. Noguerol. *allegat.* 14. *n.* 147. Carvalho *de una, & aliera quarta, part.* 2. *n.* 357. Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 17. Cardinal. de Luca *de cenſib. diſcurſ.* 23. *n.* 2. *de dote, diſcurſ.* 54. *n.* 8. & *de credit. diſcurſ.* 40. *n.* 9. & *diſcurſ.* 59. *n.* 9. Et quod fideicommiſſario, aut majoratus poſſeſſori, non obſtante prohibitione alienandi, rectè luatur cenſus, & proprietas tradatur, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 25. *Junii* 1613. inter Michaelem Joannem Pardo, Hieronymum Pardo, & alios, & alia per Berbegal, *die* 29. *Martii* 1608. inter Hieronymum Caſes, & Bartholomeum Alreus, & alia per Daza, *die* 21. *Januarii* 1614. inter Joannam Angelam Vaſquez, & Syndicum Societatis Jesv, & alia per Caſes, *die* 4. *Martii* 1625. in favorem Domnæ Mariæ Diez, & de Covarrubias, & alia per Alreus, *die* 19. *Februarii* 1625. inter Domnam Gratiam de Roxas, & Joannem Ferrer, confirmata in ſupplicationis judicio in alia aula, ſententia per eundem, *die* 20. *Junii* 1626. & alia per Daza, *die* 4. *Martii* 1635. inter Angelam Sariñena, & Raphaelam Catarroja, & alia per Ferrera, *die* 25. *Februarii* 1682. in favorem Villæ de Albayda, & contra Domnam Annam Mariam Aſsiò, & Fenollar, & alia per Maſcarò, *die* 10. *Januarii* 1669. contra Illuſtrem Civitatem Valentiæ, referente Doctiſsimo Senatore Don Carolo Vallterra, & Blanes Monteſianæ Familiæ milite, nunc meritiſsimo R. Cancellariam Regente, ubi refertur Regium reſcriptum, *diei* 22. *Octobris* 1660. in quo deciſum hoc etiam extare videtur. Sed in Regia ſententia dicitur, nō procedere iſta, quando luitio proprietatis cenſus fieret à fidei-

deicommiſſario voluntarie , ut ſi remitteret aliquam ſortis partem , nam non erit rectè facta luitio in iſto , & ſimilibus caſibus.

Secundus caſus eſt , quando in contractus
3 limine , & in cenſus inſtrumento conventum
non reperitur, quod proprietas cenſus deponatur reeſmerſandi cauſa in caſu luitionis,ſed poſt cenſus creationem , majoratu, vel fideicommiſſo inſtituto, à cenſus domino expreſsè diſponitur , quod capitale cenſus in omni luitionis caſu deponatur , vel in tabula nummaria,aut in curia Juſtitiæ reeſmerſandi cauſa,& in hoc caſu non videtur poſſe luitionem cenſus fieri fideicommiſſario,vel ſucceſſori majoratus , quia vinculator impoſitam habet legem luitioni , à qua non videtur recedi poſſe , cum teſtatoris voluntas pro lege habeatur, & tanquam lex ſervari debeat,*l.in conditionib.* 19. *ff. de conditionib. & demonſtrationib. l. vel negare* 5. *ff. de jure codicillorum* , *l.* 1. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. ultima voluntas* 104. 13. *quæſt.* 2. Quam opinionem tuentur , Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 6. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 89. Felician. *de cenſib. lib.* 4. *cap.* 1. *à n.* 4. Molina *de juſtit. & jure , tract.* 2. *diſput.* 606. *ex n.* 1. Amato *variar. tom.* 2. *reſolut.* 81. *n.* 18. Addentes ad Molin. *dict. lib.* 2. *cap.* 10. *ſub n.* 5. Capyc. Galeot. *lib.* 1. *controverſ.* 33. *num.* 21.Et caſu in quo debitori cenſus notificata fuerit diſpoſitio vinculatoris prohibentis cenſus luitionem alitèr quam facto depoſito , quod debeat luitio fieri per depoſitum, docet ex Amato *ubi proximè* , *n.* 20. Olea *de ceſsione jurium* , *tit.* 3. *quæſt.* 12. *n.* 13. Contrariam tamen ſententiam veriorem judico , & omnino ſequendam , poſſeque luitionem cenſus fieri fideicommiſſario,aut majoratus ſucceſſori, non obſtante diſpoſitione vinculatoris ordinantis,quod cenſus proprietates deponantur reſmerſandi cauſa ſemper,& quando luantur cenſus,etiam ſi diſpoſitio iſta nota fuerit cenſus debitori. Primo, quia celebrato cenſus contractu,adquirit debitor jus,liberè ſolvendi proprietatem in caſu luitionis , abſque gravamine faciendi depoſitum , imò contractus lege , poteſt libere tradere, & ſolvere creditori cenſus,aut illius ſucceſſoribus ſortem : Ergo alter ex contrahentibus non poteſt hoc jus alteri contrahenti tollere, alterando legem iſtam contractus, & ei imponendo alium ſolutionis modum, quia contractu perfecto , nequeunt ejus leges , & pacta mutari , minui , vel alterari ab altero ex contrahentibus , reluctante alio , *l. perfecta donatio* , *Cod. de donationib. quæ ſub modo*, *l. ſicut*, *Cod. de obligationib. & actionib. l. eo quod* 10. *Cod. ſi certum petatur* , *l.* 2. *ff. de revocandis donationib. l. non id circo* , *Cod. de contrahend. emption. l. in commodat.* §. *ſicut*, *ff. commodat. l. illud* , *in fin. Cod. de collationib. l. item Labeo, verſ. ſed ſi jure* , *ff. familiæ erſiſcund. l. licet* , *Cod. qui potiores in pignore.* Se-
cundo,quia teſtator vinculum inſtituens,gra- 4
vare poteſt hæredem quem honorat, *l. ab eo*, *Cod. de fideicommiſ. l. unum ex familia* , §. 1. *ff. de legat.* 2. *l.* 1. §. *ſecundum* , *ff. de legat.* 3. Eſcaño *de teſtament. cap.* 17. *n.* 25. Gravare autem tertium , & jus ſuum illi tollere , vel diminuere non poteſt , *l. cum pater* , §. *filio fratri* , *ff. de legat.* 2. *l. cum filius* , *ff. de militar. teſtament.* ibi : *Quia hæreditati quidem ſuæ miles quamcumque ſubſtitutionem facere poteſt, veruntamen alienum jus tollere non poteſt.* Tertio, quia in contractus limine luitio cenſus libera , & abſque depoſito ex voluntate duorum contrahentium fuit appoſita , *l.* 1. §. 1. *ff. de pactis* , *l. in venditionib. in princip. ff. de contrahend. emp.* ergo per ultimam voluntatem unius tãtum ex contrahentibus alterari non potuit , *l. non ſolum* 31. *ff. de obligationib. & actionib.* ibi : *Quia in ea re , quæ ex duorum pluriumvè conſenſu agitur , omnium voluntas ſpectetur*, & hanc ſententiam,uti veriorem contra Molinam, defendunt Seſsè *deciſ.* 30. *per tot.* Giurb. *deciſ.* 79. Fontanell. *tom.* 1. *deciſ.* 86. *n.* 16. *cum ſequentib. & tom.* 2. *deciſ.* 540. *n.* 3. Ferrer *in conſtitut. hac noſtra* 3. *tempor. declarat.* 9. *n.* 184. Noguerol. *allegat.* 14. *n.* 147. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 36. *n.* 22. *cum ſequent.* noſter Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 22. *n.* 9. Boccac. *de cenſib. part.* 2. *n.* 115. Ponte *conſ.* 61. *n.* 70. *&* 71. *part.* 1. Cardinal. de Luca *de dot. diſcurſ.* 54. *n.* 8. Anton. Gobius *conſultat.* 10. *n.* 6. Et Olea pro contraria adductus, accedit huic opinioni,ſi nimis moleſta foret debitori luitio , *tit.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 12. *&* 13. & ab hac opinione non debemus recedere in Regno , tùm quia in puncto juris verior eſt , tùm etiam quia juxta eam à graviſsimo Senatu noſtro judicatum pluries fuit, ut ſententia per Saboya , *die* 25. *Februarii* 1682. in favorem villæ de Albayda, & contra Domnam Annam Mariam Aſsiò , & Fenollar, & alia per eundem, *die* 16. *Decembris* 1685. in favorem Domnæ Mariæ Apoloniæ Ximenez de Urrea matris , & Tutricis Egregii Comitis de Carlet , & contra Don Raymundum Ludovicum de Vilanova militem Monteſianæ Familiæ.Et alia cum votis S.S.A.C. per Ferrera , *die* 15. *Novembris* 1685.in favorem Illuſtris Civitatis Valentiæ, & contra Don Petrum Rejaule. V. I. D. quibus omnibus deciſum extitit , luitiones cenſus factas fideicommiſſariis , & majoratuum ſucceſſoribus , legitimè fuiſſe factas, non obſtante vinculatorum diſpoſitione jubente, quod in caſu luitionis deponerentur proprie-





tates cenſuum reeſmerſandi cauſa.

5 Limita doctrinam à nobis traditam , ſi
vinculator non ſolum ordinaverit quod cenſus proprietas deponeretur in caſu luitionis, ſed adderet quod redemptio,majoratus poſſeſſori non fieret,& ei expreſsè adimeret poteſtatem recipiendi ſolutionem ſortis , tunc enim neceſsè erit , ut debitor tutus , & ſecurus evadat , quod faciat depoſitum proprietatis cenſus, prout à teſtatore jubetur in caſu luitionis , nam cum fideicommiſſarius , aut ſucceſſor in majoratu , tam in ſuccedendo, quam in adminiſtrando omnem poteſtatem accipiat ab inſtitutore, & vinculatore,& majoratus inſtitutor poteſtatem illam poſsit ad ſui libitum reformare , minuere , qualificare, vel modificare , *l. videamus* , §. *penultim* , *l. in actionib.* ubi Jaſſon , *ff. de in litem jurando*, *l. in traditionib. l. qui abſenti* , §. *ſi quis* , *ff. de adquirend. poſſeſsione* , Surd. *conſ.* 272. *num.* 2.Martha *vot.* 13.*num.* 10.Gratian.*diſcept.* 175. *num.* 5. Giurb. *deciſ.* 79. *num.* 46. Sequitur quod debitor non liberabitur luendo cenſum fideicommiſſario prohibito recipere cenſus ſortem , quia ut liberetur,& legitimè ſolvat, debet ſolvere creditori , aut ejus legitimo procuratori mandatum ſpeciale habenti , vel adminiſtratori , vel alii poteſtatem recipiendi cenſus ſortem habenti , & ſi alitèr ſolvat, non liberabitùr , ſed iterum ſolvere cogetur vero creditori, *l. ſi ego* , *ff. de negotiis geſt. l.* 1. §. *ante omnia* , *ff. de pactis*, *l. non debet*, *de regul. juris* , *l. ſolutam l. qui hominem* , §. *ſi nullo*, *ff. de ſolutionib. l. ejus qui in provincia* , *ff. ſi certum petatur*: igitur ſi cenſus debitor ſciens fideicommiſſarium non habere poteſtatem ad recipiendam ſortem cenſus , illi tradat , non rectè ſolvet , & cum non inveniat nec invenire poſsit perſonam, cui legitimè luitio cenſus fiat , ſi luere , & ſolvere legitimè deſiderat , debet ſequere voluntatem vinculatoris, & ut curſus redditus ceſſet , compatere tenetur coràm judice , & deponere cenſus proprietatem , juxta text. *in l. ſi eo tempore*, *Cod. de diſtract. pignor.* Bald. *in l. ſi reus paratus*, *ff. de verbor. obligat.* Barberius *de Mora* , 3. *par. col. ante penultim.* Rodrig. *de annuis redd tib. dict. quæſt.* 15. *num.* 55. Cencius *de cenſib.* 3. *par. cap.* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 9. Scacc. *de commertiis* , §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 264. Hermoſill. *ad l.* 2. *tit.* 3. *par.* 5. *gloſſ.* 4. *num.* 90. Latiſsimè Salgad. *in labyrint. par.* 1. *cap.* 36. *num.* 24. *cum ſequentib.* Et iſte erit ſingularis caſus, in quo per hanc indirectam viam , compelli poterit debitor ad deponendam cenſus proprietatem in luitionis caſu , animadverſo, quod debitori debet denuntiari , majoratus poſſeſſorem , vel fideicommiſſarium , carere poteſtate , & mandato ad recipiendam cenſus ſortem , aliter ſemper debitor ſecurus evaderet ſolvendo ei cenſus proprietatem, Salgad. *dict. cap.* 36. *num.* 31. Amat. *variar. reſolut. tom.* 2. *reſolut.* 81. *num.* 20. Olea *de ceſsion. jurium* , *tit.* 3. *quæſtion.* 12. *numer.* 13.

Tertius caſus erit quando in limine con-
tractus , & inſtrumento cenſus , conventum 6
fuit quod cenſus proprietas deponeretur in caſu luitionis reeſmerſandi cauſa , & hoc in caſu , cum pactum deponendi proprietatem ad effectum emendi alios redditus licitum,& honeſtum ſit , legitimè potuit in limine contractus apponi , *l. nec ex prætorio* , *ff. de regul. juris* , *l.* 4. §. *ſi ab ignoto*, *ff. de manumiſsionib.* & illius virtute, obligatus debitor remanebit ad ſortem cenſus deponendam in omni luitionis caſu , alitèr enim facta luitio nullius momenti erit, ut docent Seſsè *deciſ.* 30. *num.* 26. Gratian. *diſcept.* 45. *per tot.* Amat. *deciſ.* 50. *num.* 33. Giurb. *deciſ.* 79. *num.* 46. Salgad. *in labyrint. dict. par.* 1. *cap.* 36. *num.* 9. *&* 10. Cardinal. de Luca *de regaliis* , *diſcurſ.* 23. *ſub num.* 17. *& de credito*, *diſcurſ.* 59. *num.* 7. *&* 8. *& diſcurſ.* 48. *num.* 14. *& de cenſib. diſcurſ.* 23. *&* 25. *per tot.* Olea *de ceſsione jurium* , *tit.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 12. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 45. *num.* 7. Triſtany *deciſ.* 23. *num.* 17. & pro reſolutione hujus caſus facit ſententia illa Senatus publicata per Maſcarò , *die* 10. *Januarii* 1669. contra Illuſtrem Civitatem Valentiæ,referente Nobili Don Carolo Vallterra , & Blanes R.C.D. & nunc meritiſsi-
mo R. Cancellariam Regente.Depoſitum au- 7
tem proprietatis cenſus , ut relevet , debet ab integro fieri , Gratian. *diſcept.* 260. *num.* 17. Rodrig. *de annuis redd tib. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 40. Giurb. *deciſ.* 98. *num.* 9. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 38. Carocius *de depoſito* , *par.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 28. Anton. Gobius *conſultat.* 4. *num.* 12. Triſtany *deciſ.* 19. *num.* 63. neque factum poteſt dici ab integro, dum pendet proviſio admiſſionis depoſiti à judice facta , per remedium ab intereſſato interpoſitum , ut judicavit Senatus ſentẽtia per Alreus, *die* 15. *Maii* 1608. inter Hieronymum Aiiaga , & Syndicum Conventus de la Corona. Debet etiam depoſitum , & libellus prepoſitus admiſsionis depoſiti notificari,Hermoſill. ad Gregor.Lopez *tom.* 1. *pag.* 187. *num.* 87. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 232. *num.* 29. Giurb. *deciſ.* 98. Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 4. *num.* 2. Rota *recentiſsimar. tom.* 2. *par.* 4. *deciſ.* 339. *num.* 16. & apud Beltramin. *deciſ.* 489. *num.* 6. Triſtany *deciſ.* 19. *num.* 64. Et ſi plures fuerint domini cenſus , omnibus depoſitum notificari debet , Triſtany *dict. deciſ.* 19. *num.* 67. ſupplebitur tamen defectus notificationis depoſiti , ſi aliunde notitiam

habuerint intereſſati depoſiti facti, Triſtany *dict. deciſ.* 19. *num.* 68.

8 Quando en el contrato, y inſtrumento
,, del cenſo ſe convino, que en todo caſo de
,, quitamiento de la propriedad, ſe depoſi-
,, taſſe en la Corte del Juſticia Civil, ò en la
,, tabla de Cambios, para efeto de reeſmer-
,, ſarſe en otros redditos, à conocimiento de
,, el dicho Juſticia, ò de otro Juez, deve el
,, deudor cenſaliſta, que deſea quitar el cen-
,, ſo, depoſitar la propriedad en aquel lugar,
,, y depoſito que ſe convino. La practica de
,, depoſitar, es hazer ſu entrada, y entregar
,, ſu dinero al depoſitario, y proponer un li-
,, bello ante el Juez, en donde narrando el
,, hecho del pauto de ſugeſsion de depoſito
,, para efeto de reeſmerſar, y de que ſe deſea
,, quitar, ſe concluya, diziendo: que ſe depo-
,, ſita la cantitat para eſtos efetos, pidiendo,
,, no ſe libre ſino es firmando el quitamiento,
,, y admitido el depoſito por el Juez, ſe noti-
,, fica al Dueño, ò Dueños del cenſo el libel-
,, lo, y depoſito, que ſe deve proponer en
,, eſta forma.

IHS. F. T. Sindich, y Procurador de T. Vila, Propoſant com millor pot, diu, que ab acte de carregament de cenſal, rebut per T. Notari, en T. dia, mes, y any, lo Sindich de dita Vila fermà un carregament de cenſal de proprietat de 500. lliur. y annua penciò de 500. ſous, à favor de S. T. entre altres pactes ab pacte, que en tot cas de lluiciò, y quitament de la proprietat de dit cenſal, ſe haguès de depoſitar en poder del Taulager de la preſent Cort, per obs de reeſmerſarſe en part tuta, y ſegura, à coneguda de dita Cort; deſpues de lo qual, lo dit F. T. amo de dit cenſal, ab ſon ultim teſtament, rebut per F. T. Notari, en T. de T. mes, y any, deſpues de haver inſtituit un vincle de riguroſa agnaciò en tots ſos bens, ordenà expreſſament, que en qualſevol cas de quitament de cenſal, ſe haguès de depoſitar la proprietat en la preſent Cort, per obs de reeſmerſarſe en part tuta, y ſegura; è com lo Propoſant dicto nomine deſitje quitar dit cenſal, lo que no pot fer llegitimament, menys que depoſitant la proprietat, y porrata diſcorreguda fins lo dia de huy, en poder del Taulager de la preſent Cort.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. diu, que per obs de lluir, y quitar lo cenſal ſobredit, que huy es correſpon à F. T. ſucceſſor en dit vincle, fà depoſit en poder del Taulager de la preſent Cort realment, y de contants de 510. lliur. 12. ſous, ço es 500. lliur. per la proprietat del dit cenſal, y 10. lliur. 12. ſous per la porrata diſcorreguda fins lo dia de huy, y requir dit depoſit li ſia admes, y reeſmerſada la ſobredita cantitat en part tuta, y ſegura, ſegons lo pacte del carregament, y diſpoſiciò del dit vinculador, y que la cantitat depoſitada no ſia lliurada, ſino es pera els effectes ſobredits, fermantli ante omnia quitament, de la proprietat de dit cenſal à dita Vila, Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die 16. Januarii 1688.*
*Admiſſo depoſito in quantum*
*Intimetur.*
F. T. Aſſeſſor.

9 Facto depoſito proprietatis cenſus, ut pecunia extrahatur à depoſito, intervenire debet judicis decretum, nam licet pecunia ſub nomine bonorum mobilium contineatur, *l. prædia*, 27. §. *liberto*, *ff. de fundo inſtructo*, Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *num.* 21. & 22. Ayrer *in proceſſu hiſtorico juridic. cap.* 10. *obſervat.* 3. *num.* 12. Berlich. *tom.* 3. *concluſ.* 30. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 5. *num.* 96. Caponi *tom.* 2. *diſcept.* 81. *num.* 24. & *tom.* 3. *diſcept.* 155. *num.* 40. Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 22. *num.* 3. *cum ſequentib.* Caſtejon *in alphabet. verb. Moneta*, *num.* 11. Antunez *de donationib. tom.* 1. *par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 111. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. par.* 3. *conſtitut.* 21. *definit.* 15. *num.* 6. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 41. *num.* 29. Moſtazo *de cauſis piis*, *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 38. Et ſit de bonis mobilibus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, *l.* 1. §. *fuit quæſitum*, & *ibi gloſſ. ff. ad S. C. Trebellian.* §. *conſtituitur*, *inſtitut. de uſufruct.* Ciarlin. *controverſ.* 87. *num.* 12. Caſtill. *dict. cap.* 63. *num.* 21. & 22. Altograd. *conſ.* 70. *ſub num.* 40. Cyriac. *controverſ.* 34. *num.* 15. Boſsius *de dote*, *tom.* 1. *cap.* 8. §. 1. *num.* 51. Thomas *de tutorib. & curatorib. ſub n.* 92. Zachias *de ſalario*, *quæſt.* 76. *num.* 35. Baron. *de effectib. minor. ætat. effectu* 3. *num.* 108. Adeo quod præſumi debet conſumpta per triennium, ea ratione, quod bona mobilia, quæ ſervando ſervari non



non poſſunt, per triennium præſumuntur conſumpta, *gloſſ. in l. unic. in verb. uſucapio, Cod. ſi adverſus uſucapionem*, Corneus *conſ.* 104. *n.* 26. *lib.* 2. Cavalcan. *de tutorib. & curatorib. n.* 229. *fol. mihi* 132. Neguzan. *de pignorib. membr.* 5. *part.* 5. *ſub n.* 12. Gratian. *diſcept.* 243. *n.* 70. Surd. *deciſ.* 81. Giurb. *deciſ.* 115. Amat. *reſolut.* 43. Regens Latro *deciſ.* 162. Arguell. *deciſ.* 38. *n.* 7. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 243. *n.* 18. & judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die 9. Julii* 1613. in favorem Don Martini Rebolledo, & contra Annam Cerdà, & de Tarrega. qua de cauſa communiter traditur pecuniam abſque decreto alienari poſſe, *l. quæro*, *ff. de jure dot.* Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 16. *n.* 117. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 33. Caſtill. *dict. cap.* 63. *num.* 21. & 22. Boſsius *de dote*, *dict. cap.* 8. §. 1. *n.* 51. Baron. *dict. effect.* 3. *num.* 109. Tamen

10 cum hujuſmodi pecuniæ depoſitæ deſtinatæ reperiantur ad emptionem rerum immobiliũ, ſpeciem habent rei immobilis, & tanquam bona immobilia habentur, Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 48. *n.* 28. & 32. Emmanuel Barboſ. *in remiſsionib. ad ordinat. lib.* 4. *tit.* 48. *n.* 6. Coller. *de proceſsibus executivis*, *part.* 2. *cap.* 3. *n.* 28. Vumeſerius *lib.* 1. *obſervat. tit.* 5. *obſervat.* 4. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 5. *n.* 72. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 8. Bich. *deciſ.* 303. *n.* 8. Caponi *tom.* 2. *diſceptat.* 81. *n.* 25. & *tom.* 3. *diſcept.* 155. *num.* 43. Cardinal. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 51. *n.* 10. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 109. Caſtejon *in alphabet. verb. moneta*, *n.* 11. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 11. *n.* 33. Unde non poterunt alienari, conſumi, aplicari, aut à depoſito extrahi reeſmerſandi cauſa abſque judicis decreto, *l.* 3. §. *quid ergo*, *ff. de contraria tutell. & util. action.* Roman. *ſingular.* 104. Gabriel. *comun. opinion. tit. de præſump. concluſ.* 12. *n.* 20. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 33. Ciarlin. *controv.* 161. *n.* 107. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 5. *n.* 317. Menoch. *conſ.* 104. *n.* 32. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 48. *n.* 32. Spad. *conſ.* 123. *num.* 10. & 11. *lib.* 2. Boſsius *de dote*, *dict. cap.* 8. *n.* 51. *in fin.* Merlin. *deciſ.* 792. *num.* 21. & 22. Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 19. *n.* 3033. *fol.* 782. Fenſon. *ad ſtatut. urbis*, *cap.* 133. *n.* 10. Paulus Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 63. *n.* 17. & *alleg.* 97. *n.* 3. *lib.* 3. Baron. *dict. effect.* 3. *n.* 135. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 110.

Quando el dinero de la propriedad del 11
,, cenſo ſe depoſitò para que ſe reeſmerſaſſe
,, no ſe entrega à perſona alguna ſin preceder
,, conocimiento de cauſa, y decreto, aun pa-
,, ra reeſmerſarſe. Lo que ſe practica es, que
,, el ſucceſſor en el vinculo, firmado ſu quita-
,, miento del cenſo antiguo, buſca empleo
,, competente, ò de compra de tierras, ò cen-
,, ſos, ò otra coſa fructifera, ò de formar otro
,, nuevo cenſo, y teniendole, propone ſu li-
,, bello ante el Juez ordinario, narrando el
,, hecho del depoſito, quitamiento, y obli-
,, gacion de reeſmerſar, y dize, que es con-
,, veniente para el vinculo aquel empleo que
,, propone, y recibida ſumaria informacion
,, de teſtigos, ſi al Juez le parece conveniente
,, interpone ſu decreto, y dà facultad para q̃
,, el dinero depoſitado ſe emplee, ò en la
,, compra de tierras, que ſe propone, ò en
,, aquel empleo contenido en la peticion, po-
,, niendo tambien el nombre de el que toma
,, el dinero en el libello, que ſiempre ſe de-
,, ve proponer en eſta forma.

IHS. Don F. T. Succeſſor en lo vincle, y mayorazgo inſtituit per S. T. y F. T. Ciutadà Propoſants, tam conjunctim, quam diviſim, ac omni meliori modo quo poſſunt, dihuen: que lo Syndich de T. Vila per obs de lliur, y quitar un cenſal de propietat de 500. lliur. yannua penciò de 500. ſous al dit F. T. altre del Propoſants, en nom de ſucceſſor en dit vincle, en jornada de T. de T. mes, y any, ha fet depoſit en poder del taulager de la preſent Cort de dites 500. lliur. per obs de reeſmerſarles en part tuta, y ſegura à coneguda de la preſent Cort, ſegons lo pacte del carregament, y ultima voluntat del dit Carregador, per raho de lo qual, lo dit F. T. en dit nom de ſucceſſor, ab acte rebut per T. Notari en T. de T. mes, y any, ha fermat quitament de dit cenſal à favor de dita Vila, confeſſant haver hagut, y rebut la proprietat ab lo depoſit ſobredit fet de aquella, ſegons conſta per lo acte de quitament de que fa fe, y preſentaciò ſi et in quantum; y havent fet diferents diligencies pera encontrar util, y convenient reeſmers, ha trobat, que lo dit F. T. altre dels Propoſants pendrà les ſobredites 500. lliur. à cenſal, à raho de ſou per lliura, eſpecialantlo ſobre T. bens, que valen pus de 3000. lliur. propis de aquell, ſegons ſe pot veure ab T. actes, de que fà preſentaciò, ut ſupra: è com dit reeſmers ſia molt util, y convenient al dit F. T. y demes

ſucceſſors en dit vincle, pues ultra que les eſpecials ſon de tanta eſtimaciò, es troba lo dit F. T. ab molta mes hazienda en cantitat conſiderable, que tota ha de quedar obligada al dit cenſal. Y ſent eſte reeſmers tan convenient, deſitjen ſe faſſa, fermantſe lo acte nou de carregament de cenſal.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. requirixen los ſia rebuda una ſummaria informaciò de teſtimonis à fi, y effecte de verificar, y probar com es molt util, y convenient al dit F. T. y demes ſucceſſors en dit vincle lo empleo, y reeſmers ſobredit, y conſtant per dita informaciò de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter requirixen ſels done facultat, y permis pera que les dites 500. lliur. depoſitades, ſe puguen carregar à cenſal ab les eſpecials modo, y forma de ſus dits, y ab la calitat de impoſar pacte en lo carregament de haverſe de depoſitar la proprietat de dit cenſal per lo dit F. T. y ſos ſucceſſors en tot cas de lluiciò, y quitament, en poder del taulager de la preſent Cort per obs de reeſmerſarſe en part tuta, y ſegura, y que eſte cenſal, que novament ſe firmarà, quede ſubjecte als mateixos vincles, ſubſtitucions, y gravamens diſpoſts per lo dit vinculador, y fet lo dit nou carregament, ſe li lliuren al dit F. T. les dites 500. lliur. manant pera eſte effecte deſpæchar lo mandato acoſtumat al taulager de la preſent Cort, interpoſant en tot lo deſus dit lo decret judicial del preſent Tribunal, per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die 19. Januarii 1688.*
*Recipiatur informatio.*
F. T. Aſſeſſor.

## CAPUT XIX.

# *DE DECRETO in tranſactionibus interponendo.*

### SUMMARIUM.

1 *ALienare non valentes, neque tranſigere poſſunt.*
2 *Tranſactio, eſt alienationis ſpecies.*
3 *Tutores, vel curatores nequeunt tranſactionem facere abſque decreto. Amplia ad Eccleſias, & Communitates Eccleſiaſticas, quæ non tranſigunt abſque ſuperioris decreto 4. Amplia etiam ad fideicommiſſarios, & majoratuum ſucceſſores 5. Item ad oppida, & Univerſitates. 6.*
7 *Pater, & legitimus adminiſtrator filii, poteſt alienare adventitia abſque decreto, ſi fuerit in utilitatem filii. Secus ſi in utilitatem non fuerit.*
8 *Pater, & legitimus adminiſtrator, majorem habet poteſtatem, quam tutores, & cæteri adminiſtratores.*
9 *Pater, & legitimus adminiſtrator facere tranſactionem poteſt, & quando.*
10 *Eccleſia, aut tutor tranſigere poſſunt juxta aliquos, ſi res controverſiæ ab adverſariis poſſeſſa pœnes illos remaneat. Contrarium verius probatur, 11. Et ſequi debet in praxi. 12.*
13 *Dominium rei dimiſſæ apud poſſeſſorem transfertur ex tranſactione facta cum prætendente illam rem.*
14 *Actio ad rem immobilem nequit ſine decreto cedi.*
15 *Tranſactio poteſt fieri ab Eccleſia, vel tutore, abſque decreto, quando pœnes eos remanet res litigioſa, data aliqua ſumma.*
16 *Tutor, aut Eccleſia ſuper juribus legati, aut hæreditatis delatæ poſſunt tranſigere, juxta aliquos, ſine decreto, & quare. Contrarium defenditur, & probatur. 17.*
18 *Minor legatum, aut hereditatem delatam repudiare non poteſt ſine decreto, quia in minore repudiare alienare eſt.*
19 *Decretum ante tranſactionem interponendum, volunt multi. In noſtra praxi poſt tranſactionem interponitur, & juridicè. 20.*
21 *Tranſactio ſuper lite, an debeat recipi ab actuario litis.*
22 *Decretum in tranſactionibus, & aliis contractibus interponitur multoties ex conſenſu partium, ſolum ad majorem corroborationem. Multoties quia neceſſarium eſt, & non habent validitatem abſque decreto. 23.*
24 *Decretum non interponitur in tranſactione niſi cognito, an utilis fuerit minori, vel Eccleſiæ.*
25 *Cauſa utilitatis probari debet, & ſi de illa non appareat per ſummariam informationem teſtium, vel alitèr, non debet dari decretum.*
26 *Decretum abſque cauſæ cognitione expeditum, nullum eſt.*
27 *Nullitas quæ poteſt allegari contra tranſactionem, poteſt allegari contra decretum confirmantem illam abſque cauſæ cognitione.*
28 *Decretum cauſa cognita interpoſitum, licet nullitatem tranſactionis non ſanet, operatur tamen effectus multos.*
29 *Pactum nudum de non alienando in tranſactione appoſitum, non impedit dominii tranſlationem, aliter eſt ſi tranſactio fuerit decreto roborata.*
30 *Pactum legis commiſſoriæ probibitum in pignoribus, & in tranſactione appoſitum, validum eſt, modo decretum interveniat.*
31 *Contractus quilibet in Regno poteſt per ordinarium loci decretari.*
32 *Contractus, judicis decreto roboratus, excedens duos mille ſolidos, habet executionem paratam in Regno, & multa alia privilegia.*
33 *Praxis, & libellus ad interpoſitionem decreti in tranſactione.*
34 *Major creditorum pars in quantitate, remittere poteſt debitori partem debiti, & remiſſioni tenetur ſtare minor pars creditorum chyrographariorum.*
35 *Remiſſio partis debiti facta à majori parte creditorum chyrographariorum, non nocet minori parti creditorum hypothecam habentium. Amplia etiam ſi major pars remittens fuerit creditorum hypothecam habentium. 36.*
37 *Decretum à Regio Senatu, vel inferioribus judicibus in tranſactione interpoſitum, non obligat creditores hypothecarios minores in numero, vel quantitate, qui tranſactionis factæ non aſſentierunt.*
38 *Limita ſi tranſactio fuerit à Rege, vel ejus Supremo Aragonum Conſilio decreto roborata, nam ei tenentur ſtare creditores convocati minores in quantitate, & quid de non convocatis.*
39 *Praxis, & libellus convocandi creditores volentis tranſactionem facere cum illis.*
40 *Praxis, & libellus ad interponendum decretum in tranſactione facta per debitorem cum ſuis creditoribus.*



1 COMMUNITER ſolet tradi, quod omnes qui alienare non poſſunt, neque tranſigere valent, *l. non ſolum, C. de prædiis minor. l. 1. §. atſi tranſigit, ff. ſi quid in fraudem Patroni, l. ſancimus, Cod. de rebus alienis non alienand. l. 1. verſ. denique, ff. de offic. procurator. Ceſſar. cap. veniens, cap. contingit, de tranſactionib.* Valaſc. *de privileg. pauper. 3. par. quæſt.* 8. *n.* 441. Guzman *de evictionib. quæſt.* 1. *n.* 15. Rota apud Poſthium *de manutenend. deciſ.* 518. *n.* 9. Anton. Faber. *in Cod. tit. de rebus alienand. definit.* 2. Narbon. *in juris annalibus, anno* 25. *quæſt.* 12. *n.* 4. Boſsius *de patria poteſt. cap.* 8. *n.* 64. *& tom.* 3. *moral. tit.* 6. *num.* 253. Fulgin. *de jure emphiteut. tit. de alienat. quæſt.* 1. *ſub n.* 278. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 1. Nicol. *in lucubrat. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 26. *limitat.* 4. *&* 5. *fol.* 114. *tom.* 1. *& lib.* 1. *tit.* 36. *ſub n.* 3. §. 4. *tom.* 2. *fol.* 77. Baron. *de effectib. minoris ætat. effect.* 9. *n.* 21. Arnold. Vinius *de tranſactionib. cap.* 3. *n.* 3. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 91. Caponi *tom.* 2. *diſcept.* 103. *n.* 15. Bonden. *poſt colluctat. deciſ.* 70. *n.* 5. Cardinal. de Luca *de juriſdict. diſcurſ.* 24. *n.* 12. *& de alienat. diſcurſ.* 1. *ſub n.* 42. *& diſcurſ.* 17. *n.* 2. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 36. *n.* 16. Tranſactio enim ſpecies alienationis eſt, *l. ſi profundo, Cod. de tranſactionib.* Bald. *in cap. ſi Vaſſallus, de benefic. in fin. ſi de feudo controv. fuerit inter Dom. &c.* Roman. *conſ.* 166. *n.* 1. Tiraquell. *de utroque retract. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 14. *n.* 66. Barboſ. *appellat.* 14. *n.* 8. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 92. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 9. *n.* 92. Fagnan. *ad tex. in cap. contingit, de arbitris, n.* 32. Baron. *de effectib. minoris ætat. effect.* 9. *n.* 1. Bonden. *de jure controverſ. colluct.* 16. *n.* 64. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 78. *n.* 12. *& quæſt.* 23. *n.* 16. 2

Ex doctrina iſta infertur, quod tutores, & curatores, qui bona immobilia minorum alienare non poſſunt abſque judicis decreto, neque ſuper eis poterunt tranſactionem facere, niſi judicis interveniente decreto, *l. non ſolum* 4. *Cod. de prædiis, & aliis rebus minor. l. lex* 22. *Cod. de adminiſtrat. tutor.* Merlin. *deciſ.* 490. *n.* 8. Rota apud Poſthium *de manutenend. deciſ.* 518. *à n.* 3. *& de ſubhaſtat. deciſ.* 105. *n.* 2. Valaſc. *de privileg. pauper. dict. par.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 440. Galeot. *lib.* 2. *controverſ.* 40. *n.* 23. *&* 24. Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 2. *tit.* 7. *reſolut.* 3. *n.* 94. Valeron *de tranſactionib. dict. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 4. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. ſtatuimus* 2. *de tranſactionib. n.* 4. Urceol. *de tranſaction. quæſt.* 21. *&* 22. *per tot.* Et cum in communitate irrigantium, minores ſemper reperiantur, judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 14. *Auguſti* 1620. inter Syndicum Rigantium Incilis de Rochals oppidi de Guardamar, & Gaſparem Perez de Sarriò, Syndi- 3

cum dictæ Communitatis; nullitèr tranſactionem feciſſe abſque judicis decreto. Ex ea-
4 dem juris ratione, prælati Eccleſiarum, Communitates Eccleſiaſticæ, & Monaſteria, quæ ſine Superioris decreto, non poſſunt alienare prædia, neque tranſigere poterunt, Spad. *conſ.* 21. *n.* 49. *lib.* 1. Tondut. *reſolut. benefic. cap.* 137. *n.* 1. *part.* 3. Valeron. *de tranſactionib. dict. quæſt.* 1. *n.* 4. Gonzal. Tellez *in dict. cap.* 2. *de tranſactionib. n.* 4. Fagnan. *ad text. in cap. veniens, de tranſactionib. n.* 1. Delbene *de immunit. tom.* 2. *cap.* 17. *dubitat.* 12. Oñate *de contractib. tom.* 3. *diſput.* 93. *n.* 12. Bich. *deciſ.* 290. *num.* 15. & *deciſ.* 328. *n.* 1. Amiden. *de ſtyl. datar. cap.* 15. §. 10. *n.* 3. Cardinal. de Luca *de præheminent. diſcurſ.* 5. *n.* 8. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 23. & 24. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 29. Et quod tranſactio à Monaſterio regularium facta, abſque decreto Superioris regularis, ſit inſubſiſtens, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 11. *Februarii* 1636. inter Monaſterium Divi Philippi, & Vincentium Vaciero, & alia publicata, *anno* 1678. in favorem Conventus Sanctiſsimæ Trinitatis, & contra Curatorem Domini de Maniſes. Paritèr fidei-
5 commiſſarii, vel majoratuum ſucceſſores, qui alienare non poſſunt majoratus bona, tranſigere ſuper illis non poterunt ſine judicis decreto, prout neque ſucceſſores in feudo poterunt, Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 20. Mierez *de majoratib.* 4. *par. quæſt.* 22. *n.* 5. Caſtill. *de aliment. cap.* 36. §. 2. *n.* 72. Carvalho *de una, & altera quarta,* 2. *part. ex n.* 376. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 17. & *per tot.* Gonzal. Tellez *dict. n.* 4. Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 20. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 100. Solorzano *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. Bich. *deciſ.* 7. *n.* 14. Caponi *tom.* 2. *diſceptat.* 103. *n.* 18. Cardinal. de Luca *de fideicommiſ. diſcurſ.* 13. *n.* 21. *diſcurſ.* 94. *num.* 2. & *diſcurſ.* 174. *n.* 4. & 5. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 50. *n.* 40. *cum ſequentib.* Caſtejon *in alphabet. verb. majoratus, n.* 70. Et quod ſucceſſor in majoratu, aut fideicommiſſo, non poſsit tranſactionem facere ſuper cenſibus, & aliis bonis in majoratu recadentibus, abſque judicis decreto, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 26. *Octobris* 1636. inter Illuſtrem Marchionem de la Caſta, & Domnam Hieronymam de Caſtellvi. Neque ſucceſſores in vinculo, vel fideicommiſſo, obligabit tranſactio, niſi per D. Regem, aut Regium Senatum, vel judicem competentem, fuerit decretata, hoc enim in caſu tenentur ſucceſſores in majoratu, feudo, vel fideicommiſſo, illi ſtare, ut deciſum extat ſententia per Alreus, *die* 20. *Julii* 1621. inter Egregium Comitem de Elda, & Electos creditorum illius, & alia per Daza, *die* 24. *Martii* 1637. inter Hyacintham Sangerman viduam, & Franciſcum Vincentium Seſsè Notarium. Et idem cautum habetur in Regio Decreto S. S. R. A. C. publicato, *die* 11. *Novembris* 1641. ſuper tranſactione facta inter Egregios Comites de la Granja cum creditoribus, regiſtrato in commune Valentiæ 38. fol. 105. & alio publicato in eodem S. S. R. A. C. *die* 13. *Octobris* 1642. ſuper tranſactione facta inter Don Hieronymum Leo Patrem, & legitimum Adminiſtratorem Don Franciſci Leo Domini loci de Anaguir, & Creditores, regiſtrato in commune Valentiæ, 30. fol. 21. Univerſitates Villæ, & oppi- 6
da, quibus etiam impermittitur alienare bona abſque Regio decreto, non poterunt tranſactionem facere niſi Regium interveniat decretum, aut domini particularis oppidi merum, & mixtum imperium ſupremamque juriſdictionem habentis, Mierez *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 22. *n.* 42. Otero *de Paſcuis cap.* 21. *n.* 31. Azeved. *in additionib.* ad Curiam Piſan. *lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 9. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 3. *per tot.* & *præcipuè n.* 24. Urceol. *de tranſactionib. q.* 32. *per tot.*

Pater, & legitimus adminiſtrator filii, 7
non indiget decreto ad alienanda adventitia bona, etiam immobilia, quando alienatio redundat in utilitatem filii, *l. final,* §. *ſin autem,* & §. *ipſum, Cod. de bonis quæ liberis, gloſſ. in l. quæcumque, verb. interdicta, Cod. eod.* & ibidem Bald. Tiraquell. *ad ll. connubial. de jure mariti, gloſſ.* 18. *n.* 74. Aſcanius Clemenſ. *de poteſtat. patria, cap.* 6. *effect.* 12. *n.* 9. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. Faria *in additionib.* ad Covarruv. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 34. Boſsius *de patria poteſt. cap.* 8. *n.* 55. Secus eſt ſi in utilitatem filii non redundat, quia alienare non poteſt, *l. cum opportet* 6. §. *final. Cod. de bonis quæ liberis* videndi, DD. ſupra adducti, quibus adde cum multis Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 4. *n.* 21. & 22. & in hiis terminis veniunt intelligendi, Mangil. *de evictionib. quæſt.* 62. *n.* 1. & *quæſt.* 151. *n.* 2. Merlin. *deciſ.* 767. *num.* 9. Michalor. *de duobus fratrib. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 41. Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 9. *n.* 174. Donadeus *de renuntiat. cap.* 2. *n.* 85. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 11. *n.* 25. & *quæſt.* 15. *per tot.* Pater enim, & legitimus
adminiſtrator, majorem habet poteſtatem, 8
quam tutor, & curator, & cæteri adminiſtratores, & per conſequens non eſt mirandum quod abſque decreto legitimè alienet immobilia, & non cæteri adminiſtratores, Caſtill. *de uſu-*



*uſufruct. cap.* 3. *n.* 12. Giurb. *ad conſuetud. Meſan.* 1. *cap.* 7. *gloſſ.* 3. *n.* 14. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 2. *quæſt.* 6. *n.* 26. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 4. *n.* 16. Martin Ventur. *conſ.* 2. *n.* 29. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 110. & *cap.* 27. *n.* 21. Rota *deciſ.* 86. *n.* 16. *part.* 6. & *deciſ.* 171. *n.* 38. *part.* 7. *recentiſ.* Boſsius *de patria poteſt. cap.* 8. *n.* 56. *in fin.* & *n.* 68. Meli *allegat.* 69. *n.* 11. *lib.* 3. Carol. de Mean. *obſervat.* 457. *n.* 4. *part.* 4. Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 22. *n.* 12. Stayban. junior *reſolut.* 167. *n.* 20. Conciol. *allegat.* 47. *n.* 22. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 15. *n.* 5. Unde cum fa-
9 cultas tranſigendi regulari debeat juxta facultatem alienandi, pater, & legitimus adminiſtrator poterit abſque decreto tranſigere, ſi tranſactio utilis fuerit filio, *l. de re filiorum. ff. de tranſactionib. l. præſes, Cod. de tranſactionib.* Si vero damnoſa fuerit tranſactio, non poterit à Patre ſine decreto fieri, ut tradunt Seſsè *tom.* 2. *deciſ.* 121. *n.* 11. Alcanius Clemenſ. *de poteſt. patria, effect.* 12. *n.* 7. Morlà *in juris empor. tit. de tranſactionib. in rubr. n.* 38. Paſchal. *de virib. patriæ poteſt. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 3. & 4. Kilchen. *de præſcriptionib. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 389. Thoro *in compend. deciſ. tom.* 1. *verb. confeſsio partis facta,* Caſtill. *de aliment. cap.* 44. *n.* 15. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 4. *n.* 18. Olea *de ceſsion. jurium, dict. tit.* 2. *quæſt.* 6. *n.* 29. Boſsius *de patria poteſt. cap.* 8. *n.* 64. *cum ſequent.* Bardellon. *conſ.* 2. *ſub n.* 31. & *conſ.* 3. *n.* 34. Merlin. *deciſ.* 767. *n.* 8. Chriſtineus *deciſ.* 177. *n.* 6. *vol.* 3. Stayban junior *reſolut.* 167. *n.* 20. Coccin. *deciſ.* 1682. *n.* 4. Flor. Duph. *controverſ.* 88. *n.* 17. & *controverſ.* 107. *n.* 4. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 15. *per tot.* & *præcipuè n.* 9. 16. & 17. Peutinger. *deciſ.* 38. *n.* 3.

Exagitari ſolet inter DD. an tranſactio
10 ab Eccleſia, vel curatore ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus facta, valida ſit, ſi res litigioſa ab adverſario tranſigente poſsideatur, & ei dimittitur, ſoluta aliqua ſumma Eccleſiæ, aut minori, videtur enim hujuſmodi tranſactionem non indigere decreto, aut alia ſolemnitate. Primo quia Eccleſia, aut minor dimittendo rem apud poſſeſſorem nihil alienant, *l. ſi profundo,* ubi DD. *Cod. de tranſactionib.* Sed ſolum rem quam ſub alea litis ſperare poterant, deſinunt adquirere, accepta certa ſumma pro incertitudine adquiſitionis. Secundo, quia rei dimiſione dominium aliquod non poteſt conſiderari tranſlatum in poſſeſſorem, cum non ſit certum, dominium rei litigioſæ minoris, aut Eccleſiæ eſſe, imò ſemper præſumitur pro poſſeſſore, ex regul. text. *in l. merito* 51. *ff. pro ſocio.* Tertiò, quia dimiſsio rei virtute tranſactionis, non operatur dominii tranſlationem, Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 14. *n.* 62. *in fin.* Menoch. *conſ.* 381. *n.* 2. Decian. *conſ.* 54. *ſub n.* 48. Ergo cum per tranſactionem iſtam non poſsit conſiderari Eccleſiæ res, vel minoris alienata, non erit neceſſarium decretum, aut alia ſolemnitas, ita defendunt Bald, *in l. præſes, la* 2. *Cod. de tranſactionib.* Abbas *conſ.* 57. & 63. Decius *conſ.* 464. *col.* 2. Nata *conſ.* 441. *n.* 31. *vol.* 2. Menoch. *de arbitrar. caſu* 171. *n.* 76. Valenzuel. *conſ.* 175. *num.* 17. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 35. *n.* 7. Caſtill. *controverſ. lib.* 4. *cap.* 35. *n.* 64. Diana *reſolut. moral. part.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 223. *verſ. nota tertio,* Caſtropal. *tom.* 2. *diſput. unic. punct.* 15. §. 3. *n.* 2. Mangil. *de evictionib. quæſt.* 143. *à n.* 17. *uſque ad* 22. Noguerol. *allegat.* 37. *n.* 4. Tondut. *quæſt. beneficial. tom.* 1. *quæſt.* 119. *n.* 4. & *reſolut. civil. cap.* 25. *n.* 5. Delbene *de immunit. tom.* 2. *cap.* 17. *dubitat.* 12. *n.* 4. Baron. *de effectib. minor. etat. effect.* 9. *n.* 21. Larrea *allegat.* 26. *n.* 43. Cyriac. *controv.* 3. *n.* 44. & 45. Fulgin. *de jure emphiteut. tit. de alienat. quæſt.* 1. *ſub n.* 278. Boſsius *in moralib. tom.* 3. *tit.* 6. *n.* 254. & *de patr. poteſt. cap.* 8. *n.* 70. Meli *allegat.* 14. *n.* 13. & 14. *allegat.* 70. *n.* 30. & *allegat.* 119. *n.* 33. *lib.* 3. & *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 64. *n.* 1. & 2. Nicol. *in lucubrat. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 26. *limitat.* 4. & 5. *fol.* 114. *tom.* 1. & *lib.* 1. *tit.* 36. *ſub n.* 3. §. 4. *verſ. poteſt tamen, tom.* 2. *fol.* 77. Hodiern. *controv.* 37. *n.* 26. Bich. *deciſ.* 525. *num.* 18. & alii apud Urceolum *de tranſactionib. quæſt.* 23. *n.* 26. quibus videtur accedere, Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 22.

Contrariam tamen ſententiam probabi- 11
liorem judicant alii, docentes tranſactionem in caſu propoſito non eſſe validam ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus. Primo nam ſi res litigioſa foret minoris, vel Eccleſiæ, non minus per tranſactionem fieret adverſarii dimittendo eam pœnes illum, & conſentiendo, quod in ſui poſſe remaneret, quam per traditionem, & alienationem, *l. proponebatur, l. ejus rei* 47. *ff. de rei vindicat. l. ſi ſponſalibus,* §. 1. *ff. de jure dotium, l. ſingulari* 15. *ff. de rebus creditis, l. ex cauſa, Cod. de uſucap. pro emptore,* §. *interdum, inſtitut. de rerum diviſione, l. qua ratione,* §. *interdum, ff. de adquirend. rerum domin.* ibi: *Licet enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderim, eo tamen quod patior, eam ex cauſa emptionis apud te eſſe, tuam efficio:* Sed ſic eſt quod in caſu traditionis, vel alienationis rei, ex ſententia omnium DD. decretum intervenire debebat: ergo etiam in

iſto

iſto caſu. Secundo, quia caſu in quo hæc rei dimiſsio non eſſet efficax ad dominium transferendum, hæſitari non debet, minorem, aut Eccleſiam amittere per tranſactionem actionem illam ad rem immobilem, quam intentatam habebant, & tranſactionis ope, novam adquirere actionem, quia per tranſactionem novatur illa prima actio, *cap.* 1. *de tranſactionib. l. ſi profundo* 33. *l. cum te*, *l. ſi major* 36. *Cod. de tranſactionib. l. imperator.* §. *final. ff. eod.* Nequit enim agi virtute antiquæ actionis, tranſactione facta, ſed ſolum novæ actionis ad implementum tranſactionis, *l. cum te proponas*, *l. ſive apud acta* 28. *l. ſi major*, C. *de tranſactionib. l. cum proponas* 21. *Cod. de pactis*: ſed minor, aut Eccleſia actionem illã, quam ad rem immobilem habent, nequeunt alienare, cedere, vel amittere abſque decreto, quia habetur pro re ipſa immobili, *l. ſi pecunia*, §. *ſi jus*, *ff. de rebus eorum*, *l. ſi ad reſolutionem*, *Cod. de prædiis minorum*, *cap.* 2. *de rebus Eccleſ. alienand. in* 6. Thoro *in compend. deciſ. tom.* 3. *verbo*, *ceſsio juris luend.* Narbon. *in juris annalib. anno* 25. *quæſt.* 25. Olea *de ceſ. jurium*, *tit.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 34. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 29. *n.* 64. Ergo neque tranſactio fieri poterit ſine decreto. Ultimo, quia pẽdẽte lite ſuper qua trãſactio fit, incertũ eſt, an res litigioſa fuerit minoris, aut Eccleſiæ: Ergo in hac dubietate neceſſariũ erit decretum, ne alias via remaneat aperta ad tranſactionẽ impugnandã, oſtendẽdo, quod res dimiſſa apud adverſarium, erat propria minoris, vel Eccleſiæ, & hanc ſententiam uti veriorem tuentur, *gloſſ. in l. cum his*, §. *ſi uni*, *ff. de tranſactionib.* Barthol. *in l. nulli*, *n.* 2. *ff. de tranſactionib.* ubi Jaſſon. Cacialup. *de tranſactionib. quæſt.* 7. *n.* 8. Curſius *de feudis part.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 96. Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 14. *n.* 66. Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 10. *n.* 102. Surd. *conſ.* 451. *n.* 25. *lib.* 3. & *conſ.* 501. *n.* 9. *lib.* 4. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern.* 3. *part. n.* 46. Capyc. *deciſ.* 93. *n.* 4. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 27. Gratian. *diſcept.* 476. *n.* 16. & 17. Redoan. *de rebus Eccleſ. alienand. quæſt.* 2. *n.* 2. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 40. *n.* 124. Trentacinq. *variar. tit. de rerum alienat. reſolut.* 1. *n.* 29. Riccius *in prax. variar. reſolut.* 43. *n.* 2. Ciarlin. *controverſ.* 8. *n.* 63. Velaſc. *de privileg. pauper.* 3. *part. quæſt.* 8. *n.* 441. Carvalho *de una*, & *altera quarta*, 2. *part. n.* 365. & multi adducti à Boſsio, 3. *tom. moral. tit.* 6. *n.* 255. Pareja *de inſtrumentor. edit. tit.* 7. *reſolut.* 3. *n.* 94. Vivian. *in prax. juris patronat. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 129. Ferentil. ad Burat. *deciſ.* 690. *in fin.* Galeot. *lib.* 2. *controverſ.* 40. *n.* 24. Valeron. *de tranſaction. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 22. San Felicius *deciſ.* 280. *n.* 3. & 4. & *per tot.* Paul. Meli ſibi contrar. *obſervat.* 4. *n.* 17. Altograd. *conſ.* 27. *n.* 29. Turricel *de rebus Eccleſ. non alienand. cap.* 8. *n.* 21. Verall. *deciſ.* 106. *part.* 1. addent. ad Gregor. XV. *deciſ.* 418. *n.* 17. Coccin. *deciſ.* 301. *n.* 1. & *deciſ.* 362. *n.* 3. Duran. *deciſ.* 250. Ciriac. *controverſ.* 380. *n.* 32. Merlin. *deciſ.* 756. *n.* 18. Roxas *deciſ.* 292. *n.* 13. Conciol. *allegat.* 49. *n.* 22. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 23. *n.* 23. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 3. *quæſt.* 2. *n.* 78.

In hac opinionũ varietate, licet pro prima,
ſatis urgeant argumenta propoſita, & non pa- 12
rum faciat conſideratio, quod minoribus, aut jure minorũ utentibus, ſolum impermiſſa videtur tranſactio, quando immobilia bona quę poſsidebant tradiderunt, & dederunt, *l. non ſolum* 4. *Cod. de prædiis*, & *aliis rebus*, ibi: *Et tu ſi fratribus tuis, per tranſactionem fundum dedicti, vindicare eum potes.* Hanc ſecundam tenendam eſſe judico, uti ſecuriorem in praxi per rationes adductas à Salicet. *in l.* 1. *ad fin. Cod. de tranſactionib.* Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 10. *n.* 102. Et ſecuriorem illam dicit, Gratian. *dict. diſcept.* 476. *n.* 18. Neque obſtant pro contraria adducta, nàm reſpondetur, quod dimiſsione rei, ipſa alienatur res, & illius dominium transfertur in perſonam cui dimittitur, nam etſi multi velint, quod tranſigentes, qui dimittunt rem, dominium non intendant transferre, ſed dumtaxat à lite diſcedere, *l. fratres*, *Cod. de tranſaction.* Et pariter quod tranſactionis cauſa, neque novũ titulũ in re, neque dominium illius adquirant, *l. ſive apud acta*, *Cod. de tranſactionib.* & *ibi gloſſ.* & *in l. ſi profundo*, *verb. agere*, *C. eod.* & *in l. penultim. Cod. de uſucapione pro emptor.* Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 36. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 23. *n.* 25. Noguerol. *allegat.* 37. *n.* 4. Gallerat. *de renunciat. centur.* 1. *cap.* 18. *n.* 32. Ciriac. *controverſ.* 3. *n.* 44. & 45. Olea *de ceſsion. jurium*, *tit.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 14. Larrea *allegat.* 26. *n.* 43. Et multi adducti à Valeron *de tranſactionib. tit.* 5. *quæſt.* 5. *n.* 9. Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *de*
*Hiſpan. primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 22. Ta- 13
men contrarium verius eſt, & ſatis probatur, *ex text. in dict. l. qua ratione*, §. *interdum ff. de adquirend. rerum domin. l.* 3. §. *penultim. ff. de donationib. intervir. l. proponebatur*, *ff. de reivindicat. l. ſi ſponſalibus*, §. 1. *ff. de jure dotium*, *l. ſingularia* 15. *ff. de rebus creditis*, §. *interdum*, *inſtitut. de rerum diviſione.* Et defendunt Salicet. *in l. ait prætor*, §. *ſi petitor*, *n.* 6. *ff. de jure jurando.* Cuman. *in l.* 1. *ff. pro emptore*, Anton. de Rubeis *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *n.* 201. *ff. de adquirend. poſſeſ.* Meneſeſ. *in l. ſi profundo*, *Cod. de tran-*



*tranſactionib. n.* 12. Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 14. *n.* 64. Menchac. *illuſtrium controverſiar. lib.* 2. *cap.* 67. *n.* 2. Oliverius Beltramin. ad Gregor. XV. *deciſ.* 418. *n.* 17. Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 7. *reſolut.* 3. *n.* 99. Neque placet opinio diſtinguentium, an tranſactio ſolum ſuper inſtantia litis fiat eo modo, ut aliquo accepto liti cedat, quo in caſu volũt veram eſſe primam opinionem, an vero trãſactio ſuper ipſa re dimiſſa fiat cedendo omnia jura in favorem habentis rem, & in hoc caſu procedere ſecundam opinionem aſſerunt. Anton. Gomez *in l.* 45. *Taur. n.* 72. Cancer. *variar.* 3. *part. cap.* 15. *n.* 204. Ciriac. *dict. controverſ.* 3. *n.* 44. Olea *de ceſsion. jurium*, *d. tit.* 2. *quæſt.* 7. *n.* 17. Valeron. *de tranſactionib. tit.* 5. *quæſt.* 5. *n.* 19. & 22. & alii adducti à Pareja *dict. tit.* 7. *reſolut.* 3. *n.* 101. Nam, quoad noſtrum inſ-
14 titutum, idem erit trãſigere ſuper ipſa re, aut ſuper lite tranſigere, nàm utroque in caſu dimittitur actio ad rem immobilem, & cum actio illa ſola tanquam res immobilis habeatur. Roccus *de officiis*, *rubr.* 13. §. 1. *n.* 22. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitution.* 5. *definition.* 18. *n.* 6. & *part.* 3. *conſtitut.* 30. *definit.* 16. *n.* 9. Caſtejon *in alphabet. verb. actio*, *n.* 12. Pechii *de aquæduct. tom.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 29. *n.* 3. Moſtazo *de cauſis piis*, *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 34. non poterit tranſactio abſque decreto fieri, ex ratione, text. *in l. ſi pecunia*, §. *ſi jus*, *ff. de rebus eorum*, *l. ſi ad reſolvendam*, *Cod. de prædiis minorum*, *cap.* 2. *de rebus Eccleſ. alienand. in* 6. Tondut. *de penſionib. deciſ.* 89. *n.* 7. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 11. *definit.* 28. *n.* 3. Cardinal. de Luca *de juriſdic. diſcurſ.* 17. *n.* 7. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 23. *n.* 8.

Ex adverſo autem, ſi tranſactio fiat à cura-
15 toribus, Eccleſiis, fideicommiſſariis, aut aliis adminiſtratoribus eo modo, quod immobilis res litigioſa remaneat pœnes Eccleſiam, adminiſtrationem, vel fideicommiſſum, data aliqua proportionata ſumma litiganti dimittẽti, vel transferenti rem, non erit neceſſarium judicis decretum, cum ex tranſactione iſta potius adquiſitio, quam alienatio ſequatur, *l. non ſolum* 4. *Cod. de prædiis*, & *aliis rebus*, *l. cum proponas*, *Cod. de tranſactionib. l. ſi pignora*, §. *final. l. interdum*, §. *qui tutellam*, *ff. de furtis* Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 46. *Cod. de bonis maternis*, Bertazol. *de clauſul. clauſ.* 10. *gloſſ.* 2. *n.* 18. Montan. *de tutell. cap.* 33. *n.* 247. Caldas Pereyra *de reſolut. emphiteuſ. cap.* 9. *n.* 36. Menoch. *conſ.* 381. *n.* 2. Gutier. *de tutell. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 28. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 117. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 22. Mier. *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 22. *ex n.* 8. & 60. Morlà *in juris empor. tit.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 15. & 16. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 40. *n.* 124. Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 10. *n.* 100. Barboſ. *ad text. in l. non ſolum* 4. *Cod. de prædiis*, & *aliis rebus*, *n.* 5. Valaſc. *conſultat.* 116. *n.* 10. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 708. 560. & 563. *n.* 16. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de rerum alienat. reſolut.* 1. *n.* 29. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 13. *n.* 16. Caſtill. *de aliment. cap.* 36. §. 2. *n.* 37. Hermoſil. *in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 2. *n.* 16. Ciriac. *controverſ.* 380. *n.* 31. Valenzuel. *conſ.* 175. *n.* 15. *tom.* 2. Carvalho *de una*, & *altera quarta*, *part.* 2. *à n.* 364. Galeot. *controverſ.* 40. *lib.* 2. Valeron. *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 26. Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 7. *reſolut.* 3. *n.* 94. Olea *de ceſsion. jurium*, *tit.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 46. *cum ſequentib.* Boſsius *in moralib.* 3. *tom. tit.* 6. *n.* 256. & *de patr. poteſt. cap.* 8. *n.* 66. Maldonad. *in additionib.* ad Molin. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 22. Fagnan. *ad text. in cap. cum tempore*, *n.* 27. *de arbitris*, Bich. *deciſ.* 525. *n.* 18. Beltramin. ad Gregor. XV. *deciſ.* 418. *n.* 17. Cardinal. de Luca *de feud. diſcurſ.* 49. *n.* 13. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 20. *n.* 22. & *quæſt.* 22. *n.* 16. Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 162.

Videamus nunc, an minor vel Eccleſia trã- 16
ſigere ſine decreto, & aliis ſolẽnitatibus poſſint, ſuper juribus legati, fideicommiſsi, vel hæreditatis delate, ſed non adquiſitæ; Videtur enim poſſe, quia Eccleſiarum Prælati, & ſimiles adminiſtratores, nulla ſolemnitate adhibita, poſſunt hæreditatem delatam non adire, & legata repudiare, quia hujuſmodi actus alienationem non inducunt, *l. alienationis*, 28. *ff. de verbor. ſignificat. l.* 1. §. *utrum*, *ff. ſi quid in fraudem patron. l. non fraudantur* 177. *ff. de regul. juris*, *cap. final.* 16. *q.* 6. Joann. Honorius *in ſumma juris canonici*, *tit. de rebus Eccleſ. non alienand. n.* 27. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 4. *n.* 11. Bellet. *diſquiſit. Clerical. part.* 1. *tit. de creditore*, §. 5. *n.* 21. Molino *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 99. *n.* 17. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 26. Barboſ. *de jure univerſ. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 42. Botiller. *de ſucceſ. cap.* 2. *theoremat.* 82. *n.* 6. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 101. & 102. Delbene *de immunit. tom.* 2. *cap.* 17. *dubitat.* 6. *n.* 11. Noguerol *allegat.* 6. *ex n.* 23. Meli *allegat.* 14. *n.* 4. *lib.* 3. & *obſervat.* 4. *n.* 12. Ergo multo magis poterunt ſine decreto tranſigere ſuper his juribus, nam ſi eis conceditur illorum alienatio, vel dimiſsio quod magis eſt, debet eis concedi tranſigere ſuper illis, quod minus eſt, *ex regul. text. in l. non debet*, *ff. de regul. juris*, *authent. multo magis*, *Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis*, *cap. cui li-*

*licet* 53. *de regul. juris, in* 6. Facit etiam, quod minoribus, vel Eccleſiis, ſolum impermititur alienare ſine ſolemnitatibus, quod adquiſitum habent, & tranſigere eis non licet ſine decreto, quando alienant. *l. non ſolum* 4. *Cod. de prædiis, & aliis rebus*, & non alienant quando adquirere nolũt, *l.* 1. §. *final. ff. de collat. bonor. l. cum quidam, ff. de jure fiſci, l. ſi ſponſus,* §. *ſi maritus, ff. de donationib. inter, l. qui autem* 6. *ff. quæ in fraudem creditor*, ibi: *Noluit enim adquirere, non ſuum patrimonium diminuere.* Et quod ſuper his juribus poſsit tranſactio abſque decreto, & aliis ſolemnitatibus fieri, docent Bald. *in l. præſes, Cod. de tranſactionib.* Nata *conſ.* 44. *vol.* 2. *& conſ.* 441. *n.* 10. Roman. *conſ.* 184. Roland. *conſ.* 15. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 73. *n.* 8. Surd. *conſ.* 501. *n.* 6. *lib.* 4. Franchis *deciſ.* 14. Gratian. *deciſ.* 17. *n.* 29. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de rerum alienat. reſolut.* 1. *n.* 27. Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ.* 5. *gloſſ.* 9. *part.* 5. *n.* 127. Barboſ. *ad text. in cap. nulli* 5. *n.* 13. *de rebus Eccleſ. alienand.* Tondut. *in quæſt. & reſolut. beneficialib. cap.* 119. *n.* 4. Olea *de ceſ. jurium, tit.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 48. Delbene *de immunit. cap.* 17. *dubitat.* 12. *n.* 1. *tom.* 2. Bordon. *in opere moral. regular. reſolut.* 27. *n.* 59. Burat. *deciſ.* 773. *n.* 3. & ibi Addent. *lit. A. & B.* Franciſc. de Angelis *de confeſ. lib.* 3. *quæſt.* 2. *n.* 71. & videtur de mente, Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 26. *n.* 5.

17 Contrariam tamen ſententiam veriorem judico, & defendendum teneo, tutorem, vel PrælatumEccleſiæ, aut quemlibet adminiſtratorem, non poſſe tranſigere ſuper hiis juribus delatis, ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus. Primo, quia quidquid ſit in majoribus, certiſsimum eſt, quod minores, aut jure minorũ utentes, nequeunt repudiare legatum, aut hæ-
18 reditatem delatam, ſine judicis decreto, & cæteris ſolemnitatibus, quia minoris repudiatio alienatio eſt, *l. magis puto,* §. *fundum* 8. *ff. de rebus eorum*, ibi: *Fundum autem legatum, repudiare pupillus, ſine prætoris auctoritate non poteſt, eſſe enim, & hanc alienationem, cum res ſit pupilli nemo dubitat*, Molina *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 468. *n.* 12. Cevallos *quæſt.* 811. *n.* 23. Quaranta *in compendio bullar. tit. de alienat. rei Eccleſ. n.* 43. Gratian. *diſcept.* 674. *in fin.* Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *cap.* 41. *n.* 11. Pichard. *in* §. *item ſi quis in fraudem* 6. *n.* 17. *inſtitut. de actionib.* Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 19. Delbene *de immunit. tom.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 6. *n.* 6. Salgad. *de retent.* 2. *part. cap.* 33. *n.* 93. Caſtejon *in alphabet. verb. minor. n.* 11. Secundo, quia innegabile eſt, quod legato relicto, & hæreditate delata, adquiſitam habet actionem minor, aut Eccleſia ad rem legatam, vel hæreditatem; ſed hæc jura, aut actiones ad immobilia bona, aut mobilia prætioſa, nequeunt dimitti, aut cedi ſine judicis decreto, ut multoties probavi: ergo neque ſuper eis tranſigi poterit abſque decreto. Ultimo facit quod tutor, Prælatus, aut quilibet adminiſtrator, non poteſt Eccleſiæ, aut minori præjudicare in quærendis, *gloſſ. in cap. auditis, verb. reſtituimus, de in integr. reſtitut.* Alexand. *in l. legatum, n.* 13. *de legat.* 1. Socin. *regul.* 110. Beroius *in cap.* 1. *n.* 115. *de in integr. reſtitut.* Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 10. *&* 11. Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt.* 2. *cap.* 12. *a princip.* Leſius *de juſtit. & jure, lib.* 2. *cap.* 17. *dubitat.* 9. *n.* 66. Menchac. *de ſucceſſion. progreſ. lib.* 3. §. 27. *n.* 23. Lambertin. *de iure patronat. lib.* 3. *quæſt.* 9. *artic.* 1. *n.* 31. Molin. *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 468. *n.* 10. Bonacin. *de contractib. diſput.* 3. *quæſt.* 8. *punct.* 4. *n.* 38. Gratian. *diſcept. forenſ.* 674. *in fin.* Martha *deciſ.* 224. Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *cap.* 41. *n.* 11. Lezana *part.* 2. *cap.* 14. *n.* 60. Delbene *de immunit. tom.* 2. *cap.* 17. *dubitat.* 6. *n.* 24. Ergo, ex iſtorum ſententia, neque tranſigi poterit ſuper hiis juribus ſine decreto. Et hãc opinionem tuentur, Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 13. *&* 14. *uſque ad* 20. Gibalin. *de negotiat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *ſect.* 5. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. nulli de rebus Eccleſiæ alienand. vel non, n.* 13. Altograd. *conſ.* 27. *n.* 30. Sanfelicius *deciſion.* 280. *ſub n.* 3. Urceol. *de tranſaction. quæſt.* 23. *n.* 19. *cum ſequent.* Franciſ. de Angelis *de confeſſionib. lib.* 3. *quæſt.* 2. *n.* 76. Ad opoſita reſpondetur, quod licet tentari poſsit dicere, in bonis noſtris videri eſſe illa, quæ peti, & agnoſci poſſunt, *l. id apud ſe* 143. *l. bonorum* 208. *ff. de verbor. ſignificat. l. final. ff. de uſufruct. legat. l. liberto* 26. *ff. de bonis libertorum.* Omiſsis hiis reſpondetur, quod jura loquuntur de repudiationibus à majoribus factis, iſtæ enim non veniunt alienationum nomine, ſecùs eſt in repudiationibus à minoribus, vel habentibus minorum privilegia factis, nam iſte habentur pro alienationibus, ut jam diximus.

Decreta ſuper tranſactionibus interpo- 19
nuntur in noſtro Regno poſt factam tranſactionem, & per uſum voluntariæ juriſdictionis per modum confirmationis, nam et ſi vellint multi, quod decreta ſimilia debeant ante tranſactionem, & contractum interponi. Valeron. *de tranſactionib. tit.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 6. Vela *diſſertat.* 38. *n.* 63. Antunez *de donat. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 49. cum aliis à me traditis *in cap.* 11. *de decretis, n.* 27. Tamen certius eſt, quod poterit interponi decretum legitimè poſt factam tranſactio-

nem



nem à minore, Eccleſia, majoratus ſucceſ-
20 ſore vel alio quolibet, prout interponi ſolet in noſtra praxi, D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *num.* 86. D. Creſpì *obſervat.* 15. *n.* 302. Neque deſtitutum juris ratione reperitur à nobis traditum, cum in quolibet contractu nihil intereſt an præcedat decretũ, vel ſubſequatur, *l.* 1. §. *inde quæritur, ff. de novi operis nunciat. l. judicem* 21. *ff. comm. dividundo, l.* 2. *Cod. de ſervis reipublicæ manumitend. l.* 1. *ubi gloſſ. Cod. de tutorib. & curatorib. cap. ſi qua, de rebus Eccleſ. alienand. vel non, cap. cura, de jure patronat. for.* 10. *&* 11. *rubr. de execut. rei judic.* Bald. *in cap. ſi quis miles, de feudo ſine culpa non amittendo*, Capic. Latr. *deciſ.* 19. ubi Gizzius *in obſervat. num.* 17. *& deciſ.* 104. *à n.* 4. Seſsè *deciſ.* 389. *ex num.* 24. *par.* 4. Mier. *de majorat.* 4. *par. quæſt.* 2. *num.* 168. Roſentall *de feudis cap.* 6. *concluſ.* 78. Aponte *conſ.* 86. *num.* 44. *& de poteſt. Proregis, tit.* 6. *de aſcenſu Regis, ex num.* 21. Valenzuel. *conſ.* 79. Caſtill. *controverſiar. lib.* 5. *cap.* 89. *num.* 206. D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 169. *num.* 6. Salgad. *in labyrint. par.* 1. *cap.* 31. *num.* 5. *& cap.* 35. *in fin.* Carvalho *de una, & altera quarta, par.* 2. *n.* 371. Queſad. & Pilo *diſſertat.* 9. *num.* 15. Valeron *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 18. D. Creſpì *dict. obſervat.* 15. *num.* 302. D. Matheu. *dict. cap.* 11. §. 6. *num.* 86. *&* 87. cum aliis adductis, *dict. cap.* 11. *num.* 28. Et obſerva, quod ſi tranſactio fiat ſuper lite mota, tranſactionis inſtru-
21 mentum debet recipi, & conſcribi ab actuario illius litis ſuper qua tranſigitur, cum ei ſpectet ateſtari quælibet inſtrumenta ad litem facientia, aut incidentia, vel dependentia juxta *caput* 4. *Regiæ Pragmaticæ anni* 1562. Et tranſactio ex illis eſt, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus *die* 30. *Aprilis* 1631. in favorem Joachimi Monros Notarii, & contra adminiſtratores bonorum Joannis Baptiſtæ Colomina.

Contractus, & tranſactiones multoties de-
22 creto judicis roborantur, quia contrahentes ita volunt ad majorem confirmationẽ, & corroborationem illarum, quæ concordarunt. Multoties autem interponitur decretum, quia aliter tranſactio, vel contractus valere non poſſunt, ut ſi à tutore, curatore, Prælato, vel
23 alio adminiſtratore tranſigatur, nam judicis decretum debet interponi, ut tranſactio valeat. *l. non ſolum*, 4. *Cod. de prædiis, & aliis rebus*, & ſi judicis decretũ deficiat, tranſactio nullius momenti erit, Roland. à Vale *conſ.* 7. *num.* 18. *lib.* 3. D. Leon. *tom.* 2. *deciſ.* 169. *num.* 6. Valeron *de tranſactionib. tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 6. poſſunt enim non indigentes decreto ad validitatem tranſactionis factæ, vel contractus, petere coram litis tranſactæ judice, quod tranſactionem confirmet ad majorem corroborationem, & firmitatem tranſactionis, prout quotidiè fit, & judex rectè ſuum interponet decretum, juxta text. *in l. ſive apud acta* 28. *Cod. de tranſactionib. l. cũ hi* 8. *in princip. &* §. 1. *& ultim. ff. de tranſactionibus, l.* 1. §. *inde quæritur, ff. de novi operis nunciat. l. ſi convenerit, ff. de re judicata, l. judicem* 21. *ff. communi dividund. l. ſi conſtante, Cod. de donationib. ante nuptias, cap.* 1. *in fin. de tranſactionib.* tradunt praxim Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 34. *num.* 56. Felicius *de ſocietat. cap.* 40. *num.* 10. Salgad. *in labyrint. par.* 1. *cap.* 38. *num.* 60. Valeron *de tranſactionib. tit.* 1. *quæſt.* 6. *per tot.* Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 20. *ex n.* 27.

Omni ergo in caſu, ut legitimè interpona- 24
tur decretum, debet adhiberi cauſæ cognitio, & inſpici an utile ſit minori, eccleſiæ, aut fideicommiſſario, quod tranſactum fuit, *l. cum* 8. §. *vult igitur, ff. de tranſactionib. l. de aliment.* 8. *Cod. eod. for.* 10. *&* 11. *rub. de execut. rei judict.* D. Leon *dict. deciſ.* 169. *num.* 6. Valeron *de tranſactionib. dict. tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 6. D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 1. *num.* 283. Caponi *tom.* 2. *diſcept.* 103. *num.* 18. Cardinal. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 31. *ſub num.* 18. Antunez *de donationib. tom.* 1. *par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 51. *&* 52. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 29. Utilitas ſolet, informatione ſumaria teſtium recepta, probari in noſtra praxi, & poteſt etiam
inſtrumentis editis; et ſi ex teſtium informa- 25
tione, vel inſtrumentis exhibitis, aut alio modo, probatum non extiterit tranſactionem utilem fore minori, vel Eccleſiæ, non debet judex ſuum interponere decretum, imo debet denegare, quia et ſi judex partium conventionem ſequi teneatur, & tranſactionem confirmare, juxta text. *in l. ſi convenerit,* 26. *ff. de re judic. l.* 1. *ff. à quibus appellar. non licet, l. final, in fine, ff. de temporib. & reparat. appellat. l. judicem* 21. *ff. communi dividundo.* Hoc non debet intelligi, quando decretũ interponitur cum cauſæ cognitione, & judici conſtat non adeſſe legitimam cauſam, nam poterit tunc denegare decretum, ne faciat actum fruſtratorium, cum abſque cauſæ probatione non poſsit interponi legitimè decretum, *l. ſi quos* 59. *Cod. de decurionib.* Azin. *de execut.* §. 3. *cap.* 250. *num.* 1. *fol.* 8. Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 34. *n.* 56. Valeron *de tranſactionib. tit.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 5. Oñate *de contractib. tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 4. *ſect.* 4. *num.* 62. Bich. *deciſ.* 58. *num.* 3. Dunnozzet. *deciſ.* 561. *num.* 8. Cardinal. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 24. *num.* 17. Antunez *de donationib. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 50. *&* 51. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 20. *n.* 33. Anton. Gobius *conſult.* 51. *num.* 49.

Ex

26 Ex traditis obſerva, magnam reperiri differentiam inter decretum, præcedente cauſæ cognitione, interpoſitum, vel ſine cauſæ cognitione; ſi enim abſque cauſæ cognitione interponatur, nullius momenti erit, cum ea quę cognitionem cauſæ expoſtulant, de plano non expediantur, *l. nec quidquam, §. ubi decretum, ff. de offic. proconſulis, l. minorum, C. de prædiis, & aliis rebus, l. omnia quæcumque* 71. *l. ubicumque* 101. *de regul. juris*, Anton. Faber *de errorib. pragmatic. decad.* 10. *error.* 6. *num.* 3. Mendoza *de pactis, lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. Larrea *allegat.* 109. *n.* 4. docent Valenzuel. *conſ.* 129. *num.* 80. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *num.* 493. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. par.* 2. *conſtitut.* 7. *definit.* 5. *num.* 7. *& conſtitut.* 11. *definit.* 28. *num.* 9. Caponi *tom.* 2. *diſcept.* 114. *num.* 14. Antunez *de donationib. tom.* 1. *par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 50. *&* 51. Urceol. *poſt tractat. de tranſactionib. deciſ.* 35. *num.* 11. Vivian. Ciroch. *obſervat.* 71. *num.* 39. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *num.* 64. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 34. Unde omnes nullitates, & defectus, qui poterant contra tranſactionem
27 allegari, poterunt etiam contra decretum illam confirmans, *l. ſi expræſſim. ff. de appellationib. l. ſi prætor. §. Marcellus, ff. de judiciis.* Paz *conſ.* 19. *num.* 22. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 41. *num.* 34. Ayora *de partitionibus,* 3. *par. quæſt.* 7. *num.* 16. Felicius *de ſocietat. cap.* 40. *n.* 10. Valeron *de tranſactionib. tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 12. *&* 13. Solorzan. *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 20. *ex num.* 27. Quia judex tali in caſu, non ſuum judicium, ſed alienum ſecutus fuit, *l. paulus* 47. *ff. de bonis libertor.* ibi: *Quoniam non ſuum judicium, ſed alienum ſecuta ſit.* Si autem cum cauſæ cognitione decretũ interponatur, licet nullitas contractus, aut tranſactionis ſanari non poſsit per interpoſi-
28 tionem decreti, imò eodem modo nullitas allegari poterit, ac ſi decretum interpoſitum non fuerit, ut tradidi *dict. cap.* 11. *de decret. n.* 43. Tamen multos operabitur effectus; & multoties ex decreto legitimè interpoſito ſuſcipiunt vires ea quæ indepẽdentèr à decreto minus firmatis haberent, *cap.* 1. *ad finem, de tranſactionib.* ibi: *Cum ſi quid fortè incuria, vel imperitia, minus firmitatis incertum eſt, vires pleniſſimæ notionis, ex hac noſtra auctoritate ſuſcipiat.* Quod duplici confirmatur exẽ-
29 plo. Primum erit in pacto nudo de non alienando, pactum iſtud nudum in tranſactione, vel quolibet alio contractu, aut ultima volũtate, non valet quoad hoc ut dominii tranſlatio impediatur, *l. ea lege, cũ gloſſ. Cod. de condictione ob cauſam l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. obligat. l. ultim. ff. de rebus alienis non alienand.* Pechii *de aquæduct. tom.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 36. Et ſi in tranſactione apponatur, & judicis decreto roboretur trãſactio, impediet dominii tranſlationem, facit tex. *in l. de polic. ff. de policit.* Covar. *in cap. Raynal. n.* 4. *de teſtam.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 30. *num.* 38. Hermoſill. *in l.* 43. *gloſſ.* 4. *num.* 33. *tit.* 5. *par.* 5. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 38. *num.* 60. *cum ſeqq.* & in *num.* 65. extendit ad caſum interpoſiti decreti abſque cauſæ cognitione. Valeron *de tranſactionib. dict. tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 20.
30 Secundum in pacto legis commiſsoriæ, quod prohibitũ eſt apponi in pignoribus, *l. final. C. de pact. pignorum, cap. ſignificante, de pignorib.* Anton. Faber. *de errorib. pragmatic. decad.* 21. *error.* 1. Gayto *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 1100. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *tit.* 4. *quæſt.* 123. *per tot.* Merend. *controverſiar. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 1. Et ſi in tranſactione apponatur, ſervari debet, modo judicis decreto roboretur tranſactio, Anton. Faber *ad tit. C. de pact. pignor. definit.* 3. Valeron *dict. tit.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 21.

In Regno particularitèr habemus diſpoſitum, *in for. Primerament* 10. *& in for. E volẽts* 11. *rubr. de execut. rei judic.* Quod quilibet
31 contractus, aut obligatio facta cum inſtrumento publico, poſsit per ordinarium judicem opidi confirmari interpoſito decreto; & contractus hujuſmodi, vel obligationes decretatæ magno potiuntur privilegio juxta eoſdem foros, nam ſi intereſſe exceſſerit sũmam duorum mille ſolidorum, habent exe-
32 cutionem paratam, ſicuti ſententiæ in rem judicatam tranſactæ, & dum execuſio pro debito fiat, debet detineri carceratus debitor, qui opponere in executione nequit exceptionem aliquam, niſi ſolutionis verificatam, aut inſtrumento publico, aut confeſsione creditoris, & à carcere non debet liberari Principis reſcripto, moratorio, guidatico, indutiis, aut ceſsione bonorum, vel alio medio, niſi ſolutionis debiti, & mirandum eſt forales has diſpoſitiones in praxi parum admiſſas eſſe, quando contractibus, & obligationibus, privilegia tantæ magnitudinis tribunt, explicant prædictos foros D. Cerdan *in viſitat. carceris, cap.* 9. *num.* 10. *&* 11. D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *num.* 87.

La practica de interponer el decreto en
33 ,, la concordia, ſe reduce à que los contrayentes capitulan, y firman el contrato de ,, tranſaccion, y ſe recibe inſtrumento publico, deſpues de lo qual ſe propone libello ,, en el tribunal que ſe pretende decrete la ,, concordia, en donde ſe narra todo el hecho de la capitulacion, y ſe propone la utilidad que tienen las partes en lo concordado, y ſe concluye, pidiendo ſe reciba ſumaria informacion de teſtigos para prueva ,, de la utilidad, y reciba, ſi por ella, ò de ,, otro modo reſultò prueva ſuficiẽte de utili-





,, lidad, interpone el Juez ſu decreto, aprobando, y confirmando la concordia, y todo lo capitulado en aquella por via de confirmacion, y el libello ſe deve proponer ,, en eſta forma.

IHS. F. T. Ciutadà, y S. T. Syndich, y Procurador del Clero, y Capellans de la Igleſia Parroquial de T. Propoſants tam conjunctim, quam diviſim, ac omni meliori modo quo poſſant, dihuen, que entre lo dit Clero, y el dit F. T. ſe ha ſeguit un pleyt de demanda de reivindicaciò per lo preſent tribunal, en lo qual pretenia dit Clero, &c. ( *Aqui ſe ha de incertar el hecho del pleyto*) Y conſiderant los gaſtos tan exceſsius que en conſemblants pleyts pot haver, y la contingencia de no obtenir lo que es preten, y quan dubtoſos ſon los ſucceſſos favorables en pleyts de eſta calitat, per ſer com es tan dificil de provar lo domini, eſſencial requiſit pera obtindre en eſte juy de reivindicaciò, ha paregut al dit Clero, y al dit F. T. convenirſe, y ajuſtarſe en eſta conformitat ( *Aqui ſe ha de poner el modo del ajuſte, y concordia* ) De tot lo qual ſen ha rebut acte de concordia per F. T. Notari, en T. de T. mes, y any, de la qual fan preſentaciò ſi et in quantum; E com la dita concordia, y contracte, ſia util, y convenient als Propoſants, y particularment al dit Clero, pues ſent aixi, que la caſa que pretenia reivindicar, no val à comuna eſtimaciò 300. lliur. ſe li dona, y tranſporta un cenſal de proprietat de 200. lliur. y annua penciò de 200. ſous, quant eſtava en moltiſsim dubte ſi obtindria en lo juy de reivindicaciò, y quant obtinguès havia de ſoſtenir conſiderabiliſsims gaſtos.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requirixen los ſia rebuda una ſummaria informaciò de teſtimonis, à fi, y effecte de verificar, y provar, q̃ la ſobredita concordia, y ajuſt es util, y convenient, aixi al dit Clero, com al dit F. T. Y conſtant per dita informaciò de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter requirixen es mane confirmar, lloar, y aprovar la ſobredita tranſacciò, y concordia, y lo contracte, y fet contengut en los capitols de aquella à prima linea uſque ad ultimam, com à util, y convenient à les ſobredites parts, interpoſant lo decret judicial en aquella, y en totes les coſes capitulades, y en caſcuna de aquelles, lo que requirixen, &c. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 21. *Januarii* 1688.
*Recipiatur informatio.*
F. T. Aſſeſſor.

Univerſitates obèratæ, vel magnates, &
34 quilibet æquites non ſolvendo, ſolent in Regno tranſactionem facere cum creditoribus, ad effectum ſolvendi cenſus annuos, vel alias præſtationes cum minori redditu, quam convento in contractu, remiſſa eis quotannis aliqua redditus parte, quæquidem tranſactio decreto roboratur, D. Regis, & ejus S. S. A. C. aut noſtri R. S. poteſt ergo non ſine fundamento dubitari, an ſimiles tranſactiones cum majori creditorum parte factæ adſtringant minorem creditorum partem talitèr, quod juxta conventum à majori parte exigere debeant annuum intereſſe. Ad dubii reſolutionem quinque veniunt conſiderandi caſus. Primus erit quando creditores omnes legitimè citati, & congregati fuerint in eodem loco, ubi tractatum fuit de remittenda debitori communi quotannis aliqua redditus, aut debiti parte, & majori creditorum pars in quantitate remiſsionem fecit; tunc enim, ſi minor pars creditorum chyrographariorum fuerit, tenentur ipſam partem remittere, quæ à majori parte creditorum chyrographariorũ remiſſa fuit, & adhuc, per remiſsionem à majori parte factam, remiſsio cenſetur facta à minori parte diſcentiente, *l.* 7. §. *hodie, l. majorem* 8. *l. ſi plures* 9. *l. reſcriptum,* 11. *ff. de pactis*, Oſvald. ad Donel. *lib.* 22. *commentarior. cap.* 4. *lit. V.* Dueñas *regul.* 295. Guzman *de evictionib. quæſt.* 7. *n.* 47. Paſific. *de ſalvian. interdict. ad calcem, tractat. in antiqua impreſsione*, Martha *de juriſdict. par.* 4. *centur.* 2. *caſu* 23. *n.* 8. Fontanell. *de pact. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *n.* 42. *par.* 8. Melo *de inductis, quæſt.* 34. *n.* 35. Gratian. *diſcept.* 222. *n.* 6. *&* 26. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de ſolutionib. reſolut.* 3. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 30. *n.* 53. *cum ſequent.* D. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 60. *n.* 28. D. Creſpì *obſervat.* 112. *n.* 12. Cardinal. de Luca *de credit. diſcurſ.* 48. *n.* 11. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. par.* 2. *conſtitut.* 22. *definit.* 27. *per tot. & definit.* 29. *n.* 5. Antunez *de donationib. tom.* 2. *par.* 3. *cap.* 42. *n.* 81. *cum ſequentib.* Secundus caſus erit

35 quando illa major pars creditorum fuerint chyrographarii, aut inter majorem partem, major pars, credita chyrographaria habuerint, & minor pars fuerint hypothecarii, & hoc in caſu remiſsio partis debiti à majori parte facta minori non nocet, neque ei tenentur ſtare, *dict. l. reſcriptum* 11. *ff. de pactis*, ibi: *Hæc enim omnia in his creditoribus qui hypothecas non habent conſervanda ſunt. for.* 16. *rubr. de pactis*, ibi: *Aquell qui ſerà obligat, ò tengut à molts crehedors, è les coſes de aquell deutor no baſten à ſatisfer, ne pagar als deutes de aquells crehedors, è aquells crehedors ſa cordaràn en una coſa, è en un conſentiment, è declararàn de quanta part del deute caſcun ſia contengut, è pagat: Manàm que açò ſia tengut, è obſervat, ſi empero aquells crehedors ſe deſacordaran, lavors la voluntat de la machor partida dels crehedors deu eſſer ſeguida, for.* 17. *eod.* ibi: *Declaram lo fur antich poſat ſots la preſẽt rubrica, qui comença, aquell qui ſerà obligat, haver lloch en los crehedors qui no han obligades les coſes del deutor tacitament, ò expreſſa. E no en los crehedors, qui han obligades les coſes del deutor tacitament, ò expreſſa. Aixi per general obligaciò, com per eſpecial.* Melo *de inducciis, quæſt.* 8. *n.* 12. Gratian. *diſcept.* 222. *n.* 15. *&* 16. D. Creſpì *obſervat.* 112. *n.* 12. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 22. *definit.* 28. Antunez *de donationib. dict. cap.*
36 42. *n.* 92. Tertius erit caſus, quando illa major creditorum pars remittentium, habet pro creditis hypothecam, & minor pars diſcententium, etiam hypothecarii ſunt, quo in caſu non debet hæc minor pars remiſsioni factæ ſtare, ut probatur, *ex dict. for.* 16. *&* 17. *rubr. de pactis*, & docent Strac. *de decoctorib. part.* 6. *n.* 13. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 22. *definit.* 28. *n.* 8. *&* 9. Unde ſi major pars creditorum cenſualiſtarum in quantitate, faciat tranſactionem cum debitore communi remittendo ei quotannis aliquam partem intereſſe annui, non tenetur minor creditorum pars cenſualiſtarum trãſactioni, & remiſsioni ſtare, nã cũ ſint creditores hypothecarii, poterunt, nõ obſtante trãſactione, & remiſsione facta, executionem facere contra debitorem pro omni redditu, *for.* 57. *rubr. de jure emphiteut.* ibi: *E com encara ſe poguès dir, que la machor part dels crehedors hy conſentiſen, ò faheſen compoſiciò, ò avinenſa alguna ab los obligats dels dits cenſals, è violaris: los altres crehedors havents cenſals, è violaris non hagueſen en llurs execuciõs tot empatxament algu ne hagueſen per forza ſeguir la avinenſa de la machor partida, ne daço Señor vos, ò lo Señor Duch, ò voſtres oficials los puſcats forçar, &c. for. ultim. curiar. anni* 1552. *fol.* 20. ibi: *E per ço los tres braços del Regne de Valẽcia ſuppliquen voſtra Real Mageſtad li placia tollent los dits abuſos, è declarant en quant meneſter ſia lo dit acte de cort, prohibir que per ninguna concordia q̃ es faſa per la machor part dels crehedors, ò inſtancia que es faſa depoſar colector en los llochs ſobre los quals ſon carregats dits cẽſals, ò alias no puguen eſſer empachats los crehedors cenſaliſtes volent executar, puix no hachen fermat en dita concordia, no obſtant que la dita concordia ſe allegue es faſa inſtancia per la machor part dels dits crehedors cẽſaliſtes.* D. Creſpì *dic. obſervat.* 112. *n.* 12. Et hac de cauſa Senatus, ſententia per Alreus, *die* 17. *Novembris* 1624. inter Marcum Antonium Alzamora, & alios declaravit, tranſactionem factã à majori creditorum parte non adſtringere minorẽ creditorum hypothecariorum partem. Et in terminis quod trãſactio facta à majori creditorum cenſualiſtarum parte, non ſit tanti roboris, quod minor creditorum pars cenſualiſtarum ei teneatur ſtare, judicavit Senatus ſententia per Benavides, *die* 25. *Februarii* 1656. in favorem Hieronymi Vilanova Presbyteri certo adminiſtratorio nomine, & cõtra officium Panniparatorum noſtræ urbis, & alia per Alreus, *die* 1. *Februarii* 1640. in favorem Franciſci Almella Civis, & contra Oppidum de Fortaleny, & Villam, & honorẽ de Corbera.

Quartus caſus erit quando tranſactio repe- 37
ritur facta à majori creditorum parte, diſcentiente minori, & fuit roborata Regii Senatus decreto, aut alicujus judicis inferioris, & in hoc caſu etiam ſi citati, & convocati fuerint omnes creditores, nõ tenetur minor pars hypothecariorũ trãſactioni ſtare, quia decretũ nequit facere tranſactionem efficacem quoad obligandam minorem creditorum partem, nam cum, ut diximus, tranſactio juxta juris regulas inefficax ſit quoad minorem creditorum partem non aſcentientiũ, non poteſt decretum illi dare novũ eſſe, neque ſupplere defectum illum, cum decretum non habeat vires ad novam eſſentiam communicandam actui, vel contractui, imo non obſtante decreto, ſi actus, vel contractus inefficax eſt ad obligandum, remanet cum eadẽ inefficacitate, & nullitate, ut jam diximus, *dict. cap.* 11. *de decretis, n.* 43. qua de cauſa in tranſactionibus iſtis ſolet decretum interponi à Senatu, abſque præjuditio creditorum non intervenientium, & firmantium, ut non intelligatur comprehenſos eſſe in decreto, & tranſactione, ut ſententia per Daza, *die* 17. *Junii* 1645. inter Michaelem Marti Diſa, & ſuos creditores, & idem infertur ex ſententia, *diei* 17. *Novembris* 1624. *&* *diei* 25. *Februarii* 1656. *&* *diei* 1. *Februarii* 1640. adductis, *num.* 36. Licet poſſe decretum interponi ſuper tranſactione, etiam ſi omnes creditores non conveniant, deciſum extet ſententia per Alreus, *die* 23.



23. *Julii* 1624. inter Don Gineſium Rabaſſa
38 de Perellos, & illius creditores. Quintus erit caſus, quando tranſactio à majori creditorum parte facta, decreto roboratur D. Regis & ejus S.S.A.C. addita qualitate quod illi teneatur ſtare minor creditorũ pars hypothecas habentium, & hoc in caſu propter auctoritatem Regiam, modo citati, & convocati fuerint omnes creditores ad tranſactionem faciendam, tenetur minor pars creditorum hypothecas habentium trãſactioni ſtare, prout etiam tenentur ſtare firmantes illam, & ſucceſſores illorum in fideicommiſſo, aut majoratu, ut judicatum extat ſententia per Alreus, *die* 8. *Julii* 1624. inter Don Didacum Vich, & hæredes Don Hieronymi Calderò, & alia per eundem, *die* 20. *Julii* 1621. inter Egregium Comitem de Elda, & Electos creditorum illius, & alia per eundem, *die* 19. *Junii* 1632. inter Egregium Comitem de Olocau, & Emerentianam Ridaura, & alia per eundem, *die* 18. *Januarii* 1634. inter Illuſtrem Ducem de Sogorp, & Syndicum illius Civitatis, & alia per Daza, *die* 30. *Julii* 1637. inter Egregiam Comitiſſam del Caſtellar, & Domnam Annam de Peralta, & alia per eundem, *die* 22. *Septembris* 1638. inter Egregium Comitem de Anna, & Bernardum Ruiz de Aſini. Idem cautum habetur in Regio decreto publicato in S. S. A. C. *die* 11. *Novembris* 1641. inter Egregium Comitem de la Granja, & illius creditores, regiſtrato in commune Valentiæ 38. *fol.* 105. & alio decreto Regio ejuſdem S.C. *diei* 19. *Aprillis*, 1642. ſuper tranſactione facta per Don Hieronymum Leo patrem, & legitimum adminiſtratorem Don Franciſci Leo Domini Loci de Anahuir, & creditores, regiſtrato in cõmune Valentiæ 30. *fol.* 21. ibi: *Ideoque deberi illam confirmari, & approbari, & obligare non ſolum dictum Don Hieronymum de Leon dictis nominibus, & illius ſucceſſores in dicto loco de Anahuir etiam ratione quorumcumque vinculorum, ſed & dictos creditores, non ſolum illos qui in ea firmarunt, & ſe obligarunt, & qui ſunt majores numero, aut quantitate crediti, verum etiam eos creditores minores quantitate, vel numero, qui ad illam firmandam fuerunt convocati, & comparere noluerunt, aut aliqui ex illis, qui non conſentierunt expreſſè, & non ſolum eos, qui in illa firmarunt, ſed & omnes alios, dummodo ſint minores numero, vel quantitate crediti, &c.* Et interpoſito decreto Regio, ſi aliqui creditores intendunt impugnare illud, aut aliquid allegare contra illud, prætendendo quod non poteſt comprehendere illorum credita, debet hoc fieri, non in Regio noſtro Senatu, ſed in S. S. A. C. ubi expeditum fuit decretum Regium, ut deciſum extitit ſententia per Daza, *die* 17. *Novembris* 1626. inter Illuſtrem Ducem de Sogorp, & illius Civitatem, & alia per Alreus, *die* 31. *Auguſti* 1626. inter Don Didacum Vich, & Monaſterium Sancti Michaelis de los Reyes, ubi etiam fuit dictum, quod obſervaretur tranſactio decreto Regio roborata, non obſtante quod aliqui creditores convocati non fuerint ad firmandam illam.

La Univerſidad, Titulo, ò Cavallero, que 39
„ quere firmar concordia con ſus Acrehedores, para pagar à menor fuero los cenſos, y obligaciones annuas, por no tener baſtante renta para ſuſtentarſe, y pagarlas por entero, procura obtener Real carta de ſu Mageſtad, en que ſe le manda al Señor Virrey procure, por medio de el Miniſtro del Conſejo que le pareciere mas conveniente, concordar à la Univerſidad, Titulo, ò Cavallero con ſus Acrehedores, en execucion de lo qual ſe ſeñala el Miniſtro, y eſte à inſtancia de la Univerſidad, Titulo, ò Cavallero haze proviſion para que ſe convoquen todos los Acrehedores para el dia que le parece, à la Cofadria de San Jayme, ò otro lugar publico para tratar de hazer la concordia, lo qual ſe haze tambien, aunque no aya carta de ſu Mageſtad, cometiẽdo por Chancilleria la cauſa à uno de los Ohidores Civiles, el qual acude tambien al lugar de la junta en el dia ſeñalado, y con ſu aſsiſtencia, ſi ay cumplimiento de Acrehedores, ſe trata de la materia, y ſe ſuelen porrogar eſtas jũtas ſino ſe puede concluir. Y quando no ay cumplimiento de Acrehedores ſe haze otra proviſion, mandandoles citar con cominacion para otro dia, y ſi en eſte no acuden, ſe haze otra proviſion, mandandoles citar præciſè para otro dia cierto, con la calidad de que ſe tratarà la materia con los Acrehedores que acudieren; pero nunca ſe trata, ni haze ſin concurrir la mayor parte, aunque ſe haga otra præciſè, antes bien ſe practica el embiar recado de parte del Señor Virrey à cada uno de los Acrehedores, para obligarles à que vayan à la junta; eſtas citaciones, y convocaciones ſe notifican à los principales acrehedores, pero baſta q̃ ſe notifiquẽ à los Procuradores, ſegùn lo declarò el Conſejo con ſentencia publicada por Daza, en 17. de Setiembre 1635. entre Pablo Salafranca, y la Villa de Conſentayna, advirtiendo que ſe ha de poner ſuplicacion en la Real Audiencia para cada una de las convocaciones, pidiendo en la primera, que ſe manden convocar por primera convocaciõ para T. dia, en la ſegunda, que ſe haga la convocacion con cominacion para T. dia, y en la tercera que ſe haga præciſè para T. dia; y la ſuplicacion para la ultima convocacion, ſe

„ deve proponer en eſta forma, à cuyo eſtilo „ ſe pueden proponer tambien las primeras.

### *EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Sindich, y Procurador de T. Vila, ſuplicant com millor pot diu, que en eixecuciò de la proviſiò feta al peu de una ſupplicaciò poſada per lo ſuplicant dicto nomine en T. de T. mes propaſat, foren convocats tots los acrehedors de dita Vila pera T. dia à la Cōfraria de Sent Jaume, de tres à cinc de la veſprada, pera tractar de la concordia que dita Vila pretèn fer ab ſos acrehedors, y no havēt acudit eſtos, es pasà à poſar ſupplicaciò en T. de T. mes, pera que foſſen cōvocats dits acrehedors ab cominaciò pera T. dia à la hora ſobredita, y tampoch acudiren havent eſtat convocats; è com deſitje dita Vila, q̄ los ſobredits acrehedors es junten pera tractar de la ſobredita concordia, y veure la forma que pot haveri pera que la dita Vila puga acudir à donarlos ſatisfaciò de ſos credits.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. ſuplica, es mane fer convocaciò dels acrehedors ſobredits pera el dia T. dels corrents à la Confraria de Sent Jaume, de tres à cinc de la veſprada, & hoc præciſsè, ex quo ya ſe han fet altres dos convocacions, pera effecte de tractar ab aſiſtencia del Magnifich Ohidor de la preſent cauſa de la concordia ſobredita, lo que ſuplica, &c. Per ſer aixi, &c. Et licet, &c.

Remittatur, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die 23. Januarli 1688.*
*F. V. fiant ſupplicata, & intimetur.*
F. T.

40 Si los Acrehedores ſe convienen, y con„ cuerdan en remitir alguna parte de annuo „ reddito, y cobrar reducidos, ò en alguna „ forma, ſe paſſa à recibir la concordia por „ el Eſcrivano de la cauſa, y ſe acoſtumbra „ capitular que ſe decrete, y ſi la menor par„ te de acrehedores hypothecarios no la fir„ ma, ſiempre es cōveniente decretarla por „ el S. S. C. de Aragon, para que les obli„ gue à que paſen por lo concordado, y, „ quando todos la firman para mayor obſer„ vancia, y valididad de aquella, no ay ne„ ceſsidad del decreto del Conſejo Supre„ mo, ſino es que baſtarà ſe decrete por la „ Real Audiencia, proponiendo para eſte „ efeto el libello en eſta forma.

### *EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Sindich, y Procurador de T. Vila, y S. T. Notari Procurador de F. T. &c. (*Han de ponèr Kalendario todos los Acrehedores que firmaron en la concordia*) ſuplicants tam conjunctim, quam diviſsim, ac omni meliori modo quo poſſunt, dihuē, que per trobarſe la dita Vila impoſsibilitada de poder donar ſatisfaciò à ſos Acrehedors de les cantitats que els eſtà devent, li foneh precis el congregarlos, y repreſentarlos la impoſsibilitat en que es trobava, y haventſe tengut diferents juntes pera inquirir lo modo que podia haveri de donar ſatisfaciò dita Vila, es convingueren, y ajuſtaren la donàs en eſta forma, que caſcun any (*Aqui ſe ha de ponèr lo que ſe ha concordado, y el modo como ha de pagar en adelante la Villa los creditos*) De tot lo qual ſen ha rebut acte de concordia per F. T. Notari Eſcrivà de la preſent cauſa en T. de T. mes è any, de la qual fan preſentaciò ſi et in quantum; E com pera machor validitat de dita concordia, y deguda obſervancia de aquella, en hu de ſos capitols ſe hacha tractat, y ajuſtat es deguès decretar per lo preſent tribunal de eſta R. Audiencia, y no es puga dubtar ſia utilòs, y beneficiòs lo ajuſtat, y trāſigit, aixi à la dita Vila, pues de eixe modo podrà pagar los credits que eſta devent, com als ſobredits Acrehedors, pues ſi no es cobrant ab dita forma no conſeguiràn, ni podràn conſeguir la exacciò, y cobrança de ſos credits, ans be fent eixecucions impoſsibilitaràn mes à la dita Vila peraque els puga pagar.





Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Supliquen, ſels mane rebre una ſummaria informaciò de teſtimonis, pera efecte de verificar, y provar la ſobredita utilitat; Y conſtant per dita informaciò de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter ſupliquen, es mane confirmar, lloar, y aprobar la ſobredita tranſacciò, concordia, y tot lo capitulat en aquella à prima linea uſque ad ultimam, interpoſant voſtra Excelencia, y R. Concell lo decret judicial en aquella, y en caſcuna coſa de les ajuſtades, y capitulades en dita concordia, y que la preſent es mane evocar à eſta R. A. y cometre al Magnifich F. T. D. D. R. C. Ohidor que es de dita cauſa, qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die 24. Januarli 1688.*
*Recipiatur informatio.*
F. T.

## CAPUT XX.

# *DE DECRETO ad reparandas Domos, & ædificia diruta reædificanda.*

## SUMMARIUM.

1 *CReditores hypothecarii priores tempore, potiores sūt jure. Amplia ad intereſſe, & annualitates jure actionis debitas.* 2. *Amplia etiam ad caſum poſterioris creditoris ſpecialem hypothecam habentis.* 3. *Et an detur prælatio quoad intereſſe debitum judicis officio.* 4.

5 *Creditor hypothecarius prior tempore præfertur in exactione nominis debitoris poſteriori creditori habenti nominis ceſſionem, vel venditionem, etiam per curiam factam. Quod procedit, etiam excutione non facta.* 6.

7 *Creditor hypothecarius prior præfertur in exactione pretii rei mobilis per curiam venditæ, non facta excutione. Secùs ſi res vendita fuerit immobilis, nam excutione non facta, pretium dividitur inter creditores concurrentes per æs & libram.* 8. *Et quid ſi venditio fuerit extrajudicialis.* 9.

10 *Creditor hypothecarius præfertur creditoribus chyrographariis, etiam anterioribus.*

11 *Creditor hypothecarius poſterior, & adhuc chyrographarius unius patrimonii, præfertur anterioribus hypothecariis alterius patrimonii in rebus patrimonii, adverſus quod creditum habet, ſeparatione facta.*

12 *Creditor hypothecarius poſterior, aut chyrographarius defuncti, præfertur in rebus hæreditariis, creditoribus hæredis hypothecariis anterioribus, & magis privilegiatis. Et quid de creditoribus hæredis.*

13 *Expendens in conſervationem, aut reædificationem rei, præfertur omnibus creditoribus, etiam anterioribus. Prælationis ratio nititur in illo, quod totius pignoris cauſam ſalvam fecit.* 14.

15 *Creditor ex reparatione, aut conſervatione domus, præfertur omnibus creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus. Et quomodo impenſi, & meliorati debeat haberi ratio.* 16.

17 *An idem procedat in meliorante prædium ruſticum.*

18 *Creditor expendens pro reparanda, aut conſervanda navi, eandem habet prælationem. Idem tene ſi expendatur ad armandam navim, vel in cibaria nautarum, aut in alia, ſine quibus navis conſervari non poterat.* 19.

20 *Creditor pro cibariis animalibus datis, adquirit in illis hypothecam tacitam cum prælatione omnium creditorum. Idem tene ſi expendatur in famulos, & cuſtodes animalium.* 21.

22 *Expendens in collegendos, & vehendos fructus, & in alia, ſine quibus fructus conſequi non poterant, eandem habet prælationem. Amplia ad expendentem in mercedes cuſtodis fructuum, in locationem horrei pro fructibus conſervandis, currus, aut jumentorum pro vehendis fructibus, & alia ſimilia.* 23.

24 *Creditor pro juribus aquæ irrigantis præfertur omnibus creditoribus.*

25 *Creditor ſeminis præfertur in fructibus ex ſemine collectis omnibus creditoribus.*

26 *Creditor pro mercede locationis fundi, an præferatur in fructibus creditori ex ſemine.*

27 *Creditor ex pretio foliorum minorum, quibuſlibet creditoribus præfertur in ſerico ex foliis venditis collecto.*

28 *Idem tene de creditore pretii rauparum lanæ, vel lini, nam in pretio veſtium ex lini, aut lanæ tela vendita conſuetarum præferri debet.*

29 *Artifex in pretio rei fabricatæ, pro ſuis laboribus, præfertur omnibus creditoribus, ubi de Sutore, Scriptore, & aliis.*

30 *Inſtitores, & miniſtri negotiationum, pro mercedibus ſuis præferuntur in bonis negotiationis illius, quibuſlibet creditoribus.*

31 *Inſtitores, & famuli mercatorum an abſque mandato poſſint exigere, quod eorum dominis debetur.*

32 *Curator hæreditatis jacentis, aut quilibet adminiſtrator, pro ſalario, & aliis expenſis in conſervationem adminiſtrationis factis, habet prælationem.*

33 *Salaria advocati, judicis, procuratoris, ſolicitatoris, ſcribæ, & ſimilium, habent eandem prælationem in re per litem adquiſita. Et quid de credito pro expenſis litis.*

34 *Advocati eandem prælationem habent pro ſalariis, etiam ſi amiſſa fuerit cauſa, dummodo neceſſarium foret, quod jura principialis non remanerent indefenſa.*

35 *Creditor omnis expendens in conſervationem alicujus rei, omnibus præfertur creditoribus. Intellige ſolum in pretio illius rei conſervatæ, non vero in pretio aliorum bonorum. 36.*

37 *Prælationem adquirit neceſſarie expendens. Et quando neceſſario expendatur. 38.*

39 *Expendenti voluntarie non datur hujuſmodi prælatio, neque repetitio, aut retentio, ſed ſolum abratio abſque læſione rei.*

40 *Utiliter expendens prælationem habet, ſi res pretiotior facta fuerit.*

41 *Neceſſariò, & utiliter expendens adquirit quatuor privilegia, & quæ ſint iſta.*

42 *Retentio rei melioratæ quomodo detur bonæfidei poſſeſſori pro expenſis utilibus, neceſſariis, & voluntariis.*

43 *Malæfidei poſſeſſor de jure conſequitur expenſas neceſſarias, & utiles, & quo modo, & quid de voluntariis. In Regno nullas conſequitur expenſas. 44.*

45 *Retentio pro meliorationibus ſolum concedi debet in re meliorata, non vero in aliis bonis. Et an ſufficiat probare meliorationes in genere, vel in abſtracto. 46.*

47 *Retentio rei an detur contra agentem actione hypothecaria.*

48 *Retentionis exceptio poteſt opponi poſt rem judicatam, & in executione ſententiæ, & ſuſpenditur executio. Et an poſſit opponi per ſingularem rei ſucceſſorem. 49.*

50 *Retentio rei melioratæ non datur, ſi ante litis conteſtationem percepti fuerint ex re fructus melioramentis æquivalentes, quia inducitur compenſatio ipſo jure.*

51 *Poſſeſſor rei melioratæ quando percipere debeat fructus meliorationum, & quo modo ei poſſit deberi intereſſe quantitatis expenſæ in meliorationibus.*

52 *Praxis, & libellus ad petendam retentionem rei pro melioramentis, aut alia de cauſa.*

53 *Compenſatio, ut inducatur, debet opponi. Et ut habeat locum ſufficit quod naturali obligatione creditum debeatur. 54. Et an contra creditum pro expenſis litis procedat compenſatio. 55.*

56 *Compenſatio inducitur ipſo jure ad impediendum curſum uſurarum. Amplia ad omnem caſum in quo damnum ſequi poterat debitori. 57.*

58 *Compenſatio non poteſt induci ipſo jure reſpectu proprietatis cenſus, & quo modo hoc intelligatur.*

59 *Uſuræ, & penſiones cenſus, ultra modum exactæ, compenſantur ipſo jure cum proprietate cenſus.*

60 *Creditor cenſus exigens quotannis minorem redditum, quam ei debetur, an cenſeatur remittere partem non exactam.*

61 *Compenſatio an poſſit fieri à debitore ſimulque creditore in præjudicium anterioris creditoris hypothecarii.*

62 *Praxis opponendi compenſationem, ubi libellus.*

63 *Retentio rei datur pro hypotheca.*

64 *Retentione rei data pro credito hypothecario, poterit continuari pro credito chyrographario.*

65 *Retentio non habet locum, niſi concurrente credito liquido, & poſſeſſione rei in petente illam, & quid ſi creditum fuerit modicum.*

66 *Mutuans ad refectionem, vel reparationem rei, adquirit in re privilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis, etiam ſi ſub uſuris mutuata fuerit pecunia.*

67 *Mutuans ad emendam rem, eandem prælationem, & hypothecam adquirit in re empta.*



68 *Mutuans ad reficiendam rem, habet hæc privilegia, etiam non reſervata hipotheca tempore traditionis mutui. Idem de mutuante ad emendum docent aliqui. 69. Contrarium verius, imò quod neceſſaria ſit reſervatio hypothecæ traditur. 70.*

71 *Venditor rei, habita fide de pretio, non habet prælationem, niſi in limine contractus hypothecam cum prælatione ſibi reſervaverit.*

72 *Dominium rei venditæ per curiam, habita fide de pretio, non transfertur in emptorem. Neque trãsfertur ſi ab integro ſolutum, aut depoſitum non fuerit pretium rei per curiam venditæ. 73.*

74 *Reſervatio hypothecæ, non operatur prælationis effectum, niſi ante contractũ, vel in ipſo contractu fiat. Et debet eſſe ſpetialis, ut prælationem tribuat. 75.*

76 *Mutuans ad refectionem, ſeu reparationem rei, adquirit hypothecam cum prælatione, etiam ſi ſpecificè reſervata non fuerit.*

77 *Venditor de jure non præfertur pro pretio rei venditæ, habita fide de pretio, anterioribus creditoribus hypothecariis ementis. Secùs de foro noſtri Regni. 78. Et quid ſi creditores fuerint ex cauſa dotis. 79.*

80 *Creditor agens virtute acollationis, vel adoſationis factæ in venditione rei, vel donatione, vel conſtitutione dotis, præfertur in illa re aliis creditoribus ementis, vel donatarii.*

81 *Fori corrigentes jus commune, interpretandi ſunt eo modo, quo minus corrigant jus.*

82 *Mutuanti ad emendam rem, non datur prælatio in Regno, niſi reſervata ſpeciali hypotheca in limine contractus.*

83 *Fori corrigentes jus commune, non veniunt extendendi ex identitate rationis de caſu ad caſum.*

84 *Venditor pro pretio de quo fidem habuit, habet prælationem in Regno, etiam non reſervata ſpetiali hypotheca.*

85 *Intellige in venditione rei immobilis, nam in re mobili vendita habita fide de pretio, ſi emptor illam vendat, & pretium exigat, ſecundus emptor ſecurus eſt reſpectu primi venditoris.*

86 *Limita ſi ſecundus emptor pretium non ſolverit, aut res fuerit pœnes primum emptorem, nam habebit prælationem venditor primus.*

87 *Venditor, qui in limine contractus ſibi reſervavit dominium rei venditæ, quouſque pretium fuerit ſolutum, præfertur omnibus creditoribus, & qua de cauſa.*

88 *Dominus fundi locati non præfertur de jure in fructibus rei locatæ creditoribus hypothecariis anterioribus, juxta aliquos, contrarium alii defendunt. 89. Diſtinguunt alii. 90. In Regno pro mercede locationis præfertur omnibus, creditoribus hypothecariis anterioribus. 91.*

92 *Conductor fundi in fructibus perceptis, mercede ſoluta, præfertur omnibus creditoribus locatoris.*

93 *Mulier pro ſua dote præfertur anterioribus creditoribus tacitam hypothecam habentibus.*

94 *Creditor pro expenſis in re factis præfertur mulieri pro dote agenti.*

95 *Mulier pro dote non præfertur creditoribus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus.*

96 *Si vinco vincentem te, multo magis vincam te.*

97 *Venditor in pretio rei venditæ, habita fide de pretio, præfertur mulieri pro dote agenti. Quid in Regno tenendum. 98.*

99 *Creditor virtute tacitæ hypothecæ pro impenſis, an præferatur mulieri tacitam hypothecam habenti.*

100 *Vendens, habita fide de pretio, cum reſervatione ſpetialis hypothecæ, præfertur mulieri pro dote agenti. In Regno procedit etiam non reſervata ſpetiali hypotheca. 101.*

102 *Mulier anteriorem habens hypothecam pro dote, præfertur melioranti, aut mutuanti ad emendam, vel reficiendam rem, etiam ſi reſervata fuerit ſpetialis hypotheca. Limita ſi hypotheca mutuantis, vel reficientis fuerit anterior, quam dotis. 103.*

104 *Mutuantes ad reparandam rem, aut emendam, non habent hypothecam, & prælationem, niſi probent pecuniam fuiſſe verſam in emptionem, vel reparationem rei.*

105 *Praxis obtinendi decretum ad reparandam, vel reædificandam domum, ubi libellus, & cætera neceſſaria.*

INTER creditores hypothecarios, qui prior eſt tempore potior eſt jure, *l. qui balneum, l. potior, ff. qui potiores in pignore habeantur, l. ſi fundum, Cod. eod. cap. qui prior 54. de regul. juris in 6. for. 18. rub. de pignorib.* Bolero *de decoctorib. tit. 5. quæſt. 1. cum ſequentib.* Carleval. *de judiciis, tit. 3. diſput. 28. n. 4. & diſput. 30. num. 2. &* 20. Anton. Faber. *de error. decad. 24. error. 10.* 1

So-

Solorzan. lib. 3. politicæ, cap. 9. fol. 308. Franciſc. Bordon. in opere regular. tom. 4. in theatro præcedentiæ, & majoritat. n. 41. Bich. deciſ. 258. n. 20. Bonden. de jure controverſ. colluctat. 9. n. 78. Caponi tom. 3. diſceptat. 207. n. 45. Caſtejon in alphabet. verb. hypotheca, n. 26. Carpzov. in juriſprud. forenſ. part. 1. conſtitut. 28. definit. 110. Carol. Rota de privileg. mulierum, cap. 3. ſpetial. 4. n. 90. Ninot deciſ. 10. num. 1. Carol. Spadaza in theatr. viduil. diſquiſit. 47. n. 110. cum ſequent. Pechii de aquæduct. tom. 1. cap. 6. quæſtion. 7. numer. 50. Torreſilla ſobre las propoſiciones, tratado 5. de juſtit. & jure, conſult. 15. n. 25. Anton. Gobius conſultat. 94. n. 2. Moſtazo de cauſis piis, tom. 1. lib. 4. cap. 13. n. 18. Non ſolum potior
2 eſt jure quo ad debitum principale, ſed quo ad intereſſe, aut annualitates, jure actionis, & virtute cõtractus debitas, nam cum debeãtur virtute primevæ obligationis, quoad anterioritatem hypothecæ, non inſpicitur dies cedẽtis ſolutionis, ſed initium naſcentis obligationis, l. Lucius, ff. qui potiores, Neguzan. de pignorib. part. 5. membr. 1. ſub n. 14. Surd. deciſ. 250. n. 16. Peregrin. conſ. 114. lib. 5. Rodrig. de annuis redditib. lib. 3. quæſt. 7. n. 70. Maſtrill. deciſ. 119. ex num. 11. Caſtill. deciſ. 17. n. 31. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. n. 32. Valenzuel. conſ. 16. n. 31. cum ſequent. Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 8. n. 76. Gayto de credito, cap. 4. quæſt. 1. n. 1176. Merlin. controverſ. 43. n. 7. Marinis quotidianar. reſolut. lib. 1. reſolut. 76. n. 5. Paſchal. de virib. patr. poteſtat. 2. part. cap. 7. n. 40. Noguerol. allegat. 17. n. 20. Ramon. conſ. 82. n. 7. lib. 1. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 24. n. 94. & part. 2. cap. 27. n. 70. Merlin. de pignorib. lib. 4. quæſt. 2. n. 4. & lib. 3. quæſt. 51. n. 62. Statil. Pacific. de ſalvian. interdict. inſpect. 3. cap. 4. n. 175. Ciriac. controverſ. 430. n. 6. & 7. Bich. deciſ. 250. ex n. 36. Franciſc. de Angelis de confeſsionib. lib. 1. quæſt. 11. n. 50. Anton. Gobius conſultat. 127. n. 41. Et cum initium obligationis inſpiciendum veniat, dabitur prælatio pro intereſſe, & penſionibus creditori, etiam decurſis poſt ſecundam obligationem cum hypotheca contractam, ut docet Salgado, dic. part. 1. cap. 24. n. 94. Quod procedet, non ſolum quando poſterior creditor generalem habet hypothecam, ſed etiam ſi ſpetialem illam habuerit, l. generaliter. C.
3 qui potiores, l. 2. ff. eod. ibi: *Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior eſt, cujus poſtea prædium ex hiis bonis pignori datur*, Barthol. in dict. l. generaliter, Gaylus lib. 2. obſervat. 25. n. 4. Neguzan. de pignorib. part. 5. memb. 2. n. 14. Rota deciſ. 765. num. 11. part. 4. recentiſsimar. Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 1. quæſt. 2. n. 7. & quæſt. 19. Et Senatus dixit, ſententia per Caſes, die 20. Julii 1629. inter Conventum Divæ Annæ, & Sperantiam Tafalla, & Balthaſarem Tafalla, & alia per Monzò, die 17. Februarii 1654. inter Conventum Incarnationis, & Illuſtrem Marchionem de Albayda. Si vero intereſſe, 4
aut uſuræ judicis debeãtur officio, non habebit creditor pro eis anterioritatem hypothecæ, quam pro ſorte principali, cum non debeãtur virtute primevæ illius obligationis, neque pro eis intrabit hypotheca, niſi à die motæ, qua inceperint deberi, Mantica ubi ſupra n. 9. Poſthius reſolut. civil. 68. à num. 150. uſque ad 155. & reſolut. 180. n. 12. cum ſequentib. Franciſc. de Angelis dict. lib. 1. quæſt. 11. n. 51.

Habebit creditor prior hypothecarius prælationem in exactione nominis debitoris, 5
etiam ceſsi, venditi, vel in ſolutum dati poſteriori creditori hypothecario, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, die 4. Novembris 1622. inter Don Bernardinum de Soto, & de Tornamira, & creditores de Palavecino, & alia per Alreus, die 3. Julii 1618. inter creditores Joannis Baptiſtæ Mata, & alia per eundem, die 5. Novembris 1622. inter Joannem Tablero, Vincentiam Arnès, & Laurentium Caſes, & alia per eundem, die 30. Septembris 1636. inter Valerium Eſteve, & Hieronymum Eſpejo, & alia per eundem, die 30. Auguſti 1633. inter Paulam Marti, & Philippum Pere Andreu Clericum, & alia per eundem, die 20. Julii 1621. inter Sperantiam Gamboa, & de Gutierrez, & alios, & alia per Daza, die 6. Julii 1620. inter fratrem Gaſparem Barberà, & Petrum Comes, & alia per Alreus, die 10. Martii 1620. inter Don Andream Villarraſa, & Joannem Baptiſtam Almãza, & alia per Daza, die 16. Januarii 1623. inter Hieronymum Montaner, & Joannem Ximenez, & alia per Ferrera, die 5. Aprilis 1677. inter Joſephum de Saboya militem, & Philippum Ivañez Procuratorio nomine, & Egregium Comitem de Sallent, & hæredes Franciſci Caſſes, & alia per Benavides, die 3. Aprilis 1659. in favorem Don Ignatii Pujades, & contra Eſmerentianam Ras Viduam; Et in tribunali Regiæ Viſitationis Domus Diputationis, & Civitatis, ſub examine Doctiſſimi Senatoris Don Coſmæ Gombau, R. C. D. poſtea Regiam Cancellariam Regentis, idem fuit deciſum ſententia per Scribam dicti Tribunalis, publicata, die 11. Maii 1660. inter Fiſcum viſit. & Clerum S. Joãnis del Mercat, confirmata in S. S. Aragonum Conſilio. Et procedet hoc, adhuc ſi debitoris nomen fuerit per Curiam venditum, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 14. Novembris 1629.



1629. inter Margaritam Salelles, & Joannem Paſapere, & alia per Alreus, die 15. Maii 1630. inter Damianum Baſtant Presbyterum, & Blaſium Querol, & alia per Daza, die 28. Junii 1630. inter Balthaſarẽ Blanes Notariũ, & Ludovicum Diez, & alia per eundem, die 20. Novembris 1632. inter Balthaſarem Xi-
6 meno, & Petrum Alboy. Et etiam non facta excutione, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 10. Junii 1634. inter Syndicum Regii Conventus de la Saydia, & Maurum Marti, & alia per eundem, die 8. Februarii 1636. inter Procuratorem patrimonialem D. Regis, & Urſolam Talayero. Ratio prælationis ſupradictæ conſiſtit in illo, quod etſi aliquibus videatur per hypothecam nominis ſpecialem, vel generalem ſolam, & abſque ceſsione, non poſſe creditorem adquirere actiones utiles contra nominis debitorem, ut directè, & abſque excutione agere contra illum poſsit, per text. in l. hæredem, Cod. de hæredit. action. Anton. de Vallis tract. var. lib. 5. quæſt. 28. Anton. Faber de errorib. decad. 5. error. 10. Gayto de credit. cap. 4. à n. 367. Quibus videntur accedere, D. Leon deciſ. 26. per tot. Cencius de cenſib. quæſt. 67. à n. 59. Merlin. centur. 2. controverſiar. cap. 60. n. 35. Tamen verius eſt, quod per ſolam conſtitutionem hypothecæ nominis ſpecialem, vel generalem, & abſque ceſsione, adquirit creditor actiones utiles contra debitorem nominis, ut directè poſsit contra illum agere, l. ſolvere, penultim. Cod. de novationib. & delegationib. l. poſtquam 7. Cod. de hæredit. vel actione vendita, l. ſi convenerit 18. ff. de pignoratitia action. l. nomen 4. Cod. quæ res pignori obligari poſsint, ibi: *Utilibus actionibus ſatis tibi facere uſque ad id, quod tibi deberi à creditore ejus probaveris compelletur.* Noguerol. allegat. 35. à n. 1. Cujacius in l. 3. Cod. de obligationib. & actionib. & lib. 8. obſervat. cap. 19. Donellus lib. 15. comment. cap. final. Cancer variar. part. 2. cap. 6. n. 83. Milanenſ. lib. 2. deciſ. 9. n. 90. & 127. Tepat. variar. tit. 501. de pignorib. cap. 18. verſ. nomen, D. Leon tom. 2. deciſ. 163. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 29. à n. 5. & 8. Gratian. tom. 2. diſcept. 356. n. 32. & tom. 3. diſceptat. 509. Giurb. deciſ. 87. n. 28. Thoro in compend. deciſ. verb. creditor, an agere poſsit, Cyriac. controverſ. 430. n. 1. & 8. Anton. Faber ſibi contrarius, in rational. ad text. in dict. l. ſi convenerit 18. ff. de pignoratit. actione, & conjecturarum, lib. 8. cap. 16. & in Cod. tit. de compenſationib. definit. 3. Olea de ceſ. jurium tit. 4. quæſt. 4. n. 32. cum ſequentib. Merlin. de pignorib. lib. 2. quæſt. 30. per tot. Cum ergo à die obligationis factæ, & hypothecæ contractę, habeat creditor hypothecarius primus, adquiſitas actiones utiles contra nominis debitores, non remanent pœnes debitorem hypothecantem, niſi actiones directæ, quę pęnitus eliſę, & inefficaces remanent pænes illum, Anton. Faber lib. 4. conjecturar. cap. 11. Bertazold. clauſ. 29. gloſſ. 4. numer. 6. Virgilius de legitimat. perſonæ, cap. 20. n. 29. Trentacinq. variar. tit. de ſolutionib. lib. 3. reſolut. 29. n. 2. Olea de ceſsion. jurium, tit. 4. miſcelan. n. 12. & tit. 8. quæſt. 2. n. 34. Unde quamvis debitor cedat, vel vendat, aut inſolutum det ſecundo creditori hypothecario nomen, nihil pęnitus agit in præjuditium creditoris hypothecarii habentis jam actiones utiles ceſſas antea, & nihil juris efficacis habet, ut in ſecũdum creditorem hypothecarium transferat. Hæc, meo videri, valde faciunt ad juſtificanda à me tradita, in cap. 12. de decreto ad alienanda minorum bona, n. 45. ubi cum Senatus deciſionibus docui, poſſe dominum cenſus executionem facere pro cenſus penſionibus via directa, & abſque executione, contra debitorẽ cenſus ſpecialiter hypothecati ſuo cẽſui, nam licet tradiderim ex D. Leon deciſ. 26. & Cencio de cenſib. quæſt. 67. n. 59. & poteſt addi Olea de ceſsion. jurium, tit. 4. quæſt. 4. n. 31. quod in conſtitutione ſpecialis hypothecę, clauſulę ceſsionis jurium inveniebantur, quarum virtute creditor agere rectè poterat, tamen independenter à ceſsione, cum ex ſola hypothecæ conſtitutione, cẽſeantur actiones utiles ceſſæ, poterit creditor executive agere contra debitorẽ cenſus ſpecialati; & adhuc credo quod poterit agere independenter à ceſsione, non ſolum contra debitorẽ cenſus ſemper quo cenſus ſpecialiter impoſsitus fuit, ſed cõtra poſſeſſorem prædii ſuper quo impoſsitus ſpecialiter fuit cenſus ſpecialatus, nam etſi virtute ceſsionis factæ, poſſe hoc fieri defendat, D. Leon. dict. deciſ. 26. n. 9. cum ſequentib. & referat deciſſum à Senatu; Ego judico quod independenter à clauſulis inſtrumenti ſpecialis obligationis, & ceſsionis virtute earum factæ, ex ſola hypotheca ſpeciali, vel generali, poterit creditor contra tertium prædictum poſſeſſorem agere, ea ratione, quia ut dixi, per conſtitutionem ſolam hypothecæ, & abſque ceſsione, ceſſæ remanent actiones utiles perſonales in favorem creditoris, & actionibus perſonalibus ceſsis, tranſit hypothecaria, & realis actio, quamvis de ea actum nõ ſit, nunc fuerit hypotheca ſpecialis, nunc generalis, ſive tacite, vel expreſsè contracta fuerit, l. ſi inſolutum 6. l. ſi à creditore 7. ff. de actionib. & obligationib. Barthol. in l. hæres pecuniam in princip. ff. ad Trebellian. & ibi Caſtrenſis, Imola in l. ex perſona, ff. de fidejuſſoribus. Boer. deciſ. 335. Neguzan. de pignorib. part. 5. membr. 3. n. 23. Vegius conſ. 56. n. 21.

Te-

Tepat. variar. tit. 501. cap. 2. verſic. actio, & cap. 3. verſic. ceſſa, D. Leon dict. deciſ. 26. à n. 14. Martha in compend. deciſ. tom. 3. verb. ceſsio, cap. 3. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de actionib. reſolut. 5. n. 1. & 2. Guzman de evictionib. quæſt. 35. n. 96. Hunnius in encyclop. juris 2. part. tit. 5. cap. 7. n. 42. Carpan. ad ſtatut. mediolan. 1. tom. cap. 445. n. 35. Olea de ceſsion. jurium, tit. 6. n. 4. Rota deciſ. 300. n. 7. & 8. part. 7. recentiſsimar. Merlin. di pignorib. lib. 4. tit. 2. quæſt. 60. & tit. 3. quæſt. 95. n. 29. & per conſequens cum creditor habeat ceſsionem, tam actionis perſonalis, quam realis, poterit, ſicuti ipſe debitor, agere actione perſonali contra debitorem cenſus ſubjugati, & actione reali, contra tertium poſſeſſorem prędii ſpecialiter impoſiti cēſui ſpecialiter obligato alio cenſui virtute cujus agitur.

7 In Regno non eſt perpetuum quod creditor hypothecarius prior tempore potior ſit jure in exactione ſui crediti, nam etſi de jure, concurſu formato inter creditores, & diſtractis bonis communis debitoris per curiam, tam mobilibus, quam immobilibus, priores tempore veniant gradatim ab integro ſatisfaciendi, poſterioribus excluſis, l. a Divo Pio, §. quod ſi res, ff. de re judicata, l. res 22. ff. de jure fiſci, l. inſulam 14. l. qui balneum 9. §. Titia, ff. qui potiores in pignore habeantur, l. final. §. in computatione, Cod. de jure deliberandi, Baduin. in tract. de pignorib. cap. 12. tit. qui potiores in pignore habeantur, col. 4. ante finem, verſ. illud nunc dico, fol. mihi 233. Neguzan de pignorib. membr. 2. part. 5. Ponte deciſ. 34. ex n. 24. Gayto de credito, cap. 4. quæſt. 11. n. 1840. Salgad. in labyrint. part. 3. cap. 11. n. 7. cum ſequent. Et adhuc in Regno hoc videatur expreſsè cautum in foro 23. rubr. de pignorib. ut conſiderat D. Creſpì obſervat. 58. n. 4. Tamen obſervantia prædicti fori, & juris diſpoſitionis, difformis eſt, nam reſpectu bonorum mobilium, & adjudicationis pretii eorum, creditorum fit graduatio, & omnes qui ſe oppoſuerunt in quacumque litis parte admittuntur ad cōcurſum in executionibus, & eis ſolvi jubetur juxta anterioritatem, ut docet, cum multis Senatus deciſsionibus, D. Creſpì dict. obſervat. 58. n. 5. & judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 11. Decembris 1630. inter Don Petrum Ferrer & Domnam Hieronymam Sans, & alia per Daza, die 11. Septembris 1631. inter Joannem Baptiſtam Cabrera, & Joannem Ribou. Idem erit obſervandum, ſi pecunia fuerit depoſita ex pretio locationis bonorum immobilium, ut dixit Senatus ſententia per Caſes, die 13. Auguſti 1625. inter Domnam Serafinam Matheu, & creditores Baptiſtæ Salvaterra, & alia per Alreus, die 2. Maii 1616. inter Potentianam Candia, & Mariam Marti, & de Jover. Si verò bona immobilia 8
debitoris communis diſtrahantur, in diſtrictu immediato gubernationis Valentiæ, non fit hęc graduatio, neque creditores concurſus priores tempore, potiores ſunt jure, niſi excutione facta in cōmunis debitoris bonis; neque adhuc ad cōcurſum admittuntur, niſi qui in lite ſe oppoſuerunt ante decretum de vendendo, & excutione non facta, pretium bonorum immobilium diſtribuitur per æs, & libram inter creditores, qui tempore venditionis concurrentes, vigilando meliorem ſuam fecerunt conditionem, ut docent D. Leon tom. 2. deciſ. 167. n. 12. D. Creſpì dict. obſervat. 58. n. 6. D. Matheu de regim. cap. 13. §. 3. n. 53. Et ultra ſententias ab eis relatas, deciſum extat à Senatu in dicta ſententia, diei 2. Maii 1616. & alia per Daza, die 23. Martii 1627. inter Domnam Mariam Sanz, Domnam Mariam Fenollar, Joſephum Aznar, & alios, & alia per Alreus, die 15. Martii 1632. inter Syndicum Eccleſiæ Colegialis Civitatis Setabis, & Don Joſephum Portadora, & alia per Daza, die 8. Novembris 1631. inter Creditores Joannis Alfonſi Artaval, & adminiſtratorem bonorum illius. Quod intelligere debes in diſtractio-
ne bonorum immobilium judicialiter facta, 9
nam ſi extrajudicialiter vendita fuerint a debitore, & in pretio, concurſus formetur, prior tempore, potior erit jure, non facta excutione, ut Senatus judicavit in ſupradicta ſententia, diei 23. Martii 1627.

Limita regulam ſupradictam prioritatis, 10
quando creditores anteriores, hypothecarii non ſunt, ſed tantū chyrographarii, nam iſti, licet anteriores, non præferuntur creditoribus hypothecariis poſterioribus, ſed iſtis prælatio datur, l. eos 19. Cod. qui potiores, l. creditor 22. §. primus, ff. eod. l. 2. Cod. de jure reipublicæ, lib. 10. Barthol. in dict. l. creditor 22. Ripa in l. privilegia, n. 64. ff. de privileg. creditor. Caſtrenſis conſ. 245. n. 3. & conſ. 315. lib. 1. Neguzan de pignorib. part. 5. membr. 2. n. 2. Surd. conſ. 495. n. 5. & deciſ. 56. n. 6. & deciſ. 306. num. 9. Stracca de decoctorib. part. ultim. n. 16. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. n. 20. Paſchal. de patria poteſtat. part. 1. cap. 8. n. 78. Gayto de credito, cap. 4. n. 1196. & 1538. Caſtill. deciſ. 90. n. 39. Altograd. conſ. 4. n. 14. Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 1. quæſtion. 14. Et à Senatu noſtro invenitur deciſum ſententia per Alreus, die 30. Auguſti 1630. inter Domnam Hieronymam Sanz, & Don Gineſium Rabaſſa de Perellòs, & alia per eundem, die 19. Novembris 1630. inter D. Joannem Oſta, & Martinum de Omendo.

Limita etiam eandem regulam, quando cre- 11
ditores habent creditum contra diverſa patrimonia, negotiationes, ſocietates, aut officia à debitore poſſeſſa, nam creditores hypothecarii poſteriores, & adhuc chyrographarii unius patrimonii, debent præferri in bonis illius negotiationis, patrimonii, vel ſocietatis, creditoribus anterioribus hypothecariis, & magis privilegiatis alterius patrimonii, officii, aut negotiationis, ſeparatione bonorum, & patrimoniorum facta, & obtenta, l. procurator, §. ſi plures, ff. de tributoria, ubi Paulus, Angelus, & communiter DD. Stracca de decoctorib. part. ultim. n. 20. & 21. Cavallus conſ. 121. n. 9. & 10. vol. 2. Magon. deciſ. lucenſ. 1. Thoro in compend. deciſ. tom. 2. lit. C. verſ. Creditor licet poſterior, col. 5. & verſic. præferendi ſunt, pag. 119. Giurb. ad conſuetud. meſan. cap. 9. gloſſ. 9. n. 11. & 12. Rota poſt Rodrig. de concurſ. creditor. deciſ. 6. n. 4. & part. 4. diverſor. deciſ. 242. Pereyra deciſ. Portugal. 16. n. 2. Coſta Siculus conſ. 55. n. 2. & 4. Felicius de ſocietate officior. cap. 31. n. 24. Gayto de credito, cap. 4. in appendice, n. 128. Gratian. diſcept. 964. n. 1. Burato deciſ. 514. Noguerol. allegat. 11. à n. 148. Fontaneil. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. ex n. 52. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 9. n. 53. cum ſequentib. Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 1. quæſt. 13. Ninot deciſ. 17. n. 6. Et deciſum reperitur à Senatu ſententia per Caſes, die 4. Januarii 1627. inter Don Agapitū Salvador, & Michaellem Vaquero, & alia per Alreus, die 8. Auguſti 1634. in favorem Claudii Muret, & contra Claudium de la Noure.

Et ex eadem juris ratione, pro juris princi-
12 pio communiter docetur, quod creditor hypothecarius poſterior, vel chirographarius teſtatoris minus privilegiatus, aut legatarius, præfertur in bonis hæreditariis creditoribus hæredis hypothecariis anterioribus, & magis privilegiatis, facta, & obtenta ſeparatione bonorum, l. 1. §. ſciendum eſt, ff. de ſeparationib. l. final §. ſin autem, Cod. communia de legatis, l. ſi univerſæ, Cod. de legat. l. final. §. ſed ſi legatarii, Cod. de jure deliberandi, Surd. deciſ. 310. Franchis deciſ. 374. n. 5. 7. & 11. Statil. Pacific. de ſalvian. interdict. inſpect. 3. cap. 2. n. 528. Theſaurus quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 55. n. 3. Decian. conſ. 11. à n. 193. lib. 1. Coſta de portione ratæ, quæſt. 45. n. 1. cum ſequent. & remed. ſubſidiar. 40. n. 1. & 2. Stracca de decoctorib. part. ultim. n. 20. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. n. 51. & clauſ. 6. gloſſ. 2. part. 8. n. 68. & n. 48. & 49. Altograd. conſ. 14. n. 15. & 16. Cavaler. deciſ. 41. n. 3. Azin. de executione, §. 6. cap. 21. per tot. Berlich. practicar. concluſ. part. 1. concluſ. 66. n. 60. Rodriguez additionat. de concurſu, creditor. 2. part. artic. 1. n. 123. & artic. 4. n. 42. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 9. per tot. Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 1. quæſt. 35. per tot. Dominus Creſpì obſervat. 39. n. 17. & pluries à Senatu noſtro deciſum fuit, ut Sententia per Alreus, die 13. Januarii 1615. inter Petrum Balthaſarem Barberà, & Don Chriſtophorum Deſpuig, & alia per eundem, die 24. Februarii 1620. inter Don Andream Villarraſa, & Don Joannem Laurentium Villarraſa, & alia per Daza, die 18. Februarii 1623. inter Vincentium Deſcals, & Onufrium Joannem Zorita, & alia per Alreus, die 15. Decembris 1635. inter Conventum Divi Dominici, & Joannam Annam Bono, & alia per Daza, die 29. Maii 1623. inter Vincentium Deſcals, & Auguſtinam Urſolam Alcalà, & alia per Alreus, die 10. Aprilis 1636. inter Sperantiam Gil, & Creſcentiam Gil Moniales Conventus Sanctæ Catarinæ de Sena, & Joſephum Perez Pareja, & alia per Daza, die 2. Junii 1736. in favorem Joſephi Franch, & contra Annam Montañes Viduam, & alia per Alreus, die 2. Maii 1637. inter Egregiam Commitiſſam de Sinarques, & Don Joannem Sanz Dominum Loci de Alboy, & alia per Saboya, die 18. Martii 1671. in favorem fratris Joſephi Galant Syndici Conventus del Carme, & Procuratoris Fratris Felicis Dura, & contra Hieronymum Caſanova, & alia per eundem, die 17. Decembris 1683. in favorem Don Federici Ribera, & contra Vincentium Flores Notarium Procuratorem Leonardæ Ferri, referente M. Ludovico Paſtor, & Bertran R. C. D. Et ex eadem ratione hæredis creditores poſteriores in hypotheca, & adhuc chyrographarii minus privilegiati, debent prælationem habere in bonis hæredis pro ſuis creditis, & præferri, creditoribus prioribus hopothecariis defuncti, & magis privilegiatis, ut rectè notat Merlinus de pignorib. dict. lib. 4. tit. 1. quæſt. 35. n. 11.

Regulam illam generalem prælationis
ratione anterioritatis hypothecæ à nobis ſu- 13
pra explicatam, limitare debemus, etiam in creditore expendente in reædificationem, aut cōſervationem neceſſariā domus, aut cujuſlibet alterius rei, talis enim creditor adquirit in illa re conſervata, vel reædificata, ſpecialem hypothecam cum prælatione omnium creditorum habentium expreſſam, aut tacitam hypothecam anteriorem in illa re, l. interdum 5. ff. qui potiores, l. licet, C. qui potiores, l. ſi ventri, §. 1. ff. de privileg. creditor. l. quod quis 28. ff. eod. l. 1. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca, l. 1. ff. de ceſsione bonor. l. creditorum, ff. ſi certum petatur, authent. de æqualitate dotis, §. his conſequens, for-

*for. en elxecuciò* 25. *rubr. de pignorib.* ibi: *Car en penyores, è en coſes que ſien obligades eſpecialment, ò generalment, aquell qui primer es en temps, ſerà pus poderòs, è primer en dret. Exceptats empero aquells, qui bauràn preſtat lur baver, ò alcuna coſa à refer, ò de nou à fer, ò à conſervar, ò à guardar aquella coſa, que era feyta que no es perdes: los quals Crebedors, que en aytals coſes bauràn preſtat lurs diners, ò lur baver; Jat ſia ço que ſien darrers en temps, ſon primers, è pus poderoſos en dret, en aquelles coſes en que llurs diners, ò llur baver bauràn preſtat: quells Crebedors, qui les tendràn primerament obligades generalment, ò eſpecialment.* Docent & explicant, gloſſ. Barthol. Bald. & communiter DD. *in dict. l. interdum*, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 10. Decian. *conſ.* 109. *n.* 23. *lib.* 2. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 6. *n.* 12. *ff. ſolut. matrim.* Franchis *deciſ.* 97. *n.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 1. D. Leon. *tom.* 2. *deciſ.* 175. *n.* 1. *cum ſequent.* Neguzan. *de pignorib. part.* 5. *membr.* 2. *ex n.* 15. Valderan *de privileg. credit. cap.* 8. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 9. Meyrer *lib.* 2. *de privileg. creditor. tit.* 9. *&* 10. Gutierr. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 38. Joannes Michael Beuter *de jure prælat. par.* 1. *cap.* 20. *& part.* 2. *cap.* 26. Cevall. *quæſt.* 744. *n.* 1. Gutierr. *de concurſu creditor. part.* 1. *artic.* 6. *n.* 1. *cum ſequent.* Cancer *variar. part.* 1. *tit.* 9. *de dote, n.* 4. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 8. Gratian. *diſcept.* 257. *n.* 33. *& diſcept.* 670. Amato *variar. reſolut. cap.* 3. Garcia *de expenſis, & meliorationib. cap.* 8. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 9. *n.* 19. Giurb. *deciſ.* 40. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 64. *cum ſequent.* Merlin. *controverſiar. cap.* 26. *n.* 1. Carleval. *de judiciis, tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 29. *& diſput.* 32. Ciriac. *controverſ.* 488. *n.* 24. Merend. *controverſiar. lib.* 5. *cap.* 44. *& lib.* 6. *cap.* 34. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *per tot.* Gayto *de credito, cap.* 4. *in apendice, n.* 123. Donadeus *de renunciatione, cap.* 27. *n.* 19. Larrea *deciſ.* 85. *n.* 7. Calvin. *de æquitat. cap.* 93. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *limitat.* 3. *n.* 4. D. Creſpì *obſervat.* 31. Martin. Medic. *deciſ. ſenenſ. examinat.* 11. Stayban junior *reſolut.* 81. *n.* 16. Olea *de ceſſione jurium, tit.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 18. Xammar *de offic. Advocati, part.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 51. Noguerol. *allegat.* 11. *n.* 76. Boſſius *de dote, tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 73. Paul. Meli *obſervat.* 25. *n.* 52. *& in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 56. *n.* 5. *&* 6. Zachias *de ſalario, quæſt.* 99. *n.* 20. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 257. *n.* 11. *cum ſequent.* Paſſionus *de locato, & conduct. cap.* 41. *n.* 16. *cum ſequent.* Et non abſque magna juris ratione hu-
14 juſmodi tacita hypotheca cum prælatione creditori expendenti datur, nàm reædificando, aut conſervando domum, vel rem, conſervat rem hypothecatam omnibus creditoribus, quæ forte periret in omnium detrimentum; æquum ergo eſt, quod pro pecunia erogata in rei conſervationem, & beneficium omnium creditorum, præferatur creditor in pretio ejuſdem rei quibuſlibet creditoribus, cum pecunia illa ſalvam fecerit totius pignoris cauſam, ut ratiocinatur Conſultus, *in l. hujus* 6. *ff. qui potiores*, ibi: *Hujus enim pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam.* Amato *d. cap.* 3. *n.* 2. Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 8. *tit.* 8. *definit.* 7. Carleval. *de judiciis, dict. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 32. *n.* 4. Merlin. *controverſiar. dict. cap.* 26. *n.* 1. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 64. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 1. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 348. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 2. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 207. *n.* 14. *&* 15. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 20. *n.* 48. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 105. *n.* 2. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian *cap.* 257. *n.* 11.

15 Ex doctrina tradita colligere poteris. quantæ utilitatis ſit decretum ad ædificia diruta conſtruhenda, aut reparanda, nam ſi cauſa neceſſitatis probetur, & à judice, expedito decreto, facultas detur ad reædificandam, vel reparandam domum, multis creditoribus hypthecatam, præfertur creditor expendens, anterioribus creditoribus habentibus expreſſam hypothecam, pro impenſis, *l. ſi ventri*, §. 1. *ff. de privileg. creditor. authent. de æqualitat. dotis*, §. *his conſequenter, collat.* 7. *l. interdum, ff. qui potiores, l.* 1. *ff. in quibus cauſis pignus tacitè contrahatur*, Barthol. *in dict. l. interdum*, Neguzan. *de pignorib. part.* 2. *membr.* 4. *n.* 162. *& part.* 5. *membr.* 2. *n.* 15. Rodrig. *de concurſ. creditor, art.* 6. *n.* 4. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 348. Thomat. *deciſ.* 186. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 13. Amato *dict. cap.* 3. *n.* 3. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *limit.* 3. *n.* 4. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 56. *n.* 6. Cardinal. Celſus *deciſ.* 398. *n.* 2. 3. *&* 4. Franciſc. de Angelis *de confeſſionib. lib.* 2. *quæſt.* 60. *n.* 1. Et ita reperitur à Senatu deciſum ſententia per Daza, *die* 14. *Julii* 1621. inter Subſachriſtam Valentinæ Sedis, & Vincen-
16 tium Cañate. Impenſum debet reſtitui, & ſolvi hoc modo, quod ſi mille meliorando expendantur, & res meliorata, tempore reſtitutionis, ſolum valeat, reſpectu meliorati, quingenta, non tenebitur accipiens rem ſolvere omne quod expenſum fuit, ſed ſolum illud meliorationis, quod reſtitutionis tempore habet res, *l. in fundo* 39. *ff. de reivindicat.* ubi gloſſ. & Barthol. Cancer *variar. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 37. *& lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 123. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 50. *n.* 76. Amato *variar. reſolut.* 14. *n.* 63. Garcia *de expenſis, cap. final. n.* 2. Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.* 15. *gloſſ.* 12. *par.* 1. *n.* 7. Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 5. *&* 6. D. Creſpì *obſervat.* 117. *n.* 168. Ex adverſo autem, ſi melioratio magis valeat, quam expenſum fuit, non tenebitur accipiens rem, ſolvere meliorationis æſtimationem, ſed quod impenſum eſt: datur enim electio ſolvendi impenſum, vel meliorationis æſtimationem, *dict. l. in fundo* 39. Peregrin. & Creſpì *ubi proxim. n.* 175. Triſtany *ubi proxim. n.* 8. Galeot. *controverſ.* 46. *à n.* 20. *tom.* 2. Cenſalius ad Peregrin. *artic.* 50. Martha *diſceptat. forenſ.*
17 *cap.* 30. In expendente, vel meliorante prædium ruſticum poterat dubitari de privilegio tacitæ hypothecæ cum prælatione, nam multi defendunt repeti non poſſe melioramenta in prædio ruſtico facta, ut in plantationibus arborum, cum non ſint perpetuò duratura, Duran. *deciſ.* 338. *n.* 6. Roxas *deciſ.* 116. *n.* 8. Andreol. *controverſ.* 390. *n.* 51. Urceol. *controverſiar. lib.* 1. *cap.* 49. *n.* 38. Sed certius eſt habere eadem privilegia tacitæ hypothecę cum pręlatione ad repetendum impenſum, &élioratum, *l. ſi ventri*, §. 1. *ff. de privileg. creditor. l. interdum, ff. qui potiores*, Rodrig. additionat. *de privileg. creditor. art.* 6. *n.* 13. *cum ſequent.* Rebuf. *in commentar. legum Franciæ* 2. *tom. tit. de conſtitut. redditũ, artic.* 1. *gloſſ.* 8. *n.* 17. Neguzan. *de pignor. part.* 2. *membr.* 2. *n.* 15. Meyrer *lib.* 2. *de privileg. creditor. tit.* 8. *n.* 2. Niger *de exceptionib. cap.* 8. §. 29. *n.* 11. Fulgineus *de jure emphiteut. quæſt.* 7. *n.* 3. Antonell. *conſ.* 24. Queſada, & Pilo *controverſiar. cap.* 21. *numer.* 8. Pechii *de aquæduct. tom.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 20. *n.* 8. *&* 9. Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 6. Beneverum eſt, quod hujuſmodi meliorationes debent parum æſtimari, cum non ſint perpetuæ, & fiant pro uberiori, & commodiori fructuum perceptione, Merlin. *deciſ.* 118. *n.* 15. Duran. *deciſ.* 338. *num.* 7. Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 53. *n.* 45. Andreol. *controverſ.* 390. *n.* 50. Urceol. *dict. cap.* 49. *n.* 38. Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 11. impenſi ſolutio debet fieri prout diximus *n. antecedenti.*

18 Infero primo ex ponderatis, quod ſi in navis conſervationem, vel refectionem, expenſum fuerit, præferendus erit expendens in pretio navis, pro expenſis, omnibus creditoribus anterioribus expreſſam, & anteriorem hypothecam habentibus in navi, *dict. l. interdum*, ubi communiter DD. *ff. qui potiores, l. qui navem, l. quod quis* 18. *ff. de privileg. creditor. authent. de æqualit. dotis*, §. *his conſequens. collat.* 7. Neguzan *de pignorib. part.* 1. *membr.* 4. *n.* 162. *& part.* 5. *membr.* 2. *n.* 15. Gratian. *diſcept.* 670. *n.* 8. *&* 9. Coſta *de retrotract. cap.* 9. *caſu* 1. *ſub n.* 12. Rodrig. *de privileg. creditor. artic.* 6. *n.* 1. Addent. ad Burat. *deciſ.* 62. *n.* 10. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 3. Merlin. *controverſiar. dict. cap.* 26. *n.* 1. Gayto *de credito, cap.* 4. *n.* 1555. *&* 1990. Marta Medic. *deciſ. ſenenſ.* 18. *exam.* 11. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 6. Rota *deciſ.* 522. *n.* 22. *part.* 5. *recentiſſimar.* Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 11. *n.* 348. Thomat. *deciſ.* 186. Cardinal. Celſus *deciſ.* 398. *n.* 2. 3. *&* 4. Franciſcus de Angelis *de confeſſionib. lib.* 2. *quæſt.* 6. *n.* 1. Eandem prælationem habebit
19 creditor, ſi ad armandam navim, vel in cibaria nautarum, aut in alia, ſine quibus navis cõſervari non poterat, expenſum fuerit, *l. interdum. ff. qui potiores*, ibi: *Et ad armandam eam, vel reficiendam, l. hujus enim* 6. *ff. eod.* ibi: *Et in cibaria nautarum fuerit creditum, l. Lucius, ff. eod.* Neguzan. *de pignorib. part.* 2. *membr.* 2. *n.* 15. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 4. Marta Medic. *dict. deciſ. ſenenſ. exam.* 11. *à n.* 21. Molina *de juſtit. & jure, diſput.* 438. *n.* 11. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 655. Gayto *de credito, cap.* 4. *n.* 1556. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 3. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 7. *cum ſequent.* Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. qui potiores, definit.* 10. Antonell. *de tempore legal. lib.* 4. *cap. ultim. n.* 120. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 207. *num.* 15. Pechii *de aquæduct. tom.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 20. *n.* 8. *&* 9. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 257. *n.* 11.

Infero ſecundo, quod ſi fuerint præſtita
20 cibaria animalibus, pro cibariorum credito, dabitur tacita hypotheca cũ prælatione omnium creditorum expreſſam hypothecam, & anteriorem habentium, Barthol. *in dict. l. interdum, n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 62. *n.* 19. Cavalcan. *deciſ.* 39. *num.* 28. *part.* 3. Garcia *de expenſis, cap.* 4. *n.* 31. Coſta *in praxi convent. part.* 2. *n.* 330. Gratian. *diſcept.* 25. *n.* 17. *cum ſequent.* Nata *conſ.* 536. *n.* 8. 9. *&* 10. Decian. *conſ.* 109. *n.* 3. *vol.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1415. *num.* 4. Carocius *de locato, part.* 5. *tit. de difformat. circa prælat. quæſt.* 5. *n.* 5. *& tit. de ceſſion. quæſtion.* 2. *numer.* 4. Marta Medic. *dict. exam.* 11. Giurb. *deciſion.* 40. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 6. *ſub n.* 67. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 13. Gayto *de credito, dict. cap.* 4. *n.* 1558. *cum ſequent.* Merlin. *de pignorib. dict. quæſtione* 5. *num.*

16. & 17. Rota *deciſ.* 114. & *deciſ.* 399. *n.*
2. *par.* 4. *recentiſſimar.* Coler. *de aliment. cap.*
8. *lib.* 3. *n.* 18. Salgad. *in labyrint. part.* 1.
*cap.* 24. *n.* 101. Antonell. *de tempor. legal.*
*lib.* 4. *cap. ultim. n.* 118. Marin. *tom.* 1.
*cap.* 260. Cardinal. de Luca *de credito, diſcurſ.*
16. *n.* 14. & *diſcurſ.* 18. *n.* 3. & *diſcurſ.*
19. *n.* 14. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 207. *n.*
40. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad
Gratian. *cap.* 25. *n.* 13. *verſic. pro locatore.*
21 Idem tene ſi expendatur in famulos, &
cuſtodes animalium, Barthol. *in dict. l. inter-*
*dum. n.* 1. Rebuf. *ad Regias Conſtitut. tit.*
1. *art.* 4. *gloſſ.* 2. *n.* 31. Mantic. *de tacit.* &
*ambig. lib.* 11. *tit.* 12. *n.* 11. Martha Medic.
*deciſ. Senenſ.* 19. *n.* 17. Carocius *de locato,*
*tit. de ſequæſtrat. quæſt.* 2. *n.* 3. Amato *dict.*
*reſolu.* 3. *n.* 15. Gayto *de credito, dict. cap.*
4. *n.* 2010. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 3.
*tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 20. Zachias *de ſalario,*
*q.* 99. *n.* 19. Caponi *diſceptat.* 207. *n.* 40. Ca-
rol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad
Gratian. *cap.* 257. *n.* 11. *in fin.*
Infero tertio quod expendens neceſſaria
22 ad colligendos fructus, & illos vehendos, ſi-
ne quibus fructus conſequi non poterat, præ-
ferri debet in fructuũ pretio, omnibus credi-
toribus, etiam anteriorem hypothecam ha-
bentibus, *l. interdum, ff. qui potiores, l. divor-*
*tio, §. impendia, ff. ſoluto matrimon.* Ripa *in l.*
*ubi, §. qui in diſti ruendis, ff. ad S. C. Trebel.*
Garcia *de expenſis, cap.* 1. *n.* 11. & 16. Ca-
picius *deciſ.* 93. *n.* 13. Serafin. *deciſ.* 1415.
*n.* 5. Rodrig. *de privileg. creditor. part.* 1.
*artic.* 3. *n.* 17. Martha *deciſ.* 623. *par.* 2. Ca-
rocius *de locat. tit. de expenſis, n.* 31. Ama-
to *dict. reſolut.* 3. *n.* 17. Gayto. *de credito,*
*dict. cap.* 4. *n.* 1556. & 1558. Merlin. *de*
*pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 24. Carp-
zovius *in juriſprud. forenſ. par.* 1. *conſtitut.* 28.
*definit.* 36. Cardinal. de Luca *de credito, diſ-*
*curſ.* 16. *n.* 8. & *diſcurſ.* 17. *n.* 4. Unde
23 ſi fructus, pro conſervatione, in horræis
debuerunt poni, prælatio ſupradicta habebit
locum pro mercede horreorum, & ſi curri-
bus, aut jumentis debuerunt fructus vehi,
habebit locum eadem prælatio pro mercedi-
bus currus, aut jumẽtorum, & ſi cuſtodiri de-
buerunt, habebit locum prælatio pro labore
cuſtodiæ, ut recte docent Antonell. *de tem-*
*pore legal. lib.* 4. *cap. ultim. n.* 120. Capo-
ni *tom.* 3. *diſceptat.* 207. *n.* 17. Carol. An-
ton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian *dict.*
*cap.* 257. *numer.* 11. Eadem prælatio da-
bitur pro juribus aquæ vulgariter dictis *Ce-*
*quiatge.* Nam creditor ex hac cauſa, omnibus
creditoribus præfertur, ut dixit Senatus ſentẽ
24 tia per Alreus, *die* 4. *Aprilis* 1637. inter Syn-
dicum Incilis de Faytarar & Curatorem Don
Hyacinti Aguilar, & alia per eundem, *die* 24.
*Octobris* 1624. inter Sequeſtratorem bonorũ
Don Gineſii de Perellòs, & Don Hierony-
mum Rocamora.
Infero ſingularitèr quarto, quod creditor
ex pretio ſeminis præferri debet in fructi- 25
bus ex illo ſemine productis, omnibus credi-
toribus anterioribus expræſſam hypothecam
habentibus, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11.
*tit.* 23. *n.* 11. practic. Papienſ. *in forma libel.*
*in actione hypothecar. gloſſ.* 10. *n.* 12. Caro-
cius *de locat. tit. de difformitat. quæſt.* 5. *verſic.*
*circa Prælat.* Decian. *conſ.* 50. *lib.* 3. Paſchal.
*de virib. patr. poteſtat. par.* 4. *cap.* 6. *n.* 65.
Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3.
*cap.* 2. *n.* 524. Caſtill. *deciſ.* 10. *num.* 6.
Rodrig. Additionat. *de privileg. credit. par.*
1. *artic.* 6. *n.* 16. Theſaurus *quæſt. forenſ.*
*lib.* 2. *quæſt.* 29. *n.* 6. Ricc. *collect.* 1066.
Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 18. Gayto *de cre-*
*dito, cap.* 4. *n.* 1557. Merlin. *de pignorib.*
*dict. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 46. Caponi
*tom.* 3. *diſceptat.* 207. *n.* 15. Carpzovius
*in juriſprud. forenſ. par.* 1. *conſtitut.* 28. *defi-*
*nit.* 38. Cardinal. de Luca *de credito, diſcurſ.*
28. *n.* 12. & 13. An autem creditor ex ſe-
mine præferatur in fructibus, domino fundi
pro mercede locationis diſputant DD. multi 26
docent præferendum eſſe creditorem ex ſe-
mine, quia ſemen eſt expenſa, & fructus in-
telliguntur deductis expenſis, *l.* 1. *C. de fructi-*
*bus, & litium expenſis, l. quod in fructu* 46. *ff. de*
*uſufruct.* Et per conſequẽs nequit prælationẽ
habere dominus, cũ pars illa fructuum ſemi-
ni correſpondens, non ſint propriè fructus,
nequè tales conſiderari poſſunt, ut rectè de-
fendunt Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.*
23. *n.* 11. Statil. Pacific. *de ſalvian. inter*
*dict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 524. Merlin. *de*
*pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *à n.* 48. *uſ-*
*que ad* 60. Antonell. *de tempore legal. lib.*
4. *cap. ultim. n.* 116. Cardinal. de Luca *de*
*credito, diſcurſ.* 16. *n.* 9. Bonden. *de jure*
*controverſ. colluctat.* 20. *n.* 34. Carol. An-
ton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian.
*cap.* 25. *n.* 7. Contrarium tenent alii docen-
tes, dominum fundi pro mercede locationis,
præferendum eſſe creditori ex ſemine in fru-
ctibus perceptis, Decian. *conſ.* 50. *lib.* 3. Gayto
*de credito cap.* 4. *ſub n.* 8. Bondeni. *dict.*
*colluctat.* 20. *n.* 28. Acoſta *de privileg. cre-*
*ditor. regula* 1. *ampliat.* 12. *n.* 15. Et ab hac
ſententia non debemus recedere in regno
(licet in puncto juris verior mihi prima vi-
deatur) tum propter diſpoſitionẽ, *for.* 13. *rub.*
*de clamo non mutuando.* Tum propter Se-
natus auctoritatem judicantis, dominum fun-
di pro mercedis locatione præferendum eſſe
creditori ex ſemine, ut ſententia per Alreus,
*die* 3. *Novembris* 1607. inter Philippum
Grau, & Matheum Guimera, & alia per
Be-



Benavides, *die* 8. *Februarii* 1655. inter Vin-
centium Serrano, & Iſidorum Ferrer. Ex ea-
27 dem ratione creditor ex precio folii moro-
rum deſervientis ad bombices nutriendos,
qui ſericum faciant, ſeu producant, præferen-
dus erit in precio ſerici producti, quibuſli-
bet creditoribus anterioribus hypothecariis,
ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die*
24. *Novembris* 1627. inter Hieronymam Vi-
des, & de Mõtenegre, & curatorem abſentiæ
Joannis Baptiſtæ Bãdres, & alia per Daçi, *die*
8. *Junii* 1634. inter Antonium Mas, & Mar-
cum Roig. Eodem modo creditor ex precio
telæ lini, aut lanæ vel ſerici, in precio veſtis,
28 aut ornamenti facti ex tela vendita, præferri
debet omnibus creditoribus anterioribus hy-
pothecariis, ut declaravit Senatus ſententia
per Caſes, *die* 23. *Decembris* 1628. inter Izacũ
Ponzet, & Vincentiam Albeſa, & illius cre-
ditores.
Infero quinto, quod quilibet artifex pro
29 mercede, & impenſis laboris ſui erogati in fa-
brica, vel artificio alicujus rei, præfertur
omnibus creditoribus anterioribus hypothe-
cariis in precio rei fabricatæ; & ſic Fabrilig-
narii in fabricis ligneis, mareſcali in æquis,
Scriptores, & Typographi in libris impreſsis,
præferẽdi erunt quibuſlibet anterioribus cre-
ditoribus, Angelus *in dict. l. interdum, num.*
2. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 62. *n.* 12.
Rota Senenſ. *deciſ.* 90. *exam.* 56. *n.* 17. Rodrig.
*de privileg. creditor. part.* 2. *artic.* 4. Marta
Medic. *deciſ.* 19. *num.* 19. & 20. Gayto *de*
*credito, in apendice ad cap.* 4. *n.* 132. Carol.
Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gra-
tian. *cap.* 257. *num.* 11. *in fin.* Pacion. *de lo-*
*cat. & conduct. cap.* 41. *num.* 16. Idem judico
30 tenendum de inſtitoribus, & ſimilibus mini-
ſtris negotiationis, aut quibuſlibet perſonis,
quarum ope, miniſterio, aut induſtria, aliqua
conſervatur negotiatio, nam pro laboribus,
& mercedibus ſuis, debent præferri in rebus
illius negotiationis, omnibus creditoribus,
anterioribus, tacitam, vel expreſſam hypo-
thecam habentibus, Garcia *de expenſis, & me-*
*liorationib. cap.* 1. *n.* 16. Rodriguez *de con-*
*curſ. creditor. part.* 1. *artic.* 3. *num.* 59. Car-
leval. *de judiciis, tom.* 2. *diſput.* 32. *num.* 4.
Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.*
2. *n.* 9. Gayto *ubi proxim. num.* 123. D. Creſ-
pi *obſervat.* 31. *num.* 4. *cum ſequent.* Zachias
*de ſalario, quæſt.* 99. *num.* 20. Carol. Anton.
de Luca *ubi proximè,* Pacion. *de locat. cap.* 41.
31 *num* 40. Et obſervatum habe, quod hujuſmo-
di inſtitores, & factores, & famuli mercato-
rum negotiationi præpoſiti, poſſunt, abſque
mandato ſpeciali, vel generali exigere à de-
bitoribus negotiationis, debitas ſummas, &
de exactis Apochas, ſive chyrographa legiti-
mè facere, ut à Senatu fuit deciſum ſenten-
tia per Saboya, *die* 22. *Februarii* 1686. in fa-
vorem Don Franciſci Bono, & contra Lu-
dovicum Campos Notarium procuratorem
curatoris filiorum, & hæredum Joſephi Bas,
referente M. Ludovico Paſtor, & Bertran R.
C. D. Actuario Moros; ſed non omitto ad-
vertere, quod prædicti inſtitores, & factores
confitendo receptionem pecuniæ, non poſ-
ſunt dominis ſuis præjudicium inferre, niſi
conſtito de numeratione, & actuali exactio-
ne, *l. certum, §. ſed an & ipſos, ff. de confeſ-*
*ſiſ.* Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 23. *à num.* 32.
Gutierr. *de jurament. confirmator. part.* 1. *cap.*
50. *num.* 6. Cyriac. *controverſ.* 122. *num.* 7.
& 8. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 93. *num.*
7. Franciſc. de Angelis *de confeſſionib. lib.* 3.
*quæſt.* 1. *num.* 29. & 42. Eodem modo cura-
tor hæreditatis jacentis, tutor, & quilibet
alius adminiſtrator, pro expenſis, & labori- 32
bus in conſervationem rei adminiſtratæ ero-
gatis, eandem habebunt prælationem, ut do-
cent Marta Medic. *deciſ. ſenenſ.* 19. *num.* 3.
*cum ſequent.* Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 9.
*num.* 15. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 3. *quæſt.*
5. *num.* 30. Antonell. *de tempore legal. lib.* 4.
*cap. ultim. num.* 119. Carol. Anton. de Luca
*ubi proxim.*
Infero Sexto, quod Advocati, Doctores,
Scholaſtici, procuratores, ſolicitatores, ju- 33
dices, Vicarii, Scribæ curiarum, & aliæ ſimi-
les perſonæ pro ſuis ſalariis præferri debent
anterioribus creditoribus hypothecariis in
bonis litis cauſa adquiſitis, & pro exactione
illorum, debet eis dari tacita hypotheca cum
prælatione, *for. declarants* 24. *rubr. de pig-*
*norib.* Barthol. *in l.* 1. *in fin. num.* 31. *ff. ſo-*
*lut. matrimon.* & ibidem Sozin. Flores, Diaz de
Mena, *lib.* 1. *variar. quæſt.* 8. *num.* 70. Re-
buf. *de privileg. ſcholar. privileg.* 82. *n.* 3. &
*privileg.* 118. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*
11. *tit.* 25. *num.* 20. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 7.
*num.* 5. *ff. ſolut. matrim.* Peregrin. *de fidei-*
*commiſſ. artic.* 50. *num.* 12. Rodrig. *de concurſ.*
*creditor. part.* 1. *artic.* 3. *num.* 61. Caſtill.
*deciſ.* 64. *num.* 32. Gratian. *diſcept.* 57. *num.*
41. & *diſceptat.* 257. *num.* 17. Rota Se-
nenſ. *deciſ.* 19. *num.* 22. Giurb. *deciſ.* 108.
*num.* 10. *in fin.* Amato *reſolut.* 3. *num.* 10.
Duran. *deciſ.* 53. Gayto *de credito, cap.* 4. *n.*
1556. & 2015. Xammar. *de offic. Advocati,*
*part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 49. 50. & 51. Merlin.
*de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 32.
*cum ſequent.* Zachias *de ſalario, quæſt.* 99. *n.*
10. D. Creſpì *obſervat.* 31. *num.* 2. *cum ſeqq.*
Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 207. *num.* 39. Anto-
nel. *de tempore legal. lib.* 4. *cap. ultim. num.*
119. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 30. *num.*
33. Carol. Anton. de Luca *ubi ſupra num.* 12.
Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 41. *num.* 18.
Et quod Advocati, procuratores, & ſolici-



ta-

tatores pro ſuis ſalariis habeant prælationem prædictam, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 27. *Auguſti* 1612. inter Ludovicum Ribera, & Matthæum Ribera, & creditores, & alia per eundem, *die* 6. *Februarii* 1626. inter Don Hieronymum Corella, & illius creditores. Et quod creditor pro laboribus, & expenſis in lite factis, præferri debeat in concurſu, judicavit Senatus ſententia per Daça, *die* 12. *Auguſti* 1622. inter Illuſtrem Marchionem de Moya, & creditores Don Hieronymi Mercader. Hoc intellige reſpectu creditorum concurrentium in proceſſu, & venditione rei debitoris communis, ſi enim aliquis creditor non concurrat, ſed ſolum habeat emparata bona debitoris, vel ſequeſtrata, cum aliis litigantis, non erit rationi conſonum, ut expenſa, & ſalarium proceſſus ſolvatur ſcribæ cum prælatione ex bonis ſequeſtratis, vel emparatis, à creditore non concurrente in proceſſu principali litis, ut Senatus judicavit ſententia per Ferrera, *die* 29. *Octobris* 1685. in favorem Domnæ Bernardæ de Balda, & Don Philippi Vives de Cañamas, & contra Vincentium Guill, Notarium Regiæ Audientiæ Actuarium, & alia eodem die per eundem, in favorem eorundem, & contra Matthæum Ferrer Notarium, Actuarium Regiæ Audientiæ, referente Doctiſſimo Senatore Don Dominico Matheu, & Silva Monteſianæ familiæ milite R. C. D. An
34 autem Advocati, & procuratores habeant prælationem iſtam pro laboribus, & ſalariis, quando cauſa patrocinata amiſſa fuit, ſolet dubitari, & rationibus dubitandi omiſſis, tenendum eſt, quod ſi expediret non remanere indefenſa jura hæreditatis, ſeu communis debitoris, eadem dabitur prælatio, eſto cauſa amiſſa fuerit. Gratian. *diſcept.* 257. *num.* 32. Zachias *de ſalario*, *quæſt.* 99. *num.* 8. & 10. Pacion. *de locat. dict. cap.* 41. *num.* 20. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 30. *num.* 34. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *dict. cap.* 257. *num.* 13.

Ultimo, & generaliter infero, quod omni-
35 bus in caſibus quibus aliquis expenderit, aut laborem impenderit, pro conſervanda aliqua re, habebit tacitam hypothecam cum prælatione creditorum anteriorum, etiam expreſſam hypothecam habentium, in precio illius rei, pro expenſis, aut labore erogato, *dict. l. interdum*, *ff. qui potiores*, *l.* 6. *ff. eod. for.* 23. *rubr. de pignorib.* Decian. *conſ.* 109. *num.* 23. & 28. *lib.* 2. Roger. *conſ.* 54. *num.* 22. Rodrig. *de concurſ. creditor. dict. part.* 1. *artic.* 7. *num.* 1. *cum ſequent.* Amato *reſolut.* 3. *n.* 19. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 1. Merlin. *controverſiar. cap.* 26. *num.* 1. Marta Medic. *dict. deciſ. ſenenſ.* 19. San Felicius *deciſ.* 113. *num.* 4. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *per tot.* Boſſius *de dote*, *tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 73. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 64. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *limitat.* 3. *n.* 4. Cardinal. de Luca *de credito*, *diſcurſ.* 12. *num.* 12. Pacion. *de locat. dict. cap.* 41. *num.* 21. & 22. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *dict. cap.* 257. *num.* 14. Intellige tamen prælationis regulam non habere generaliter locum in omnibus bonis debitoris, in
caſibus ſupra enarratis, quia expendens pro 36
conſervatione, ſeu reparatione rei, ſolum adquirit tacitam hypothecam ſpecialem in illa re conſervata, aut reparata, & ſolum prælationem habebit in precio ipſius rei; in precio autem aliorum bonorum, præferri debent cæteri creditores generalem, vel ſpecialem hypothecam anteriorem habentes. Unde reficiens navem, habebit prælationem tantum in precio navis; non autem in cæteris bonis debitoris; reædificans domum, prælationem habebit in domus precio, cibaria animalibus præſtans, in precio animalium, Advocatus in bonis ſuper quibus præſtitit patrocinium, & ſic de cæteris expendentibus, aut laborantibus, *authent. de æqualit. dotis*, §. *his conſequens*, *collat.* 7. & ita debent intelligi textus *in leg.* 1. *ff. de ceſſion. bonor. leg. creditor. ff. ſi certum petatur*, *leg. ſi ventri*, §. 1. *ff. de privileg. creditor.* & apud nos eſt, *for.* 23. *rubr. de pignorib.* ibi: *Son primers, è pus poderoſos en dret, en aquelles coſes en que lurs diners, ò lur haver hauràn preſtat*, & reſpectu prælationis ſalarii Advocati, & procuratoris eſt, *for.* 24. *eod.* ibi: *Ordenàm, que Advocat, ò Procurador no puixa allegar privilegi de pocioritat per rabo de ſon ſalari, contra los altres crehedors, en alcuns bens de el deutor, ſino tanſolament en aquells bens, en que ell haura preſtada Advocaciò, ò Procuraciò al deutor.* Docent, & explicant Alexand. *conſ.* 217. *num.* 2. *lib.* 7. Rebuf. *de redditib. artic.* 1. *gloſſ.* 8. *à num.* 17. Neguzan. *de pignorib.* 2. *membr.* 3. *part. num.* 13. Gaylus *obſervat.* 15. *num.* 4. *lib.* 2. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 23. Surd. *deciſ.* 311. Gratian. *diſcept.* 670. *num.* 9. Rodrig. *de concurſ. creditor. part.* 1. *artic.* 7. *num.* 19. Marta Medic. *deciſ. ſenenſ.* 19. *exam.* 11. *num.* 22. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 70. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 67. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *limitat.* 3. *num.* 4. *cum ſequent.* Boſſius *de dote*, *dict. tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 74. D. Creſpì *obſervat.* 31. *num.* 3. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 3. Paul. Meli *in obſervationib.* ad Caſtill. *cap.* 56. *num.* 6. Don Emmanuel de Vedoya *in ſpecul. veræ juriſprud. lib.* 2. *diſcurſ.* 9. *num.* 25. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 257. *num.* 14.

Non ſufficit ad adquirendam tacitam hy- 37
pothecam cum prælatione, expendere in reædificationem, aut conſervationem rei, ſed requiritur, quod neceſſario expendatur, *l. Paulus*, §. *domus*, *ff. de pignorib. l. at autem*, *C. de bonis*, *authorit. judic. poſſidend. l. qui hominem*, §. *quoties*, *ff. depoſiti*, *cum l. ſequenti*, *in fin. ff. eod.* ibi: *Plane ſumptus cauſa, qui neceſſario factus eſt ſemper præcedit nam deducto eo, &c.* Covarrub. *variar. cap.* 8. *n.* 2. Garcia *de expenſis, & meliorat. cap.* 18. *n.* 66. *cum ſequentib.* Decian. *conſ.* 109. *n.* 23. *cum ſequent. lib.* 2. Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 71. *per tot.* Giurb. *deciſ.* 63. *n.* 20. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 112. *à n.* 14. Gratian. *diſcept.* 25. *n.* 23. & 24. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 65. *cum ſequentib.* Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 40. Franciſc. de Angelis *de confeſſionib. lib.* 2. *quæſt.* 60. *n.* 5. Neceſſario expenditur, quando domus ruinam mi-
38 naretur, vel deterior alias fieret, vel reperiretur inhabilis, vel inhabitabilis proptèr aliquem defectum, vel ſi peritura fuiſſet, aut ſi conſervari non potuiſſet ſine expenſis, *dict. l. Paulus*, §. *domus*, *ff. de pignorib.* Guido Pap. *deciſ.* 169. *n.* 1. Peregrin. *conſ.* 42. *n.* 14. *lib.* 1. Mandell. *conſ.* 210. *ſub n.* 5. Roſentall *de feud. part.* 2. *cap.* 10. *concluſ.* 43. *n.* 51. Scrader *de feudis*, *P.* 2. *P.* 9. *principio*, *ſect.* 2. *n.* 21. Carocius *de locat.* 4. *part. tit. de expenſ. quæſt.* 1. *ſub n.* 5. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 109. *n.* 9. Magon *deciſ.* 33. *n.* 24. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 8. *tit.* 16. *definit.* 1. *n.* 1. & 2. Amato *d. reſolut.* 3. *n.* 56. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 61. Giurb. *ad conſuetud. Meſan. cap.* 15. *gloſſ.* 10. *à n.* 1. Ganaverr. *deciſ.* 53. *n.* 21. Chriſtophor. de Vargas Machuca *deciſ.* 38. *n.* 33. *cum ſequent.* Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 17. Si autem voluptariè ex-
39 penſum fuerit faciendo in prædio impenſam recreationis cauſa, non habebit creditor tacitam hypothecam cum prælatione, *l. cum poſtulaſſem* 44. §. *damni infecti*, *ff. de damno infecto*, Salgad. *dict. cap.* 11. *n.* 57. & 70. Voluptariè expēſæ ſolum poſſunt abradi, aut tolli, ſi poteſt fieri ſine detrimento rei, repeti autem non poſſunt, neque pro eis datur retentio rei, ut deciſum extitit ſententia per Ferrera, *die* 29. *Octobris* 1657. in favorem Domnæ Annæ Mariæ Mercader, & contra Don Gaſtonium Mercader. Si utilitèr expen-
40 ſum fuerit, & domus, vel res precioſior fuerit facta, etiam ſi de novo ædificium extructum fuerit, habebit expendens hypothecam tacitam cum prælatione, ut probatur ex tex. *in dict. l. Paulus*, §. *domus. ff. de pignorib.* ibi: *Sed bonæfidei poſſeſſores non aliter cogendos creditoribus ædificium reſtituere inquam ſi ſumptus in extructionem erogatos quatenus precioſior res facta eſſet reciperet.* Carleval. *de judiciis*, *tit.* 3. *diſput.* 6. *n.* 10. Giurb. *ubi proxim.* Pechii *de aquæduct. tom.* 2. *cap.* 11. *quæſt.* 4. *quæſit.* 6. *n.* 15.

Neceſſario, & utilitèr expendens pro rei 41
conſervatione, ſi fuerit bonæfidei poſſeſſor rei conſervatæ, vel melioratæ, quatuor eximia privilegia adquirit pro ſuo credito. Primum eſt, quod in actione perſonali præfertur aliis creditoribus perſonalem actionem habentibus, *gloſſ. in l. quod quis* 18. *ff. de privileg. creditor.* ubi Barthol. *n.* 4. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 3. Secundum eſt, quod in re illa habet tacitam hypothecam, ut jam diximus. Tertium eſt quod virtute tacitæ hypothecæ, præfertur anterioribus creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus, *dict. l. interdum*, *cum l. ſequenti*, *ff. qui potiores*, *l. licet*, *Cod. eod.* Quartum eſt quod habet retentionem rei melioratæ, & conſervatæ, quouſque de expenſis, & meliorationibus fuerit ſolutus, & ſatisfactus, *dict. l. Paulus*, §. *domus*, *ff. de pignorib. l. ſi in area* 33. *ff. de condictione indebiti*, *l. Paulus*, *ff. de doli exceptione*, *l. cum poſtulaſſem* 44. §. *damni infecti*, *ff. de damno infecto*, *l. qua ratione*, §. *habet*, *ff. de adquirend. rerum domin.* Garcia *de expenſis, & meliorationib. cap.* 18. *n.* 66. *cum ſequent.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 70. *n.* 8. & 9. Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 71. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 7. *n.* 12. & *deciſ.* 225. ubi Scopa *in obſervat.* Milanenſ. *deciſ.* 7. *n.* 79. *lib.* 1. Giurb. *deciſ.* 63. *n.* 20. D. Leon *deciſ.* 79. *n.* 2. Mareſcot *variar. lib.* 2. *cap.* 112. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 65. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 4. Meli *poſt obſervat. deciſ.* 30. *n.* 17. Caſtill. *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 65. *à n.* 9. Seſsè *tom.* 4. *deciſ.* 397. Velaſc. *de privileg. pauperum*, 1. *part. quæſt.* 41. *n.* 2. *cum ſequent.* & *quæſt.* 33. *n.* 8. Amato *reſolut.* 14. Hermoſill. *in l.* 9. *gloſſ.* 3. *à n.* 104. *tit.* 2. *part.* 5. Noalis *de tranſmiſſion. caſu* 37. Olea *de ceſſion. jur. tit.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 33. & 34.

Et ſunt meliorationes quoad retentionem
rei, tàm privilegiatæ, quod poſſeſſor qui bo- 42
na fide illas fecit, etiam poſt ſententiam in rei vindicationis judicio, vel alio, latam, debet habere retentionem rei melioratæ, quo uſque ei ſolvatur impenſum, & adverſarius exceptione doli oppoſita, vel judicis officio repelli debet, *l.* 5. *Cod. de reivindicat. l. ſi quis* 11. *in fin. l. in area* 16. *Cod. eod. l. ſin autem* 27. §. *ultim. l. ſumptus* 48. *ff. eod. for. fèm fur nou* 7. *rubr. de reivindicat.* Cum hac diſtinctione tamen, quod ſi fuerit bonæfidei poſſeſſor meliorans, dabitur ei retentio rei melioratæ, quo uſque æſtimatio meliorationis ſolvatur, nunc neceſſario expenſum, & melioratum fuerit,

nunc utiles expenſæ,& meliorationes tantum fuerint, *dict. l.* 5. 11. & 16. *Cod. de reivindicat. dict. for.* 7. *rubr. de reivindicat.* ibi: *Fem fur nou,q̃ ſi nengun poſſebirà à bona fe coſa moble, ò no moble,ò en aquella coſa farà neceſſaries deſpeſes,aprofitables,ço es à ſaver,q̃ curarà,ò ſanarà lo Catiu, ol Servu malalt, ò la coſa queu die caber repararà,ò adobarà, ò cobrirà, ò plantarà viñes, ò farà altres coſes ſemblants, no ſia tengut de retre la coſa que tendrà al Señor de aquella coſa, tro que primerament reta totes les deſpeſes que haurà feytes aixi en aquelles coſes.* Gramatic. *deciſ.* 22. & *deciſ.* 310. Cavalcan. *deciſ.* 44. Peregrin. *deciſ.* 16. *lib.* 2. Joſeph. Ludovic. *deciſ.* 134. Garcia *de expenſis, & meliorat. cap.* 7. *n.* 13. Surd. *deciſ.* 180. *n.* 15. Muta *deciſ.* 12. *n.* 23. Maſtrill. *deciſ.* 98. *num.* 1. *cum ſequent.* Magon. *deciſ.* 81. Gratian. *diſcept.* 494. *n.* 12. Seſsè *deciſ.* 71. *n.* 8. *lib.* 1. Guzman *de evictionib. quæſt.* 20. *n.* 29. Martha *de juriſdict. cap.* 33. *n.* 127. Cancer. *variar.* 1. *part. cap.* 13. *à n.* 144. Hermoſ. *in l.* 9. *gloſſ.* 3. *n.* 115. *tit.* 2. *part.* 5. & *in l.* 36. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 7. *n.* 6. Carpan. *ad ſtat. mediol. cap.* 400. *n.* 68. *vol.* 2. Caſtill. *tom.* 5. *controverſiar. cap.* 65. *n.* 9. *cum ſequent.* Velaſc. *de privileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 41. *n.* 2. *cum ſequent.* Capic. Latro *deciſ.* 120. *n.* 1. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 43. *definit.* 24. Amato *variar. part.* 1. *reſolut.* 14. *n.* 41. Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 1. *cum ſequent.* Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 155. *n.* 24. & *deciſ.* 170. *n.* 30. & 32. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 32. & 33. Fermoſin. *ad text. in cap. graviſ.* 11. *de reſtitut. ſpoliator. quæſt.* 5. *n.* 9. *cum ſequentib.* Reynoſ. *obſervat.* 56. Cyriac. *controverſ.* 180. Poſthius *reſolut. civil.* 86. & 131. Nigro *de exceptionib. cap.* 8. Fulgin. *de jure emphiteut. tit. de meliorament. quæſt.* 1. Mendes *in prax. luſitan. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 49. Pinheyr *de cenſib. & emphiteut.* 2. *part. diſput.* 3. *n.* 40. *cum ſequent.* Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. tit.* 32. *lib.* 3. *verſ. neceſſarias,* Paul. Meli. *poſt obſervationes, deciſ.* 30. *n.* 17. Et quod pro meliorationibus neceſſariis, aut utilibus, detur retentio rei melioratæ bonæfidei poſſeſſori, quouſque ſolutus ſit, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 2. *Novembris* 1616. inter Joannem Vilanova, & Officium Panniparatorum, & alia per eundẽ, *die* 16. *Decembris* 1627. inter Don Joannem Pallas, & Domnam Paulam Nuñez, prout dabitur retentio bonorum majoratus pro expenſis utilibus factis in majoratus bonis, ſi à ſucceſſore non ſolvantur, ut declaravit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 29. *Octobris* 1657. in favorem Domnæ Annæ Mariæ Mercader, & contra Don Gaſtonium Mercader. Expenſæ autem voluptariæ, ut picturæ, & ſimiles delectabiles res, non rècuperantur alitèr à bonæfidei poſſeſſore, qui eas fecit, quam abradendo illas, ſi fieri poteſt ſine læſione rei, niſi rei dominus pretium, & æſtimationem illarum vellet ſolvere, nam abradi non poterunt, etiam ſi à meliorante, pretium non fuerit admiſſum, *l. utiles autem* 39. §. 1. *ff. de petit. hæreditat. l. in fundo* 38. *ff. de reivindicat. l.* 5. *Cod. eod. for. ſi la coſa* 8. *rubr. de reivindicat.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. gravis, de reſtitut. ſpoliator. quæſt.* 2. *num.* 44. *cum ſequent.* Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. voluptatis.* Neque rei retentio dabitur pro expenſis voluptariis, ut docet Fermoſin. *ubi proxim.* Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 57 Et judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 28. *Maii* 1633. & in jam tradita, *diei* 29. *Octobris* 1657.

Malæfidei poſſeſſor de jure conſequitur 43
meliorationes, & expenſas neceſſarias per retentionem rei eodem modo, quam bonæfidei poſſeſſor, juxta veriorem opinionem fundatam, *in l.* 5. *Cod. de reivindicat.* quam tuentur Balb. *deciſ.* 150. Barboſ. *in l. divortio,* §. *final. part.* 2. *n.* 8. *ff. ſolut. matrimon.* Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. neceſſarias,* Barboſ. *ad text. in dict. l.* 5. *Cod. de reivindicat. n.* 18. Fermoſin. *ad text. in dict. cap. gravis* 11. *de reſtitut. ſpoliator. quæſt.* 5. *n.* 12. & *quæſt.* 4. *n.* 7. *cum ſequent.* Garcia *de expenſ. & meliorationib. cap.* 7. Anton. Faber. *de errorib. decad.* 26. *error.* 9. & 10. Schifordeger. ad Fabr. *lib.* 2. *tractat.* 12. Utiles vero expenſas non recuperat de jure malæfidei poſſeſſor per retentionis rei medium, *l. Julianus* 37. *ff. de reivindicat.* Arnold. Corvin. *ubi ſupra, verſ. utiles.* Solum enim ei permittitur quod poſsit illas auferre, & abradere, ſi ſine læſione rei fieri poteſt, *l.* 3. *in fin. l.* 2. *Cod. de reivindicat. l.* 38. *ff. de petit. hæreditat. l. ſin autem* 28. §. *ſed ſi puerum, l. Julianus, ff. de reivindicat. l. ideo,* §. *ex diverſo, ff. de adquirend. rerum domin. l. ſi is contra,* 5. *Cod. de ædificiis privat.* §. *certæ, inſtitut. de rerum diviſion.* Garcia *de expenſis, & meliorat. cap.* 5. *n.* 1. Anton. Gomez *in l.* 4. *Tauri à n.* 2. Fachin. *controverſiar. lib.* 1. *cap.* 55. Valaſc. *de jure emphiteut. quæſt.* 25. *n.* 4. & *conſultat.* 83. *n.* 19. Donell. *lib.* 20. *commentar. cap.* 7. Barboſ. *in l.* 8. §. *final. ff. ſolut. matrimon. n.* 77. Anton. Faber *lib.* 1. *conjecturar. cap.* 1. Barboſ. *ad text. in dict. l. domum* 5. *Cod. de reivindicat. n.* 15. Fermoſin. *ad text. in dict. cap. gravis, quæſt.* 2. *n.* 29. Arnold. Corvin. *ubi proxim.* Voluptarias verò expenſas nullatenus conſequitur malæfidei poſſeſſor de jure, *gloſſ. in* §. *certæ, inſtitut. de rerum diviſion.* Pichard. *in* §. & *ſi in rem, inſtitut. de offic. judic. n.* 56. Fermoſin. *dict. quæſt.* 2. *n.* 43. & 45. Eu an poſsit illas



illis abradere, vel tollere, tradit Fermoſin. *dict. n.* 43. In Regno autem noſtro, ma-
44 læfidei poſſeſſor, neque neceſſarias impenſas, neque utiles, vel voluptarias conſequitur, neque pro eis datur ei retentio, aut aliud juridicum remedium, ut cautum habetur *in dict. for. fem fur nou* 7. *rubr. de reivindicat.* ibi: *E aquell qui poſſebirà alcuna coſa à mala fe, no recobre les deſpeſes que haurà fetes en aquella coſa en nenguna guiſa.*

Obſervatum particulariter tene, quod pro
45 melioramentis, & expenſis factis, ſolum concedi debet retentio, & poteſt dari in ipſa re meliorata, non autem in aliis bonis, Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 112. *n.* 25. Velaſc. *de privileg. pauper. quæſt.* 41. *n.* 18. Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 56. Et quamvis alias retentio non debeat dari, niſi conſtito de credito liquido, ut infra dicam, tamen in re meliorata debet dari retentio pro melioramentis, etiam ſi valor melioramentorum non ſit liquidè, & ſpecificè juſtificatus, quia ut detur retentio, ſufficit quod conſtet in genere de eorum exiſtentia, Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 112. *n.* 20. Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 20. In cæteris bonis, ut puta fideicommiſsi, vel
46 majoratus, non dabitur retentio pro meliorationibus, ſi ſolum probentur in genere, vel in abſtracto, ſed compelli debet ſucceſſor in majoratu, vel fideicommiſſo, præſtare cautionem de ſolvendis illis, Rota *deciſ.* 276. *n.* 3. & 4. *part.* 6. *recentiſsimar.* Anton. Gobius *conſultat.* 100. *n.* 48. Et extitit declaratum in Senatu, ſententia per Ferrera, *die* 3. *Auguſti* 1665. inter Domnam Annam Mariam Mercader, & Egregium Comitem de Buñol. Et omnia hæc invenies deciſa in ſententia publicata in S. S. A. C. per Franciſcum del Pueyo, & Claveria, *die* 7. *Martii,* 1657. in favorem Don Thomæ de Caſtellvi, & contra Don Ilarionem de Vilanova, in lite ſuper miſsione in poſſeſsionem Baroniæ de Bicorp, & Commitatus del Caſtellar. An
47 adverſus creditorem actione hypothecaria agentem competat retentio rei pro melioramentis poteſt dubitari, quia Senatus, ſententia per Alreus, *die* 4. *Decembris* 1614. inter Don Jacobum Vallterra, & Sebaſtianum Gonzalez, declaravit, retentionem dando pro melioramentis contra agentem actione hypothecaria, & ſolum denegat retentionem, quando reus poſsidens, diverſo nomine eſt creditor, ut ſententia per Berbegal, *die* 28. *Aprilis* 1610. inter Petrum Romero, & alios; ſed de jure non videtur poſſe retentionem dari pro melioramentis contra agentem actione hypothecaria, quia melioramenta, etiam ſunt creditori obligata, & retentio ſolum datur adverſus dominum evincentem, non autem adverſus crediorem hypothecaria agentem, Guzman *de evictionib. quæſt.* 2. *n.* 26. Statil. Pacific. *de ſalvian. interd. inſpect.* 2. *cap.* 2. *à n.* 204. D. Leon *deciſ.* 79. Salgad. *in labyr. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 88. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *q.* 69. & *lib.* 4. *q.* 81. Faria ad Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 8. *n.* 9. Carol. Anton. de Luca *in obſervat. ad deciſ.* 38. Franchis *per tot.* Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 16. Solum vendita re, melioramenta ſolvenda erunt ex pretio, cum prælatione, Merlin. & Triſtany *ubi proxim.* Bene verum eſt quod tertius poſſeſſor conventus, liberabitur ab actione propoſita, ſi voluerit, ſolvendo creditori hypothecaria agenti pretium, & valorem rei, quem habebat res antea quam melioraretur. Queſad. & Pilo *controverſ.* 21. *n.* 18. & *fere per tot.* Fontanell. *de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 2. *n.* 9. Rodoer. *in additionib. ad part.* 1. Marin. *reſolut.* 155. Triſtany *ubi prox.*

Poteſt opponi, & allegari retentionis ex- 48
ceptio pro melioramentis, non ſolum poſt ſententiam, prout dixi, ſed in ipſa executione ſententiæ in rem judicatam tranſactæ, & ſemel oppoſita, & petita retentione, debet ſuſpendi executio ſententiæ quouſque diſcutiatur, & terminetur retentionis quæſtio, *l. non ſolum,* ubi Barthol. *ff. de reivindicat.* Neguzan *de pignori.* 5. *part. memb.* 4. *n.* 9. & 10. Anna *allegat.* 80. Ricc. *collect.* 191. Franchis *deciſ.* 112. & 476. Capic. *deciſ.* 17. Puteus *deciſ.* 471. *lib.* 2. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 2. *cap.* 2. *n.* 186. Caldas Pereyr. *de empt. & vendit. cap.* 27. *n.* 1. & 6. Carocius *de except. adverſus ſententias, except.* 26. *n.* 33. Gratian. *deciſ.* 225. *n.* 16. Magon. *deciſ. lucenſ.* 81. *n.* 7. Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 9. *membr.* 4. *n.* 64. Amic. *de jure emphiteut. quæſt.* 76. *n.* 13. Barboſ. *in l. divortio,* §. *final. part.* 2. *n.* 53. *ff. ſolut. matrim.* Anton. Faber *ad tit. Cod. de executione rei judic. lib.* 7. *tit.* 20. *definit.* 12. Carpan. *ad ſtatut. mediol. cap.* 400. *n.* 254. *cum ſequent. vol.* 2. Amato *variar. part.* 1. *reſolut.* 14. *n.* 42. Fermoſin. *ad text. in dict. cap. graviſ.* 11. *de reſtitut. ſpoliator, quæſt.* 5. *n.* 14. & 15. Andreol. *part.* 1. *controverſ.* 42. *n.* 1. & 5. Mangil. *de evictionib. quæſt.* 154. *n.* 12. Cenſal. ad Peregrin. *artic.* 50. Larrea *allegat.* 31. *n.* 12. Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 20. Et ita à Senatu reperitur deciſum ſententia per Alreus, *die* 30. *Junii* 1608. inter Jacobum Rovira, & adminiſtratores operis pii Michaelis Eſpigol. Et quod in ipſa executione ſententiæ, compenſationis exceptio opponi legitimè poſsit, cum ſuſpenſione executionis, dixit Senatus, ſententia per Alreus, *die* 7. *Novembris* 1610. Inter Syndicum noſtræ urbis, & Don Gaſparem de Romani. Et
quia retentionis jus ſine ceſsione transfertur, 49
D. Leon *deciſ.* 1. *n.* 37. Intrigliol. *deciſ.* 28.

28. *n.* 5. & 6. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 77. & *quæſt.* 43. *n.* 18. Olea *de ceſſion. jurium, tit.* 4. *quæſt.* 1. emptor rei, vel quilibet alius ſingularis ſucceſſor, habebit ſupradictam rei retentionem, etiam ſi ei ceſſum non fuerit jus iſtud retentionis, *l. in hoc judicium* 14. *§. impendia, verſ. ſed is qui, ff. communi dividundo*, Surd. *deciſ.* 264. *à n.* 23. & *conſ.* 4. *n.* 9. & *conſ.* 183. *num.* 5. Benitend. *deciſ.* 50. Brunot. à Sole *in loc. commun. verb. jus defendendi, ac excipiend.* Garcia *de expenſ. cap.* 7. *n.* 13. Trentacinc. *variar. lib.* 3. *tit. de pignorib. reſolut.* 1. *n.* 1. Muta *deciſ.* 12. *n.* 23. Rodrig. *de concurſ. creditor.* 1. *part. artic.* 1. *n.* 18. Guzman *de evictionib. quæſt.* 10. *n.* 43. & *quæſt.* 11. *n.* 26. Olea *de ceſſion. jurium, tit.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 28. & 29. Arias de Meſa *variar. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 14. Et quod retentio detur, rei ſingularis ſucceſſori ceſsionem prædicti juris non habenti, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 30. *Junii* 1608. inter Joannem Rovira, & adminiſtratorem operis pii Michaelis Eſpigol.

50 Solum in caſu ſingulari non debet dari bonæfidei poſſeſſori retentio rei pro melioramentis, neque illa deduci poſſunt, ut ſi poſſeſſor bonæfidei ante litis conteſtationem perceperit ex re meliorata fructus æquivalentes quantitati crediti meliorationis, nam & ſi in Regia ſententia publicata per Alreus, *die* 10. *Octobris* 1636. inter Angelam Benatjes, & de Linares, & Gabrielem Mares dicatur fuiſſe judicatum in S. S. A. C. ſententia per Ricarte, *die* 11. *Septembris* 1634. non teneri poſſeſſorem compenſare meliorationes cum fructibus domus perceptis ante litis cõteſtationem; tamen certiſsimum eſt, & pro indubitato tenendum, quod inducitur ipſo jure compenſatio crediti meliorationum cum fructibus ex re meliorata perceptis ante litis conteſtationem, & ſi fructus omne creditum non attingant, compenſatio ipſo jure inducta remanebit in illa parte, in qua illud attingent, *l. ſumptus* 48. *ff. de reivindicat. l. emptor prædium* 65. *ff. eod. l. quod ſi artificem*, 32. *ff. eod. l. ſuper empti* 16. *Cod. de evicti on. l. inſulam* 42. *§. fructus, ff. ſolut. matrim.* Barthol. *ad text. in dict. l.* 48. *ff. de reivindicat.* ubi Acurſius, & communiter DD. Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 4. Garcia *de expenſ. & meliorat. cap.* 23. *n.* 52. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 24. Puteus *deciſ.* 276. *lib.* 3. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 13. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 50. *n.* 64. Caldas Pereyr. *de empt. & vendit. cap.* 27. *ſub n.* 25. Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 112. Gratian. *deciſ.* 225. *num.* 23. Cardinal. Thuſc. *practic. lit. M. concluſ.* 178. *n.* 5. Barboſ. *ad text. in l.* 22. *Cod. de reivindicat. n.* 5. D. Leon *deciſ.* 98. *n.* 4. & *tom.* 2. *deciſ.* 153. *n.* 9. Anton. Faber *in rational. ad text. in dict. l.* 48. *ff. de reivindicat.* Muta *deciſ.* 51. *n.* 1. Carpan. *ad ſtatut. mediol. cap.* 400. *n.* 283. Amato *var. part.* 1. *reſolut.* 14. *n.* 66. Capyc. *deciſ.* 93. *n.* 2. Medic. *deciſ.* 99. *n.* 15. Stayban junior, *reſolut.* 30. *n.* 45. Niger. *de exceptionib. cap.* 8. §. 48. *n.* 6. Ciroch. *diſcept. forenſ.* 57. *n.* 31. Anton. Gobius *conſultat.* 98. *n.* 27. Et quod meliorationes compenſentur ipſo jure cum fructibus ex re meliorata perceptis ante litis conteſtationem, declaravit Senatus in ſupradicta ſententia, *diei* 30. *Junii* 1608. inter Joannem Rovira, & adminiſtratores operis pii Michaelis Eſpigol, & alia per Berbegal, *die* 31. *Auguſti* 1609. inter Gaſparem Manzano, & Ipolitam Viruega, & alia per Deona, *die* 14. *Octobris* 1590. inter Joannem Añon, & Andream Marti Notarium, & alia per Daza, *die* 1. *Februarii* 1611. inter Sebaſtianum, & Petrum Ledo, & Franciſcum Senia. Et noviſsimè idem judicaverit Senatus, referente Nobili Senatore Don Jacobo Madroño R. C. D. in favorem Monaſterii Incarnationis, & Sororis Antoniæ Aliaga Religioſæ profeſſæ dicti Conventus, & contra Petrum Tornier mercatorem curatorem filii, & hæredis Emmanuelis Guillot. Cum enim dictus Tornier peteret retentionem domus melioratæ à dicto Emmanuele, ſitæ in noſtra Urbe in vico cognominato de Embou, dixit Senatus non procedere retentionem, quia conſtabat fructus perceptos fuiſſe ex domo ante litis conteſtationem ſuſcitatæ, per dictum Monaſterium, majoris valoris, & æſtimationis, quam meliorationes. Majori autem cum ratione procedent iſta reſpectu fructuum perceptorum ex re meliorata poſt litis conteſtationem, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 29. *Junii* 1610. inter Domnam Annam Sanz, & Michaelem Angelum Paſqual.

51 Si rei melioratæ poſſeſſor condemnatus fuerit, non ſolum ad rem reſtituendam, ſed ad fructus ex re perceptos, debent poſſeſſori adjudicari, non ſolum meliorationes rei, ſed etiam fructus, & intereſſe meliorationum. Xammar. *rerum judicat. definit.* 1. *num.* 16. Triſtany *deciſ.* 19. *num.* 25. Si verò poſſeſſor non cõdemnetur ad fructus rei reſtituendos, conſequi non poterit intereſſe, aut fructus meliorationum, quia hæc uſura non eſt lucrativa, ſed ſolum compenſativa, & habet eam creditor poſsidens, uſque ad quantitatem fructuum ex re perceptorum, & non ultra Xammar. *dict. definit.* 1. *à n.* 1. *uſque ad* 16. Triſtany *dict. deciſ.* 19. *n.* 25. Et ita venit intelligenda ſententia Senatus per Alreus, *die* 24. *Novembris* 1624. inter Don Ceſ-



Ceſſarem Tallada, & Egregium Comitem del Caſtellar, ubi fructuum meliorationis non fuit habita conſideratio. Unde compenſatio fructuum pignoris, ipſo jure facienda erit cum intereſſe crediti meliorationis, & ſi fructus excedant crediti intereſſe, illud quod ſupererit in extinctionem principalis ſortis cedet, diminutoque credito, ſequenti anno diminutum etiam erit crediti intereſſe, & hoc modo ſingulis annis facienda veniet hæc computatio, juxta doctrinam Fontanell. *deciſ.* 208. 209. & 210. *tom.* 1. & *deciſ.* 465. *n.* 2. Merlin. *poſt tractat. de pignorib. deciſ.* 74. *num.* 20. *cum ſequent.* Xammar *dict. definit.* 1. *num.* 27. & *definit.* 62. *num.* 1. & 3. Capyc. Latr. *deciſ.* 25. *num.* 15. ubi Manfrell. *in obſervat.* Et ita refert deciſum à ſuo Senatu, Triſtany *dict. deciſ.* 19. *num.* 25. Quod intellige de fructibus perceptis, conſiderata re in illo ſtatu quem habebat antea quam melioraretur, nam fructus correſpondentes melioramentis, & percepti ex melioramentis, non debent compenſari cum ipſis melioramentis, ut docent Mangil. *de ſubhaſtat. quæſt.* 98. Garcia *de expenſ. & meliorat. cap.* 23. *num.* 52. & 55. Anton. Gobius *conſultat.* 98. *n.* 32.

52 El que mejorò el predio urbano, ò ruſti-
,, co, vencido en el juicio de propriedad, ò
,, en otro, y pueſto en la obligacion de reſti-
,, tuirle, aunque ſea paſſada la ſentencia en
,, coſa juzgada, y en la miſma execucion de
,, la ſentencia, puede pedir ſe le dè la reten-
,, cion de la caſa, ò campo mejorado haſta
,, que ſe le pague por entero el valor de las
,, mejoras, para lo qual ſe propone libello, y
,, ſe narra las mejoras hechas, preſentando el
,, decreto de obras, ſi le huviere, ò probando
,, con otra prueva juridica, las mejoras, y el
,, valor, y eſtimacion de aquellas, à viſta de
,, las quales, y de que fueron neceſſarias, ò
,, utiles, ſe concede la retencion, y en eſte
,, caſo ſe propondrà el libello en eſta
,, forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Suplicant com millor pot, diu, que en 2. de Març del any 1686. comprà una caſa ſituada, &c. de F. T. per preu de T. y eſtant poſſehint la dita caſa, ab juſt titol, y bona fe, li cayguè tota una paret meſtra, y part de una cuberta, quedant inhabitable dita caſa, y en la contingencia, y perill de acabarſe de aſolar; per raho de lo qual li fonch precis el aver de acudir à remediar eſte dany, obrant, y reparant dita caſa, ſegons tot ho feu ab decret del Juſticia en les cauſes civils de la preſent Ciutat, de que fà preſentaciò ſi et in quantum, expendint en dita obra la cantitat de 350. lliur. ſegons conſta per les Apoques continuades al peu de dit decret preſentat; è com à inſtancia de F. T. ſe hacha paſſat à poſar demanda de reivindicaciò contra el Suplicant per dita caſa, y haventſe obtès diferents ſentencies ſe eſtiguen eixecutant, y fentſeli els preceptes al Suplicant pera que deixe vacua, y expedita la poſſeſsiò de dita caſa; y ſegons diſpoſicions de juſticia, li competixca la retenciò en la poſſeſsiò de la ſobredita caſa, haſta que ſe li hachen pagat les dites 350. lliur. de les millores que preciſa, y neceſſariament, y ab bona fè paſsà à fer en dita caſa.

Per tant, & alias omni meliori modo, &c. Et utendo remedio quo magis expediat ſuplica, es mane declarar que ſe li deu donar, y concedir al ſuplicant la retenciò de la poſſeſsiò de la caſa ſobredita, y que li competeix de juſticia aquella, per raho de les millores ſobredites que tè fetes, haſta que ab tot efecte ſe li hacha ſatisfet, y pagat la ſobredita cantitat de 350. lliur. que importa lo valor de aquelles, y menys que eſtant pagat ab integro de dita cantitat, no deu de juſticia deixar la poſſeſsiò de la ſobredita caſa que huy tè; Y que la preſent es mane evocar à eſta R. A. y cometre al Noble F. T. D. D. R. C. Ohydor que es de dita cauſa, qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die* 4. *Februarii* 1688.
*Intimetur.*
F. T.

Nunc quod de compenſatione inducenda
53 ipſo jure ſermonem inſtitui, non pudet adnotare, quod etſi regulariter compenſatio ipſo jure non inducatur, ſed neceſſarium ſit, quod ab homine opponatur, ut intret, & habeat locum, *l. quod labeo, ff. de compenſationib. l. compenſationes, Cod. de compenſationib.* Sebaſtian. Medic. *de compenſat.* 1. *part. quæſt.* 21. Surd. *deciſ.*

deciſ. 117. n. 1. cum ſequent. Anton. Faber
in ſuo Cod. tit. de compenſat. definit. 4. Caſtil.
controverſiar. lib. 4. cap. 40. n. 110. Gay-
to de credito cap. 4. quæſt. 7. ex n. 358. Tin-
dar. de compenſat. art c.6. Scacc. de comerciis,
§. 2. gloſſ. 5. n. 432. Salgad. in labyrint. part.
2. cap. 28. n. 21. Andreol. controverſ. 219.
n. 7. & 8. Stayban. reſolut. 80. n. 7. Dun-
nozzet. deciſ. 291. n. 4. Anton. Gobius con-
54 ſultat. 130. n. 3. Et ſufficiat ad compen-
ſationem, quod debeatur creditum obliga-
tione ſolum naturali, ut Senatus judicavit
ſententia per Ferrera, die 7. Decembris 1669.
in favorem Domnæ Mariæ Sanz de Alboy, &
contra Doctorem Joannem Baptiſtam Almã-
ſa certo adminiſtratorio nomine. Niſi credi-
55 tum fuerit pro expenſis in lite factis, nam
non admittit compenſationem, niſi oppona-
tur virtute crediti pro expenſis litis compe-
tentis, ut judicavit Senatus, Sententia per
Benavides pro Saboya, die 15. Novembris
1687. in favorem Nicandri Aſsiò Generoſi,
& litis conſortium, & contra Egregium Co-
mitem de la Alcudia. Tamen ad impedien-
56 dum curſum uſurarum, ipſo jure, & abſque
miniſterio hominis inducitur compenſatio, l.
4. 5. & 11. ff. de compenſat. l. ſi conſtat 4.
l. etiam, Cod. eod. l. ejus, Cod. de ſolutionib.
Trentacinc. variar. lib. 3. tit. de compenſat.
cap. 1. n. 24. Rota Genuenſ. deciſ. 34. n.
8. Sebaſtian. Medic. de compenſat. part. 1. quæſt.
50. n. 8. Coſta de ratione ratæ, quæſt. 61.
n. 1. & de retrotract. cap. 9. caſu 4. n.
13. Cardoſ. in prax. judic. verb. compenſa-
tio, n. 5. Graſsis de exceptionib. except. 16.
n. 12. cum ſequentib. Barboſ. ad text. in l.
ſi conſtat 4. Cod. de compenſat. n. 21. Ho-
diern. ad Surd. deciſ. 117. n. 7. Caſtill.
dict. cap. 4. n. 112. Salgad. dict. cap. 18.
n. 26. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6.
gloſſ. 2. part. 6. n. 60. & deciſ. 206. n.
8. part. 1. Leotard. de uſuris, quæſt. 84. n.
9. Theodor. allegat. 69. n. 6. Bich. de-
ciſ. 415. n. 9. Carol. Anton. de Luca in
animadverſion. ad Gratian. cap. 356. n. 19. Ita
Senatus judicavit ſententia per Saboya, die 7.
Aprilis 1671. in favorem Bartholomæi Ferrer,
& contra Vincentium Funes. Idem procedit
57 omni in caſu quo damnum, & præjuditium
inferri poterat debitori, quia abſque hominis
miniſterio compenſatio inducitur ipſo jure
Scacc. de comerciis, §. 2. gloſſ. 5. à n. 436.
Carleval. de judiciis, tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſ-
put. 27. n. 4. Gayto de credito, quæſt. 7. n.
358. Niger de exceptionib. cap. 13. §. 13. n.
11. Hodiern. ad Surd. deciſ. 117. n. 6.
Capic. Latr. deciſ. 25. n. 22. Urceol. con-
ſultat. 61. n. 29. Cardinal. de Luca de de-
bito, diſcurſ. 46. n. 15. Anton. Gobius
conſultat. 130. n. 14.

Hiis animadverſis, dubitatum vidi in Sena-
tu, an induceretur ipſo jure compenſatio cum 58
cenſus proprietate ad impendiendum curſum
penſionum, & uſurarum cenſus: videbatur
enim inductam compenſationem per regulas
ſupradictas, pro ut ipſe Senatus judicavit ſen-
tentia per Saboya, die 7. Aprilis 1671. in fa-
vorem Bartholomæi Ferrer, & contra Vincẽ-
tium Funès, & ſequitur Duard. de cenſib. tom.
1. quæſt. 21. §. 3. & per tot. Sed rectius judi-
catum extitit, compenſationem non potuiſſe
ipſo jure induci reſpectu proprietatis cenſus,
referente Sapientiſsimo Senatore Franciſco
Ortin, & Luqui Generoſo R.C.D. ſententia
per Ferrera, die 14. Auguſti 1686. in favorem
Illuſtris Marchionis de Boil, & Nicandri Aſsiò
& Boil Generoſi, & contra Egregium Comi-
tem de la Alcudia, Actuario Monſonis. Et do-
cent interminis, Molina de juſtit. & jure, tom.
2. de contract. diſput. 560. n. 3. & diſput.
394. n. 7. Bocacc. de cenſib. part. 2. n. 56.
Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 4. cap. unic.
n. 13. Avendaño de cenſib. cap. 102. n. 8.
Rebell. de obligationib. juſtit. lib. 10. quæſt.
6. n. 22. Navarr. poſt commentar. de uſuris,
quæſt. 40. n. 125. Rodrig. de annuis red-
ditib. lib. 2. quæſt. 18. per tot. Salgad. in la-
byrint. part. 2. cap. 28. n. 27. Cencius de
cenſib. quæſt. 88. n. 6. & quæſt. 108. n. 4.
Caſtill. controverſiar. lib. 4. cap. 40. n. 115.
Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 18.
part. 5. n. 13. Giurb. deciſ. 85. Amato re-
ſolut. 42. n. 21. Gibalin. de uſuris, tom. 2.
lib. 4. cap. 6. artic. 25. n. 4. Bich. deciſ.
415. n. 9. & 10. Quod juris eleganti ra-
tione probatur, nam compenſatio petit cre-
ditum exigibile pro utraque parte, l. 1. ff. de
compenſat. l. 7. ff. eod. l. ſi conſtat 4. C. eod.
Gonzalez Tellez ad text. in cap. 2. de depoſi-
to, n. 10. Et reſpectu proprietatis cenſus
nequit creditum conſiderari exigibile, cum à
debitore cenſus invito, nequeat extorquæri
proprietas cenſus, Felician. de cenſib. lib. 1.
cap. 10. n. 18. Cencius de cenſib. quæſt. 60.
n. 1. Leotard. de uſuris, quæſt. 68. n. 1.
cum ſequent. Duard. de cenſib. §. 5. quæſt.
42. n. 9. & §. 6. quæſt. 15. n. 19. Giba-
lin. de uſuris, lib. 4. cap. 6. artic. 27. con-
ſect. 3. n. 7. Et hoc ipſum in effectu decla-
ravit Senatus, referente Eruditiſsimo Sena-
tore Donato Sanchez del Caſtellar R. C. D.
ſententia per Ferrera, die 22. Martii 1687.
in favorem Cleri Santi Salvatoris, & Sancti
Stephani noſtræ Urbis, & contra Don Fran-
ciſcum Martinez de Vera Dominium oppidi
de Buſot. Et ab hac ſententia nõ debemus re-
cedere, quia juri magis conſona eſt. Neque
faciet conſideratio illa quod ſi ſolvantur do- 59
mino cenſus redditus indebitè, aut in majori
ſumma ſolvantur, quam verè debentur, extin-
gui-



guitur cenſus ſors in tantundem penſionum
indebitè exactarum media compenſatione
ipſo jure inducta, ut uſurarum curſus impe-
diatur, l. eos, Cod. de uſuris, l. ſi non ſortem,
26. in princip. ff. de condict. indebiti, Docent
Fontanell. deciſ. 208. Capyc. Latr. deciſ. 25.
à n. 39. Menoch. conſ. 445. n. 21. Ca-
ſtill. deciſ. 61. n. 21. & deciſ. 99. Giurb.
deciſ. 85. n. 25. Maſtrill. de cenſib. quæſt.
10. n. 10. Amato reſolut. 42. n. 21. Mer-
lin. de pignorib. lib. 5. quæſt. 45. n. 80. Olea
de ceſſ. jur. tit. 6. q. 10. n. 37. Nam et ſi juxta
opinionẽ iſtam nõ ſemel judicaverit Senatus,
ut ſententia per Benavides, die 5. Septembris
1656. inter Don Joannem Siſternes, & Joa-
chimum Ribera, & alia per Saboya, die 17.
Februarii 1674. inter Monaſterium de Porta-
Cœli, & Villam de Aſp, tamen ſalva reveren-
tia Senatui debita, contrarium de jure verius
videtur, & non poſſe ſortem cenſus extingui
per exactionem redditus indebiti, probant, &
defendunt Rodriguez de annuis redditib. lib.
1. quæſt. 7. n. 39. Amato ubi proxim.
60 Ex adverſo autem ſi dominus cenſus mino-
rem redditum quotannis exegerit, quam ei
debetur, non cenſetur remittere partem non
exactam, neque intelligitur ſe conformaſſe,
aut conveniſſe cum tranſactione ab aliis cre-
ditoribus cum debitore cenſus facta de non
exigendo majori redditu annuatim, quam
exacto à cenſus domino; imo datur ei actio
ad exactionem reſidui redditus non exacti,
Franchis deciſ. 200. n. 21. Machuca deciſ.
27. n. 49. Valeron de tranſactionib. tit. 6.
quæſt. 3. n. 25. Triſtany deciſ. 19. n. 69.
Et in terminis judicavit Senatus ſententia per
Benavides, pro Ferrera, die 22. Junii 1686. in
favorem M. Franciſsi Valero Generoſi R.C.
D. & Domnę Sebaſtianę Ruiz de Corella, cõ-
jugum, & contra Electos Creditorum Villæ
Novę de Caſtellò. Quod intellige. quando
conventio, aut tranſactio ſolvendi minorem
redditum, impugnata ante exactionem fuit
ab exigente, aut quando iſtæ in exactione
proteſtatur de non conveniendo in tranſa-
ctis, ſed de repetendo quod minus exigit,
nam ſi cum notitia tranſactionis, & conven-
tionis in ea contentæ, minor exigeretur red-
ditus, juxta conventum in tranſactione, non
haberet creditor recuperationem partis red-
ditus non exacte, ſed deberet tranſactioni
ſtare, Gallerat. de renuntiat. tom. 1. lib. 5.
cap. 6. n. 27. Valeron dict. tit. 6. quæſt.
3. n. 25. Triſtany deciſ. 19. n. 69. Ma-
chuca deciſ. 27. n. 50. & 52. Qua de cau-
ſa, cum Syndici Eccleſiæ Parroquialis Villæ
de Lucena, exigerent penſiones cenſus à Vil-
la de Maſcarell ad minorem redditum, & jux-
ta conventionem, & concordiam à dicta Vil-
la cum creditoribus ſuis initiam, abſque pro-
teſtatione ulla, vel præambula tranſactionis
impugnatione, cum Syndicus dicti Cleri po-
ſtea executionem ſuſciperet contra dictam
Villam pro illa parte penſionum cenſus non
exacta, judicavit Senatus, executionem non
procedere, quia exigendo Clerus juxta con-
cordiam abſque proteſtatione, approbavit
illam, & deinceps jam non potuit alium red-
ditum exigere, quam conventum, ut ſenten-
tia per Benavides, die 12. Julii 1681. in
favorem dictæ Villæ, & contra dictum Cle-
rum, referente Nobili Senatore Don Dida-
co Deſcals, & Salcedo R.C.D.
Sed an compenſatio fieri poſsit à debitore 61
ſimulque creditore in præjudicium anterio-
ris creditoris hypothecarii dubitari poteſt,
quia pro affirmativa facit doctrina Capyc.
Latr. deciſ. 25. n. 27. cum ſequent. lib. 1.
Et magis facit, quod ita judicavit Senatus,
ſententia per Ferrera pro Saboya, die 18. Ju-
nii 1678. in favorem Bartholomæi Garcia mi-
litis, & contra Victorem de Salafranca No-
tarium Curatorem Thereſiæ Eſtibales. Sed
certius eſt non poſſe procedere compenſa-
tionem in præjudicium creditoris anterioris
hypothecarii, Franchis deciſ. 53. à n. 10.
Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 11. n. 18.
& part. 2. cap. 3. n. 33. cum ſequent. & cap.
28. à n. 25. Andreol. controverſ. 219. n.
2. cum ſequent. Gratian. diſcept. 948. n.
1. Gayto de credito, cap. 4. quæſt. 7. n. 359.
Amato reſolut. 17. n. 1. cum ſequent. D.
Creſpì obſervat. 116. n. 94. & 95. Urceol.
conſultat. forenſ. tom. 2. cap. 61. n. 19. &
conſultat. 89. n. 21. Cardinal. de Luca
de credito, diſcurſ. 47. n. 6. Anton. Go-
bius conſultat. 130. n. 8. Et juxta hanc ſen-
tentiam judicavit Senatus, ſententia per Sa-
boya, die 26. Aprilis 1679. referente M. Lu-
dovico Paſtor, & Bertran R. C. D. inter ſu-
pradictas partes, qua extitit revocata ſupra-
dicta ſententia, diei 18. Junii in alia aula
lata.
Quando el Reo convenido, y condemna- 62
„ do à pagar alguna cantidad tiene credito
„ liquido contra el actor, puede oponer la
„ compenſacion de creditos en la execucion,
„ aſsi de hecho, como de drecho, y en qual-
„ quiera parte del juizio, como ſea antes de
„ la paga, y ſe ſuſpende el curſo de la execu-
„ cion, y cobranza, haſta que ſe termine el ar-
„ ticulo de la compenſacion. La forma de
„ oponer eſta compenſacion en la praxi, es
„ proponer ſu libello en donde ſe narra, co-
„ mo concurre credito liquido en la penſona
„ de el Reo contra el Actor en T. cantidad
„ equivalente à la que ſe pide, exhibir los inſ-
„ trumentos en prueba del credito, y cõcluir
„ pidiendo ſe declare queda compenſado, y
„ pagado por via de la compenſacion el
cre-

„credito del Actor con el credito que el „Reo tiene, en eſta forma:

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. ſuplicant com millor pot, diu, que à inſtancia de S. T. ſe deſpachà en temps proppaſat manament eixecutori contra el ſuplicant per cantitat de 150. lliur. pencions diſcorregudes de un cenſal de proprietat de 500. lliur. y annua penciò de 600. ſous, y en apres ab Real Sentencia publicada, &c. Se ha declarat valer, y tenir lo ſobredit eixecutori, y en virtut de dita Real Sentencia ſe ha paſſat à deſpachar la cort de capllevador contra el dit ſuplicant; E com lo dit F. T. li eſtiga devent al ſuplicant la cantitat de 250. lliur. que ab acte rebut per T. Notari en T. de T. mes, de que fa preſentaciò ſi et in quantum, li cōfeſsà deure de preu de mercaderia, y promete pagar en lo dia de Sent Joan proppaſat. y tenint com tè lo dit Suplicant eſte credit lliquit contra el dit F.T. en machor cantitat, que la que aquell te de credit, proceheix de juſticia la compenſaciò.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Et utendo remedio quo magis expediat, y oppoſant, com oppoſa la excepciò de compenſaciò en aquella manera, y forma que millor de dret ſe deu oppoſar, ſuplica es mane declarar, deure compenſarſe, eo quedar compenſat lo credit ſobredit de 150. lliur. pencions de dit cenſal, per que lo dit F.T. eixecuta, en altra tanta part de credit del que lo ſuplicant te contra aquell, y que en virtut de eſta compenſaciò, queda ſatisfet, y pagat lo credit ſobredit, de tal manera que al dit F. T. no li queda ni competeix acciò alguna contra el ſuplicant, y que la preſent es mane evocar à eſta R.A. y cometre al Noble F.T.D.D.R.C. Ohidor que es de dita cauſa, qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die 6. Februarii* 1688.
*Intimetur.*
F. T.

63 Et ut pauca omitamus, redeundo ad inſtitutum retentionis, non eſt ignorandum, quod retentio rei non debet ſolum dari pro melioramentis, & expenſis, ſed etiam debet dari, ſi reus conventus poſsidens, hypothecam habuerit pro aliquo credito ſibi debito in bonis agentis reivindicatione, aut alia actione, nam in jure certum eſt, quod propter creditum hypothecarium, nunc ſit hypotheca tacita, nunc expreſſa, nunc ſit generalis, nunc ſpecialis, debet retentio concedi poſſeſſori rei hypothecatæ, donec, & quouſque creditum ei fuerit ſolutum, *l. final. Cod. de commodato*, *l. ſi non inducta* 5. *Cod. in quibus cauſis pignus tacitè contrahatur*, *l. Julianus* 11. *§. offerri*, *ff. de actionibus empti*, *l. hæreditatis* 22. *ff. de hæredit. vel actione vendit.* Bald. *in dict. l.* 5. ubi communiter DD. Corneus *conſ.* 62. *n.* 27. *col.* 8. *lib.* 3. Neguzan. *de pignorib. part.* 5. *membr.* 4. *n.* 1. Surd. *deciſ.* 45. *n.* 13. *cum ſequent.* Ludovic. *deciſ.* 37. *n.* 17. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 4. *cap.* 1. *n.* 223. Caſtrenſ. *conſ.* 93. *col. penultim. lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 356. *n.* 27. Fontanell. *tom.* 2. *deciſ.* 545. *n.* 9. & 10. Cavaler. *deciſ.* 607. *num.* 1. *cum ſequent.* Cencius *poſt tract. de cenſib. deciſ.* 498. *n.* 7. Amato *variar. part.* 1. *reſolut.* 44. *n.* 16. *cum ſequent.* Olea *de ceſsion. jurium*, *tit.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 28. & 29. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 188. *per tot.* Et quod retentio detur propter hypothecam, judicavit Senatus ſententia per Aureus, *die* 5. *Junii* 1625. inter Mucium Paravezino, & Joannem Joſephum Paravezino, & alia per Berbegal, *die* 18. *Julii* 1608. inter Joannem Gongora, & Hieronymum Monſalvà.

64 Retentione autem ſemel data rei propter creditum hypothecarium, poterit pro credito chyrographario continuari, ſi creditum hypothecarium fuerit ſolutum creditori retinenti, *l. unic. Cod. etiam ob chyrographariam pecuniam*, Neguzan. *de pignorib. part.* 5. *membr.* 4. *n.* 2. Barboſ. *in l. divortio*, §. *interdum*, *n.* 2. *ff. ſolut. matrim.* Surd. *deciſ.* 46. Ciriac. *controverſ.* 450. *n.* 13. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 12. Ludovic. *deciſ.* 254. *n.* 2. & 3. Gayto *de credito*, *cap.* 4. *q.* 8. *n.* 1065. Cavaler. *deciſ.* 539. *num.* 4. Capic. Latr. *deciſ.* 13. *n.* 12. Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 8. *tit.* 16. *definit.* 2. & 3. Olea *de ceſsion. jurium*, *tit.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 28. Rota apud Zachiam *deciſ.* 130. *n.* 6. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 4. *quæſt.* 188. *à n.* 3.





*uſque ad* 9. Mangil. *de ſubhaſtat. quæſt.* 53. *n.* 5. Gratian. *diſcept.* 174. *num.* 18. Poſthius *de ſubhaſtat. inſpect.* 17. *n.* 215. Fontanell. *deciſ.* 208. *n.* 18. & *deciſ.* 545. *n.* 4. & *de pact. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 3. *n.* 16. & *part.* 6. *n.* 47. & *part.* 7. *n.* 2. & 3. Rota *recentiſsim. deciſ.* 435. *per tot. part.* 14. Andreol. *controverſ.* 269. *n.* 15. Bonden. *colluctat. legal.* 37. *n.* 20. *cum ſequent.* Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 89. *n.* 20. Triſtany *deciſ.* 30. *n.* 27.

65 Debent omni in caſu duo concurrere, ut poſsit retentio dari. Primum, quod petens retentionem poſsideat rem quam intendit retinere, non enim poteſt dari retentio rei quæ non poſsidetur, *l. ſi in area* 33. *ff. de condic. indebiti*, *l. in hoc judicio* 14. §. 1. *ff. communi dividund.* *l. hæres* 21. *ff. ad S. C. Trebelian.* *l. ſi neceſſarius* 8. *ff. de pignoratitia actione*, *l. ſi colonus*, *in fin. ff. de vi, & vi armata*, *l. ſi quis rem*, *in fin. ff. de adquirend. poſſeſſione*, *l. creditores*, §. *final. ff. de furtis*, *gloſſ. in l. poſt emancipationem* 38. §. *ſeyam*, *verb. fideicommiſſum*, *ff. de legat.* 3. Thuſc. *practicar. tom.* 7. *lit. R. concluſ.* 306. *n.* 7. Valenzuel. *conſ.* 51. *n.* 287. Poſthius *poſt tractat. deciſ.* 140. *n.* 10. Fontanell. *deciſ.* 48. *n.* 27. Ramon. *conſ.* 47. *n.* 34. Et quod non niſi poſsidenti debeat concedi retentio rei, declaravit Senatus, ſententia per Daza, *die* 6. *Novemb.* 1615. inter D. Joannem Perpiñà, & Domnam Hieronymam, & Don Chriſtophorum Vallterra, & alia per Ferrera, *die* 5. *Martii* 1653. in favorem Illuſtris Marchionis de Benavites, & contra Don Petrum de Balda. Secundum eſt, quod creditum, pro quo retentio petitur, ſit liquidum, & certum; pro credito enim dubio, & illiquido, non debet dari retentio rei, *l. ſi non ſortem*, §. *ſi certum*, *ff. de condictione indebiti*, *l. unic. Cod. etiam ob chyrograph.* Barboſ. *in d. l. divortio*, §. *interdum*, *n.* 4. Surd. *deciſ.* 186. *n.* 6. Serafin. *deciſ.* 1455. *n.* 4. Burat. *deciſ.* 160. *n.* 14. Cencius *poſt tract. de cenſib. deciſ.* 498. *n.* 15. Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 47. *n.* 7. Gregor. XV. *deciſ.* 254. *n.* 3. Cyriac. *controverſ.* 180. *n.* 39. Rota apud Zachiam *de cameral. obligat. deciſ.* 130. *n.* 8. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 4. *quæſt.* 188. *n.* 18. & 19. Rota *deciſ.* 433. *n.* 3. *part.* 2. *recentiſsimar.* & *part.* 9. *tom.* 1. *deciſ.* 141. *n.* 29. & *deciſ.* 346. *n.* 31. Rubeus *in adnotat. ad deciſion.* 81. *n.* 52. *part.* 8. *recentiſsimar.* Otthobon. *deciſ.* 178. *n.* 11. & *deciſ.* 180. *n.* 17. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 7. *n.* 11. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 6. *n.* 57. & 58. Andreol. *controverſ.* 645. & *controverſ.* 187. *n.* 9. & *controverſ.* 286. *n.* 72. Merlin. *deciſ.* 766. *n.* 16. *tom.* 2. Redenaſch. *conſ.* 94. *n.* 38. Ciroch. *diſcept.* 77. *n.* 47. Cardinal. Celſus *deciſ.* 203. *n.* 13. & *deciſ.* 270. *n.* 10. Bonden. *colluct.* 8. *n.* 9. & 11. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 89. *n.* 20. Triſtany *deciſ.* 30. *num.* 36. Et nihil intereſt ad retentionis conceſsionem quod creditum fuerit modicum, & res magni valoris, quia pro credito exiguo, debet retentio rei magni valoris concedi, *l. quamdiu*, *Cod. de diſtract. pignor.* *l. creditoris*, *ff. eod.* *l. moſchis*, *ubi gloſſ. ff. de jure fiſci*, Mantic. *deciſ.* 43. *n.* 3. & *deciſ.* 69. *num.* 3. Cencius *de cenſib. quæſt.* 98. *n.* 45.

66 Privilegium illud tacitæ hypothecæ cum prælatione, quod melioraus, vel conſervans rem, in re meliorata adipiſcitur, adquirit etiā mutuans pecuniam ad reparationem ædificii, Navis, aut conſervationem alicujus rei; indubitanter enim pro recuperatione pecuniæ mutuatæ præfertur in illa re creditoribus anterioribus etiam expreſſam hypothecam habentibus, *l. licet*, *Cod. qui potiores*, *l. ſi ventri* §. 1. *ff. de privileg. creditor.* *l. interdum*, *cum l. ſequent. ff. qui potiores*, *l. creditorum*, *ff. ſi certū petatur. for.* 23. *rub. de pignorib.* ibi: *En aquelles coſſes, en que lurs diners, ò lur haver hauran preſtat.* Neguzan. *de pignorib.* 2. *membr. part.* 5. *ex n.* 15. Meyrer *de privileg. creditor. lib.* 2. *tit.* 9. & 10. Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 2. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 9. Gutierr. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 38. Cevall. *quæſt.* 744. *n.* 9. Rodrig. *de concurſ. creditor. part.* 1. *artic.* 7. *per tot.* Amato *variar. reſolut.* 3. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 8. *per tot.* & *de aliment. lib.* 8. *cap.* 36. §. 3. *n.* 14. Noguerol. *allegat.* 11. *n.* 82. & 83. Ripoll. *variar. cap.* 14. *n.* 399. Ciriac. *controverſ.* 488. *n.* 24. Boſsius *de dote*, *tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 73. & 74. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 93. & 94. Donadeus *de renuntiat. cap.* 27. *n.* 29. Bucafer *conſ.* 92. *n.* 39. Larrea *deciſ.* 85. *n.* 7. Stayban junior *reſolut.* 81. *n.* 16. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *limitat.* 3. Zachias *de ſalario*, *quæſt.* 99. Calvin. *de æquitat. cap.* 93. Pacion. *de locat. cap.* 41. Bonden. *colluctat.* 20. *n.* 22. Merend. *controverſiar. lib.* 2. *cap.* 3. & *lib.* 5. *cap.* 43. Giurb. *obſervat.* 93. *n.* 20. *cum ſequent.* Koppen. *deciſ.* 28. Marin. *lib.* 1. *cap.* 260. *n.* 12. Stayban. *de intereſſe*, *lib.* 2. *tit.* 11. *quæſt. unic. n.* 41. Eſcalon. *lib.* 1. *gazophilat. cap.* 9. *n.* 2. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 207. *n.* 10. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 105. Cardinal. de Luca *de dote*, *diſcurſ.* 159. *ſub n.* 82. & *de credit. diſcurſ.* 15. *n.* 3. & *diſcurſ.* 24. *n.* 12. Caſtejon *in alphabet. verb. hypotheca*, *n.* 30. Carol. Rota *de privileg. mulierum*, *cap.* 3. *ſpecial.* 4. *n.* 66. Quod procedit, etiam ſi ſub uſuris pecunia

fuerit data ad reparandam, vel conſervandam rem, Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 7. *n.* 66. Caſtill. *deciſ.* 17. *num.* 46. & *deciſ.* 204. *n.* 10. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 73. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 83. Pignatel. *controverſ.* 16. *num.* 2. Bonden. *colluctat.* 20. *n.* 25. Idem erit dicendum, ſi mutuata fuerit pecunia ad emē-
67 dam aliquam rem, nam in re ex mutuata pecunia empta, habebit creditor mutuans privilegium hypothecæ cum prælatione cujuſlibet creditoris hypothecarii anterioris, *l. licet, Cod. qui potiores*, ibi: *Licet iiſdem pignoribus multis creditoribus, diverſis temporibus datis, priores habeantur potiores, tamen eum cujus pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori eſſe ſpecialiter obligatum, ſtatim convenit omnibus ante ferri, juris auctoritate declaratur*, D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 175. *n.* 1. Rodrig. *de redditib. lib.* 2. *quæſt.* 20. *ſub n.* 6. Gratian. *diſcept.* 670. *num.* 2. Valenzuel. *conſ.* 56. *n.* 36. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *n.* 73. *vol.* 2. Noguerol. *allegat.* 11. *n.* 76. Marta Medic. *deciſ.* 19. *exam.* 11. Caſtill. *deciſ.* 10. *n.* 4. Amato *dict. reſolut.* 3. *num.* 49. & 50. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 5. *per tot.* Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 112. Giurb. *obſervat.* 93. & 94. Boſsius *de dote, dict. tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 74. Niger. *de exceptionib. cap.* 7. *n.* 27. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.* 5. *ex n.* 13. Andreol. *controverſ.* 50. *per tot. controverſ.* 125. *n.* 3. & *controverſ.* 182. *num.* 2. Et quod creditor, ex cujus pecuniis res empta fuit, omnibus præferatur creditoribus, declaravit Senatus ſententia per Aireus, *die* 14. *Maii* 1612. inter Sperantiam Peris, & de Eſpinoſa, & Joannem Baptiſtam Bandrès.

68 An autem mutuans ad emendam rem adquirat hypothecam, cum prælatione, abſque reſervatione ſpecialis hypothecæ, in re empta tempore mutuatæ pecuniæ, poteſt in dubium poni, quia mutuans pecuniam ad refectionem, vel reparationem navis, aut prædii, adquirit in navi, aut prædio, ſua pecunia refecto, & conſervato, hanc tacitam hypothecam cum prælatione, etiam ſi reſervata, aut conſtituta non fuerit ſpecialis hypotheca, *l.* 5. & 6. *ff. qui potiores, l. ſi ventri*, §. 1. *ff. de privileg. creditor. authentic. de æqualitat. dotis*, §. *his conſequenſ. collat.* 7. *for.* 23. *rubr. de pignorib.* & eſt ab omnibus admiſſum, Boſsius *de dote, dict. cap.* 18. *n.* 74. Merlin. Acoſta, Salgad. Amato, Rodrig. & alii, locis ſupra citatis, Cardinal. de Luca *de credito. diſcurſ.* 15. *n.* 3. Et quod mutuans ad reficiendam majoratus domū præferatur in exactione expenſi omnibus creditoribus, & adhuc ipſi ſucceſſori, declaravit Senatus ſentētia per Alreus, *die* 3. *Septembris* 1633. inter D. Franciſcum Hieronymum Jover, & creditores Sebaſtiani Bonaſtre: Ergo eodem modo mu- 69
tuans ad emendam domum, vel prædium, debet adquirere hanc ſpecialem hypothecam cum prælatione, etiam ſi expreſsè reſervata, vel conſtituta non fuerit, nam idem de caſu mutuandi ad emendum, quam ad reficiendum diſpoſitum extat, *in dict. authent. de æqualit. dotis*, §. *is conſequens, collat.* 7. ibi: *Quale eſt, quando aliquis propriis pecuniis procuraverit navem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forſan ædificare, aut etiam emere agrum, aut aliquid horum, in hiis enim omnibus priores exiſtunt poſteriores creditores, quorum pecuniis empta, aut renovata res eſt iis, qui etiam multò antiquiores ſunt.* Et hanc tuentur ſententiam, *gloſſ. in authent. quo jure, Cod. qui potiores*, Bald. Angelus, & alii adducti à Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. Cevall. *quæſt.* 744. *n.* 3. Boſsius *de dote, dict. cap.* 18. *n.* 74. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 22.

Sed iis non obſtantibus contrarium verius
eſt, & expreſsè probatur, ex text. *in l. licet,* 70
*Cod. qui potiores*, ubi mutuans ad emendam rem, ut habeat tacitam hypothecam cum prælatione in re empta ex pecunia mutuata, debet ſibi expreſsè reſervare hypothecam in ipſa re, ibi: *Quod ei pignori eſſe ſpecialitèr obligatum ſtatim convenit.* Probatur etiam, ex text. *in l. quamvis* 10. *Cod. de pignorib.* ibi: *Quamvis ea pecunia, quam à te mutuo frater tuus accepit comparaverit prædium, tamen niſi ſpecialitèr, vel generaliter hoc tibi obligaverit, tuæ pecuniæ numeratio in cauſam pignoris non deduxit. Sanè perſonali actione debitum apud præſidem petere non prohiberis.* Facit etiā
quod et ſi pecunia mutuata cōverſa fuerit in 71
pretium rei emptæ, nulla datur prælatio, adhuc domino rem vendenti habita fide de pretio, pro exactione pretii, niſi in limine contractus reſervaverit ſibi ſpecialem hypothecam in ipſa re vendita, *l. quamvis, ff. de in rem verſo, l.* 1. *in fin. ff. de rebus eorum, gloſſ. in l. Julianus*, §. *offerri. ff. de actionib. empti*, Neguzan. *de pignorib. part.* 5. *membr.* 2. *n.* 18. Grivel. *deciſ. dolan.* 56. *n.* 4. Gratian. *diſceptat.* 616. *ex n.* 4. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 43. Surd. *deciſ.* 56. *num.* 5. & *per tot.* ubi Hodiern. *n.* 4. & 5. Cyriac. *tom.* 3. *controverſ.* 359. *n.* 1. *cum ſequentib.* & 325. & 463. *n.* 12. Bardell. *conſ.* 180. *n.* 1. & 2. Laurent. *deciſ. Avinionenſ.* 96. *n.* 1. *cum ſequent.* Gayto *de credito, cap.* 4. *quæſt.* 11. *n.* 1208. Noguerol. *allegat.* 11. *n.* 77. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 41. *n.* 40. Paul. Meli *obſervat.* 25. *n.* 51. Michael. Beuther. *de jure prælat. part.* 1. *cap.* 18. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28.

*de-*



*definit.* 20. *n.* 4. Ergo quamvis pecunia hæc mutuata ad emendum, pretium rei emptæ ſit, non habebit pro illius exactione mutuans prælationem, niſi fuerit reſervata hypotheca in ipſa re. Et hanc ſententiam uti veriorem defendunt, Barthol. *in dict. l. interdum.* Bald. Salizet. Zazius, Bald. Novell. & alii adduct. à Covarrub. *dict. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. Neguzan. *de pignorib. membr.* 2. *part.* 5. *n.* 3. Gaylus *lib.* 2. *obſervat.* 12. *n.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 48. *n.* 4. Stracc. *de decoctor.* §. *ultim. n.* 10. Rodrig. *de concurſ. creditor. part.* 1. *artic.* 7. *n.* 13. Gratian. *diſcept.* 670. *n.* 6. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 8. *tit.* 8. *definit.* 10. Cardinal. Thuſc. *lit. H. concluſ.* 137. *n.* 1. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 49. & 50. Giurb. *obſervat.* 93. & 94. Caſtill. *controverſiar. part.* 3. *cap.* 8. *n.* 6. Niger. *de exceptionib. cap.* 7. *n.* 27. Gayto *de credito, cap.* 4. *quæſit.* 11. *n.* 1234. Anton. Mariæ Bertol. in addit. ad Rodrig. *de concurſ. creditor. dict. part.* 1. *artic.* 7. *n.* 90. Olea *de ceſsione jurium, tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 18. *cum ſequent.* Boſsius *de dote, tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 75. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *n.* 73. Seſsè *deciſ.* 42. *ex n.* 8. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 112. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *quæſt.* 15. *n.* 21. & 64. Merend. *controverſ.* 44. *lib.* 5. & *cap.* 34. *lib.* 6. Noguerol. *dict. allegat.* 11. *n.* 76. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.* 5. *ex n.* 13. Paul. Meli *dict. obſervat.* 25. *n.* 53. & *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 56. *n.* 5. Andreol. *controverſ.* 50. *per tot.* Thomat. *deciſ.* 186. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 207. *n.* 42. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 28. *definit.* 107. *n.* 10. *cum ſequent.* Cardinal. Celſus *deciſ.* 398. *n.* 1. *cum ſequent.* Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 60. *n.* 1.

Illud quod diximus de venditione facta
72 habita fide de precio intellige, quando extrajudicialiter venditio facta fuit, nam in emptorem dominium rei venditæ transfertur, & per conſequens illius creditores anteriores hypothecarii potiores erunt in ipſa re, venditori non reſervanti pro precio hypothecam in re vendita. Aliter erit in venditione per Curiam facta, quia Curia non vendit, neque poteſt vendere habita fide de precio, & ſi hoc modo vendat, nō adquirit emptor dominium rei, aut jus aliquod in illa re, ut ſunt jura, *in l. à Divo Pio*, §. *ſed ſi emptor, ff. de re judicata*, Surd. *conſ.* 168. *n.* 14. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 6. *tit.* 4. *ſub n.* 9. Farinac. *deciſ.* 3. *n.* 1. & 2. & *deciſ.* 247. *n.* 5. Giurb. *deciſ.* 93. *n.* 1. D. Leon *in reſponſ. juris poſt deciſsion.* 173. *n.* 165. *cum ſequent.* Gratian. *diſcept.* 521. *n.* 4. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 7. *n.* 2. Mangil. *de evictionib. q.* 45. *ex n.* 16. Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 4. D. Matheu *de regim. cap.* 13. §. 4. *n.* 70. & 71. Et declaravit Senatus ſententia per Saboya pro Ferrera, *die* 22. *Octobris* 1670. in favorem Joſephi Gil Remirez Notarii curatoris Chriſtinæ Ximeno, & contra Joſephum Domingo Notarium procuratorem curatoris filiorum, & hæredum Joſephi Burguet. Imo,
ut dominium rei per curiam venditæ in 73
emptorem transferatur, debet deponere omne precium rei ab integro, quia non relevat depoſitum ſi ab integro non fiat, Carocius *de depoſito, part.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 28. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 40. Gratian. *diſcept.* 260. *n.* 17. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 38. Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 63. Adeo quod ſi in nummo, vel obolo deficeret depoſitum rei venditæ, nihil ageret emptor, *for.* 15. *rubr. de evictionib.* D. Leon *in dict. juris reſponſ. n.* 166. Carocius *de depoſito, part.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 9. Maſtrill. *deciſ.* 148. *n.* 16. & 25. Barboſ. *vot.* 80. *n.* 7. *lib.* 3. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 15. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 6. *n.* 16. & 17. noſter Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 32. *n.* 125. D. Matheu *dict. cap.* 13. §. 4. *n.* 71. Triſtany *deciſ.* 19. *n.* 63. Et ſi depoſitum precii rei per curiam venditę diminutum fuerit in denario, vel obolo, nunquam habebit adquiſitum dominium rei venditæ emptor, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 12. *Februarii* 1632. inter Aloſiam Enriquez, & de Coves, & Silviam Calbet, & alia per Ferrera, *die* 6. *Octobris* 1671. in favorem Matildis Juny, & de Riera, & litis conſortiū & contra Don Ignatium Sanz, & Vincentiam Irles. Et cum non adquiſito rei dominio, emptor non poſsit facere fructus ex re perceptos, ſuos, ſequitur, quod detecta diminutione precii rei per curiam emptæ, debebit emptor reſtituere fructus perceptos, quia domini rei ſunt, aut computare in ſortē crediti, pro quo executio, & venditio curiæ facta fuit, ut milies Senatus judicavit, & ſpecialiter in dicta ſententia, *diei* 22. *Octobris* 1670. & alia per Alreus, *die* 1. *Octobris* 1644. in favorem Jacobi Juny, & contra Domnam Ipolitam Jofre. Advertant emptores curiæ, quod in depoſito precii, ſolum poſſunt pœnes ſe retinere proprietatem cēſus ſpecialiter impoſiti in ipſa re, debitoria autem cum reſponſione intereſſe formata ex precio rei venditæ, aut alia credita pro quibus res generaliter invenitur hypothecata, retinere non poſſunt, ut Senatus dixit in dicta ſententia, *diei* 1. *Octobris* 1644. Neque ex precio rei debent pœnes ſe retinere expenſam ſcripturæ depo-

 ſi-

ſiti, quia ad emptorem expectat illam ſolvere,& ſi ex precio retinuerint,depoſitum erit diminutum, & venditio curiæ nulla, ut declaravit Senatus ſententia per Monzò,*die* 31. *Octobris* 1657. inter Victorinum Fores Civem, & Gaſparem Ciurana.

74 Redeundo à diverticulo ad inſtitutum, obſervādum eſt,quod ut reſervatio hypothecæ, de qua ſermonem inſtitui, operetur prælationis effectum, debet fieri iñ limine contractus, ante, vel in ipſo traditionis actu, *l.* 1. §. *final. cum l. ſequent. ff. de rebus eorum, quæ ſub tutell.* Rodrig. *de concurſ. creditor. part.*1. *artic.* 7. *n.* 54. Nam licet multi docuerint nihil facere ad prælationis privilegium, quod reſervatio fiat,vel tempore contractus, & mutui dati, ſive ex intervalo, ex generalitate text. *in dict. l. licet, Cod. qui potiores,* Ruin. *conſ.* 214. *n.* 10. *lib.* 1. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 6. *n.* 12. *ff. ſolut. matrimon.* Stracc. *de mercatura, tit. de decoctor. part. ultim. n.* 5. Caſtill. *controverſiar. cap.* 8. & 9. *ſub n.* 5. Tamen certius eſt prælationem iſtam non dari aliter,quam ſi reſervatio hypothecæ fiat in limine contractus, & in emptione ipſa incontinenti, & ante rei traditionem, Neguzan. *de pignorib. in* 4. *part. principal. à n.* 33. Valenz. *conſ.* 56. *n.* 36. Thuſc. *lit. H. concluſ.* 131. *n.* 20. Gratian. *diſcept.* 670. *n.* 2. Surd. *deciſ.* 157. Campeg. *de dote,* 4. *part. quæſt.* 8. *ſub n.* 3. Grivel. *deciſ.* 56. *n.* 4. Rodrig. *de redditib. lib.* 2. *quæſt.* 20. *ſub n.* 6. Seſsè *deciſ.* 42. & *n.* 8. & *deciſ.* 142. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 3. *à n.* 24. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 49. & 50. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *n.* 73. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 112. Et non ſufficit quod hypotheca reſervata, fuerit generalis, ut malè oppinantur, Neguzan. *de pignorib. in* 5. *part. membr.* 2. *n.* 3. Lanar. *conſ.* 43. *n.* 7. *cum ſequent.* Gaylus *lib.* 2. *obſervat.* 15. Surd. *conſ.* 513. *n.* 24. *vol.* 4. Cavalcan. *deciſ.* 27. *n.* 36. *part.* 2. Cevall. *quæſt.* 744. *n.* 14. Cepol. *cautel.* 4. *num.* 2. Sed requiritur, ad prælationem adquiren-
75 dam, quod hypotheca reſervata, ſeu conſtituta, ſit ſpecialis, *dict. l. licet, Cod. qui potiores,* ibi: *Eſſe ſpecialiter obligata,* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 20. Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 22. Grivel. *deciſ.* 56. *n.* 4. Giurb. *in conſuetud. meſanenſ. cap.* 9. *gloſſ.* 2. *part.* 1. *n.* 47. Muta *in ritu* 97. *n.* 5. Rodrig. *de concurſ. creditor. part.* 1. *artic.* 7. *n.* 53. Flores Diaz de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 3. *n.* 13. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 3. *n.* 24. & 44. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *n.* 72. Amendola ad Franchis *deciſ.* 97. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 36. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 15. *cum ſequent.* Boſsius *de dote, dict. tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 74. Salgad. *in labyrint. dict. par.* 2. *cap.* 14. *n.* 112. Paul. Meli *dict. obſervat.* 25. *n.* 53. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 207. *n.* 42.

76 Neque obſtant illa quæ adduximus pro opinione tenentium dari prælationem iſtam mutuantibus ad rem emendam, etiam ſi in contractus limine non ſibi reſervaverint ſpecialem hypothecam, nam reſpodetur, quod mutuans pecuniam ad refectionem, ſeu reparationem rei, adquirit tacitam hypothecam cum prælatione in reparata re ex pecunia mutuata,etiam non reſervata ſpeciali hypotheca, quia reficiendo, & reparando rem, ſalvam fecit totius pignoris cauſam, media pecunia mutuata, ut conſultus dixit, *in l.* 6. *ff. qui potiores,* Caldinal. de Luca *de credito, diſcurſ.* 15. *n.* 3. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 60. *n.* 1. Non ita evenit in mutuante pecuniam ad rei emptionem, quia & ſi debitor emens prædium ex mutuata pecunia, meliorem fecerit ſuorum creditorum conditionem, & hypothecas auxerit, non tamen conſervavit hypothecam communem, in qua jus adquiſitum creditores habuiſſent. Neque facit, *authent. de æqualit. dotis,* §. *is cônſequens.* Nam ubi dicit, quod mutuanti ad emptionem prædii, eadem datur prælatio,quam mutuanti ad illius conſervationem, intelligendum eſt, quod mutuanti dabitur eadem prælatio,ſi ſibi expreſsè reſervaverit hypothecam in illa re, juxta text. *in dict. l. licet, Cod. qui potiores,* ita explicant Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. Boſsius *de dote, dict. cap.* 18. *n.* 75.

77 Hæc de jure procedunt, ſed an de foro procedant, poteſt non ſine fundamento dubitari, quia, & ſi ut diximus, juxta juris regulas venditori pro precio rei vēditæ habita fide de precio, non detur prelatio aliqua, niſi in limine cōtractus reſervatio ſpecialis hypothece expreſsè facta fuerit in ipſa re, nam re tradita,& fide de precio habita,neque datur venditori reivindicatio,aut aliqua prælatio,imo in ipſa re vendita præferuntur creditores anteriores hypothecarii, *l. quidam fundum* 16. *ff. de in rem verſo, l. incivile* 11. *C. de reivindicat. l. traditionib.* 20. *Cod. de pact.* Coller. *de proceſsib. executivis, par.* 2. *cap.* 3. *n.* 468. Berlich. *practicar. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 64. *per tot.* Marin. *reſolut. lib.* 1. *cap.* 260. *n.* 6. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 41. *n.* 40. Vela *diſſertat.* 30. *per tot.* Capic. Latr. *deciſ.* 24. *n.* 15. & 16. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 20. Don Petrus Fraſo *de patronat. indiar. part.* 1. *cap.* 21. *n.* 25. Cardinal. de Luca *de emption. & vendit. diſcurſ.* 5. *n.* 2.



& *de credit. diſcurſ.* 6. *n.* 5. & 6. Anton. Gobius *conſultat.* 140. *n.* 2. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 14. *n.* 20. Ta-
78 men in Regno derogatam habemus hanc juris communis diſpoſitionem, & particularitèr ſtabilitum, quod venditor, pro precio rei venditæ habita fide de precio,preferatur omnibus creditoribus anterioribus hypothecariis emētis,in ipſa re vendita, *for.* 13. *in fin. rub. de clamo nō mutando,* ibi: *Declarants no res menys,que alcuna perſona no puixa allegar prioritat de temps en los bens aixi venuts, ne en los fruits, è coſes eixides de les coſes llogades, ò arrendades, ans lo venedor, y aquell qui la ſua coſa haurà logada ſia millor en dret, que alcun altre crebedor en lo preu dels dits bens venuts,llogats, ò arrendats, è en les meſions fabedores per la dita rabo, jat ſia que la venda, lloguer, ò arrendament, ſien fets à diners manues, ò a eſpera de temps;* qui quidem forus confirmatus eſt *in foro* 43. *fol.* 14. *curiar. anni* 1626 D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 175. *n.* 1. De ſimili ſtatuto teſtatur, Anton. Gobius *conſultat.* 140. *n.* 40. Et quod pro precio ſupradicto detur vēditori prælatio iſta, declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 21. *Martii* 1618. inter Petrum Navarro, & Laurentium Palacios, & Jacobum Franch, & alia per Alreus, *die* 19. *Junii* 1619. inter creditores Joſephi Giner, & alia per Caſes, *die* 13. *Septembris* 1622. inter creditores Joſephi Garay, & alia per Daza, *die* 19. *Maii* 1622. inter Michaelem Fort, & Joannem Coſtea, & alia per Alreus, *die* 20. *Decembris* 1621. inter Paulam San-Marti, & Don Joannem de Alboy,& alia per Alreus,*die* 19. *Januarii* 1633. inter Matheum Penarrocha, & curatorē hæreditatis Petri Guiu, & alia per Daza, *die* 5. *Septembris* 1637. inter Don Carolum Joan, & Joannem Donderi. Et tam ingenti privilegio munitus reperitur creditor pro precio rei, quod ſi debitor militari gaudens privilegio propoſuerit ſequæſtrum, & beneficium deducto ne egeat contra creditores ſuos intentaverit, prætendendo quod ei taxarentur alimenta ex redditu bonorum ſuorum, cum exclutione, & prælatione creditorum, non habebit locum beneficium iſtud contra creditorem pro precio rei agentem, imo ab integro de intereſſe precii,& proprietate,vel forte principali illius debet ſolvi, non obſtante ſequæſtratione bonorum, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 15. *Septembris* 1631. inter Don Joannem Laurentium Villarraſa, & Don Hieronymum Muñoz, & alia per Maſcarò, *die* 6. *Julii* 1646. in favorem Conventus Divi Dominici, & contra Domnam Franciſcam Bas, & alia per Ferrera, *die* 7. *Maii* 1654. in favorem dicti Conventus,& contra Egregium Comitem del Caſal, & Regia proviſione, *diei* 15. *Maii* 1656. inter Don Franciſcum Judici, & Acharte ſequæſtratorē bonorum Don Gaſparis Loqui, & Don Joſephum Marti procuratorem Domnæ Vitoriæ Dalp. Referente Magnifico Joanne Arques Jover R.C.D. Et licet antiquitius creditor pro precio, rei prælationem non habe-
ret creditoribus dotalibus, ſed iſti præfere- 79
bantur,ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 1. *Junii* 1624. inter Franciſcam Beltran, & Sebaſtianum de la Cambra. Tamen hodie creditor pro precio rei præfertur quibuſlibet creditoribus hypothecariis anterioribus, etiam ex cauſa dotis, ut cautum habetur, *in dict. for.* 43. *fol.* 14. *curiar. anni* 1626. ibi: *Item pera evitar tot genero de encontre de opiniò ſupliquen ſia V. M. ſervit manar, que lo fur* 13. *tit. de clam. non mutan. Se hacha de obſervar, è guardar en favor del Señor de la coſa venuda, encara que ſia contra la dot.* Et quod etiam creditoribus anterioribus ex cauſa dotis præferatur creditor pro precio rei, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 2. *Decembris* 1627. inter Dominicum Royo, & Vincentium Albeſa, & docent Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 41. *n.* 51. & 52. Merend. *controverſiar. lib.* 19. *cap.* 44. *à n.* 4. Carol. Anton. de Luca, ad Franchis *deciſ.* 506. *ſub num.* 4. Anton. Gobius *conſultat.* 140. *n.* 40.

Eandem prælationem habebit creditor
agens virtute acollationis, ſive adoſationis 80
factæ in re à debitore empta, nàm in precio illius rei præferendus erit quibuſlibet creditoribus anterioribus hypothecariis debitoris ementis, cum creditum acollatum, ſive adoſatum ſit veluti precium rei illius adquiſitæ, ita judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 9. *Septembris* 1614. inter Conventum Divi Auguſtini,& Natalem Fuſter, & alia per eundem, *die* 23. *Martii* 1615. inter Illuſtrem Duciſſam de Paſtrana, & Franciſcam Cavallos, & alia per eundem, *die* 3. *Aprilis* 1620. in cauſa concurſus creditorum Joſephi Muñoz, & alia per eundem, *die* 4. *Decembr.* 1620. inter Don Ceſſarem Tallada, & Don Thomam Tallada,& alia per Alreus, *die* 10. *Martii* 1625. inter Don Joannem Sanz de Alboy, & alios. Non enim præjudicium infertur anterioribus creditoribus, quādo in adquiſitione rei,virtute pacti,aut ſtatuti, prælatio conceditur poſterioribus creditoribus, *l. qui autē, ff. quæ in fraudē creditorū, l. nō fraudātur. ff. de regul. juris.* Pacific. *de Salvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 510. & 512. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *n.* 78. & 79. Noguerol. *allegat.* 19. *n.* 39. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 108. Et ut prælatio detur creditori agenti virtute acollationis, nihil refert an creditum

acollatum ſit debitorium, cenſus,mutuũ, vel quælibet alia præſtatio,nam quamvis,ut executive agi poſsit contra ementem rem cum acollatione, *juxta for.* 21. *curiar. anni* 1645. Multum intereſit, an creditũ acollatum ſit cẽſus, vel debitorium cum reſponſione intereſſe, aut aliud ſimile,nam ſi cenſus fuerit acollatus, poterit pro pẽſionibus juxta forum,virtutæ ſolæ acollationis agi contra emptorem, & quia forus ſolum de cenſu loquitur, ſi debitorium acollatum fuerit, vel violarium, legatum, aut quodlibet aliud creditum, nõ poterit agi contra emptorem executive, ſed ſolum via condemnativa, ut pluries deciſſum vidimus, & in Curia Gerentis vices Generalis Gubernatoris noſtræ Urbis,ſentẽtia publicata, *die* 19. *Decembris* 1685. in favorem Dominæ Angelæ Folch,& de Albornòs Viduæ tutricis ſuorum filiorum, & contra Bernardam Maſeres, & de Garcia viduam etiam tutricem filiorum ſuorum, confirmata in Senatu, ſententia per Ferrera, *die* 24. *Novembris* 1687. referente Doctiſsimo Senatore Don Dominico Matheu,& Silva Milite Montesianæ Familiæ R. C. D. licet contra notiſsimas juris regulas fuerit aliquando judicatum, referente N. Don Petro Monſerrat R. C. D. ſentẽtia per Ferrera,*die* 30. *Maii* 1675. quod virtute acollationis debitorii poterat contra emptorem agi executivè; tamen quo ad prælationem non venit conſideranda differentia inter credita acollata, nàm ſive cenſus, ſive debitorium,legatum,vel aliud quodlibet creditum acolletur, vel adoſetur, eadem dabitur prælatio pro credito legati adoſato, quam pro cenſu,vel debitorio.Paritèr non erit conſideranda differẽtia inter contractus,ubi adoſatum creditum reperitur, nàm etſi ad agendum executivè virtute acollationis cenſus juxta diſpoſitum, *in dict. for.* 21. *curiar. anni* 1645. notiſsima diferentia reperiatũr inter acollationem factam in venditione rei, vel in donatione, aut alio contractu, nàm virtute acollationis in vẽditione factæ,poterit executivè agi, & virtute acollationis factæ in donatione, vel alio contractu, non poterit agi via executiva, ſed condemnativa, *ut docui, cap.*13. *de decreto ad alienanda bona univerſitatis, n.* 73. Tamen quo ad prælationem nihil intereſt, an acollatio, vel adoſatio crediti facta fuerit in donatione rei, nàm in bonis donatis habebit creditor prælationem ſupradictam,ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 9. *Auguſti* 1613. inter Angelam Pereliò, & Syndicum Domus Profeſſæ Societatis Jeſu, & Dominicum Royo, vel in venditione,aut in conſtitutione dotis,nàm pro creditis adoſatis,& acollatis in conſtitutione dotis,habebunt prælationem creditores dotales quibuſlibet mariti creditoribus, ut Senatus judicavit ſententia per Caſes, *die* 10. *Junii* 1624. inter Don Chriſtophorum Monſoriu, & illius creditores. Cum ergo venditor in Regno,ut remanet probatum,præferatur omnibus creditoribus anterioribus hypothecariis pro precio rei venditæ, ſequitur, quod eodem modo mutuans pecuniam ad emendam rem,in precio rei emptę,debet præferri, nulla reſervatione facta hypothecæ, quia quoad prælationem exactionis precii, pari paſſu ambulant mutuans ad rem emendam, & vendens cum reſervatione ſpecialis hypothecæ, Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 25.

81 Hiis tamen non obſtantibus ſemper judico contrarium eſſe ſequendum in Regno, & mutuantem pecuniam ad emendam rem,non alitèr habere prælationem ſupradictam, niſi in limine contractus ſpecialitèr ſibi reſervaverit hypothecam in ipſa re, ea ratione,quia ſtatuta correctoria juris communis contineri debent in ſuo caſu de quo loquuntur,& debent ſtrictè interpretari, & eo modo quo minus jus commune corrigatur,vel ledatur, *l.*2. *ff. de noxalib. actionib. l. ſi quando, Cod. de inofficioſ. teſtament. l.* 1. *Cod. de inofficioſis dotib. l. præcipimus, Cod. de appellationib.* Barthol. *in l. omnes populi* 6. ubi Jaſſon *n.* 62. *ff. de juſtit. & jure*, Valenzuel. *conſ.* 23. *n.* 69. Vela *diſſertat.* 5. *n.* 10. Eſcaño *de teſtam. cap.* 3. *n.* 33. & 34. & *cap.* 7. *num.* 9. Giurb. *de ſucceſſion. feudor. prælud.* 3. *n.* 39. Amato *reſolut.* 1. *n.* 74. & 75. D.Matheu *de regim. cap.* 11. *§.* 2. *n.* 72. Caſtejon *in alphabet. verb. ſtatutum*, *n.* 4. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 112. & *cap.* 20. *num.* 52. Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 24. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 13. *n.* 8. & *diſcurſ.* 104. *n.* 4. & *deciſ. Siciliæ, num.* 214. & 236. Ergo cum *dict. for.* 13. Loquatur de vendente rem habita fide de pretio,& ſit juris communis correctorius, quia abſ- 82 que reſervatione hypothecæ non datur de jure venditori prælatio pro precio, niſi ſpeciali hypotheca reſervata, *l. quamvis, ff. de in rem verſo, l.* 1. *in fine, ff. de rebus eorum*, cum aliis à me ſupra adductis, diſpoſitio hujuſmodi foralis debet in caſu de quo loquitur contineri, & nequit habere locum in caſu mutuandi ad emendum, quia diverſus,& diſtinctus eſt.Deinde facit quod fori noſtri non extenduntur de caſu ad caſum,D. Leon. *tom.* 1. *deciſ.* 91. *n.* 4. D. Matheu *de regim. cap.* 1. *§.* 2. *n.* 29. & *cap.* 8. §. 8. *n.* 12. cum aliis à me traditis in præludio, *num.*26. Ergo prædictus forus non poteſt extendi de caſu vendentis, ad caſum mutuantis.Ultimò probatur quia & ſi diſpar ratio militet in uno caſu, quam in alio, nam magis æquum eſt dare prælationem vendenti ſuam rem, quam mu-



tuanti,dato quod æqualis militaret ratio,non poteſt intelligi per forum correcta juris diſpoſitio,quia & ſi ubi eadem ratio militat,debeat eadem diſpoſitio juris dari, *l. illud, ff. ad l. aquiliam, l. ſi poſt ſlaverit, §.* 2. *ff. ad l. Juliam, de adulteriis, l. quidam numularios, ff. de edendo*, & fori noſtri ex omnimoda rationis identitate aliquam extentionem admittere poſſunt de caſu ad caſum, D. Leon *dict. deciſ.* 91. *n.* 10. & *deciſ.* 24. *n.* 9. *tom.* 1. Bardaxin. *ad for. Aragon. tit. de juram. vendit. per Domin. Regem præſtand. n.* 2. *fol. mibi* 54. Dom. Matheu *de regim. dict. cap.* 2. §. 2. *n.* 29. cum aliis à me traditis in præludio, *n.* 26. Tamen hoc non intelligitur 83 quando fori, & ſtatuta ſunt correctoria juris communis,nam tunc etiam ſi eadem ſubſit ratio,non debet extendi forus, vel ſtatutum loquens in uno caſu, ad alium diverſum caſum, ſed debet contineri in caſu de quo loquitur, ex ratione, *text. in l. jus ſingulare, ff. de legibus, l.* 1. *ff. de conſtitution. princip. cap.* 1. & 2. *de filiis presbyteror.* Calderin. *conſ.* 197. *alias, conſ. unic. ut lite pendente*, Maſcard. *de interpretat. ſtatutor. concluſ.* 4. Barboſ. *axiomat.* 197. *n.* 6. Naten. *juſtit. vulnerat. part.* 3. *tit.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. Caponi *tom.* 2. *diſceptat.* 113. *n.* 35. Paſqualig. ad Franchis *controverſ. inter Epiſcop. & regular. part.*2. *q.* 96. *n.* 5. Bonacin. *in opere moral. diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 7. §. 2. *n.* 11. Eſcaño *de teſtament. cap.* 7. *n.* 9. & 10. Caſtropal. *in opere moral. part.*1. *tract.*3. *diſput.*4. *punct.*13. *n.* 1. Francès de Urritigoyt. *in paſtoral. regular. part.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 6. Fagnan. *in cap. nihil, de elect. n.* 15. Bich. *deciſ.* 67. *n.* 12. Cardinal. de Luca *de ſucceſſion. diſcurſ.* 15. & 49. & *de feud. diſcurſ.* 92. *ſub n.* 7. & *de teſtament. diſcurſ.* 10. *ſub n.* 5. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 34. *n.* 37. Franciſc. de Angelis *de confeſſionib. lib.* 2. *q.* 13. *n.* 41. cum aliis à me adductis in præludio, *n.* 27.

84 Ex traditis ſatisfacies rationi dubitãdi pro mutuante adductæ,nam etſi in terminis ſtatuti Mantuani diſponentis, quod venditor pro precio creditoribus præferatur, vellint ſtatutum interpretantes, quod ita demum procedat, ſi venditor in limine contractus dominium,aut ſpecialem hypothecam in re vẽdita ſibi reſervaverit, ut ex Surd. Ciriac. Bardell. & aliis, docet Meli *obſervat.* 25. *n.* 51. Apud nos in ipſo foro omne deciditur dubium,& hęſitari nequit,quod etiã ſi hypotheca non reſervetur,habebit venditor prælationem,cum omnibus interdicatur creditoribus prioritatem allegare contra venditorem pro precio agentem;Sed hæc fori diſpoſitio, non eſt extẽdenda ad caſum mutuantis pecuniam pro emenda re, ut ſatis probatur ex adductis à Surdo, *deciſ.* 56. *n.* 4. Hæc modo ſupra tradito adducta procedent, quando prædia & res immobiles vendũtur habita fide de precio. In vẽditione autem rerum mobilium,vel ſemoventium,aliter erit,nàm ſi ęqus, aut alia 85 res mobilis vendatur,habita fide de precio,& emptor ipſam rem mobilem vendiderit, & ei à ſecundo emptore ſolutum fuerit preciũ, nulla dabitur actio primo venditori, ad hoc ut ex re vendita pœnes tertium inventa,recuperare poſsit preciũ,neque evincere, aut reivindicare poterit rem;imo ſecundus emptor ſecurus erit, & ſolum primo vẽditori dabitur actio contra primum emptorem pro precii exactione,ut cautum habetur, *in foro, fòrum fur nou* 25. *rubr. de contrahend. emption.* ibi : *Lo primer, ne altre venedor no ha a, ò puixa aver regres, en la coſa moble, ò ſemovent venuda per lo preu de la coſa,encara q̃ es moſtràs, que Senyoria,è proprietat ſaturas en tal coſa ans lo darrer comprador ſia ſegur contra los ſobredits venedors pus hacha pagat preu de aquella coſa, ò ſia aparellat à pagar aquell.* Si autem tes mobilis ven- 86 dita,adhuc reperiatur pœnes primum emptorem, aut ſi emptor ſecundus precium non ſolverit,habebit venditor primus pro precio rei prælationem omnibus creditoribus,& diſtracta re debebit ſolvi ante omnia preciũ,de hiis enim caſibus nõ loquitur prædictus forus, ſed in illis militat diſpoſitio, *d. fori* 13. *rubr. de clam. non mutand.* Et quod ſolum in hiis caſibus detur prælatio venditori pro precio rei mobilis,declaravit Senatus ſententia per Caſes, *die* 7. *Julii* 1637. inter Franciſcum Biciada, & Joannam Annam Nadals, & Joannam Puig, & alia per Alreus, *die* 16. *Martii* 1624. inter Antonium Meca, & Sebaſtianum Ferrer,& Hieronymam Proſper, & de Paliarès.

87 Majori cum ratione debet dari prælatio pro precio prædii venditori, ſi in limine contractus, & venditionis tempore, ſibi reſervaverit rei venditæ dominium, quouſque precium fuerit ſolutum, nàm cum res illa vendita hypothecari,aut obligari nõ poſsit ab emptore qui dominus non eſt, Surd. *deciſ.* 157. Bellon. *de hiis quæ fiunt in continenti, cap.*182. *n.* 7. Gratian. *deciſ.* 13. Cencius *de cenſib. quæſt.* 26. Cyriac. *controverſ.* 425. *n.* 65. Poſthius *poſt tractat. de ſubhaſtat. deciſ.* 118. Merlin. *de pignorib. lib.*4. *quæſt.* 41. *n.* 68. & 69. Contrius *diſceptat.* 96. *n.* 10. Joſeph de Roſa *conſultat.* 25. *n.* 14. Anton. Gobius *conſultat.* 140. *n.* 30. Sed dominium pœnes venditorem remaneat quouſque precium ſolvatur, oppoſito non jure creditorum præferri debet venditor quibuſlibet ementis, creditoribus, etiam dotalibus, & quantumvis privilegiatis, Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 2. *de empt. & vendit. n.* 30. Mangil.

gil. *de evictionib. quæſt.* 40. *n.* 4. Cavaler.
*decif.* 429. *n.* 3. Merlin. *de pignorib. lib.* 2.
*quæſt.* 41. *ſub n.* 53. Bonden. *colluctat. legal.* 48. *n.* 31. Altimar. ad Rovit. *deciſ.* 7.
*in princip.* Dunnezzet. *deciſ.* 537. *per tot.* Cardinal. de Luca *de debito, & credit. diſcurſ.* 6.
*n.* 6. Urceol. *conſultat. forenſ.* 5. *n.* 67.
Joſeph Rota *conſultat.* 25. *à n.* 12. *&* 16.
Carol. Anton. de Luca, ad Francnis *deciſ.*
506. *n.* 1. Anton. Gobius *conſultat.* 140.
*n.* 28. Quod in Regno non debet admitti
abſolute in caſu venditionis rei mobilis, aut
ſemoventis, nam etiam ſi venditio facta fuerit cum reſervatione dominii quouſque precium ſolvatur, non habebit venditor prælationem pro precio, niſi in caſibus a nobis traditis, *n.* 85. *&* 86. propter diſpoſita, *in dict. for.* 25. *rubr. de contrahend. emption.* ibi:
*Encara que es moſtràs que Señoria, è proprietat ſatuvas en tal coſa.*

Antea quam recedam à ſupradicta fori diſ-
88 poſitione, obſervare debemus aliud ſingulare in illo diſpoſitum; nam & ſi de jure controvertatur, an locator in fructibus rei locatæ, pro mercede, debitoribus anterioribus hypothecariis cōductoris præferatur, & multi docuerint creditores anteriores præferendos eſſe, quia priores tempore, & per conſequens potiores jure, *cap. qui prior, cum vulgat. de regul. juris in* 6. Theſaur. *quæſtion forenſ. cap.* 29. *n.* 9. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 11. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 524.
Narbon. *ad ll. recopilat. lib.* 4. *tit.* 21. *l.* 25.
*gloſſ.* 10. *n.* 10. Merlin. *de pignorib. lib.* 3.
*quæſt.* 5. *n.* 46. Caponi *tom.* 3. *diſcept.*
207. *n.* 36. *cum ſequent.* Alii vero defenderint, dominum prædii locati præferendum
89 eſſe in fructibus ex prædio perceptis, cum pro mercede ſint illi tacitè hypothecati, *l. in prædis* 7. *ff. quib. mod. pign. vel hypothec.*
Gratian. *diſcept.* 25. *n.* 9. *& diſcept.* 713.
*n.* 1. Acoſta *de privileg. creditor. ampliat.* 2.
*n.* 12. Rota *deciſ.* 64. *part.* 14. *recentiſſim.*
*n.* 9. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 4. *cap. ultim. n.* 113. Alii vero deſiderantes opinionum conſiliationem tradiderint, primam opinionem procedere in fructibus induſtria-
90 libus, ſecundam in naturalibus, Gayto *de credito, cap.* 4. *n.* 1999. Merlin. *ubi prox.*
*n.* 68. Antonel. *controverſ.* 347. *n.* 24.
In noſtro Regno habemus quæſtionem hanc diffinitam, in prædicto *foro* 13. *rubr. de clam. non mutand.* ubi ſtabilitum extat, quod loca-
91 tor in fructibus prædii locati præferatur pro mercede, omnibus creditoribus anterioribus conductoris, etiam hypothecariis, ut defendunt Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11.
*tit.* 23. *n.* 11. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 524. Oroz *de apicib. juris lib.* 4. *cap.* 8. *ſub n.* 2. Merlin.
*de pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 46. Cardinal. de Luca *de credito, diſcurſ.* 16. *n.* 9.
*& diſcurſ.* 17. *n.* 5. *cum ſequent.* Acoſta
*de privileg. creditor. regul.* 1. *ampliat.* 12. *ſub n.* 15. Bonden. *de jure controverſ. collucт.*
20. *n.* 36. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 25. *n.* 7. Et quod locator præferatur pro mercede fundi, in fructibus ex fundo perceptis, omnibus creditoribus hypothecariis anterioribus conductoris, declaravit Senatus ſententia per Caſes, *die* 24. *Octobris* 1626. inter Didacum Angel, & Sindicum noſtræ Urbis, & alia per Alreus, *die* 1. *Decembris* 1636. inter Ludovicum Ambroſium Paraveſino, & Angelam, & Vincentiam Torres, & alia per Caſes, *die* 26. *Aprilis* 1636. inter D. Archiepiſcopum Valentinum, & Petrum de Caſpe. Eandem prælationem habebit Dominus vaſallorum, pro juribus ſuis, & fructibus, & cenſuum præſtationibus ſibi debitis, ut deciſſum extat ſententia per Alreus, *die* 31.
*Auguſti* 1607. inter Coſmam Monllor, & Don Ferdinandum de Toledo. Ex adverſo autem conductor in fructibus prædii conducti, & à
ſolo ſeparatis, præfertur omnibus creditori- 92
bus locatoris, etiam hypothecariis, dummodo mercedem ſolverit ſuo debito tempore, & etiam, ſi anticipatè ſolverit, licet in fructibus pendentibus aliter tenendum ſit, ut judicavit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 8.
*Aprilis* 1671. inter Syndicum Cleri Divi Martini, & Don Franciſcum Bono conductorem jurium Dominicalium oppidi de Alfarraſi, & alia per eundem, *die* 24. *Octobris* 1676.
inter Don Alfonſum Sanoguera, & Moniales Conventus de Hieruſalem, referente N. Senatore D. Jacobo Madroño. R.C.D.

Pro coronide videamus, an tacitàm hypo- 93
thecā habēs cū prælatione pro expenſis factis in aliqua re, præferatur mulieri tacitam hypothecā habēti pro ſua dote; videtur enim præferēdā eſſe mulierē. Primo quia mulier ratione tacitè hypothecæ generalis, præfertur pro dote omnibus mariti creditoribus habētibus tacitā hypothecā anteriorem, dempto fiſco, *l. aſſiduis, Cod. qui potiores in pignore habeantur,*
Neguzan. *de pignorib. membr.* 4. *part.* 2. *n.*
97. *&* 98. Trentacinc. *variar. tom.* 1. *lib.* 3.
*tit. de pignorib. & hypothec. reſolut.* 9. *n.* 8.
Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 8. *tit.* 8. *qui potiores in pign. habeantur, definit.* 61. Fontanell. *de pactis nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2.
*part.* 1. *n.* 10. Boſsius *de dote, tom.* 2. *cap.*
18. *n.* 77. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 63. *&* 64. Carol.
Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 4. *n.*
64. Moltazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.*
14. *n.* 23. Ergo ſub hac generalitate prælationis,



nis, comprehendi debet tacita hypotheca ex cauſa impenſi orta. Secundo facit textus qui videtur expreſſus, *in authent. de æqualit. dotis,* §. *bis conſequens,* ibi: *Unde volumus, ut ſi quis domum renovaſſet, aut etiam agrum emiſſet, non poſſit talia privilegia mulieribus opponere.*
Et hanc opinionem uti veriorem tuentur Speculator, *in tit. de obligationib. & ſolut.* §.
1. *verſ. quid ſi vendidi fundum titio,* Paul. de Caſtro, & Jaſſon *in l. ſi creditor, la* 1. *ff. ſi certum petatur,* Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.*
7. *n.* 1. *&* 3. Campeg. *de dote, part.* 4. *quæſt.*
8. Neguzan *de pignorib.* 2. *membr. part.* 5. *n.*
76. Burſat. *conſ.* 56. *n.* 13. Gutiérr. *practic. cap.* 99. *lib.* 4. Apont. *deciſ.* 34. *n.* 5. *&* 6.
Barboſ. *in l.* 1. *par.* 6. *n.* 12. *ff. ſolut. matr.*
Azin. *de execut.* §. 7. *cap.* 13. *verſ.* 2. D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 175. *per tot.* Flores Diaz de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 3. *n.* 12.
*&* 13. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.*
23. *n.* 7. *&* 8. Cancer *variar. tom.* 1. *titul.* 9. *n.* 4. Gratian. *diſcept.* 257. *num.* 33.
*& diſceptat.* 670. Rodrig. *de concurſ. credit. par.* 1. *artic.* 7. *num.* 15. Caſtill. *controverſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 27. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *par.* 9. *n.* 19. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 27. *verſ. Ego autem.* Boſſius *de dote, tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 77. Carol.
Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian.
*cap.* 257. *n.* 15.

Contrariam ſententiam, quod mulier pro
94 tacita dotis hypotheca, non præferatur creditori habenti tacitam hypothecam pro expenſis factis in aliqua re, imò quod creditor iſte præferatur mulieri tacitam, vel expreſſam hypothecam anteriorem habenti pro ſua dote, probatur primo; quia & ſi mulier pro hypotheca tacita dotis ſit privilegiata, magis privilegiatus eſt creditor pro expenſis in re factis: ſed ſic eſt quod privilegiatus contra privilegiatum utitur privilegio ſuo, quando majus habet privilegium, aut duplicatum illud habet, Ceſal. *conſ.* 748. *n.* 18. Cardinal. Thuſc. *lit. P. concluſ.* 761. *n.* 12. Barboſ. *axiom.* 190. *num.* 2. Ergo creditor ex cauſa expenſi, uti poterit privilegio ſuo prælationis adverſus mulierem privilegiatam pro dote. Major probatur ex eo, quod mulier agens virtute tacitæ hypothecę dotis, ſolum privilegiata eſt in illo, quod præfertur anterioribus mariti creditoribus tacitam hypothecam anteriorem habentibus, *dict. l. aſſiduis, C. qui potiores in pignore,* cum ſupra traditis. Non autem habet privilegium ad
95 hoc, ut præferatur, pro tacita ſua hypotheca, mariti creditoribus habentibus expreſſam hypothecam anteriorem, nam licet, Carol.
Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 4. *n.*
66. Tentare voluerit, mulierem in caſu iſto præferendam eſſe anterioribus mariti creditoribus expreſſam hypothecam anteriorem habentibus, abſque fundamento locutus fuit, quia indubitatum eſt creditores mariti expreſſam hypothecam anteriorem habentes præferendos eſſe mulieri tacitam hypothecam habenti pro dote, Anton. Gomez *in l.*
50. *Tauri, n.* 20. Covarrub. *lib.* 1. *var. cap.* 7. Pichard. *in* §. *quædam actiones* 20. *inſtitut. de actionib. artic.* 5. *n.* 75. Fontan. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *par.* 3.
*n.* 2. Boſſius *de dote, tom.* 1. *cap.* 9. §. 3. *n.*
61. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 4. *cap. ultim. n.* 61. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. par.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 64. *& definit.* 65.
Creditor autem ratione impenſi ad conſervationem rei, virtute ſuæ tacitæ hypothecæ, præfertur non ſolum creditoribus habentibus anteriorem hypothecam tacitam, ſed etiam habentibus expreſſam hypothecam anteriorem, ut ex dicta, *l.* 5. *&* 6. *ff. qui potiores, & ex l. licet. Cod. eod.* ſupra diximus, & Docent Azo, & communiter DD. *in d. l. interdum,* Neguzan. *de pignorib. part.* 5. *membr.*
2. *n.* 15. Marta Medic. *deciſ. ſenenſ.* 19.
*exam.* 11. *n.* 21. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 655. Mantic.
*de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 19.
Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 20. Gayto *de credito, cap.* 4. *n.* 1973. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 8.

Probatur ſecundo, nam ſi vinco vincentem
te, multo magis vincam te, *l. de acceſſionib.* 96
*ff. de diverſis, & temporalib. præſcriptionib. l. æquiſſimum, ff. ad S. C. Tertilian. gloſſ. in authent. defuncto, Cod. ad S.C. Orfician.* Caſtill.
*controverſiar. lib.* 3. *cap.* 30. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 4. *n.* 67.
Caſtejon *in alphabet. verbo lis, n.* 23. Sed creditor habens expreſſam hypothecam anteriorem, ut diximus, præfertur mulieri ratione tacitæ hypothecæ dotalis poſterioris, & ex adverſo, ut etiam diximus, creditor pro impenſis, virtute tacitæ ſuæ hypothecæ, præfertur creditoribus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus: ergo creditor pro impenſis, qui vincit anteriorem creditorem habentem expreſſam anteriorem hypothecā, vincet etiam, virtute ſui privilegii prælationis, mulierem agentem pro dote, nam hæc vincitur à creditore hypothecam expreſſam anteriorem habente, & qui vincit creditorem expreſſam hypothecam anteriorem habentem, vincet etiam mulierem pro dote agentem, cum hæc à creditore hypothecæ expreſſæ victo vincatur.

Probatur tertio, quia vendita re, habita
fide de precio, ſi venditor pro precio de ſpe- 97
ciali hypotheca ſibi caverit, præfertur mulieri agenti pro dote, virtute tacitæ, aut expreſſæ anterioris hypothecæ, Neguzan. *de*

pig-

*pignorib.* 4. *part. princip. num.* 34. *& membr.* 2. *part.* 5. *num.* 17. Joan. Matienzo *lib.* 5. *tit.* 16. *de obligat. & ceſsion. bonorum*, *leg.* 7. *gloſſ.* 5. *num.* 8. Felician. *de cenſib. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 22. Gutierr. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 100. *num.* 23. Barboſ. *in l. ſi cum dotem*, §. *ultim. num.* 34. *ff. ſolut. matrimon.* Fontanell. *de pact. nuptialib. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 9. *num.* 18. Boſsius *de dote, tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 86. Ergo eodem modo præferendus erit creditor ex cauſa impenſi, cum par ſit privilegium illius, & vendentis, pro precio, ut ex *l. quamvis, ff. de in rem verſo*, *leg.* 1. *in fin. ff. de rebus eorum. l. licet*, *Cod. qui potiores, l. interdum, & l.* 6. *ff. qui potiores*, probatur, & Docet latiſsimè Amato *dict. reſolut.* 3. *num.* 25. & Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 3. *quæſt.* 5. *per tot.* Confirmatur quia, & ſi in Regno potuit in dubium poni aliquando, an creditor pro precio rei veniret præferendus mulieri agenti pro dote, virtute anterioris hypothecæ, & deciſum fuerit in Senatu mulierem præferendam eſſe, ut traddi, *num.* 79. & D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 175. *num.* 4. Referat deciſum à Senatu præferendam eſſe mulierem pro dote, creditori agenti pro precio rei venditæ, aut agenti pro expenſis in re factis, quamvis aliter foret, ſi non habita fide de precio venditio fieret, nam cum tunc dominus rei maneat venditor, *leg. quod vendidi, ff. de contrahend. emption.* §. *venditæ, inſtitut. de rerum diviſion.* poterit vindicando rem omnibus præferri, *leg. ſi procuratoris*, §. *planè*, *ff. de tributoria*, Barboſ. *in l. ſi cum dotem* 23. §. *final. num.* 32. *ff. ſolut. matrim.* Cancer. *var. lib.* 1. *cap. cap.* 9. *num.* 3. & refert deciſum à Senatu, D. Leon *dict. deciſ.* 175. *num.* 8. Tamen indubitatum eſt, quod credi-
98 tori pro precio rei venditæ, habita fide de precio, datur prælatio non ſolum adverſus creditores hypothecarios anteriores, ſed etiam adverſus ipſam mulierem pro dote agentem, ratione hypothecæ anterioris tacitæ, vel expreſſæ, ut ſpecialiter conſtitutum eſt in *for.* 43. *fol.* 14. *curiar. anni* 1626. Et in puncto juris hanc defendunt opinionem uti veriorem, Bald. Novell. *de dote*, *part.* 10. *num.* 3. Neguzan. *de pignorib.* 2. *membr. part.* 5. *num.* 16. & 17. Gregor. Lopez *part.* 5. *tit.* 13. *l.* 30. *gloſſ. el poſtremo*, & *leg.* 33. *gloſſ. entonces*, Rebuf. *ad ll. Galiæ*, *tit. de conſ. reddit. artic.* 1. *gloſſ.* 8. *num.* 27. Matienzo *lib.* 7. *tit.* 16. *lib.* 5. *gloſſ.* 5. *num.* 8. Gutierr. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 100. & *lib.* 4. *cap.* 99. Azin. *de execut.* §. 7. *cap.* 14. Felician. *de cenſib. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 22. Muta *deciſ.* 67. *num.* 4. 5. & 6. Cavalcan. *deciſ.* 15. *part.* 4. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 20. Cardinal. Thuſc. *practic. lit. H. concluſ.* 131. *num.* 18. Giurb. *ad conſuetud. Meſan. cap.* 9. *gloſſ.* 2. *part.* 1. *num.* 47. Et pro hac opinione refert deciſionem, Amato *dict. reſolut.* 3. *num.* 23. pro qua poteſt etiam adduci, Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 9. *n.* 19.

Hanc opinionum diverſitatem deſideran-
tes aliqui componere, mediam viam eligerunt 99
docendo, quod inter agentem pro tacita impenſi hypotheca, & mulierem pro dotis hypotheca tacita, potiorem eſſe qui prius fuerit tempore, ex regul. text. *in cap. qui prior, de regul. jur. in* 6. Et hæc opinio poteſt fundari in illo, quod privilegium datum hypothecæ tacitæ dotis, vincendi creditores tacitam hypothecam anteriorem habentes, habet creditor agens pro expenſis, ut ſæpè diximus: ergo privilegio iſto, neque creditor uti poterit contra mulierem agentem pro dote, neque mulier pro dote agens contra creditorem prædictum, ex regula, quod privilegiatus contra pariter privilegiatum, non utitur privilegio ſuo, *l. ſed, & milites, in princip. ff. de excuſat. tutor. l. aſsiduis*, *verſ. in duabus, Cod. qui potiores*, *in pignor. l. ſcire, ubi gloſſ. verb. ad hæredem*, *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Et hanc opinionem, uti veriorem, defendunt Gothofred. *in authent. de æqualit. dotis*, §. *his conſequens*, & *in l. interdum* 5. *ff. qui potiores*, ubi Barthol. Alberic. & Fulgoſ. Cinus *in authent. quo jure*, *Cod. qui potiores*, Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 7. Molin. *de juſtit. & jure*, *tractat.* 2. *diſputat.* 438. *num.* 19. Gratian. *diſcept.* 17. *num.* 33. Uveſembec. *in commentar. tit. ff. de privileg. creditor. num.* 5. & 7. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 6. *num.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Rebel. *de obligationib. juſtitiæ*, *part.* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 3. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.* 5. *à num.* 23. Boſsius *de dote, part.* 2. *cap.* 18. *num.* 76. Anton. Mariæ Bertol. *in ſcholiis*, ad Rodrig. *de concurſ. creditor. part.* 1. *artic.* 7. *num.* 111.

In hac opinionem varietate, tres judico
distinguendos eſſe caſus, ut quid mei judicii 100
ſit proferam. Primus eſt quando venditor habita fide de precio vendidit rem, & ante illius traditionem, & in limine contractus, reſervavit ſibi ſpecialem hypothecam in illa re, hoc enim in caſu, quia venditor tempore traditionis rei ſuæ, potuit aponere illud onus, & conditiones quas voluerit, & tradita res non aliter fuerit facta debitoris, niſi cum illo onere, habebit creditor pro precio prælationem in illa re, mulieri agenti pro dote virtute tacitæ, ſive expreſſæ hypothecæ anterioris, Neguzan. *de pignorib. membr.* 2. *part.* 5. *num.* 17. Felician. *de cenſib. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 22. Gutierr. *practicar. quæſtion. lib.* 3. *quæſtion.* 100. *num.* 23. Gratian. *diſcept. forenſ.* 616. *num.* 4. *cum ſequent.* & *diſcept.* 670.



670. *n.* 7. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 20. *n.* 13. Amato *dict. reſolut.* 3. *n.* 37. Caponi *tom.* 3. *diſceptat.* 207. *n.* 32. Et caſus iſte apud nos indubitatus eſt, etiam ſi venditor non ſibi reſervaverit in limine cō-
101 tractus ſpecialem hypothecam, & vendiderit habita fide de pretio, nàm in re vendita, pro pretii exactione, præfertur anterioribus creditoribus ementis, etiam hypothecam expræſſam habentibus, *per for.* 13. *rubr. de clamo non mutand.* Et etiam ſi creditum anterius fuerit ex cauſa dotis, ut ſtatutum eſt, *in dict. for.* 43. *fol.* 14. *curiar. anni* 1626. Secundus
102 caſus eſt, quando creditor in rei conſervationem, aut reparationem expenſam fecit, aut mutuavit pecuniam ad emendam rem; & in hiis caſibus, etiam ſi creditores expreſſè ſibi reſervaverint hypothecam in re empta, non habebunt prælationem agentibus ex obligatione, & hypotheca dotis anteriori, & pro hac opinione, eſt textus apertus, cui reſponderi non poteſt, *in dict. authent. de æqualitat. dotis*, §. *his conſequens*, ibi: *Volumus igitur ſecundum hoc, ut ſi quis domum renovaſſet, aut etiam agrum emiſſet, non poſsit talia privilegia mulieribus oponere.* Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 20. *n.* 13. Acoſta *de privileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.* 3. *n.* 10. Caponi *dict. tom.* 3. *diſcept.* 207. *num.* 32. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 4. *n.*
103 66. Tertius, & ultimus caſus eſt, quando creditores mutuantes ad conſervandam rem, aut illam emendam, tacitam ſpecialem hypothecam habuerint priorem tempore, quam dos, & hoc in caſu judico præferendos eſſe doti, & in hoc ſenſu poteſt ſequi tertia D. D. opinio, & eam probo ex ipſo, §. *his conſequens*, *dict. authent.* ubi ſolum creditoribus poſterioribus, qui mutuant ad rei conſervationem, aut emptionem, prohibetur opponere prioritatem, & prælationem contra mulieres agentes pro dote; ergo apertè Imperator ſentit, quod ſi creditores fuerint dote priores, opponere privilegium prioritatis poterunt. Confirmatur, nam tacita hypotheca dotis, etſi anterioribus tacitis hypothecis præferatur, non præfertur tacitæ hypothecæ fiſci, quia hypotheca iſta privilegiata eſt, *l. aſsiduis*, *Cod. qui potiores*: Ergo neque hypothecæ ſupradictæ, quia etiam privilegiata eſt.

104 Advertere demum opportet, quod ut mutuantes ad reparationem Prædiorum, & conſervationem, vel ad illorum emptionem, hanc habeant prælationem, curare debent, quod pecunia mutuata, aut data, convertatur in reparationem, aut emptionem rei, quia non conſtito de convertione pecuniæ in rei emptionem, aut reparationem, non habebunt privilegium illud tacitæ hypothecæ, & prælationis, Neguzan. *de pignor.* 2. *membr.* 5. *part. n.* 15. Gutierr. *pract. car. quæſt.* 98. *n.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 48. *n.* 8. & *privileg.* 34. *n.* 8. 9. & 10. Azin. *de execut.* §. 7. *cap.* 13. *ſub n.* 1. *verſ. ſecundo limitatur*, Gratian. *diſcept.* 670. *n.* 9. Amato Rodrig. *de concurſ. creditor. part.* 1. *artic.* 8. *n.* 19. Marta Medic. *deciſ. ſenenſ.* 19. *exam.* 11. *n.* 7. & 8. Merlin. *controverſiar. cap.* 26. *n.* 5. Minſinger. *centur.* 2. *obſervat.* 60. Amato *variar. dict. reſolut.* 3. *n.* 52. & 53. Berlich. *de jure prælat. cap.* 20. *in medio, part.* 1. Caſtili. *lib.* 8. *de aliment. cap.* 36. §. 3. *n.* 14. Carleval. *de judiciis, tit.* 3. *diſput.* 35. *n.* 18. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 69. Anton. Mariæ Bertoli *in ſcholiis* ad Rodrig. *de concurſ. creditor. part.* 1. *artic.* 7. *n.* 22. Stayban *tom.* 2. *reſolut.* 196. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 47. Caponi *tom.* 3. *diſcept.* 207. *n.* 11. Cyriac. *controverſ.* 219. Caſtejon *in alphabet. verb. hypotheca*, *n.* 40. & *verb. creditor. n.* 72. Cardinal. Celſus *deciſ.* 398. Franciſc. de Angelis *de confeſsion. lib.* 2. *quæſt.* 60. *n.* 2. & *quæſt.* 13. *à n.* 69. *uſque ad* 79.

Para que el que gaſta, y expende en rehe- 105
„dificar, y mejorar caſas, ò campos, y haze „mejoras utiles, y neceſſarias, tenga cabal ſeguridad para poder repetir lo expendido, „y gaſtado con prelacion de qualeſquiera „Acrehedores que tengan obligada, y hypothecada la coſa que ſe mejora, y aun de los „miſmos dueños de aquella, deve expender, „y gaſtar, y hazer la mejora, con autoridad „de Juez, interponiendo decreto con cognicion de cauſa. Para lo qual deve proponer „ſu libello narrãdo, y manifeſtãdo en aquel, „como la caſa, ò predio que poſſee neceſſita, preciſa, y neceſſariamente para ſu conſervacion de tales obras, y que de manos, „y pertrecho, han de coſtar T. cantidad, y „concluir pidiẽdo que ſe reciba ſumaria informacion de teſtigos, y la relacion de los „expertos, Albañil, y Carpintero del Tribunal, para que conſte de la neceſsidad de hazerſe las mejoras, y de lo que han de coſtar „aquellas, y en viſta de la neceſsidad, y ſu „coſte, ſe dè facultat para que ſe hagan, y ſe „expenda aquella cantidad que dixeren los „expertos avràn de coſtar. Recibida eſta informacion, y relaciones ſe haze el decreto „concediẽdo la facultad para hazerlas, y expender la cantidad del coſte, en virtud de „lo qual ſe haze la obra, ò mejora, y deſpues „de concluida, y firmadas apocas por los Albañiles, y demàs oficiales que la hizieron, „del coſte, buelven los expertos de la Corte „à verla, y hazen relacion de que las obras „ſe han hecho ſegũ el tenor del decreto, que „eſtan con toda perfeccion, y que ſe avrà ex-

„ expendido, y gaſtado en aquellas las cantidades que ſe dixo en el decreto valian, y eſtas relaciones ſe continuan al pie del miſmo decreto, y el libello ſe propondra en eſta forma.

IHS. F. T. Propoſant com millor pot, diu, que com à amo, y verdader ſeñor que es de una caſa ſituada en la preſent Ciutat Parroquia de Sent Martí, en lo carrer de Sent Vicent que afronta, &c. Y actual poſſehidor de aquella, ha fet regoneixer la caſa ſobredita, y ſe ha trobat que tota la ultima cuberta, y terrats, y la paret meſtra que cau al carrer de Sent Vicent, eſtàn en grandiſsim perill de caures, aixi per eſtar caſi tota la fuſta podrida, com per ſer la paret molt vella, y haverſe ubert gran tros de aquella, demanera que per lo perill en que eſtà dita caſa, noy ha perſona alguna que vulla habitar en aquella, menys que fentſe les ſobredites obres; E com lo propoſant deſitje acudir al reparo y conſervaciò de dita caſa, y deſitje expendir, y gaſtat aquella cantidad que pareixerà neceſſaria, y adquitir, per lo que te expendirà, y millorarà, prelaciò à qualſevols Acrehedors, y lo menys que ſerà meneſter pera fer les ſobredites obres es la cantitat de 200. lliur. contant les mans, fuſta, pertret, y demès gaſtos preſciſos que ſe han de oferir.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir, ſe li reba una ſumaria informacio de teſtimonis, à fi, y effecte de verificar, y provar lo deſus dit, y aixi mateix que els experts Obrer de Vila, y Fuſter de la preſent Cort viſuren la caſa ſobredita, y faſſen relaciò de que les obres ſobredites preſciſa, y neceſſariament es dehuen fer pera la conſervaciò de dita caſa, y que importara tot lo gaſto de aquelles, les dites 200. lliur. y conſtant per dita informaciò, y relacions de experts, medio juramento fetes en poder del Eſcriva de la preſent Cort, de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, paritèr requir, ſe li done facultat al dit propoſant, peraque puixa fer les ſobredites obres, y expendir, y gaſtar en aquelles la dita cantitat de 200. lliur. ò aquella que als experts los pareixerà ſer meneſtèr, pera que en tot cas conſte haverſe gaſtat, y expendit en conſervaciò de dita caſa, y ſe li done la prelaciò ſobredita al propoſant, y fetes dites obres ſe viſuren iterum per los dits experts, y es faſa relaciò per aquells en poder del Eſcrivà ab jurament de haverſe fet modo debito, y ſegons bon Art de Arquitectura, y que en aquelles ſe han expendit les ſobredites cantitats, peraque en tot cas conſte de haver ſe fet en lo modo degut, interpoſant en tot lo deſus dit lo decret judicial del preſent Tribunal. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die 9. Februarii* 1688.
*Recipiantur informatio,*
*& relationes.*
F. T. Aſſeſſor.

CA-



# CAPUT XXI.

# *DE DECRETO ad alimenta minoribus taxanda.*

## SUMMARIUM.

1 *Alimenta, tam de jure, quam in noſtra praxi, minoribus taxantur, interpoſito Judicis decreto.*

2 *Tutores, & Curatores, in adminiſtrationis initio, obtinere debent taxationis alimentorum decretum.*

3 *Alimenta à Tutore præſtita minori, poſſunt à judice taxari quolibet in tempore, & expenſum pro alimentis in computum debet admitti.*

4 *In taxatione alimentorum attendi debet ætas Pupilli, nam parvulis alimenta parva dantur, majoribus majora.*

5 *Infanti uſque ad triennium exigua alimenta debentur, cum mater, per hujus temporis ſpatium, debeat illum lactare.*

6 *Mater intra triennium non tenetur præſtare filio aliud alimentum, quam lac. Veſtes autem, lectulum, medicinæ, & alia neceſſaria, danda ſunt infanti ex patrimonio Patris.* 7.

8 *Mater egena, quæ victum ad ſui alimoniam debet quærere, non tenetur ablactare filium, niſi ex illius bonis ei alimenta præbeantur.*

9 *Mater infirma, aut illuſtris, non tenetur lactare filium.*

10 *Mater non ablactans filium, juſta de cauſa, debet ſalarium lactis nutrici ſolvi ex bonis infantis. Secus ſi abſque cauſa juſta noluerit mater ablactare filium, nam de propriis ſalarium tenetur ſolvere.* 11.

12 *Infanti ex ſtirpe illuſtri, debet dari famula ſalariata, ut illium brachiis portet abletationis tempore.*

13 *Mater tenetur, tam filium legitimum, quam illegitimum, ſpurium, vel adulterinum, alere intra triennium ablactationis.*

14 *Infantia durat uſque ad ſeptennium.*

15 *Infanti à triennio uſque ad ſeptennium, mediocra alimenta debent taxari, non pro viribus patrimonii, ſed pro ætatis incremento. Et in hac ætate alendi ſunt à patrimonio patris.* 16.

17 *Obligatio paterna eſt filios alere Materna non niſi in ſubſidium.*

18 *Infans educari debet ubi pater diſpoſuerit. Limita ſi judex juſtam habuerit cauſam recedendi à voluntate patris.* 19.

20 *Infantes ubi veneant educandi. Et an mater ſi ad ſecundas convolet nuptias ſit educatione filii privanda, remiſſive.* 21.

22 *Minores à ſeptennio uſque ad majorem ætatem, majoribus indigent alimentis, & debent artibus liberalibus inſtitui, aſſignatis mercedibus Præceptoribus.*

22 *Minor talis conditionis, qui juxta regionis morem pedeſter non debet incedere debent ei equi dari, & ali in taxatione alimentorum.*

24 *Minor ſi fuerit Baro, aut Comes, aut aliam habuerit dignitatem, debent ei præberi mulæ, & carruca juxta illius ſplendorem.*

25 *Alimenta debent pupillo taxari juxta vires patrimonii. Et non eſt æſtimandum patrimonium ex valore proprietatum, ſed ex redditibus.* 26. *Redditus dicuntur qui ſuperſunt deductis oneribus, & ære alieno.* 27.

28 *Redditus omnes non ſunt taxandi pro alimentis quotannis, ſed aliquid relinquendum eſt pro cautione ſequentis anni.*

29 *Taxatione facta, ſi redditus patrimonii diminuantur, diminui debent alimenta, ſi augeantur augeri.*

30 *Proprietates non debent vendi, aut diminui, ut alatur pupillus. Amplia etiam ſi pater aſſignaverit pupillo alimenta, nam ſi ex redditu ſolvi non poſſunt, non debet ſequi patris voluntas, neque proprietates alienari.* 31.

32 *Minor qui ex redditu patrimonii ali non poteſt, debet ad ſerviendum accommodari à tutore.*

33 *Potius permittendum eſt quod papillus mendicet ſi fas ei ſit, quam quod ex proprietatibus alatur.*

34 *Minor nobilis potius debet ſervire Comiti, Marchioni, Duci, aut Regi, quam ex proprietatibus ali.*

35 *Tutor, Pupillum alens ex proprietatibus, vel ultra redditum, nequit alimenta repetere.*

36 *Infans qui ex redditu patrimonii nequit ali, poterit, infantia durante, ex proprietatibus ali, decreto judicis ſpeciali interveniente. Infantia dimiſſa ſecus.* 37.

38 *Tutor debet minorem ponere ad ſerviendum* in

Ee

*in ſeptennio ætatis, ſi non habeat redditus unde illum alere poſsit.*

39 *Minor ſerviens tutori, à ſeptennio ætatis compenſat valorem ſervitii cum alimentis à tutore præſtitis.*

40 *Taxatio alimentorum fieri debet juxta dignitatem minoris.*

41 *Filii ſpurii de jure civili alendi non ſunt. Secùs de jure canonico, nàm etiam adulterini, & quilibet alii, alendi ſunt.* 42.

43 *Filii illegitimi juxta dignitatem patris alendi ſunt.* Multi *autem tenent, quod ſolum juxta neceſsitatem.* 44.

45 *Alimentorum nomine quæ veniant.*

46 *Nobilis debet pretioſius veſtiri, quam ruſticus.*

47 *Aluntur ruſtici caſeo, cepa, oleribus, pane, & ſimilibus. Nobiles pullis galinaceis, perdicibus, pane albo, & aliis delicatis cibis.*

48 *Alimenta taxari debent juxta conſuetudinem loci, debet etiam attendi opportunitas temporis, & judicis arbitrio relinquitur quo modo, & quid taxari debeat.* 49.

50 *Praxis decreti ad alimenta taxanda minoribus, ubi libellus.*

51 *Pater tenetur omni jure filios alere, tàm legitimos, & naturales, quàm emancipatos, aut ſpurios, vel ex coitu damnato procreatos. Et quando.*

52 *Filiæ nubenti abſque patris conſenſu, an alimenta debeantur.*

53 *Filii exhæredati à patre, an poſint in regno alimenta petere.*

54 *Avus paternus alere tenetur nepotes, ſi à patre non poſſunt ali. Extende ad nepotes, & deſcendentes illegitimos, etiam natos ex legitimis, & naturalibus.* 55. *Amplia etiam ſi filius, aut nepos filios habeant divites, nàm non ab illis, ſed ab aſcendentibus debent ali.* 56.

57 Mater *omni jure tenetur alere filios, tàm legitimos, quàm ex damnato coitu natos, & lactare illos intra triennium. Ultra triennium non tenetur mater filios alere, niſi in ſubſidium. Et bonis deficientibus paternis.* 58.

59 *Avus maternus, & Avia materna, tenentur nepotes alere, caſu in quo aſcendentes per lineam paternam alere non poſſint illos.*

60 *Filii divites tenentur alere patrem, quando aſcendens obligatus ad alendum non reperitur. Amplia ad filios ex damnato coitu, & ad fideles filios erga patres infideles.* 61.

62 *Filius parentes egenos habens, non poteſt licite ingredi Religionem, & quare, & an teneatur illam deſerere.*

63 *Frater dives an teneatur alere fratres, & ſorores pauperes, & quid de fratribus ſpuriis, vel ex diverſo patre, vel matre natis.*

64 *Patruus an fratris filios teneatur alere, & an filii fratrum, patruos alere debeant.*

95 *Vitricus, & noverca, an privignos alere teneantur, & quid de privignis, an alere debeant vitricum, vel novercam.*

66 *Maritus uxorem alere tenetur, ſive dotem atulerit, ſive non. Limita ſi propria authoritate à domo viri diverterit.* 67. *Limita etiam ſi dos promiſſa viro non fuerit ſoluta.* 68. *Et an non ſoluta promiſſa dote, poſsit à marito ejici de domo.* 69.

70 *Socer tenetur alere nurum, etiam ſi abſque dote nupſerit, & contra voluntatem ſoceri. Limita ſi dos promiſſa à nuru non fuerit ſoluta.* 71.

72 *Maritus pauper debet ali ab uxore.*

73 *Hæredes illius qui alimenta præſtare tenebatur, tenentur etiam præſtare alimenta. Intellige non ſolum de primis hæredibus, ſed de ulterioribus.* 74. *Amplia ad hæredes matris, vel avi materni, etiam ſi deſcendentes fuerint illegitimi.* 75. *Amplia etiam quod prohibuerit pater in teſtamento alimenta dare filio ſpurio.* 76.

77 *Donatarius omnium bonorum tenetur alimentare perſonam, quam tenebatur donans.*

78 *Monaſterium ſuccedens in bonis patris profeſsi, tenetur alere filios profeſsi patris.*

79 *Hæredes deſcendentium, & tranſverſalium an teneantur aſcendentes, & tranſverſales alere.*

80 *Hæredes patris, & aſcendentium, tenentur alere filios, & deſcendentes, etiam ſi alii ſuperſint aſcendentes materni, qui illos poſsint alere.*

81 *Succedentes in majoratu, vel fideicommiſſo, tenentur alere deſcendentes inſtitutoris, natos, aut conceptos inſtitutore vivente, vel poſt illius mortem. Amplia ad illegitimos.* 82. *Amplia etiam quod deſcendentes fuerint divites.* 83. *Et quid de tranſverſalibus.* 84.

85 *Alimenta non debentur habenti aliunde, unde ſe alere poſsit. Et hac de cauſa filiæ nuptæ à marito alitæ, non debentur alimenta, & quid de filio muliere divite nupto.* 86. *Declara procedere iſta, in alimentis officio judicis debitis, nam alimenta actionis jure debita, etiam diviti debentur.* 87.



88 *Habens officium, aut artificium, ex quo vivere poteſt, non dicitur pauper, neque illi deberi poterunt alimenta. Limita in nobili, qui artem vel officium mecanicum, abſque dedecore exercere non poteſt.* 89. *Et quid ſi officium fuerit infructuoſum, ut ſi Advocatus fuerit novellus, aut Medicus.* 90.

91 *Paupertas quoad alimenta metienda eſt ex redditu bonorum; & qualem redditum debeant habere milites in Regno, ut pauperes dici non poſſint.*

92 *Petens alimenta uti filius, aut nepos, probare debet ſe eſſe talem, & petitionem facere propoſito libello.*

93 *In cauſis alimentorum procedi debet ſummariè, & per breviſsimas dilationes. Declara procedere, quando alimenta præſentia, aut futura petuntur, aut jure actionis, vel judicis officio, ſecùs ſi præterita petamur.* 94.

95 *Pauper quilibet præſumitur.*

96 *Paupertatem tenetur probare alimenta petens, & quare. Probatio filiationis, & paupertatis qualis in noſtra praxi requiratur.* 97.

98 *Alimenta petens probare debet, perſonam ad alendum obligatam contra quam agit, divitem eſſe, quia egeni quantumvis obligati, alere non tenentur. Et quæ alia debeant probari à petente alimenta.* 99.

100 *Alimenta præterita, non poſſunt peti judicis officio, & quæ dicantur præterita. Secùs eſt ſi jure actionis petantur, & an ad hæredes tranſeat jus petendi illa.* 101.

102 *Alimenta taxari debent juxta Dignitatem petentis illa, & illius contra quem petuntur, & facultates quas habet. Et an, quibus in ſubſidium debentur, debeant taxari juxta naturæ indigentiam, vel juxta dignitatem.* 103.

104 *In taxatione alimentorum debet attendi dignitas perſonæ, an ſit uxoratus, quibus famulis indigeat, & an Carruca, vel equo utantur hominis dignitatis ſuæ.*

105 *Alimentorum nomine quid veniat.*

106 *Alimentorum taxatio debet fieri cum hoc, quod anticipatè ſolvantur, & an debeant ſolvi de menſe in menſem, vel de anno in annum. In Regno ſolvi debent per tertias anticipatas.* 107.

108 *Pater non tenetur alere filium extra domum. Limita juſta concurrente cauſa.* 109.

110 Obligati *ad alendum, an teneantur alimenta extra domum præſtare, & quid in noſtra praxi fiat.*

111 *Apellatio non admittitur quoad effectum ſuſpenſivum à ſententia diffinitiva, vel interlocutoria, in cauſis alimentorum lata. Limita ſi fuerit lata ſententia contra petentem alimenta* 112. *Limita etiam ſi alimenta fuerint petita jure actionis.* 113. *Et quid ſi petens illa fuerit pauper.* 114.

115 *Appellari poteſt à ſententia in cauſa alimentorum lata, etiam ſi judicis officio petita fuerint, quando petens dives eſt, & an ſi petantur alimenta præterita, debeat admitti appellatio.*

116 *Revocata ſententia lata in cauſa alimentorum, quæ poſsita fuerat in executione, an ſententia ſecunda revocatoria, pariter debat exequi.*

117 *Filius non præfertur creditoribus hypothecariis patris pro alimentis officio judicis debitis, quia hypothecam non habet. Limita ſi pater aſsignaverit filiis certa bona pro alimentis, aut ſi jure actionis debeantur, quia in hoc caſu habent prælationem, & hypothecam.* 118.

119 *Praxis petendi alimenta per juriſdictionem contentioſam, ubi libellus.*

120 *Taxatis alimentis, ſi alens pauper fiat, aut dives, debent minui, vel augeri alimenta taxata, & quomodo hoc procedat. A regulatione alimentorum, an appellari poſsit.* 121.

122 *Praxis, & libellus ad petendam regulationem alimentorum, vel augmentum.*

123 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta, petitur ab actore in quolibet judicio ordinario, vel ſummario, in executione, ante ſententiam, vel poſt, & in quacumque litis parte.*

124 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta, poteſt, peti in judicio univerſali, & in particulari, ut ſi pro re particulari agatur.*

125 *Durum nimis eſt, quod reus ſubminiſtret pecuniam actori, ut litem contra illum ſuſceptam melius defendat.*

126 *Litigans dives, tenetur litiganti pauperi ſubminiſtrare ſumptus litis, & alimenta, & quando.*

127 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta, debet pauperi litiganti dari, juxta aliquos, ne propter inopiam, perſecutionem deſerat ſuarum rerum. Sed quod proviſio detur tanquam ex rebus petentis illam, & ideo juxta rei petitæ fructus debeat dari, defenditur.* 128.

129 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta, non debetur aliunde habenti, unde ſe alere poſsit, ſed pauperi.*

130 *Pauper præſumitur quilibet, niſi divitiæ probentur. Paupertas debet probari concludenter ab illo qui proviſionem ad ſumptus litis, & alimenta petit.* 131. *Et quis dicatur pauper, judicis arbitrio relinquitur.* 132.

133 *Pauper non dicitur litigans ſi ex officio, vel artificio ſe alere poteſt. Aliter eſt ſi non poſsit ſe alere.*

134 *Pauper non dicitur, qui habet patrem, vel matrem divites, aut alios qui eum tenentur alere.*

135 *Alimenta non debentur illi, qui à parentibus, vel marito poteſt ali.*

136 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta non debetur, juxta aliquos, habenti perſonas obligatas ad alendum, quia ſubſidiarium remedium non intrat concurrente ordinario remedio. Quod verum eſt quoad alimenta, quoad ſumptus vero litis, minimè.* 137.

138 *Pauper quoad hæc dicitur, qui redditus non habet, quamvis dominium proprietatum habeat, ideoque ſi redditus fuerint ſequeſtrati, vel emparati, debet proviſio ex fructibus ipſis dari.*

139 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta, non debet dari ex bonis ſequeſtratis, aut emparatis, niſi conſtito, quod petens illam, alia non habet bona unde ſe poſsit alere præſumptio boni juris ſemper ſtat pro poſſeſſore, niſi contrarium probetur.* 140.

141 *Praxis, & libellus ad petendam proviſionem ad ſumptus litis, & alimenta ex fructibus propriis ſequeſtratis, vel emparatis.*

142 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta non debet ſubminiſtrari ab illo, qui non habet quid ſubminiſtret litiganti petenti, neque ultra neceſſarium ad ſui, & familiæ ſuæ alimoniam habet.*

143 *Pauperi non debetur proviſio ad ſumptus litis, & alimenta à die quo ei divitiæ ſupervenerint. Et ex adverſo, diviti litiganti debetur à die quo pauper ſiat.*

144 *Monachus non tenetur probare paupertatem, ſi contra Monaſterium litigat. Neque filius familias juxta aliquos, & quare.* 145. *Contrarium probatur.* 146. *Uxor cum marito litigans, an paupertatem probare teneatur.* 147. *Et quid de curatore hæreditatis jacentis, vel abſentis, aut litis.* 148.

149 *Praxis, & libellus ad hoc, quod litis curator petat proviſionem ad ſumptus litis, & alimenta.*

150 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta non debet dari, niſi conſtito de bono fumo juſtitiæ, non levi, ſed urgenti.*

151 *Præſumptionem boni juris habet petens proviſionem, ſi ſententiam obtinuerit favorabilem. Etiam quod appellatum fuerit à ſententia.* 152. *Limita ſi prima ſententia fuerit revocata, nam præſumptio boni juris, erit pro obtinente ſententiam revocatoriam primæ.* 153.

154 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta, juxta aliquos, non debet dari niſi obtenta ſententia favorabili. Contrarium verius, & admiſſum in praxi, quia datur, tam ante ſententiam, quam poſt.* 155.

156 *Proviſio iſta non debetur litiganti contra proprium contractum, tranſactionem, aut inſtrumentum à ſe factum ex defectu boni fumi. Limita ſi oſtenderetur bonum concurrere fumum.* 157.

158 *Proviſionalia alimenta dari debent, ex ſententia multorum, nulla præſtita cautione de reſtituendo illa in caſu ſubcumbentiæ. Contrarium alii docent.* 159. *diſtingunt melius alii inter alimenta præſtita ante ſententiam favorabilem, vel poſt.* 160.

161 *Pauper petens proviſionem ad ſumptus litis, & alimenta, ſufficit quod juratoriam præſtet cautionem.*

162 *Litigans, qui proviſionem dedit in lite principali, condemnatus ad bona reſtituenda, & fructus, non tenetur reſtituere illam partem fructuum æquivalentem proviſioni datæ, & quare. Et an quantitas proviſionis datæ debeat computari in ſortem pecuniæ, ad cujus reſtitutionem fuit condemnatus, qui proviſionem dedit.* 163.

164 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta debetur filiis, nepotibus, & aliis deſcendentibus litigantibus cum aſcendentibus, uxori, & aliis perſonis. Ceteris conſanguineis, vel extraneis litigantibus non debet dari ex ſententia multorum.* 165. *Contrarium probatur, & defenditur, dummodo conſanguinei, aut extranei pauperes ſint, & bonum fumum juſtitiæ habeant.* 166.

*Pro-*



167 *Proviſio ad ſumptus litis, & alimenta debet dari in judicio alimentorum, & in filiationis judicio.*

168 *Libellus non eſt neceſſarius de jure ad petendam proviſionem ad ſumptus litis, & alimenta, ſecùs in noſtra praxi. Et quæ præ oculis debeant haberi in taxatione quantitatis proviſionalis alimoniæ.* 169.

170 *Praxis, & libellus petendi proviſionem ad ſumptus litis, & alimenta.*

171 *Sententia, vel interlocutio judicis concedens alimenta proviſionalia, ſolet à Senatu fieri, cum hoc quod exequatur non obſtante quocumque remedio, & quare.*

1 TUTORES, & Curatores, cæterique Adminiſtratores, ut alimenta minoribus præſtent, quorum adminiſtrant bona, ſolent in noſtra praxi judicem ordinarium adire, ut ipſe taxet ſummam quam erogare debent quotannis in hiis alimentis, ſuumque interponat decretum, ut in judicio redditionis rationum adminiſtrationis habeatur ratio expenſi; & hæc praxis à nemine incognita, nititur juris communis diſpoſitionibus, quibus cautum habetur, quod minoribus alimenta taxentur judicis interveniente decreto, & prætore adito, *l.* 1. & 2. *ff. ubi pupillus educari, aut morari debeat, l. cum plures, §. cum tutor. ff. de adminiſtrat. tutor. l. jus alimentorum,* 3. *ff. ubi pupillus educari debeat*, ibi: *Jus alimentorum decernendorum pupillis, prætori competit: ut ipſe moderetur, quam ſummam tutores, vel curatores ad alimenta pupillis, vel adoleſcentibus præſtare debeant, l.* 2. *Cod. de alimentis pupil. præſtand.* ibi: *Quod plerumque poſtulatur, ut arbitrio prætoris alimenta pro modo facultatum, pupillis, vel juvenibus conſtituantur.* Ita docent Barthol. & communiter DD. *in dict. l. jus alimentor.* Dueñas *regul.* 187. *n.* 4. Galganet. *de tutorib. lib.* 2. *tit.* 19. *n.* 4. & 5. Simoncel. *de decret. in præfat. n.* 63. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 14. *à princip.* Sola. *in antiquis conſtitut.* Sabaut. *decret. quietat. par.* 1. *gloſſ.* 3. *ſub num.* 15. *fol.* 150. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 22. *per tot.* Barboſ. *ad text. in dict. l.* 2. *Cod. de aliment. pupill. præſtand. n.* 2. Boſsius *in tractat. de effect. contract. matrimon. ſive de alimentor. obligat. cap.* 16. §. 7. *n.* 917. Paul. Meli. *in obſervat.* ad Caſtili. *cap.* 42. *n.* 5.

Hanc alimentorum taxationem tenentur tutores, & curatores facere ſtatim in admi-
2 niſtrationis ſuę innitio, & ſi facta non fuerit juſta de cauſa, nè ſecreta patrimonii minoris pandantur, ut Imperator dixit, *in dict. l.* 2. *C. de aliment. pupil. præſtand.* ibi: *Cæterum ſi bonus vir, & innocens tutor, arbitrio ſuo aluit pupillos (quod interdum etiam neceſſe eſt fieri nè ſecreta patrimonii, & ſuſpectum æs alienum pandantur, quod melius eſt interim taceri, quam cum de modo bonorū quæritur, ultro proferri, & apud acta jus dicentis contra utilitatem pupillorum deſignari) l. Hiſpan.* 20. *tit.* 16. *part.* 6. Vel omiſſa fuerit alia de cauſa, vel ſine ea, debent accepto ferri omnes quantitates, quas tuto- 3
res, & curatores expenderint in minorum alimenta, & in ipſa rationum redditione adminiſtrationis, aut quolibet in tempore, debet taxatio expenſi arbitrio boni viri fieri, & admitti in calculo quod expenſum fuerit, *l. officio*, 2. §. 1. *ff. ubi pupillus educari debeat*, ibi: *Modus autem, ſiquidem prætor arbitratus eſt, is ſervari debet, quem prætor ſtatuit, ſi vero prætor non eſt aditus, pro modo facultatum pupilli debet arbitrio judicis æſtimari, dict. l.* 2. *Cod. de aliment. pupillo præſtand.* ibi: *Non dubiè accepto ferre debebunt ea quæ vir bonus arbitratur.* Docent Cuman. *conſ.* 87. Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, num.* 70. & 71. *ff. de liberis agnoſcend.* Sard. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 15. *à num.* 1. *uſque ad* 13. Molin. *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 224. *§. eſto judex.* Gutierr. *de tutel. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. & 5. Cardoſ. *in prax. judic. verb. alimenta, num.* 3. Montan. *de tutell. cap.* 31. *regul.* 9. *num.* 143. *cum ſequent.* Baeza *de decima tutoris, cap.* 2. *num.* 87. & *cap.* 4. *ſub num.* 59. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 22. *num.* 6. Barboſ. *ad text. in dict. l.* 2. *num.* 5. Cyriac. *controv.* 503. *n.* 20. *tom.* 3. Picnard. *in §. tutores quoque, num.* 35. *inſtitut. de obligationib. quæ ex quaſi contract.* Zachias *de ſalario, quæſt.* 3. *num.* 20. *cum ſequent.* Boſsius *de effectib. matrim. par.* 2. *cap.* 16. § 7. *num.* 917. Paul. Meli *in obſerv.* ad Caſtill. *cap.* 42. *num.* 6. Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 18. *ſub num.* 97. *verſ. & cautius tutor, & n.* 101. *fol.* 171. & *tit.* 28. *n.* 20. *fol.* 1034. Et ut taxentur non eſt neceſsè, quod tutores probent aluiſſe pupillum, quia alio non docto, ſemper præſumitur pupillum alitum à tutoribus fuiſſe, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 29. *Aprilis* 1608. inter Don Marcum de Aragò, & Egregium Don Franciſcum de Aragò, Comitem de Luna, & alia per eundem, *die* 15. *Aprilis* 1609. inter Stephanum Caſtillo, & Petrum Pons, & alia per Daza, *die* 6. *Maii* 1621. inter Michaelem de la Balde, & Paulum San Marti.

Sed quamvis Senatus, ſententia per Alreus, 4
*die* 21. *Auguſti* 1607. inter Joannem Baptiſtam Colomina, & Nicolaum Colomina, & alia per eundem, *die* 29. *Januarii* 1610. inter Damianum Martorell, & Franciſcum Molla, & alia per Daza, *die* 5. *Decembris* 1608. inter Annam Mariam Matheu, & Don Philippum Boil illius curatorem, & alia per eundem, *die* 4. *Maii* 1612. inter Narciſum Sem-



pere,

pere, & Hippolytum Balbes, & de Calderò, & alia per Alreus, die 13. Junii 1615. inter Don Antonium de Roxas, & Don Franciſcum Carròs. Latiſsimè traddiderit omnia ferè quæ attendi debent in hac alimentorum taxatione, non erit infructuoſum, ea quæ principalitèr attendi debent, oſtendere. Attendi debet primo pupilli ætas, l. jus alimentorum 3. §. ante oculos, ff. ubi pupillus educari debeat, ibi: Ætatem etiam contemplari, in qua conſtitutus eſt cui alimenta decernuntur. Parvulo enim, parva alimenta ſunt præſtanda, & prout ætas creſcit, præſtantur majora pro incremento ætatis, l. alimenta, §. baſiliſſæ libertæ, ff. de aliment. & cibariis legat. ibi: Prout ætatem amplıaverit: gloſſ. in l. cum unus, ff. de aliment. & cibariis legat. Simon de Præt. de interpret. ultimar. volunt. lib. 4. interpretat. 2. nu. 8. Azor inſtitut. moral. par. 2. lib. 2. cap. 4. quæſt. 19. Menoch. de arbitrar. caſu 169. num. 4. Barboſ. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. par. 4. nu. 70. Boſsius de effectib. matrimon. par. 2. cap. 3. §. 1. nu. 74. Pechii de aquæduct. tom. 2. cap. 9. quæſt. 3. nu. 44. Unde ſi matrem habuerit minor, minora alimenta taxanda erunt uſque ad triennium, quia cum tempus ablactationis duret uſque ad triennium, infans non indigebit magnis alimentis, cum mater
5 teneatur illum alere, & ablactare per hoc
temporis ſpatium, l. penultim. Cod. de patria poteſt. cap. final. de converſione infidel. cap. ad ejus, diſtinct. 5. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 14. Pontan. de aliment. cap. 8. Lara de vita hominis, cap. 13. Coller. de aliment. lib. 1. cap. 6. Paſchal. de virib. patr. poteſtat. 2. par. cap. 3. nu. 48. Layman lib. 5. tract. 10. par. 3. cap. 5. nu. 5. Bonacin. de matrimon. quæſt. 4. punct. 15. nu. 7. Narbon. in juris annalib. anno 3. quæſt. 1. & quæſt. 2. nu. 6. noſter Trullench in decalog. lib. 4. cap. 1. dubit. 3. num. 2. 23. & 24. Thoro vot. 94. num. 18. Noſter doctiſsimus Præpoſitus Rocafull, in prax. quid agendum, par. 3. lib. 2. num. 44. Arias de Meſa variar. lib. 2. reſolut. 25. ſub num. 20. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 58. num. 1. Carranza de legitim. partus edit. cap. 3. §. 4. num. 25. Boſsius de effectib. matrimon. par. 2. cap. 7. num. 316. Valeron de tranſactionib. tit. 3. quæſt. 1. num. 28. Michalor. de fratribus, part. 3. quæſt. 31. num. 9. Bich. deciſ. 410. num. 9. Meli in obſervat. ad Caſtill. cap. 36. §. 1. num. 9. & 10. Leoncil. de privileg. paupertat. privileg. 243. num. 1. cum ſequent. Acuña cap. 4. num. 1. diſtinct. 5. Carpzovius in juriſprud. forenſ. par. 3. conſtitut. 27. definit. 5. num. 3. Iranzo in prax. proteſtat. cap. 15. num. 9. Carol. Rota de privileg. mulierum, cap. 3. ſpecial. 11. num. 12. & 13. Caſtejon in alphabet. verb. filius, num. 31. Carol. Spadaza in theatr. viduil. deſquiſit. 70. num. 98. Moſtazo de cauſis piis, tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 31. Ego ipſe in cap. 10.
de proteſtat. alimentor. num. 17. Dixi minora, 6
nam neglecta aliquorum opinione, judico matrem in hoc ablactionis triennio, non teneri aliud alimentum infanti dare, quam lactis, Molin. de juſtit. & jure, tom. 1. diſput. 168. Valaſc. conſultat. 92. num. 6. Layman lib. 5. tractat. 10. par. 3. cap. 5. num. 5. noſter Rocafull in prax. quid agendum, par. 3. lib. 2. num. 49. Boſsius de effectib. matrimon. tom. 2. cap. 7. num. 324. Antonell. de tempore legal. dict. lib. 2. cap. 58. num. 2. Carranza de legitima partus edit. cap. 3. §. 4. num. 38. Moſtazo de cauſ. piis, tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 32. Alia vero ad alimenta, & educationem
infantis neceſſaria, ut veſtes, lectulum, me- 7
dicinæ, & ſimilia, debent à Patrimonio paterno infanti dari, & taxari, Molina dict. diſputat. 168. §. mater uſque, Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 2. cap. 5. quæſt. 8. Layman. ubi proxim. Valaſc. conſultat. 92. num. 6. Boſsius dict. cap. 7. §. 12. num. 324. Moſtazo de cauſis piis, dict. cap. 9. num. 32. quamvis contrarium cum Peregrino, & aliis doceat Antonel. de tempore legal. dict. lib. 2. cap. 58. num.
2. Et adhuc ſi mater fuerit egena, & adeò 8
pauper, ut dum victum propriis manibus quærit, de educatione, & ablactatione filii curare non poteſt, non tenetur illum ablactare in hoc triennio, Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 14. n. 7. Molin. dict. diſput. 168. Valaſc. dict. conſultat. 92. num. 3. Antonell. de tempore legal. lib. 2. cap. 58. num. 3. Boſsius dict. cap. 7. §. 12. num. 318. & 319. Carranza de legitim. partus edit. cap. 3. §. 4. n. 28. Leoncil. de privileg. paupertat. part. 2. privileg. 243. num. 7. Carol. Rota de privileg. mulier. cap. 3. ſpecial. 11. num. 13. Moſtazo de cauſis piis, tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 33. Niſi ex bonis pupilli taxentur matri alimenta neceſſaria, nam tunc ceſſat excuſationis ratio, cum jam curare non debeat de victu quærendo.

Quando infans matre caret, aut mater 9
propter invaſilitatem, infirmitatem, aut ſplendorem, & dignitatem non tenetur filium ablactare, prout excuſari ex hiis cauſis tenent, Antonell. de tempore legal. dict. lib. 2. cap. 58. num. 4. Carol. Rota de privileg. mu-
lierum, cap. 3. ſpecial. 11. num. 12. & 14. De- 10
bet in hoc ablactationis tempore taxari pro alimentis infantis ſalarium congruum mulieri pueri ablactanti, Carol. Rota dict. cap. 13. ſpecial. 11. n. 14. Quod debet ſolvi à Patrimonio infantis, ſimul cum omnibus aliis ad educationem, & alimenta neceſſariis. Si vero mater, legitimam non habet excuſatio-
nem ablactandi infantem, nollit ubera ei pan- 11
dere, tenebitur ſalarium, quod nutrici taxatum fuerit, ex bonis propriis ſolvere durante abla-



ablactionis tempore, ut ſatis probatur ex l. penultim. Cod. de patria poteſt. cap. final. de converſ. infidelium, ubi ſupponitur hanc eſſe matris obligationem. Et in terminis docent Panormitan. in cap. cum haberes, de eo qui duxit in matrimon. Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 13. num. 13. Læſsius de juſtit. & jure, lib. 2. cap. 19. num. 20. Boſsius dict. cap. 7. num. 323. Si infans ex ſtirpe fuerit illuſtri,
12 vel nobili, & Patrimonium habuerit pingue,
in hoc ablactationis triennio, ſive à nutrice, ſive à matre ablactetur, debet habere famulam, ut illum brachiis portet, cui debet aſſignari ſalarium, & taxari alimenta, juxta textum, in l. cum plures, 12. §. cum tutor, ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor. l. jus alimentorum, 3. §. ante oculos, 2. ff. ubi Pupillus educari debeat, ibi: Ante oculos habere debet in decernendo, & mancipia quæ pupillis deſerviunt. Et in hiis tanta obligatio matris eſt, quod etiam ſi filius illegitimus fuerit, vel ſpurius,
13 aut adulterinus, tenetur alere illum in hoc
triennio, & illius educationem habet, Molina dict. diſput. 168. verſ. mater, Lara de vita hominis, cap. 3. n. 59. Trullench. Layman. & Rocafull ubi proxim. Sanchez de matrim. lib. 10. diſputat. ultima, Paſchal. de virib. patriæ poteſtat. 2. part. cap. 3. à n. 48. Bonacin. de matrim. quæſt. 4. punct. 15. n. 7. Narbon. in juris annalib. anno 3. quæſt. 1. n. 2. Antonell. de tempore legal. dict. lib. 2. cap. 58. n. 1. Carranza de legitima partus edit. cap. 3. §. 4. n. 25. Boſsius dict. cap. 7. n. 317. Bich. deciſ. 410. num. 9.

A triennio, uſque ad ſeptennium ætatis,
14 mediocra alimenta erunt infanti taxanda,
nam cum infantia, tàm in maſculis, quàm in fœminis, uſque ad ſeptennium duret, l. ſi infanti, 18. §. ſi autem ſeptem annos, Cod. de jure deliberand. l. 1. §. ſufficit, ff. de adminiſtrat. tutor. gloſſ. in l. etiam infantem, ff. de adoptionib. & in l. 1. §. initium, ff. de poſtulando, Cujacius in l. 5. ff. qui teſtamenta facere poſſunt, Perez de Lara de vita hominis, cap. 14. num. 6. Sanchez in conſ. moralib. lib. 1. cap. 5. dubitat. 4. n. 2. Roderic. Acuña in cap. in ſingulis 2. num. 2. diſtinct. 27. Boſsius de effectib. matrimon. par. 2. cap. 9. §. 4. n. 614. Carranza de legitima partus edit. cap. 10. n. 9. Narbon. in juris annalib. anno 7. quæſt. 1. num. 13. Paul. Zachias quæſt. medic. legal. lib. 1. tit. 1. quæſt. 3. num. 9. & 15. Don Melchior de Valentia illuſtrium jur. 2. par. cap. 7. n. 14. Caſtejon in alphabet. verb. infantes, num. 1. Infantia durante minus ei taxari debet, quam in alia ætate, cum minoribus indigeat ſumptibus; & hoc etiam ſi ampliſsi-
15 mum habuerit patrimoniũ, quia in hac æta-
te non pro viribus patrimonii decernenda ſunt alimenta, ſed pro ætatis incremento, l. 3. §. idem, 3. ff. ubi pupillus educari debeat, l. cum unus, 10. in fin. ff. de aliment. & cibar. legat. ibi: Alimentis viri boni arbitratu filiæ relictis, ab hærede filio, pro modo legatæ dotis, quam ſolam pater exhæredatæ filiæ nubenti dare voluit, & quæ pro incrementis, ætatis eam exhibendam eſſe reſpondi non pro viribus hæreditatis. Lara de vita hominis, cap. 16. Caſtejon in alphabet. verb. alimenta, num. 5. Pechii de aquæduct. tom. 2. cap. 9. quæſt. 3. n. 44. Deputari tamen in hac ætate minori debet, ſi oportuerit, magiſter, ut prima literarum rudimenta diſcat, l. 2. in princip. l. qui filium, 4. ff. ubi pupillus educari debeat, l. quod plerumque, 2. Cod. de aliment. pupillo præſtand.

In ætate ſupradicta, alimentorum ſumptus
erogari debent à Patrimonio patris, quia 16
obligatio paterna eſt filios alere, l. ſi quis à liberis, 6. ff. de liberis agnoſcend. l. final. §. ipſum autem filium, Cod. de bonis quæ liberis, l. ſi competenti, 3. l. penultim. & final. Cod. de alendis liberis, l. unic. §. taceat, Cod. de rei uxoriæ actione, cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, cap. per venerabilem, 13. qui filii ſint legitimi, for. lo pare, 40. rubr. de teſtament. Divus Thomas 2. 2. quæſt. ultim. art. 6, Pontan. de aliment. cap. 1. noſter Trullench in decalog. lib. 4. cap. 1. dubitat. 3. Novar. de elect. fori, quæſt. 44. num. 24. Mangil. di imputationib. quæſt. 149. & quæſt. 51. num. 62. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 1. n. 8. Carpan. ad ſtatut. mediolan. cap. 313. num. 9. Marta Medic. deciſ. 60. num. 25. Merend. lib. 5. controverſ. 30. num 2. Dom. Creſpì obſervat. 1. num. 158. Gonzalez Tellez ad text. in dict. cap. cum haberet, num. 4. cum aliis à me traditis, dict. cap. 10. de proteſtat. alimentor. n. 21. Ad matrem autem
non ſpectat alere filios, niſi carentibus patre, 17
& aſcendentibus paternis patrimonio condigno, & ita venit intelligendus, dict. for. 40. Pontan. de aliment. cap. 8. num. 4. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 14. num. 9. Maſtrill. deciſ. 256. Gratian. diſcept. 65. & diſceptat. 331. Arias de Meſa variar. lib. 2. reſolut. 25. ſub num. 20. Knipſchildt. de fideicommiſſ. cap. 11. num. 314. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 58. num. 8. Andreol. controverſ. 155. num. 26. Caſtill. de aliment. cap. 36. §. 1. n. 63. Boſsius de effectib. matrim. tom. 2. cap. 7. n. 332. Stayban. centur. 2. reſolut. 150. n. 1. Meli in obſervat. ad Caſtill. de aliment. cap. 36. §. 1. n. 9. Leoncil. de privileg. paupertat. par. 2. privileg. 243. n. 3. Carol. Rota de privileg. mulierum, cap. 3. ſpecial. 11. n. 6. Carpzov. in juriſprud. forenſ. par. 3. conſtitut. 26. definit. 25. n. 5. Carol. Spadaz. in theatr. viduil. diſquiſit. 70. n. 99. Moſtazo de cauſis piis, tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 34. Et quod exiſtente patris ſubſtantia,

tia, non teneatur mater filios alere, judicavit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 8. *Februarii* 1661. inter Don Gregorium Sanz Diaconum, & Joſephum Ferrer, Notarium certo nomine, & dixi latius *dict. cap.* 10. *n.* 20.

18 Educatio verò infantis in ſupra tradita ætate ad matrem ſpectat, niſi pater aliud diſpoſuerit; pater enim ſi voluerit quod filii ſui pœnes aliquam educentur perſonam, ibi debent educari, & nunquam judex recedere debet à Patris voluntate, *l.* 1. §. *final. ff. ubi pupillus educari debeat*, *l. final. Cod. de curatore furioſi*, *l. ſi furioſo*, *ff. eod. l.* 1. §. *de inſpiciendo*, *verſ. quod natum erit*, *ff. de ventre inſpiciendo*, ibi: *Apud eum educatur, apud quem parens juſſit.* Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 13. *n.* 3. Ramon *conſ.* 4. *n.* 21. Cyriac. *controverſ.* 33. *n.* 8. Thoro *vot.* 11. *n.* 3. & 8. Marinis *lib.* 1. *reſolut. quotidianar. cap.* 95. *n.* 7. Valeron. *de tranſactionibus*, *tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 29. & 30. Cardinal. de Luca *de tutorib. diſcurſ.* 4. *n.* 23. *cum ſe-*
19 *quent.* & *diſcurſ.* 21. Niſi juſtam habuerit cauſam, nam tunc poterit judex à voluntate patris recedere, & jubere, quod pupillus educetur alibi, quam ubi pater diſpoſuit, *l.* 1. §. 1. *ff. ubi pupillus educari debeat*, *l.* 7. *verſ. nec tamen*, *ff. de annuis legat. l. quidam decedens*, §. *uſque adeo*, *l.* 3. §. *quamvis*, *ff. de administrat. tutor. l. utilitatem*, *ff. de confirmando tutore*, Dom. Leon *deciſ.* 201. *tom.* 2. *n.* 3. Giurba *obſervat.* 23. *n.* 17. Anton. Faber *in juriſprud. papinian. lib.* 1. *tit.* 12. *princip.* 8. *illat.* 16. Valeron *ubi prox. n.* 31. Caponi *tom.* 2. *diſcept.* 119. *n.* 22. Card. de Luca *de tutorib. diſcurſ.* 4. *n.* 23. & *diſcurſ.* 21. *n.* 2. Et quod ad judicem ſpectet inſpicere, an pupillo expediat educari pœnes aliquam perſonam, declaravit Senatus ſententia per Saboya, *die* 30. *Maii* 1672. in favorem Don Jacobi Muñoz, & contra Vincentium Flores, Notarium Procuratorem Don Nicolai Caſalduch, & Muñoz Dominum de la Pobla Tornefa. Et quod in arbitrio judicis ſit poſitum ubi pupillus educari debeat, taliter quod poſsit jubere quod non educetur in domo proximioris conſanguinei, ſed ubi ei videatur æquius, judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 23. *Decembris* 1637. inter Don Franciſcum de Caſaſus, & Marcum Antonium de Biſſe.

20 Patre mortuo, & aliud non diſponente, educari debent infantes pœnes matrem, *l. unic. Cod. ubi pupillus educari debeat*, ibi: *Educatio pupillorum tuorum, nulli magis, quam matri eorum, &c.* Faciunt jura *in l. poſſeſsionem*, 11. *Cod. communia utriuſque judic. l.* 1. §. *ſi verò mater*, *ff. de liberis exhibend. lib.* 3. §. *etiam*, *ff. eod. for. cant lo pare*, 10. *rubr. ſi ſecundo nupſerit mulier*, ibi: *Cant lo pare ſerà mort, los fills romanguen en poder de la mare.* Dom. Leon *dict. deciſ.* 201. *n.* 1. & 2. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. & 3. Giurb. *obſervat.* 23. *n.* 17. Thoro *vot.* 11. *n.* 29. Valeron *de tranſactionib. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 45. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 58. *n.* 24. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. par.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 19. *n.* 3. & *conſtitut.* 11. *definit.* 42. Cardinal. de Luca *de tutorib. diſcurſ.* 4. *à n.* 23. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 76. *n.* 22. Et quod in domo matris debeat pupillus educari, & non in curatoris domo, judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 16. *Septembris* 1626. inter Dominam Hieronymam Bonavida, & Joachimum Ayerve Curatorem, Don Fruelæ Boil; niſi magis utile pupillo fuerit in domo Aviæ educari, nam tunc non in domo matris educandus erit, ſed in Aviæ domo, ut dixit Senatus ſententia per Daza, *die* 13. *Octobris* 1627. inter Urſolam Franciſcam Domingo, & Paulam Vidal. Si autem bene educatus fuerit minor in una domo, non debet alibi educari, adhuc ſub prætextu quod majorem utilitatem habebit, ut deciſum extitit ſententia per Alreus, *die* 20. *Auguſti* 1627. inter Don Gaſparem Joan, & Don Ludovicum Mercader. In domo patrui, aut alterius conſanguinei ſubſtituti, & vocati ad minoris ſucceſsionem, nullatenus debet educari propter votum captandæ mortis, ſed in domo Aviæ, aut alterius conſanguinei non inviteti ad ſucceſsionem, *l.* 1. §. & *ſolet*, *ff. ubi pupillus educari debeat*, *l. final. Cod. eod.* Fontanell. *de pactis nuptialib. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 11. *n.* 14. Valenzuela *conſ.* 36. *n.* 14. Seſsè *deciſ.* 288. *n.* 4. Dom. Leon *deciſ.* 201. *n.* 12. Giurb. *obſervat.* 23. *n.* 17. Trentacinc. *variar. lib.* 1. *tit. de aliment. reſolut.* 7. *n.* 4. *cum ſequent.* Valeron *de tranſactionib. dict. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 35. Et judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 15. *Julii* 1636. inter Franciſcum Peris, & Vincentium Navarro. Si patrem habeat pupillus, in domo Patris educandus erit, *dict. for. Cant lo pare*, 10. *rubr. ſi ſecundo nupſerit mulier*, ibi: *E can la mare ſerà morta, los fills romanguen en poder del pare*, *can. final. de converſione infidel.* Peguer. *deciſ.* 95. *n.* 4. Valeron *dict. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 25. Et quando adultus fuerit pupillus, educandus erit, ubi ipſe dixerit ſe velle educari, *dict. for.* 10. Et judicatum extitit ſententia per Daza, *die* 20. *Februarii* 1631. inter Joannem Ludovicum Conſtans de Soler, curatorem filii, & hæredis Petri Ludovici Almoria, & Euſraſiam Salelles. An vero mater privanda ſit filiorum educatione, ſi ad ſecunda convolaverit vota, vel voluerit convolare, & ex quibus cau-
ſis poſsit ei educatio relinqui, non obſtanti- 21
bus ſecundis nuptiis tradunt Surd. *de aliment. tit.* 14. *quæſt.* 13. *n.* 15. Montan. *de tutell. cap.* 32. *à n.* 244. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 3. *cap.* 10. *n.* 26. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. part.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 2. D. Leon *dict. deciſ.* 201. *per tot.* Morot. *conſ.* 74. *n.* 11. Valeron. *dict. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 49. *cum ſequent.* Ciarlin. *controverſ. forenſ. cap.* 104. *num.* 39. Carol. de Tapia *deciſ.* 51. *n.* 8. Thoro *vot.* 11. *num.* 4. & 9. Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 20. Salgad. *in labyrint.* 3. *part. cap.* 4. *n.* 35. Marinis *lib.* 1. *reſolut. cap.* 266. *n.* 8. & 9. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 11. *definit.* 42. *n.* 2. *cum ſequent.* Caſtejon. *in alphabet. verb. pupillus*, *n.* 2. Carol. Spadaz. *in theatr. viduil. diſquiſit.* 39. *n.* 115.

22 A ſeptennio uſque ad pubertatem, & à pubertate uſque ad majorem ætatem, pinguiora alimenta debent minori taxari, quia prout ætas creſcit, creſcere etiam debent alimenta, *l. alimenta*, §. *baſilicæ libertæ*, *ff. de aliment. legat.* ibi: *Prout ætatem ampliaverit.* Gozadin. *conſ.* 95. *n.* 4. Menoch. *de arbitrar. caſu* 169. *n.* 4. Megala *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 23. *à n.* 71. Boſsius *de effectib. matrimon.* 2. *part. cap.* 3. §. 1. *n.* 74. Tamburin. *in opere moral. lib.* 5. *cap.* 3. §. 1. *n.* 2. Moſtazo *de cauſis piis*, *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 1. Ita in terminis judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 13. *Februarii* 1636. inter Hieronymam Sancho, & hæredem Auguſtini Gutierrez. In hac enim ætate majori indiget ſumptu minor, & ſi ingenium, & conditio illius petant, debet inſtitui liberalibus Artibus, & aſsignari competentes mercedes, & ſalaria præceptoribus, *l. officio*, *l.* 4. *ff. ubi pupillus educari debeat*, *l.* 2. *Cod. de aliment. pupillo præſtand.* Paſchal. *de virib. patr. poteſtat. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 16. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſtion.* 6. Fragoſ. *de regim. Chriſtianæ Reipublic. part.* 3. *diſput.* 1. *n.* 93. Boſsius *de effectib. matrim.* 2. *part. cap.* 2. §. 4. *n.* 62. Adeò quod ſi pupillus talis fuerit conditionis, quod pædagogo, & magiſtro continuò indigeat, non ſolum debent taxari mercedes Præceptoribus, ſed debet magiſter privatus in domo ei deputari, & debent alimenta, & cætera neceſſaria magiſtro dari, & taxari, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 5. *Januarii* 1623. inter Don Enricum Deixar, & Don Bernardum Boil Curatorem, & alia per Daza, *die* 26. *Junii* 1618. inter Margaritam Calp, & Vincentium Lopiz. Eodem modo, ſi minor juxta dignitatem, & ſplendorem ſanguinis ſui, indigeat mancipiis, & famulis, debent ei dari, & taxari eis ſalaria, & alimenta, ex minoris bonis, *l.* 12. §. 3. *ff. de adminiſtrat. tutor. l.* 3. §. *ante oculos*, *ff. ubi pupillus educari debeat*, ibi: *Et mancipia quæ pupillis deſerviunt.* Eſcobar *de ratiocin. cap.* 22. *n.* 62. Et ſi minor talis fuerit conditionis, quod ſine dedecore, juxta regionis morem, pedeſter
non poſsit incedere, debent ei, ut per Civi- 23
tatem, vel oppidum perambulet, equi dari, & ali, *l. idemque*, §. *labeo*, *ff. mandati*, Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis*. §. *non tantum*, *n.* 26. *ff. de liberis agnoſcend.* Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 8. *n.* 1. *cum ſequent.* Simon de Præt. *de interpretat. ultimar. voluntat. lib.* 4. *interpretat. ultim. dubit.* 11. *n.* 59. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 157. *n.* 28. Fagundez *in præcept. decalog. lib.* 4. *cap.* 24. *n.* 3. Boſsius *de effectib. matrimon. part.* 2. *cap.* 2. §. 4. *n.* 61. Caſtejon *in alphabet. verb. aliment. n.* 4. Et quod minori debeat dari equs, & famulus, & adhuc domus recreationis cauſa, in taxatione alimentorum, ſi conditio illius id petat, judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 7. *Auguſti* 1624. in favorem Curatoris Franciſci Hieronymi Maſcarell. Et adhuc
quod magis eſt, ſi minor fuerit Baro, aut Co- 24
mes, vel talem habuerit ſplendorem, quod dedecus fuerit non habere currum, vel carrucham, & mulas, debet omne hoc ei dari, & taxari alimenta neceſſaria, ad hujuſmodi honoris ſuſtentationem, quia in illo qui deſcentèr pedeſter incedere non poteſt, & juxta dignitatem, & ſplendorem ſuum, debet carrucha vehi, nomine alimentorum hoc omne venit. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 5. *n.* 30. Boſsius *de effectib. matrimon. part.* 2. *cap.* 2. §. 4. *n.* 61. Debent etiam ſervitia pupillo præſtari juxta illius dignitatem, *l. ſed ſi quid in ædificaverit* 15. §. *ſufficienter*, *ff. de uſufruct. l. tutor ſecundum dignitatem* 13. *ff. de adminiſtrat. tutor.* ibi: *Tutor ſecundum dignitatem, facultateſque pupilli, modum ſervorum æſtimare debet, qui circa eum futuri ſint.* Unde ſi minor nubat, debent veſtes, jocalia, ſumptus, & omnia alia neceſſaria ei dari, & aſsignari; & ſi cum conſanguinea nubat, indigeatque Pontificia diſpenſatione, debent ei dari, & aſsignari ſumptus diſpenſationis ex bonis ſuis, etiam vinculo, & fideicommiſſo ſuppoſitis, ut Senatus dixit Sententia per Alreus, *die* 1. *Octobris* 1627. in favorem Curatoris Franciſci Hieronymi Maſcarell.

Secundo debet attendere, & conſiderare
judex ad alimenta legitimè taxanda, patrimo 25
nium pupilli, *l.* 2. §. 1. *ff. ubi pupillus educari debeat*, ibi: *Pro modo facultatem Pupilli debet arbitrio judicis æſtimari*, *l.* 3. §. 1. *ff. eod.* ibi: *Modum autem patrimonii ſpectare debet cum alimenta decernit. l.* 2. *Cod. de aliment. pupillo præſtand.* ibi: *Ut arbitrio prætoris alimen-*

*menta pro modo facultatum pupillis,vel juvenibus conſtituantur,* Eſcobar *de ratiocin. cap.*22. *per tot.* Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 16. *n.*18. Menoch. *de arbitrar. dict.caſu* 169. Gratian. *diſceptat.* 613. *num.* 4. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 15. Boſsius *de effectib. matrimon. part.* 2. *cap.* 3. §. 2. *n.* 76. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.*4. *n.* 39. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 112. *num.* 6. Et quod debeant alimenta minori taxari juxta patrimonium, declaravit Senatus, ſententia per Alreus *die* 3. *Septembris* 1620. inter Joannam Angelam Gil,& Auguſtinam Oteo, & alia per Caſes, *die* 5. *Septembris* 1625. inter Marcelam Vicent, & Curatorem filiorum, & hæredum Hieronymi Benet de Res. Patrimonium autem nō debet attendi quoad
26 proprietates, & earum valorem, ſed quoad fructus, & redditus, qui ex proprietatibus quotannis percipiuntur, *l. jus alimentorum,* §. 3. *ff. ubi pupillus educari debeat*, ibi: *In amplis tamen patrimoniis poſitis, non cumulus patrimonii, ſed quod exhibitioni frugalitèr ſufficit modum alimentis dabit. l. Imperator in fin. ff. ad S. C. Trebelian.* Cavalcan. *de uſufruct. mulieri relicto, n.* 36. Boer. *deciſ.*19. *n.* 8. Roland. *conſ.* 22. *n.* 21. *vol.* 1. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 19. Eſcobar *de ratiocin. dict. cap.* 22. *n.* 9. *cum ſequent.* Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſed ſi filius.n.* 6. *&* 14. Pontan. *de aliment. cap.* 17. *n.*25. Menoch. *de arbitrar. caſu* 169. *n.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 1. Marta *de ſucceſsion. legal. part.* 4. *quæſt.* 18. *artic.*7. *n.* 14. Barboſ. *in l. maritum*, *n.* 13. *ff. ſolut. matrimon.* Vaſquez *in opuſcul. de teſtament. cap.* 5. §. 7. *dubitat.*12. *n.* 144. Giurb. *deciſ.* 6. *n.* 2. Boſsius *de effectib. matrim. part.* 2. *cap.* 13. §. 1. *n.* 787. Barbol. *vot.* 126. *n.* 22. Caſtejon *in alphabet. verb. alimenta*, *n.* 4. Moſtazo *de cauſis piis, tom.*2. *lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 9. *&* 13.

Fructus in propoſito intelliguntur illi,qui
27 deductis oneribus, & ære alieno ſoluto, impenſiſque factis pro conſervatione, & collectione,ſuperſunt,cum impenſa diminuat fructus, *l. fructus, ff. ſolut. matrimon.* ibi: *Fructus eos eſſe, qui deducta impenſa ſuperſunt,* Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 3. Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſed ſi filius*, *n.* 36. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 12. *num.* 15. *& quæſt.* 41. *n.* 28. Afflict. *deciſ.* 252. *n.* 7. *&* 8. Garcia *de expenſis, & meliorat. cap.* 1. *n.* 11. *& cap.* 11. *n.* 60. Boſsius *de effectib. matrimon.part.*2.*cap.*13.*n.* 788. Valenzuel. *conſ.* 156. *n.* 12. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 19.
28 Fructus,& redditus univerſi patrimonii nunquam debent taxari ab integro pro alimentis pupilli, ſed ſemper ita taxatio facienda veniet,ut aliquid ex eiſdem redditibus ſuperſit pro cautione ſequentis anni, *l. jus alimentorum*, §. 1. *ff. ubi pupillus educari debeat*, ibi: *Modum autem patrimonii ſpectare debet, cum alimenta decernit, & debet ſtatuere tam moderatè: ut non univerſum redditum patrimonii, in alimenta decernat: ſed ſemper ſit, ut aliquid ex redditu ſuperſit.* Docent Corduba de Lara *in dict.* §. *ſed ſi filius*, *n.* 7. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 9. *n.* 14. Menoch. *de arbitrar. caſu* 273. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 22. *n.* 5. Boſsius *ubi proxim.* Caſtejon *in alphabet. verb. alimenta*, *n.* 5. Et ſi facta taxatione
29 alimentorum, redditus bonorum patrimonii pupilli diminuti fuerit, diminui etiam debent alimenta; & ex adverſo, ſi redditus augeantur, augeri poterunt alimenta, *l.*3. *in fin. ff. ubi pupillus educari debeat.* ibi: *Et ſi fortè poſt decreta alimenta ad egeſtatem fuerit pupillus productus diminui debent, quæ decreta ſunt, quemadmodum ſolent augeri, ſi quid patrimonio acceſſerit.* Simon de Præt. *de interpretat. ultimar. voluntat. lib.* 4. *interpretat.* 2. *dubitat.* 11. *n.* 69. Corneus *conſ.* 95. *num.* 4. Farinac. *deciſ.* 31. *part.* 2. *recentior.* Gratian. *diſceptat.* 613. *n.* 18. *cum ſequent.* Paſchal. *de virib. patriæ poteſtat. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 28. Salgad. *de protect. Regia, part.* 4. *cap.*7. *n.* 88. Boſsius *dict. part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *n.* 77.

Si in fructibus, & redditibus bonorum
30 patrimonii pupilli,non reperiantur ſufficientes quantitates ad alimenta pupilli, non debet tutor mittere manum ad proprietates,ut pupillum alat, neque ex proprietatibus debent alimenta decerni, Barthol. *in l.penultim. ff. de aliment. & cibar. legat.* Angelus *in l.* 1. *Cod. de legat.* Salon de Pace *conſ.* 9. *n.*17. Aymon *conſ.* 219. *n.* 9. Cravet. *conſ.* 199. *n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 9. Benitend. *deciſ.* 21. *n.* 5. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 19. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 22. *num.* 48. Boſsius *dict. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 790. Et hoc debet facere tutor, etiam
31 ſi pupilli pater expreſsè diſpoſuerit,quod ſingulis annis erogaretur certa ſumma ad alendum pupillum, nam ſi ſumma deſignata redditum patrimonii excederet, non tenetur tutor ſequere voluntatem patris. Corduba *in dict.* §. *ſed ſi filius*, *n.* 8. Azin *in l. & ſi quis*, §. *hæc dictio*, *n.* 4. *ff. de religioſis, & ſumptib. funerum.* Baeſa *de decima tutoris,cap.* 2. *n.* 85. Boſsius *dict. cap.* 13. *num.* 792. Tenetur enim tutor, quando ex redditu bonorum minorem alere non poteſt, potius ad
32 ſerviendum illum ponere, quam ad proprietates manum mittere, ut docent Menchaca *de ſucceſsion. creat.* §. 20. *n.* 311. Lara *in dict.* §. *ſed ſi filius*, *n.* 128. Eſcobar *de ratiocin. cap.*22. *n.* 48. *&* 49. Et ſi ad ſerviendum ponat tutor minorem, poteſt illum aſſe-
33 curare, vulgo *Afermar*, nam orphani habentes tutorem, aut curatorem, vel patrem, debent aſſecurari ab illis, deficiente patre, aut tutore,aſſecurari debent à judice,& patre orphanorum noſtræ urbis, & non à Clavario domus Hoſpitalis ſub titulo *de la Miſericordia*, ut deciſum extitit duabus regiis ſententiis publicatis per Saboya, *die* 24. *Martii* 1688. in favorē Hippolyti Samper Garcès de Marcilla Generoſi judicis,& Patris Orphanorum Civitatis, & Regni, & contra Clavarium Domus Hoſpitalis ſub titulo *de la Miſericordia*, referente doctiſsimo Senatore D. Dominico Matheu, & Silva Reg. Conſil. D. Adeo quod ſi minor talis fuiſſet conditionis, cui mendicare fas eſſet, prius illum ad mendicandum mittere poterit tutor, quam tentare alienationem proprietatum pro illius alimonia, Alberic. *in l. jus alimentor. ff. de aliment. pupillo præſtand.* Gregor. Lopez *in l.* 20. *titul.* 16. *part.*6. *gloſſ. verb. de el moço, & in l.*24. *tit.* 9. *part.* 6. *verb. los bienes*, Baeza *de decima tutoris, cap.* 10. *n.* 16. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 22. *n.* 50. Quod habebit locum, etiam ſi minor nobilis fuerit, quia nobiles ſine dede-
34 core ſplendoris ſui,ſervire poſſunt Regi, Ducibus,Marchionibus, Comitibus, aut aliis nobilibus ſibi præexcellentibus, ut eſt de mente Eſcobar *ubi proxim. n.* 51. Et ab hac doctrina non eſt recedendum, quamvis Vivius, *deciſ.* 25. Thomas *de tutorib. & curatorib. titul.* 18. *n.*105. Meli *in obſervationib.* ad Caſtill. *cap.* 27. §. 2. *n.* 25. & alii teneant, poſſe proprietates bonorum pupilli alienari, alimentorum cauſa, quando pupilli ſervire poſſunt, ſi aliter illorum neceſsitati provideri non poteſt.

35 Si ergo tutor, vel curator hæc præſtiterit alimenta pupillo ultra redditum, diminuendo, aut vendendo proprietates, non repetet impenſum, quia tutori non permittitur repetere alimenta quæ dedit,ſed illa tantum, quæ dare debuit, *leg. à filio* 2. §. 1. *ff. ubi pupillus educari debeat*, ibi: *Si vero prætor non eſt aditus, pro modo facultatum pupilli debet arbitrio judicis æſtimari, nec enim permittendum eſt tutori tantum reputare, quantum dedit, ſi plus æquo dedit*, Molin. *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 224. Cardoſ. *in prax. judic. verb. aliment. n.* 3. Barboſ. *ad text. in leg. final. Cod. de aliment. pupillo præſtand. n.* 5. Boſsius *de effectib. matrimon. part.* 2. *cap.* 16. §. 7. *n.*
36 918. Limita hæc in infante, qui, tempore infantiæ durante, ſi nequit ex redditibus patrimonii ali, poterit ex proprietatibus alimentari, nam cum infantia durante nequeat ſervire, aut operas impendere, cum infantis nullæ operæ ſint, *l. final. ff. de oper. ſervor. l. arborib.* 12. §. *de illo, ff. de uſufruct.* ibi: *Vel infantis, cujus operæ nullæ ſunt.* Non debet permittere tutor, quod infans famæ pereat, neque ei poterit imputari, quod in hac teneri ætate, non mitteret illum ad ſerviendum. Benè verum eſt, quod in hoc caſu tutor obtinere debet decretum judicis ſpecialiſsimum ad alienandam partem proprietatum pro alendo pupillo in hac infantili ætate, Vivius *deciſ.* 25. Thomas *de tutorib. & curatorib. titul.* 18. *n.* 105. Meli *in obſervation.* ad Caſtill. *cap.* 37. §. 2. *n.* 25. Infantia 37
dimiſſa, quia impubes poteſt jam ſervire, & operas præſtare, *l. infanti* 55. *ff. de uſufruct. l. ut jusjurandi* 7. §. *dubitat, ff. de operis libertorum, leg. final. ff. de liberal. cauſa*, ibi: *Poteſt tamen, & impubes operas dare.* Tenetur tutor mittere impuberem ad ſerviendum, ſi in redditu patrimonii non habeat unde ſe alat. Sed in qua ætate teneatur Tutor ponere ad ſerviendum minorem, non habentem ſufficientem redditum ad alimenta, dubitant DD. Aliqui tenent in quinquennio ætatis, ita ex Gramatic. & Surd. docet Eſcobar *dict. cap.* 22. *n.* 12. Et hæc opinio nititur in illo videlicet, quod juxta aliquos, impuberes in quinquennio ætatis ſervire poſſunt,& operas præſtare, *l. final. ff. de operis ſervorum, l. quod ſi* 32. *ff. de rei vindicat.* juncta emendatione, Cujacii *lib.* 9. *obſervat. cap.* 38. quam refert, & ſequitur Gotofred. *in dict. leg.* 32. *lit.* O. Ambroſ. de Vignat. *de uſufruct. n.* 190. *vol.* 9. Caman. *conſ.* 87. *in fin.* Narbon. *in juris annal. anno* 5. *quæſt.* 3. *per tot.* Ego autem cenſeo tutorem non teneri in quinquen- 38
nio ætatis introducere minorem ad ſerviendum, ſed in ſeptennio, quia infantis nullæ operæ ſunt, ut conſultus dixit *in dict. l. arborib.* 12. §. *de illo, ff. de uſufruct. l. ſi infanti,* 55. *ff. eod.* Ego cum infantia uſque ad ſeptennium duret, *leg. ſi infanti* 18. *in princip. & in* §. *ſi autem ſeptem annos, Cod. de jure deliberandi, leg.*1. §. *ſufficit, ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor.* non poterant parvuli præſtare operas, aut ſervire, niſi à ſeptennio, Acurſius *in dict. l. arboribus*, Ludovic. Roman. *ſingular.* 157. Mandoſ. *de ætat. minor. cap.* 4. *n.* 23. *&* 24. Baeza *de inope debitore, cap.* 8. *n.* 5. Neque obſtant fundamenta contraria, nam ſunt argumenta à juribus emendatis, & à contrario ſenſu, quæ parum faciunt contra juris rationem.

Ex hac doctrina intelliges,non eſſe ſequendam opinionem, Eſcobar *de ratiocin. dict. cap.* 22. *n.* 10. *&* 11. Tenentis tutorem uten- 39
tem operibus, & ſervitio pupilli, teneri compenſare à quinquennio ætatis alimenta præſtita, cum ſervitiis,nam etſi verum ſit, quod ſervitia à pupillo, vel pupilla præſtita tutori, compenſari debeant cum alimentis, habita tan-

tantum ratione valoris , & æſtimationis ſer-
vitii præſtiti , *l. in rebus* , §. *poſſunt* , *ff. com-
modati* , ut docent communiter Scribentes, *in
l. ſi paterno affectu*, *Cod. de negotiis geſt.* Acur-
ſius *in l. quæ ſi artificem* , *ff. de reivindicat.*
Cuman. *conſ.* 265. *n.* 18. *lib.* 1. Grama-
tic. *deciſ.* 103. *num.* 27. Lara *in dict. l. ſi
quis à liberis* , §. *ſi mater* , *à n.* 70. Surd. *de
aliment. tit.* 6. *quæſt.* 14. *n.* 15. *& quæſt.*
11. *n.* 18. Boſsius *de effectib. matrimon. part.*
2. *cap.* 16. §. 8. *n.* 922. Carpzov. *in juriſ-
prud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 27.
Et Senatus multoties declaravit, pupillum, vel
pupillam tutori ſervientem, compenſationem
habere ſervitii præſtiti cum alimentis à tuto-
re datis , ut ſententia per Alreus , *die* 27. *Fe-
bruarii* 1607. inter Petrum Andreu , & Joa-
chimum Caſtillo , & alia per eundem , *die* 9.
*Auguſti* 1609. inter Joannem Baptiſtam Co-
lomina , & Martinum Salinas , & alia per
eundem , *die* 29. *Martii* 1611. inter Dom-
nam Mariam Martinez , & Franciſcum Mo-
lia , & alia per eundem , *die* 25. *Junii* 1615.
inter Dionyſium Albert , & Eliſabetham Joã-
nam Antoni, & alia per eundem, *die* 12. *Apri-
lis* 1617. inter Dioniſiam Albert , & de Real,
& Doroteam Annam Artich , & Lambertum
Ortiz , & alia per Daza , *die* 8. *Martii* 1634.
inter Franciſcum Bernia , & Hieronymum
Benet , & alia per Alreus, *die* 13. *Junii* 1613.
inter Franciſcam Sanchez , & Ludovicam
Marti , & alia per Caſes , *die* 22. *Octobris*
1627. inter Iſidoram Mingot , & Curato-
rem filiorum , & hæredum Tributii Mingot,
& alia per Alreus , *die* 30. *Auguſti* 1632. in-
ter Vincentium Garcilaſo , & Margaritam
Ruvio. Tamen compenſatio ſervitii præſtiti,
non intrabit à quinquennio ætatis parvuli,
ſed à ſeptennio, quia ut dixi, ſolum à ſepten-
nio poteſt ſervire , & operas præſtare , & ab
hoc tempore poterunt ſervitia æſtimationem
admittere.

Tertio in taxatione alimentorum debet
40 judex præoculis habere dignitatem minoris
alendi , & facere alimentorum taxationem
juxta dignitatem , & ſplendorem quem pu-
pillus habet, *l. ſed ſi quid inædificaverit* 15. §.
*ſufficienter* , *ff. de uſufruct. l. tutor ſecundum
dignitatem* 13. *ff. de adminiſtrat. tutor. l.* 1.
*Cod. ubi pupil. educari debeat. l.* 1. §. *mulier
autem* , *ff. de ventre in poſſeſsionem mittendo*
ibi : *Et pro dignitate ejus , & mulieris. l. ha-
bitatio* , *ff. eod.* ibi : *Secundum dignitatem ci-
baria præſtanda* , *l. ſi cui* , *ff. de annuis legat.*
ibi : *Ex dignitate perſonæ* , *l. cum plures* , *ff. de
adminiſtrat. tutor*, ibi : *Sed pro facultate patri-
monii, pro dignitate natalium.* Simon de Præt.
*de interpratat. ultimar. voluntat. lib.* 4. *inter-
pretat.* 2. *dubitat.* 11. *n.* 54. *cum ſequent.*
Farinac. *deciſ.* 581. *part.* 2. *recentiſsimar.* Ri-
poll. *variar. cap.* 9. *n.* 15. *& cap.* 10. *num.*
225. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 85. *n.* 5. Lar-
rea *deciſ.* 66. *num.* 28. Caſtill. *de aliment. cap.*
37. §. 1. *num.* 13. Spada *conſ.* 222. *num.* 4.
*lib.* 3. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 7. *n.*
42. Boſsius *de effectib. matrimon. part.* 2. *cap.*
3. *num.* 70. *&* 71. Acoſta *de privileg. creditor.
regul.* 5. *ampliat.* 6. *ſub num.* 10. Arguell.
*deciſ.* 18. *num.* 13. Ninot. *deciſ.* 51. *num.* 1.
Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpe-
cial.* 4. *num.* 39. Cardinal. de Luca *de credi-
to diſcurſ.* 86. *num.* 5. Caſtejon *in alphabet.
verb. alimenta* , *num.* 4. Moſtazo *de cauſis piis*,
*tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 5. Et quod mino-
ri debeant taxari alimenta juxta dignitatem,
declaravit Senatus ſententia per Caſes , *die*
5. *Septembris* 1625. inter Marcelam Vicent,
& Curatorem filiorum , & hæredum Hiero-
nymi Benet de Res. Quod procedet etiam in
prole illegitima , ſpuria , vel adulterina, nam
et ſi jure civili attento ſpurii, & adulterini fi- 41
lii alendi à patre non eſſent , *authent. ex com-
plexu. Cod. de inceſtis nuptiis* , *novel.* 89. *in fin.*
Licet naturales alendos fuiſſe probet Cuja-
cius *conſult.* 2. Othoman. *in diſputat. de ſpu-
riis* , *& conſ.* 18. Revard. *lib.* 2. *conjectu-
rar. cap.* 5. Anton. Concius *lib.* 2. *lectionum*,
*cap.* 11. Carranza *de legitima partus edit. cap.*
3. §. 4. *num.* 55. Tamen juxta juris Canoni-
ci æquitatem, alendi ſunt filii, non tantum na-
turales , ſed ſpurii , adulterini , & quilibet 42
alii ex quolibet complexu habiti , *cap. cum
haberet, ubi gloſſ.* Abbas , & communiter DD.
*de eo qui duxit in matrimonium quam polluit
per adulterium* , Surd. *de aliment. lib.* 1. *quæſt.*
10. *n.* 5. Carranza *dict. cap.* 3. §. 4. *num.*
56. Ciarlin. *controverſiar. cap.* 7. *num.* 28.
Boſsius *de effectib. matrimon. cap.* 1. *n.* 16.
Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 249. *n.* 13. Her-
moſill. *in l.* 1. *tit.* 9. *partit.* 5. *gloſſ.* 6. *n.*
4. Sanchez *in conſil. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *du-
bit.* 27. Manrique *de diferent. utriuſque fori*,
*quæſt.* 13. noſter Trullench *in decalog. lib.* 4.
*cap.* 1. *dubitat.* 3. Lucidor. *de illegitim. Cle-
ricorum* , *cap.* 15. *n.* 1. *cum ſequent.* Valen-
cia *illuſtr. juris* , *tom.* 3. *de ſuorum hæred. ſuc-
ceſsion. n.* 9. D. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 158.
Gonzal. Tellez *ad text. in cap. contrahere* 5.
*de eo qui duxit in matrim. n.* 4. Barboſ. *vot.*
22. *n.* 39. *& vot.* 128. Carpzov. *in juriſ-
prud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 18.
Cardinal. de Luca *de donationib. diſcurſ.* 22.
*n.* 14. *& de dote* , *diſcurſ.* 171. *num.* 4.
Carol. Rota *de privileg. mulierum* , *cap.* 3. *ſpe-
cial.* 11. *n.* 59. Franciſc. de Angel. *de
confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 7. *n.* 83. Caſte-
jon *in alphabet. verb. filius* , *n.* 32. Carol.
Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gra-
tian. *cap.* 112. *n.* 2. Moſtazo *de cauſis piis*,
*tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 3. Et quod filii
ille-



illegitimi, ſpurii , adulterini , vel naturales,
debeant à Patre ali , declaravit Senatus ſen-
tentia publicata per Jacobum Valles R.M.S.
*die* 15. *Novembris* 1544. in favorem Joan-
nis Rogla minoris , & contra Joannem Ro-
gla majorem , & alia per Alreus, *die* 13. *Ju-
lii* 1629. inter Don Paulum de Caſtellvi , &
Egregium Comitem de Carlet , & alia per
Ferrera , *die* 20. *Decembris* 1660. in favo-
rem Joſephi Salvatoris Gil certis nominibus,
& contra Joannem Amargos : & reſpectu fi-
liorum naturalium majori cum ratione pro-
cedet in Regno, ubi, juxta forales diſpoſitio-
nes, non prohibentur naturales filii inſtitui
hæredes à parentibus , neque ſuccedere in
bonis fideicommiſsi , deficientibus legitimis
filiis , & naturalibus , ut deciſum extitit ſen-
tentia per Saboya, *die* 9. *Auguſti* 1684. in fa-
vorem Joſephi Moros Notarii Procuratoris
Monicæ Soler , & contra Salvatorem Pu-
jalt Presbiterum certis nominibus. Et præ-
43 dicti illegitimi filii alendi ſunt juxta ſtatus
ſui dignitatem , ſecundum veriorem opinio-
nem, quam tuentur, *gloſſ. in l. nepos proculo ff.
de verbor. ſignificat.* Molin. *de Hiſpanor. pri-
mogen. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 55. Gratian. *diſ-
ceptat.* 112. *per tot. diſceptat.* 586. *n.* 29.
*diſceptat.* 613. *n.* 1. *& diſceptat.* 562. *n.*
35. Sanchez *conſilior. moral. lib.* 4. *cap.* 3.
*dubitat.* 34. *n.* 2. *& per tot.* Rota *deciſ.* 30.
*part.* 1. *recentiſsim.* Fontanell. *de pactis nup-
tial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 1. *n.* 77. Spada
*conſ.* 222. *n.* 4. *lib.* 3. Paul. Meli *in ob-
ſervat.* ad Caſtill. *cap.* 37. §. 1. *n.* 2. Capic.
Galeot. *controverſ.* 36. *n.* 8. *& controverſ.*
38. *n.* 2. *lib.* 2. Boſsius *de effectib. matri-
mon. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 72. Botiller. *de ſuc-
ceſsion. ab inteſtat. cap.* 3. *theoremat.* 111. *n.*
3. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.*
ad Gratian. *cap.* 112. *n.* 6. Licet ſpurios
hos alendos fore juxta eorum neceſsitatem,
44 nulla conſideratione habita divitiarum , &
dignitatis paternæ, teneant Gama *deciſ.* 343.
*n.* 14. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 65. *ff.
ſolut. matrim.* Baeſa *de non meliorand. filiab.
cap.* 8. *n.* 3. Botiller *de ſucceſsionib. tit. de
ſucceſsionib. feudor. & vita milit. theoremat.*
110. *n.* 10. Quod admittunt aliqui , ſi ſi-
mul cum illegitimis , extent filii legitimi , &
naturales , Cevall. *quæſt.* 780. *n.* 31. Lu-
cidor. *de illegitim. cap.* 21. *n.* 7. Rota *de-
ciſ.* 249. *part.* 2. *recentiſsimar. & deciſ.* 194.
*part.* 7. *recentiſsimar.* Carol. Anton. de Luca
*dict. cap.* 112. *n.* 5.

Minoris dignitas , & ſplendor illius patris
45 attendi debet , ut majora alimenta ei taxen-
tur , & pinguior ſumma quotannis deſigne-
tur , quia & ſi generaliter alimentorum no-
mine , in omni perſonarum genere , veniant
cibus, potus, veſtitus, & habitatio , *l. legatis*,
*l. ultima* , *ff. de aliment. vel cibariis legat. l.
verb. vivere* 43. *& l. ſequent. l. quos nos*,
234. §. *verb. vivere* , *ff. de verbor. ſignificat.*
Tamburin. *in opere moral. lib.* 5. *cap.* 3. §. 1.
*n.* 2. Leoncil. *de privileg. paupertat. privi-
leg.* 23. *part.* 2. *n.* 24. Caſtejon *in alpha-
bet. verb. alimenta* , *n.* 16. Carol. Rota *de
privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 6. *num.* 70.
Cardinal. de Luca *de ſervitutib. diſcurſ.* 67.
*n.* 3. Antunez *de donationib. tom.* 2. *part.* 3.
*cap.* 18. *n.* 6. *& cap.* 35. *num.* 32. Carol.
Spadaz. *in theatr. viduil. diſquiſit.* 47. *n.*
5. *&* 38. Moſtazo *de cauſis piis* , *tom.* 1. *lib.*
4. *cap.* 9. *n.* 1. & dixit Senatus , ſententia
per Daza , *die* 14. *Decembris* 1622. inter Pe-
trum Gomez , ſororem Mariam Fenollar , &
Monaſterium Sanctæ Catharinæ de Sena. Ha- 46
bitatio, & veſtitus prætioſior, & ſumptuoſior
requiritur in nobili , quam in plebeyo, & ru-
ſtico , *l. ſed, & ſi quis* 15. §. *ſufficienter* , *ff.
de uſufruct.* ibi : *Et veſtire debet ſecundum or-
dinem , & dignitatem mancipiorum* , Surd. *de
aliment. tit.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 29. Palacios
Rubios *in repetit. rubr. cap. per veſtras* , *de do-
nationib. inter* , *n.* 9. *&* 10. D. Leon *tom.*
2. *deciſ.* 150. *n.* 18. Knipſchildt. *de fidei-
commiſ. cap.* 7. *n.* 48. Eodem modo ci- 47
bus , & potus præcioſior debet dari nobili,
quam agricolæ , licet diviti. Ruſtici enim
aluntur pane, cepa, caſeo, oleribus , & ſimi-
libus, *gloſſ. in l. ſervis urban. ff. de legat.* 3. *&
in l. idemque* , §. *labeo* , *ff. mandati* , Cephal.
*conſ.* 116. Gonzal. *ad regular.* 8. *cancellar. gloſſ.*
2. *n.* 42. Eſcobar *de ratiocin. dict. cap.* 22.
*n.* 52. Boſsius *de effectib. matrimon. par.* 2.
*cap.* 3. §. 4. *n.* 81. Nobiles autem cibis
aluntur delicatis , ut pane albo , pullis galli-
naceis , perdicibus , vinis generoſis , cervi-
ſia , & chocolate , aliiſque præcioſiſsimis
juxta *gloſſ. in dict. l. idemque*, §. *idem labeo*, *ff.
mandati* , *cap. non cogantur* , *diſtinct.* 41. Tira-
quell. *de nobilit. cap.* 20. *n.* 142. Surd. *de
aliment. tit.* 4. *quæſt.* 18. *n.* 8. Menoch.
*de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 157. *n.*
47. Eſcobar *de ratiocin. dict. cap.* 22. *n.* 52.
Gratian. *diſceptat. forenſ.* 613. *n.* 10. Knipſ-
childt. *de fideicommiſ. cap.* 7. *n.* 43. Boſ-
ſius *dict. cap.* 3. *n.* 81. Bich. *deciſ.* 21. *n.*
2. *&* 3. Qua de cauſa, ſi redditus patrimonii
pupilli nobilis , non fuerint majores , quam
redditus agricolæ pupilli divitis, minor quan-
titas debet taxari minori ruſtico pro alimen-
tis , quam nobili , nam alimentum nobilis
precioſius eſt , quam ruſtici. Et menti tene,
quod minori nobili , & dignitatem habenti,
debet conſervari ſervitium argenti , ut man-
ducet in menſa cum illo decore ſuo ſtatui
acommodato. Ut Senatus dixit ſententia per
Alreus , *die* 1. *Octobris* 1627. in favorem Cu-
ratoris Joannis Hieronymi Maſcarell. Et ſi


in-

indigeat ornamentis ſericis in cubiculo, vel in lectulo, debent etiam ei conſervari, ut dixit Senatus ſententia per eundem, *die* 23. *Martii* 1620. inter Don Gaſparem Juan, & Curatores Joſephi Calatayud.

Ultimo debet atendi in hac alimentorum taxatione conſuetudo Regni, aut Provinciæ
48 ubi taxantur, & temporis opportunitas, nam expenſæ victus, & veſtitus in uno tempore minores ſunt, quam in alio, & in uno Regno diverſæ ſunt, quam in alio. Undè non aliter legitimè taxari poterunt, quam inſpectis omnibus hiis, & conſuetudine loci ubi taxantur, ita colligitur, ex text. *in l. ſi ſervus plurium, ff. de legat.* 1. *l. nummis, ff. de legat.* 3. docent Barthol. *de aliment. verſ. quæro legata*, Ancarran. *conſ.* 383. *ad finem*, Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 40. *n.* 41. Simon de Præt. *dict. dubitat.* 11. *n.* 58. *&* 69. Menoch. *dict. caſu* 169. *num.* 3. Fachin. *controverſiar. lib.* 6. *cap.* 34. Mareſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 83. *n.* 12. Megal *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 23. *quæſt.* 2. *n.* 21. Gratian. *dict. cap.* 552. *n.* 8. noſter Trulienchi *in decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *dubitat.* 3. *n.* 7. Boſsius *dict. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 73. Lucidor. *de illegitimis, cap.* 21. *n.* 3. Carol. Anton. de Luca *dict. cap.* 112. *n.* 6. Et quia debet judex atendere omnia ſupradicta in taxatione alimen-
49 torum, relinquitur illius arbitrio quo modo, & in qua ſumma taxatio fieri debeat, *l.* 2. *&* 3. *ff. ubi pupillus educari debeat, l.* 2. *Cod. de aliment. pupil. præſtand. l. final. Cod. de ordine cognit.* Bald. *in l. voluntatis, Cod. de fideicommiſ.* Menoch. *dict. caſu* 169. *n.* 1. Spino *in ſpecul. teſtamentor. gloſſ.* 16. *num.* 102. Gratian. *diſcept.* 112. *n.* 17. *& diſceptat.* 613. *n.* 1. *cum ſequent.* Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 83. *n.* 12. Megal. *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 10. Rota *deciſ.* 418. *n.* 5. *part.* 4. *tom.* 2. *recentiſsimar.* Boſsius *de effectib. matrimon. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 75. §. 2. Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 1. *n.* 8. *&* 9. *& deciſ.* 50. *num.* 6. *& allegat.* 77. *n.* 21. *& allegat.* 113. *num.* 19. *lib.* 3. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 13. Rota *deciſ.* 124. *n.* 5. *par.* 8. *recentiſſimar.* Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 18. *ſub n.* 97. Peña *deciſ.* 331. *num.* 6. Leoncil. *de privileg. paupertat. privileg.* 22. *n.* 51. *&* 63. Zachias *de ſalario, quæſt.* 3. *ex n.* 20. Cardinal. de Luca *de fideicommiſ. diſcurſ.* 190. *n.* 7. *& de alienat. diſcurſ.* 38. *ſub n.* 10. Caſtejon. *in alphabet. verb. alimenta, n.* 4. Carol. Anton. de Luca *in animadverſion.* ad Gratian. *dict. cap.* 112. *n.* 6. Et quod judicis arbitrio relinquatur hujuſmodi alimentorum taxatio, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 21. *Junii* 1625. in favorem Don Auſiæ Creſpi minoris, & contra illius creditores.

50 El Tutor, ò Curador de menores, en el „principio de ſu adminiſtracion deve obte„ner ſu taxacion de alimentos, para que ſepa „que cantidad puede gaſtar cada año en ali„mentar los menores; para lo qual ſe practi„ca poner eſcritura en la corte del Juez or„dinario, en donde ſe narra la edad, eſtado, y „dignidad de los pupillos, y la renta que tie„nen, y que neceſsitan de T. cantidad todos „los años para ſus alimentos, y ſe concluye „pidiendo ſe reciba ſumaria informacion de „teſtigos, para probar que ſegun la ocurren„cia del tiempo neceſsitan de la cantidad „q̄ ſe dize para ſus alimētos todos los años, „pidiendo tambien ſe ſeñale, y de facultad „para gaſtarla, con la calidad de admitirſele „en el deſcargo de la cuenta la cantidad que „ſe ſeñalarà, todo lo qual ſe provehe in„terponiendo el Juez ſu decreto, y ſe deve „proponer la eſcritura en eſta forma.

F. T. Tutor, y Curador de F. T. y S. T. fills, y hereus del quondam S. T. propoſant com millor pot, diu, qúe los dits menors ſon fills llegitims, y naturals del dit F. T. y lo machor te de edat haſta deu anys, y lo menor haſta huit anys, y tenē un patrimoni conſiderable, pues los bens hereditaris que tenen del dit ſon pare, valen en proprietat pus de 40000. lliur. y per ſer tots ſitis, y de bona calitat, fan de renta caſcun any pus de 2000. lliur. y atenent la edat de dits menors, la calitat, y la renta que tenen, han de meneſter caſcun any pera ſos aliments, y els de un meſtre que tenē, pera que els eduque, y amoſtre, y els porte al eſtudi, comprenint lo veſtir, menchar, y beure, y tot lo demes de que neceſsiten, 600. lliur. ço es 300. lliur. pera caſcu de aquells, y en dita cantitat ſon molt juſts, y moderats los ſobredits aliments, los quals deſitja lo propoſant ſels ſeñalen, y taxen.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir, li ſia rebuda una ſumaria informaciò de teſtimonis à fi, y effecte de verificar, y probar tot lo deſus dit, y conſtant per aquella de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, paritèr Requir, los ſien taxats aliments als dits menors, ſeñalantlos caſcun any la ſobredita cantitat de 600. lliur. les quals, en tot cas de reddiciò de cōtes, li ſien preſes en deſcarrech al propoſant, interpoſant en tot lo deſus dit, lo de-



decret judicial del preſent Tribunal, Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 26. *Februarii* 1688.
*Recipiatur informatio,*
F. T. Aſſeſſor.

Eſtò ſe podrà practicar quando el menor, „ò menores tendràn baſtantes rentas para „poder alimentarſe, pero ſino las tuvieſſen, „y ſe hallaſſen en infantil edad, y inhabiles „para poderles acomodar à ſervir, ò aun te„niendo ſiete años, ò no tuvieſſen cuerpo „baſtante para ſervir, ò ſe encontraſſen en„fermos, ò con otros eſtorbos legitimos pa„ra poder ſervir, en qualquiera deſtos caſos, „para obrar con juſtificacion el Tutor, de„ve obtener eſpecial decreto del Juez para „expender alguna cantidad de las proprie„dades, para que ſe ſupla aquello que faltare „de redito para los alimentos, probando, y „repreſentando la impoſsibilidad de ſervir, „y proponiendo ſu libello, en eſta forma.

F. T. Tutor, y Curador de S. T. propoſant com millor pot, diu, que el patrimoni de dit menor es redueix à 250. lliur. que es deutor à dita cura F. T. de un cenſal de dita proprietat, y annua penciò de 250. ſous, y à unes 70. lliur. mes, que importaràn los bens mobiles, que en publich encant ſe han venut; E com lo dit menor no tinga mes edat que la de 4. anys, y ab la renta de ſos bens, que ſols es 12. lliur. 10. ſous caſcun any, no puga lo propoſant acudir à ſuſtentarlo de menchar, beure, y veſtir, ni menys en eſta edat, y haſta que tinga ſet anys, lo pot poſar à ſervir à amo, y ſia juſt, y à raho conforme, que pera caſcu de el dits tres anys que li falten haſta els ſet, ſe li taxen, y ſeñalen pera ſos aliments, ultra la renta ſobredita 20. lliur. donantli facultad al propoſant, pera que les puixa expendir, y gaſtar de lo capital de les dites 70. lliur. pues nunca podrà haverhi raho pera que el dit menor pereixca de fam, tenint de àhon poder alimentarſe, y la dita cantitat de 32. lliur. 10. ſous la ha de meneſter ſens dubte preciſament caſcun any pera alimentarlo, hoc y encarà es molt modica, y llimitada, y ab prou dificultat ſe podrà acudir ab aquella à alimentar al dit menor.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, & Requir, ſe li reba una ſumaria informaciò de teſtimonis, à fi, y effecte de verificar, y probar lo deſus dit, y conſtant per aquella de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter Requir, li ſien tachats aliments al dit menor pera els dits tres anys, ſeñalantli caſcun any, ultra la renta del cenſal ſobredit, la dita cantitat de 20. lliur. ab la calitat de poderles expendir, y gaſtar lo propoſant de lo capital dels bens de dit menor, les quals cantitats, en tot cas de reddiciò de contes, li ſien preſes en deſcarrech al propoſant, interpoſant en tot lo deſus dit lo decret judicial del preſent tribunal, Per ſer aixi, &c. implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 27. *Februarii* 1688.
*Recipiatur informatio.*
F. T. Aſſeſſor.

51 Tradidi hucuſque; quomodo alimenta debeant minori à judice taxari, quando curator petit, quod ex redditu patrimonii ipſius minoris taxentur, ſed quia multoties pupilli, facultates non habent unde alimenta taxentur, ſed ſolùm jus ad alimenta petenda ab aliquibus perſonis, decrevi etiam tradere quomodo in hoc caſu debeat tutor petere alimenta. Et ne petitio inſtituatur adverſus non obligatos ad alendum, non erit infructuoſum oſtendere perſonas ad alendum pupillum obligatas. Pater in primis naturali jure, civili, canonico, & forali, tenetur filios legitimos, & naturales alere, *l. ſi quis à liberis* 6. *ff. de liberis agnoſcend. l. final. §. ipſum autem filium, Cod. de bonis quæ liberis, l. ſi competenti* 3. *l. penultim. & final. Cod. de alendis liberis, l. unic. §. taceat. Cod. de rei uxoriæ actione, cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimon. cap. per venerabilem* 13. *qui filii ſint legitimi, for lo Pare* 40. *rubr. de teſtament.* ibi: *Lo Pare, è la mare ſon tenguts de fer donar tempradament ſos obs als fills, è à les filles de leal conjutge de mentre que viuràn.* Docent Angelicus Præceptor D. Thomas 2. 2. *quæſt. ultim. artic.* 6. Molin. *de juſtit. & jure, diſput.* 168. *&* 578. *n.* 6. Menchac. *de ſucceſsion. creat. lib.* 2. §. 20. *n.* 310. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 14. *cum ſequent.* Valero *different. inter*



utrum-

*utrumque*, *for. verb. aliment.*, *different.* 1. *n.* 22. Bonacin. *de præcept. diſput.* 6. *quæſt. unic. part.* 2. §. 1. Fagund. *in decalog. lib.* 4. *cap.* 1. noſter Trullench *in decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *dubitat.* 3. Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis*, *in princip. n.* 6. Pontan. *de aliment. cap.* 1. Gratian. *diſceptat.* 120. *n.* 11. Mantic. *de tacit. & ambig. part.* 2. *lib.* 13. *tit.* 12. *n.* 2. Marta *de ſucceſsionib. part.* 1. *quæſt.* 5. *artic.* 5. *n.* 7. & 10. Novar. *de elect. fori*, *quæſt.* 44. *n.* 24. Mangil. *de imputat. quæſt.* 149. & *quæſt.* 51. *n.* 62. Carpan. *ad ſtatut. mediol. cap.* 313. *n.* 9. Merlin. *de legitima*, *lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 8. Marta Medic. *deciſ. ſenenſ.* 60. *n.* 25. Altograd. *conſ.* 56. *n.* 12. & *conſ.* 57. *num.* 51. *lib.* 1. Guiovagnon. *conſ.* 37. *num.* 23. *lib.* 2. Merend. *controverſ.* 30. *n.* 2. *lib.* 5. Spada *conſ.* 244. *n.* 12. *lib.* 2. Peña *deciſ.* 281. *n.* 28. Boſsius *de effectib. matrimon. tom.* 2. *cap.* 1. *n.* 6. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap. cum haberet* 5. *de eo qui duxit in matrimon. n.* 4. D. Creſpì *obſervat.* 1. *n.* 158. cum aliis à me traditis, *dict. cap.* 10. *de proteſtat. alimentorum*, *n.* 21. Et ex hac obligatione naturali alendi provenit illud, quod poſsint alimenta peti, etiam ſi juri petendi illa renuntiatum fuerit, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 13. *Octobris* 1620. inter Egregiam Comitiſſam de Elda, & illius creditores. Et etiam provenit, quod poſsit alimenta petere ille qui tranſactionem fecit cum ſuis creditoribus, ut Senatus dixit ſententia per Daza, *die* 28. *Septembris* 1620. inter Egregium Comitem de Elda, & illius creditores, & alia per eundem, *die* 14. *Januarii* 1621. inter eaſdem partes. Tenetur pater non ſolum alere filios in Patria poteſtate exiſtentes, ſed emancipatos, & etiam adoptivos, *dict. l. ſi quis à liberis*, §. *ſi utrum*, *l. onera*, *ff. de adoptionib.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 20. & *quæſt.* 17. *num.* 6. [illegible] *moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. Boſsius *dict. tom.* 2. [illegible] 106. Gonzal. Tellez *ubi proxim.* Et legitimatos, ut judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 26. *Februarii* 1624. inter Don Petrum, & Don Didacum Jofre, & Domnam Gratiam Jofre. Bene verum eſt, quod in aſsignatione alimentorum, debet attendi patrimonium patris, & deduci æs alienum, ut Senatus dixit ſententia per Caſes, *die* 22. *Octobris* 1622. inter Gaſparem Joannem Català, & Domnam Mariam Ribot, & Baptiſtam Català, & alia per Daza, *die* 3. *Julii* 1623. inter Don Alexandrum Vidal, & Don Laurentium Villarraſa. Et tam præciſa eſt huiuſmodi alendi obligatio in patre, quod ſi filius aliunde non habeat, tenetur pater ex bonis legitimæ adminiſtrationis alere, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 31. *Martii* 1634. inter Egregium Comitem de Geſtalgar, & illius Creditores. Niſi filiæ dos congrua fuerit conſtituta, nam ceſſabit obligatio paterna alendi, cum dos alimentorum loco ſuccedat, ut Senatus dixit ſententia per Alreus, *die* 1. *Februarii* 1623. inter Joannam Annam Salines, & de Benavent, & Ludovicam Salines, & Adminiſtratores bonorum hæreditatis Joannis Montañana. Eodem jure civili, canonico, & naturali, tenetur pater alere naturalem filium, *authent. licet*, *Cod. de naturalib. liberis*, Menoch. *conſ.* 60. *n.* 6. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 9. *à n.* 1. Gama *deciſ.* 225. *ex n.* 1. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *n.* 60. *in fin. ff. ſoluto matrimon.* Aſcanius Clemens *de patria poteſt. cap.* 5. *n.* 46. Gratian. *diſcept.* 567. *n.* 26. Trullench *dict. dubitat.* 3. *n.* 8. Barboſ. *ad text. in d. authent. licet*, *n.* 7. & 8. Boſsius *dict. cap.* 1. *n.* 16. *cum ſequent.* Gonzal. Tellez *ubi ſupra*. Et quod filii naturales debeant ali ex bonis paternis, judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 13. *Julii* 1619. inter Don Paulum de Caſtellvi, & Egregium Comitem de Carlet, & alia per eundem, *die* 13. *Septembris* 1622. inter Joſephum Garcia, & Don Joannem Garcia, & alia per Daza, *die* 2. *Martii* 1627. inter Joſepham Boluda, & de Ferriol, & Annam Mariam Ferriol, & alia per eundem, *die* 17. *Martii* 1627. inter Don Carolum Boil, & Don Fruelam Boil, & alia per Saboya, *die* 5. *Maii* 1672. in favorem Don Jacobi Muñoz, & contra Don Vincentium Muñoz. Et quod filii naturales militum, & civium, debeant ali ex bonis paternis, judicavit Senatus ſẽtentia per Daza, *die* 20. *Octobris* 1632. inter Don Franciſcum Perellòs, & Don Ginetium Rabaſſa de Perellòs, & alia per eundem, *die* 3. *Julii* 1632. inter Eufraſiam Cifre, & Andream Cifre, & alia per eundem, *die* 15. *Januarii* 1635. inter Illuſtrem Marchionem de Albayda, & Don Joſphum del Milà. Et quod filii naturales debeant ali ex bonis vinculatis inſubſidium, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 29. *Julii* 1609. inter Don Gaſparem Maza, & Domnam Eliſabetam Maza. Et quod naturali filio etiam diviti, poſsint à patre legari alimenta, dixit Senatus ſentẽtia per Alreus, *die* 5. *Martii* 1613. inter Don Petrum de Borja, & Marchionem de Navarres. Quoad obligationem alendi filios ſpurios, inceſtuoſos, vel adulterinos, aut ex alio damnato coitu procreatos, diſtinguendum eſt inter jus civile, & canonicum, jure enim civili atento non tenebatur pater prædictos alere filios, *authent. ex complexu*, *Cod. de inceſtis*, & *inutilibus nuptiis*, *cap. per venerabilem*, *in fin. qui filii ſint legitimi*. De jure vero canonico, tenetur illos ale-



alere, *cap. cum haberet*, *de eo qui duxit in matrim.* Bald. *conſ.* 456. *num.* 10. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 6. Molin. *de juſtit. & jure*, *tom.* 1. *diſputat.* 168. Fagundez *in decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 1. & 6. Paleot. *de nothis*, & *ſpuriis*, *cap.* 46. *num.* 3. Gratian. *diſceptat.* 567. Sanchez *conſilior. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *dubitat.* 27. Lucidor. *de illegitim. Clericor. cap.* 15. *num.* 1. *cum ſequent.* Hermoſill. *in l.* 1. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſſ.* 6. *num.* 4. Manrique *de diferent. utriuſque fori*, *quæſt.* 13. noſter Trullench *ubi proxim.* Barboſ. *ad text. in dict. authent. ex complexu*, *num.* 26. Boſsius *dict. cap.* 1. *num.* 16. *cum ſequent.* Caſtill. *de aliment. cap.* 66. *num.* 46. Valencia *illuſtr. juris*, *tom.* 3. *de ſuorum hæredum ſucceſsion. num.* 9. D. Creſpì, & Gonzalez Tellez *ubi proxim.* cum aliis à me adduct. *num.* 42. Sed intellige, hanc alendi obligationem paternam, habere locum, ſi filius aliunde non habeat, nam non tenetur pater alere filium, adhuc ex fructibus bonorum adventiorum ipſius filii, quia illos facit ſuos pater, *l. final. cum vulgat. Cod. de bonis quæ liberis*, quando filius aliundè alimenta habet, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 23. *Auguſti* 1629. inter Michaëlem Hieronymum Roca, & Petrum Granell.

52 Filius, aut filia qui matrimonium contraxerunt, abſque voluntate patris, non poſſunt alimenta conſequi in Regno ex paternis bonis, ut particulariter, reſpectu filiæ nubentis abſque patris conſenſu, ſi patrem habuerit, & abſque matris conſenſu, ſi patre careat, conſtitutum habemus, *in for. Eñadint* 5. *rubr. de iis quibus, ut indignis*, ibi: *Provehim, è ordenam, que ſi alguna donzella en qualſevol temps, ò edat ſe caſarà ab algun home de egual, machor, ò menor condiciò de aquella: ſens voluntat, è conſentiment de ſon pare, ò ſi pare no haurà, de ſa mare: que aquella tal donzella, que aixi clandeſtinament, è ſens voluntat, ò conſentiment de ſon pare, ò mare ſe ſerà caſada, no puixa en forma alguna, aquella, ne lo marit de aquella demanar, ni haver dot alguna, ni aliments alguns de el pare, ni de la mare.* Idem cautum habetur, tàm reſpectu filii, quàm filiæ nubentium abſque parentum conſenſu, *in for.* 7. *rubr. de iis quibus, ut indignis*, ibi: *Perçò per evitar aquelles ſupliquen los tres braços placia à voſtra Mageſtat provehir, que tota hora, è quant algun fill, ò filla ſe caſarà ſens voluntat, y exprès conſentiment de ſon pare, ò no tenint pare, de ſa mare, que en tal càs lo pare, è mare de aquell, no ſien tenguts, è obligats à donar dot à la dita filla, ni aliments als dits fills, ni compellits à præſtar aquells.* Contrarium tamen tenendum, & obſervandum judico in Regno, deberique filio, vel filiæ nubenti contra patris, & matris voluntatem alimenta ex bonis paternis, & inſubſidium ex bonis maternis, juxta ſententiam Senatus publicatam per Alreus, *die* 30. *Octobris* 1587. in favorem Don Ludovici de Romani, & contra Don Gaſparem de Romani, & alia, *die* 5. *Octobris* 1601. prout etiam refert deciſum, D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 27. *num.* 22. & 23. & ſequitur D. Creſpì *dict. obſervat.* 1. *num.* 158. qui *num.* 159. Ait, nihil magis receptum eſſe in noſtris tribunalibus. Ratio eſt evidens, nam, ut probavi, hæc alimenta debentur filiis jure naturali, & ea quæ jure naturali debentur, neque à Principe, neque à foro, vel ab alia conſtitutione aboleri, vel derogari poterunt, ex regul. text. *in* §. *ſed*, & *naturalia*, *inſtitut. de jure natural. gent. & civil.* Garcia *de expenſis*, & *meliorat. n.* 3. D. Creſpì *dict. obſervat.* 1. *num.* 156. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap.* 5. *de eo qui duxit in matrimon. num.* 4. Neque obſtant diſpoſitiones forales contrarium ſtatuentes, nam admiſſæ non ſunt, neque admitti potuerunt contra juris naturalis normas, ut optimè notant D. Leon, & D. Creſpì, locis proximè citatis.

Ex eadem ratione lucem accipiet textus, *in for. final. rubr. de teſtament.* ubi dicitur, 53
quod filii à patre exhæredati, aut baſtardi filii, petere non poſſunt alimenta à fratribus hæredibus parentum, ibi: *Lo Senyor Rey per obſervança dels dits furs. Provehix, è ordena ab acte de la preſent cort, que los desheredats per ſon pare, ni los fills baſtarts, no puixen demanar aliments alguns à ſos germans, com à hereus dels dits ſos Pares.* Nam, & ſi quoad exhæredatos voluerint aliqui, poſſe patrem ex cauſa exhæredationis alimenta eis omninò denegare, *authent. ut cum, de appellat. cognoſcen.* §. *aliud quoque capitulum*, Covarrub. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 17. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 1. & *quæſt.* 4. *num.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſputat.* 26. *num.* 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 36. *num.* 145. Rebel. *de obligat. juſtit. part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 32. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. tom.* 1. *part.* 5. *n.* 2. Merlin. *de legitim. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 1. Leoncil. *de privileg. paupertat. part.* 2. *privileg.* 161. *num.* 21. Tamen, quia alimenta ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria, naturali jure, ut dixi, filiis debentur, eſto pater poſsit alimenta ordinaria, & pinguiora denegare filiis, non poterit alimenta illa neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem denegare, Gutierr. *de matrim. cap.* 80. *num.* 4. Molin. *de juſtit. & jure*, *tom.* 1. *diſput.* 648. Marta *de ſucceſsion. legal. part.* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 2. *num.* 9. Megala *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 23. *quæſt.* 1. *num.* 40. Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *quæſt.* 6. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.*

tit. 1. quæſt. 3. num. 8. Hodiern. in l. hac edictali, quæſt. 6. num. 30. Fragoſ. de regim. Chriſtian. Reipublic. §. 1. diſputat. 4. n. 295. Boſsius dict. tom. 2. cap. 10. num. 650. Paul. Meli in obſervat. ad Caſtill. cap. 46. num. 27. Et quod exhæredati filii ali debeant ex parentis bonis in Regno, declaravit Senatus ſententia per Caſes, die 3. Auguſti 1634. inter Don Iſidorum Valero, & de Salvador Curatorem Don Michaëlis, & Don Joannis Salvador, & Don Agapitum Salvador. Et majori cum ratione alimenta præſtanda erũt, ſi ſolum filio legatum à Patre fuerit factum pro omni, & toto jure quod poterat in bonis patris habere, ſi bona legata ad alimenta non ſufficiant, ut judicavit Senatus ſententia per Berbegal, die 18. Junii 1608. inter Catharinam del Milà, & Sebaſtianum Gutierrez. Neque diſpoſitio foralis contrarium ordinans aliquid facit contra legem naturalem; nam neque admiſſa eſt, neque admitti potuit, & illa non obſtante, quotidie dantur in Regno exhæredatis filiis alimenta, ut teſtatur, D. Creſpì dict. obſervat. 1. num. 157. 158. & 159. Quoad filios baſtardos idem tene, nam, ut vidiſti, alimenta neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem debentur filiis naturalibus, ut etiam dixi, naturali lege, & per conſequens non poſſunt per forum, vel humanam legem denegari, ut practicatum ſatis habemus, aſsignando quotidie prout aſsignantur illegitimis filiis alimenta.

54 Patre deficiente, tenetur Avus paternus nepotes alere, prout etiam proavus, & cæteri aſcendentes tenentur pronepotes, & deſcendentes legitimos, & naturales alere, etiam in caſu, quo pater filios non poſsit propter inopiam alere, *l. dotem dedi, ff. de collatione bonorum, l. final. §. ipſum autem filium, Cod. de boniſque liberis, gloſſ.* Barthol. & communiter DD. *in l. ſi quis à liberis, ff. de liberis agnoſcendis*, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 12. Franchis *deciſ.* 178. *num.* 10. Pontan. *de aliment. cap.* 12. *num.* 11. & 12. Garcia *de expenſis, & meliorationib. cap.* 3. *num.* 33. Paleot. *de nothis, & ſpuriis, cap.* 47. *num.* 6. Fachin. *controverſiar. lib.* 10. *cap.* 40. Rebel. *de obligationib. juſtitiæ, part.* 2. *lib.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 23. Gratian. *diſceptat.* 213. *num.* 14. Merend. *lib.* 5. *controverſ.* 30. *num.* 2. Manrique *de differentiis utriuſque fori, quæſt.* 13. Guilhem. Anch. *de reſcript. & moratoriis, concluſ.* 42. *num.* 12. Boſsius *dict. tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 281. Caſtill. *de aliment. cap.* 66. *num.* 46. Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 2. *num.* 1. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap. cum haberet* 5. *de eo qui duxit in matrimon. num.* 4. Et quod nepos inſubſidium bonorum paternorum, ex bonis Avitis ali debeat, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 12. *Auguſti* 1607. inter Nicolaum Colomina, & Baptiſtam Colomina, & alia per eundem, *die* 20. *Septembris* 1607. inter Hieronymum Lop, & Magdalenam Grau, & alia per eundem, *die* 7. *Novembris* 1612. inter Domnam Vincentiam Vidal, & Don Vincentium Vidal, & alia per eundem, *die* 6. *Octobris* 1618. inter Scholaſticam Montañana, & Adminiſtratores eleemoſynæ Joannis Montañana, & alia per eundem, *die* 9. *Maii* 1637. inter Joſepham Romana, & Gaſparem Joannem Català Generoſum. Quod procedit etiam ſi Avi bona vinculata fuerint, ut dixit Senatus in dicta ſententia, *diei* 7. *Novembris* 1612. Idem tenendum judico de nepotibus, & aliis deſcendentibus illegitimis, 55
& ſpuriis, & ex damnato coitu natis, nam etſi, Vaſquius *de ſucceſsion. creat. lib.* 2. §. 20. *num.* 160. & 318. & 319. dixerit, non teneri Avum alere nepotem ſpurium ex filio legitimo, tamen, æquitate canonica attenta, certius eſt, quod ſi filium illegitimum propter inopiam alere pater non poteſt, tenetur Avus, aut Proavus, vel aſcendens paternus immediatus, alere illegitimum deſcendentem, Covarrub. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 16. Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, num.* 42. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 12. *num.* 6. Molin. *de juſtit. & jure, tom.* 1. *diſput.* 168. §. *non ſolum parentes*, Gama *deciſ.* 11. *num.* 7. Lucidor. *de illegitimis Clericor. cap.* 17. *num.* 9. Carpan. *ad ſtatut.* 313. *num.* 15. Boſsius *dict. cap.* 7. *num.* 283. Et quod nepos, aut neptis illegitimi, debeant ali inſubſidium ex bonis Avi, etiam ſi noti non fuiſſent Avo, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 23. *Decembris* 1627. inter Eugeniam Perez, & de Goya, & Adminiſtratores bonorum Don Chriſtophori Perez, & alia per eundem, *die* 24. *Maii* 1623. inter Don Valerianum Boil, & Don Fruelam Boil. Et ſi ex illegitimis filiis extent filii legitimi, & naturales, qui ex Patris bonis ali non poſsunt, debent eis alimenta dari ex bonis Avi, ut Senatus judicavit ſententia per Caſes, *die* 5. *Martii* 1624. inter Vincentiam Caſtellà Doris, & de Blanes, & Illuſtrem Marchionem de Ariza Patrem, & legitimum Adminiſtratorem Don Joannis Blanes. Et hæc alendi obligatio, tam naturalis, & præciſa
eſt in patre, Avo, aut alio aſcendente, quod 56
etiam ſi filium divitem habuerit pater, non tenetur filius alere patrem, extantibus aſcendentibus paternis patris, qui illum allere poſſint, ut docent Lara *in dict. l. ſi quis à liberis, num.* 6. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 201. Angelus *in ſumma, verb. filius*, Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *quæſt.* 13. Franciſc. Mariæ Prat. *obſervat.* 891. & *in adnotat. ad n.* 65. *cap.* 3. *part.* 2. noſter Rocafull.





*in prax. quid agendum, part.* 3. *lib.* 2. *n.* 45. Othoman. *conſ.* 61. 80. & 84. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 3. & *deciſ.* 5. *n.* 32. Acacius *de privileg. parentum, privileg.* 8. Boſsius *dict. cap.* 7. *n.* 280. Fragoſ. *de regim. Chriſtian. Reipublic. part.* 3. *lib.* 1. *diſput.* 2. *per tot.* Gonzalez Tellez *ubi proximè, n.* 4.

Mater poſsitivo jure, & naturali, tenetur
57 filios ſuos legitimos, & naturales, illegitimos, & ſpurios, vel ex quocumque concubitu illicito procreatos, alere, & ablactare in illis tribus primis ablactationis annis, *l. nec filium, ubi gloſſ. Cod. de patr. poteſtat. cap. final. de converſione infidel. gloſſ. in l. alimenta, Cod. de negotiis geſt.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 1. Molin. *de juſtit. & jure, tractat.* 2. *diſputat.* 168. *verſ. mater.* Pontan. *de aliment. cap.* 8. Paleot. *de nothis, & ſpuriis, cap.* 48. *n.* 1. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 3. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 23. & 24. Valaſc. *conſultat.* 92. Paſchal. *de patria poteſt.* 2. *part. cap.* 3. *à n.* 48. Lara *de vita hominis, cap.* 13. Coller. *de aliment. lib.* 1. *cap.* 6. Trentacinc. *variar. lib.* 1. *tit. de aliment. reſolut.* 2. *n.* 17. noſter Trullench *in decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *dubitat.* 3. *n.* 23. *cum ſequent.* Leſsius *de juſtit. & jure, lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 20. noſter Præpoſitus Rocafull. *in prax. quid agendum, dict. part.* 3. *lib.* 2. *n.* 44. Layman *lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 3. *cap.* 5. *n.* 5. Barboſ. *ad text. in cap. ejus, dictinct.* 5. *n.* 2. & 3. & *ad text. in l. alimenta, n.* 14. *Cod. de negotiis geſt.* Peregrin. *de jure Fiſci, lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 62. Michalor. *de fratrib. part.* 3. *quæſt.* 31. *n.* 9. noſter Præpoſitus Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 15. *n.* 9. Narbon. *in juris annalib. anno* 3. *quæſt.* 1. *per tot.* & *quæſt.* 2. *n.* 6. Bonacin. *de matrimon. quæſt.* 4. *punct.* 15. *n.* 7. Thoro *vot.* 94. *n.* 18. Carranza *de legitim. partus edit. cap.* 3. §. 4. *n.* 25. Boſsius *dict. cap.* 7. *n.* 299. *cum ſequent.* Valeron *de tranſactionib. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 20. Arias de Meſa *variar. li.* 2. *reſolut.* 25. *ſub n.* 20. Leoncil. *de privileg. paupertat. privileg.* 243. *n.* 1. *cum ſequent.* Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 36. §. 1. *n.* 10. cum aliis à me traditis, *dict. cap.* 10. *de proteſtat. alimentor. n.* 17. Quod intelligere debes reſpectu ſolum nutrimenti lactis, quia cætera neceſſaria ad alimoniam, ex bonis paternis ſubminiſtranda ſunt, Molina *d. diſput.* 168. Valaſc. *dict. conſultat.* 92. *n.* 6. Azor, Layman, & Rocafull *ubi prox.* Boſsius *dict. cap.* 7. *n.* 324. Carranza *de legitima partus edit. dict. cap.* 3. §. 4. *n.* 38. Et de obligatione materna lactandi filios per ſe, ſub pœna peccati, non exiſtente juſta cauſa lactandi illos per nutrices, videndi Navarrus *in manual. cap.* 14. *n.* 17. Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *quæſt.* 5. Sayrus *in clav. Regia, lib.* 7. *cap.* [illegible] *n.* [illegible]. Villalob. *tom.* 2. *tract.* 41. *difficultat.* 8. Filucius *tom.* 2. *tract.* 28. *part.* 2. *cap.* 2. *n.* 43. noſter Trullench *ubi proxim.* Pontan. *de aliment. cap.* 8. *n.* 1. noſter Rocafull *ubi proxim.* Boſsius *dict. cap.* 7. *n.* 299. Carranza *dict. cap.* 3. §. 4. *n.* 25. *cum ſequent.*

Ultra triennium iſtud ablactationis, non
tenetur mater filium alere, quia, ut vidiſti, 58
non eſt obligatio materna alere filios, ſed paterna, Corduba *in dict. l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, n.* 9. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 9. & *tit.* 60. *quæſt.* 6. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 2. Franchis *deciſ.* 87. *n.* 15. Valaſc. *conſult.* 92. *n.* 7. Peregrin. *de jure Fiſci, lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 60. & 61. Gratian. *diſceptation.* 959. *n.* 14. & 15. Manrique *de differentiis, utriuſque fori, quæſt.* 13. Cyriac. *controverſ.* 480. *n.* 15. Boſsius *dict. cap.* 7. *n.* 328. Andreol. *controverſ.* 141. *n.* 24. Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 36. §. 1. *n.* 7. Gonzal. Tellez *ubi ſupra, n.* 4. Adeo quod etiam ſi mater, aut avia, vel Avus maternus divites fuerint, ſemper alimenta à patre debent dari, ut deciſum extitit ſententia per Alreus, *die* 24. *Januarii* 1637. inter Vincentium Joſephum, & Claram Aznar, & Creditores. Intellige tamen hæc, quando pater, vel Avus paternus, aut alii aſcendentes per lineam paternam, habuerint bona unde filios, & deſcendentes alant, quia ſi inopes fuerint, & mater eſſet dives, tenetur mater alere filios legitimos, & naturales, & de hoc caſu loquitur, & intelligendus eſt, *for.* 40. *rubr. de teſtament.* docent Barthol. *in authent. res quæ, n.* 4. *Cod. communia de legat.* & *in tractat. de aliment. n.* 13. Padilla *in dict. authent. res quæ, n.* 60. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 3. Corduba de Lara *in dict. l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, n.* 10. & 14. Pontan. *de aliment. cap.* 8. *n.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 14. *n.* 9. Maſtrill. *deciſ.* 256. Gratian. *diſcept.* 65. & *diſcept.* 331. Andreol. *controverſ.* 155. *n.* 26. Caſtill. *de aliment. cap.* 36. §. 1. *n.* 63. Boſsius *dict. tom.* 2. *cap.* 7. *n.* 332. Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *reſolut.* 25. *ſub n.* 20. Paul. Meli *dict. cap.* 36. §. 1. *n.* 9. Et quod in ſubſidium bonorum paternorum, teneatur mater alere filios, judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 22. *Octobris* 1622. inter Gaſparem Joannem Català, & Domnam Mariam Ribot, & tradidi ego *dict. cap.* 10. *de proteſt. alimentor. n.* 19. Pariter, quod teneatur in ſubſidium mater dotare filias, judicavit Senatus ſentẽtia per Alreus, *die* 9. *Auguſti* 1631. inter Don Arnaldum Llanſol de Romani, &

Don Hieronymum Funes Muñoz, & alia per eundem, die 7. Auguſti 1654. inter Balthaſarem Gil Roſer, & alios. Et quod non niſi inſubſidium teneatur mater filios alere, dixit Senatus, ſententia per Ferrera, die 8. Februarii 1661. in favorem Domnæ Ludovicæ de Proxita, & de Sanz viduæ Tutricis Domnæ Margaritæ Sanz, & Domnæ Damiatæ Sanz de la Loſa, & contra Don Gregorium Sanz, ibi: *Mater enim ad ſimilia alimenta non tenetur, quanndo ex bonis patris ea filiis præſtari poſſunt.* Niſi mater tenutaria eſſet bonorum mariti, nam tunc non inſubſidium, ſed principaliter tenetur ex bonis tenutæ filios alere, ut dixit Senatus ſententia per Alreus, die 29. Aprilis 1608. inter Don Marcum de Aragò, & Egregium Don Franciſcum de Aragò Comitem de Luna. Idem tene de filiis illegitimis, & ſpuriis, & ex quolibet damnato coitu procreatis, nam illos inſubſidium tenetur mater alere, ut docent Surdus de Aliment. tit. 1. quæſtion. 15. num. 1. Paleot. de nothis, & ſpuriis, cap. 48. Molfeſ. ad conſuetud. Neapolit. tom. 1. part. 5. quæſt. 11. Boſsius dict. tom. 2. cap. 7. num. 334. Avus maternus, vel
59 Avia Materna, cæterique deſcendentes per maternam lineam, tenentur nepotes, & cæteros deſcendentes per lineam fœmeninam alere caſu in quo pater, & aſcendentes per lineam paternam inopes ſint, & mater propter inopiam alere filios non poſsit, dict. leg. ſi quis à liberis, §. utrum autem, ff. de liberis agnoſcend. leg. non quemadmodum, ff. eod. Covarrub. de ſponſalib. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 16. Pontan. de aliment. cap. 11. n. 12. Boer. conſ. 17. num. 14. Surd. de aliment. tit. 1. q. 16. num. 1. cum ſequent. Garcia de expenſis, cap. 3. num. 33. Molfeſ. ad conſuetud. Neapolitan. tom. 1. part. 5. quæſt. 11. n. 14. Mareſcot. variar. lib. 2. cap. 83. num. 37. Boſsius dict. cap. 7. num. 336. Et quod ex bonis Avi materni debeant inſubſidium ali nepotes, declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 5. Januarii 1637. inter Don Franciſcum, & Don Bernardinum Llauro, & hæredem Lucæ Malferit, confirmata in judicio nullitatum, alia publicata, die 22. Septembris 1637.

60. Filii, & filiæ divites, alimenta præſtare tenentur parentibus ſuis, modo parentes non poſsint ali ab aſcendentibus per lineam paternam, nam, ut diximus, non tenetur filius dives alere patrem, quando aſcendentem habet pater obligatum ad alendum, Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 101. & quæſt. 94. num. 12. Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 3. quæſt. 4. num. 6. Acacius de privileg. parentum, privileg. 8. Fragoſ. de regim. Chriſtian. Reipublic. part. 3. lib. 1. diſput. 2. per tot. Leoncil. de privileg. paupertatis, part. 2. privileg. 161. num. 13. Si verò pater aſcendentibus careat, qui eum alant, tenentur filii divites naturali jure parentes alere, for. Lo pare 40. rubr. de teſtament. ibi: *Els fills, è les filles ſien tenguts de dar al pare, è à la mare, que no hauran de que viure, llurs obs à tempradament de mentre que viuràn.* Docent Aſcanius Clemens de patria poteſt. effect. 7. num. 4. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 18. & quæſt. 96. Campanill. in diverſor. juris canonic. rubr. 12. cap. 2. num. 4. Valenzuel. conſ. 12. per tot. Oſaſc. deciſ. 124. num. 8. Gratian. diſcept. 296. num. 45. & 46. Giurb. obſervat. 41. n. 7. Barboſ. de jure univerſ. Eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 42. num. 24. & 25. Velaſc. de privileg. pauper. part. 1. quæſt. 11. num. 3. cum ſequent. Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 1. quæſt. 16. ſub num. 1. Caſtill. de aliment. cap. 10. num. 1. cum ſequent. Calvin. de æquitat. cap. 74. n. 29. Ricciol. de neophit. cap. 9. num. 11. Boſſius dict. tom. 2. cap. 24. num. 1341. Zachias de ſalario, quæſt. 3. n. 43. Leoncil. de privileg. paupertat. privileg. 306. n. 1. Et quod matri debeant ex bonis filii divitis alimenta aſsignari, declaravit Senatus ſententia per Caſes, die 30. Maii 1636. inter Egregiam Domnam Hippolytam Cetelles, & de Mercader, Comitiſſam de Buñol, & Egregium Comitem de Buñol ejus filium. Amplia ad filios
61 ſpurios, & ex damnato coitu natos, qui eodem modo parentes alere tenentur, Giurb. Obſervat. 41. num. 7. Paul. Meli in obſervat. ad Caſtill. de aliment. cap. 10. n. 1. Et quod filia naturalis teneatur præſtare alimenta matri, declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 31. Januarii 1635. inter Elenam Pomar, & de Maſquefa, & Monicam Maſquefa, & Vincentiam Barcena, & de Valeriola. Idem tene de filiis fidelibus, aut converſis ad fidem, erga infideles parentes, aut judæos, nam jure naturali illos tenentur alere, ut docent Lara in dict. leg. ſi quis à liberis, §. ſi impuberes, num. 8. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 18. & quæſt. 96. Aſcanius Clemens de patr. poteſt. effect. 7. num. 4. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 2. cap. 3. quæſt. 2. Maſcard. in tractat. de judæis 3. part. cap. 4. num. 5. Barboſ. ubi proxim. Boſsius dict. tom. 2. cap. 5. num. 134. Paul. Meli ubi proxim.

Et hujuſmodi filiorum obligatio erga parentes, eſt tam præciſa, & plauſibilis Deo, quod filius habens parentem in extrema neceſsitate poſsitum, non poteſt ingredi Religionem, etiam ſi votum ingrediendi emiſſe-
62 rit, ſed tenetur parentem inopem alere, & ſubvenire, aliàs lethaliter peccaret, ut docent Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 68. num. 5. & tit. 1. quæſt. 29. n. 12. Lara in dict. leg. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, num. 13. Suarez de religione, tom. 3. lib. 5. cap. 5. n. 12.



12. Sanchez in decalog. lib. 4. cap. 20. n. 3. Leſsius de juſtit. & jure, cap. 41. dubitat. 3. n. 34. Villalobos part. 2. ſummæ, tractat. 35. difficultad. 7. n. 8. Fagundez in præcept. 4. decalog. lib. 4. cap. 2. n. 15. Miranda in manuale, tom. 2. quæſt. 17. artic. ultim. quæſt. 4. Vechius in prax. novit. diſput. 2. dubio 8. n. 4. Reginald. in prax. for. penitential. lib. 18. n. 376. Paſchal. de patr. poteſtat. part. 2. cap. 3. n. 64. Bonacin. diſput. 6. de præcept. decalog. quæſt. unic. punct. 5. n. 4. noſter Trullench in decalog. lib. 2. cap. 2. dubitat. 23. n. 4. Portel. in dub. regular. verb. novitii, n. 21. Caſtill. de aliment. cap. 10. n. 7. Bordon. de profeſsione regular. cap. 2. quæſt. 55. verſ. dico parentibus, Politus in regul. minor. cap. 2. n. 44. Peirin. de Prælat. Religioſ. quæſt. 3. cap. 1. §. 2. num. 69. Et adhuc volunt multi, quod in extrema neceſſitate parentum, teneatur filius profeſſus religionem deſerere, ut neceſsitati illorum occurrat, Sanchez in 2. præcept. decalog. lib. 4. cap. 20. quæſt. 2. n. 14. Paſchal. de patria poteſt. part. 2. cap. 3. n. 62. & 63. Caſtill. dict. cap. 10. n. 5. Defendentes aliqui, quod in caſu ſupradicto, poſſunt filii deſerere religionem adhuc ſuperioribus invitis. Gandavenſ. quodlibet. 5. quæſt. 19. Auguſtin de Ancona de poteſtat. Papæ, quæſt. 1. artic. 1. Campanil. in diverſor. juris canon. rubr. 12. cap. 2. n. 4. & 5. & cap. 9. n. 3. Corduba in cap. 2. regul. Divi Franciſci, quæſt. 6. artic. 2. poſt 4. opinion. Caſtill. ubi proxim. Sed opinio iſtorum non eſt admittenda, nam profeſſus filius non tenetur, propter cauſas ſupradictas, religionem deſerere, ſed ſolum ſubvenire quantum poſsit, ſalva ſui ſtatus deſentia, Angelicus Præceptor Divus Thomas quodlibeto, 3. artic. 16. & quodlibeto, 10. artic. 9. & 22. quæſt. 101. artic. 4. ad 4. & ibidem, Cayetanus, Abulenſis quæſt. 69. in cap. 8. Mathei Rodrig. quæſt. regular. 57. artic. 3. tom. 2. Suarez tom. 3. de religione, lib. 5. cap. 6. n. 3. Sayrus in clavi Regia, lib. 7. cap. 6. n. 1. Paſſarel. ad privilegia minimorum, cap. 42. Sanchez in decalog. lib. 4. cap. 20. n. 17. Fagundez præcept. 4. decalog. lib. 4. cap. 2. n. 27. Riccius in prax. reſolut. 324. part. 3. Laiman. lib. 4. theolog. moral. tract. 5. cap. 6. n. 2. Lezana tom. 1. quæſtion. regular. cap. 24. n. 40. in fin. Donat in prax. rerum regular. part. 4. tractat. 3. quæſt. 21. n. 13.

Non extantibus aſcendentibus paternis,
90 medicus novellus, & ex illo non percipiat filius alimenta ſufficientia, ali debet à patre, aut aſcendentibus, ut de notario non lucrante ſufficientia ad ſui alimoniam, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 18. *Aprilis* 1583. in favorem Joannis Blanes Notarii, & contra Don Joannem Palafox. Quod limita ſi ex redditu bonorum proprio officium exercentis, & ex emolumento parvo officii, ſimul cum bonorum redditu, ali poſsit filius, nam tunc ei alimenta dari non debent, Socin. junior *conſ.* 8. *ſub n.* 13. *lib.* 3. Gabriel. *conſ.* 25. *n.* 15. *part.* 1. Boſsius *dict. tom.* 2. *cap.* 1. *numer.* 30. Sperel. *deciſion.* 138. *n.* 63.

91 Deinde, quoad eliciendam paupertatem, inſpiciendum eſt, an alimenta petens in redditu bonorum habuerit ſufficientia ad annuu victum, nam quoad hoc, ſolum inſpicitur annuus redditus, & non conſideratur proprietatuum valor, ut rectè obſervat Boſsius *dict. cap.* 1. *n.* 29. In Regno non videtur poſſe dici pauperem, nobilem centum libras habentem in redditu, *for.* 1. *in extravagant, rubr. que el Militar, ò Cavaller, fol.* 99. ibi : *Plau à ſa Mageſtat, que nos puixa dir pobre, aquell Cavaller Militar que tinarà cent lliures de renta*, & ſi juxta forum nobilis, qui centum habet in bonis quotannis, pauper dici non poteſt, excluſus erit à petitione alimentorum, quæ non niſi pauperi debentur. Quod admittere non poſſumus, cum non debeat excludi à petitione alimentorum nobilis habens centum libras quotannis in redditu. Neque forus obſtat, nam fortè quando ille ſtabilitus fuit, poterat nobilis centum libris quotannis ali, nunc verò minimè, ideòque arbitrio judicis debet relinqui quales redditus quotannis pro alimentis taxari debeant ; judex enim atenta qualitate, & decore alimentandi, & viribus patrimonii alere debentis, decernere debet, an nobilis neceſſaria alimenta habeat in redditu centum aureorum, an verò majori indigeat quantitate, ut ad intentum docent Bald. *in l.* 1. §. *ſed ſcimus, Cod. de latina libertat. tolen.* Cravet. *conſ.* 200. *n.* 10. Menoch. *de arbitrar. caſu* 65. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 9. *n.* 10. & *quæſt.* 37. *n.* 9. Lupus *de illegitim. com.* 2. §. 3. *n.* 66. Ceſſar Barzius *deciſ.* 129. *n.* 5. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 6. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 4. *n.* 25. Boſsius *dict. cap.* 1. *n.* 31. & *cap.* 17. §. 8. *num.* 1033. Joan. Bapt. Antonel. *conſ.* 54. *n.* 15. Paul. Meli *allegat.* 109. *n.* 30. *lib.* 3. & *in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 1. *n.* 13.

Pro vera praxi petitionis alimentorum
nota primo, quod ut petens alimenta poſsit 92
illa conſequi, debet probare filiationem, ſi tanquam filius illa petit, & ſi tanquam nepos, quod talis ſit, ut notant Garcia *de nobilit. gloſſ.* 1. *n.* 36. Burat. *deciſ.* 756. *n.* 4. Caſtill. *de aliment. cap.* 3. *n.* 25. & 26. Et quamvis multi velint, quod in hoc petitionis alimentorum judicio, non ſit neceſſarius libellus, neque conteſtatio litis, ex eo quod alimentorum cauſa ſummaria eſt, & in ſummariis cauſis hæc non requiruntur, *Clementin. ſæpè, de verbor. ſignificat.* Docent Barthol. *in l. nec quidquam*, §. *de plano*, *ff. de officio proconſul. n.* 1. Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi vel parens*, *n.* 16. *ff. de liberis agnoſcend.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 1. *n.* 3. & 4. Seſsè *deciſ.* 278. *n.* 4. Rota *deciſ.* 376. *n.* 1. *part.* 9. *tom.* 2. *recentiſsim.* Caſtill. *de aliment. cap.* 4. *n.* 2. & 3. Guil. Anth. *de reſcript.* & *morator. n.* 9. & 10. Tamen in noſtra praxi, hujuſmodi alimentorum petitiones, non aliter fiunt, quam libello propoſito, & intimato, liteque conteſtata, & probationibus factis cum citatione partis, prout in ſua praxi notat fieri, Caſtill. *d.*
*cap.* 4. *n.* 9. & 10. Solum in modo pro- 93
cedendi differt hoc judicium à cæteris in illo, quod probationes filiationis, paupertatis, & cætere neceſſariæ, fiunt per ſummariam teſtium informationem, abſque aſsignatione dilationis, ſed citata parte. Omnes enim DD. fatentur procedendum eſſe in alimentorum cauſis ſummariè, & per breviſsimas dilationes, prout in noſtra praxi proceditur, Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 75.



75. Tiraquell. *de privileg. piæ cauſæ, privil.* 157. Corduba de Lara *in dict. l. ſi quis à liberis*, §. *ſi vel parens*, *n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 2. *n.* 1. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 1. *præſumpt.* 35. *num.* 31. Aſcanius Clemens *de patr. poteſt. effect.* 17. *n.* 57. Cardoſ. *in prax. jud. verb. alim. n.* 5. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 16. *de alim. n.* 1. & 2. Valenzuel. *conſ.* 10. *n.* 13. Trentacinc. *variar. tit. de aliment. reſolut.* 1. *n.* 16. Rimin. junior *conſ.* 584. *n.* 81. & 82. Caputaquenſ. *deciſ.* 22. *n.* 4. *part.* 1. Ceſſar. Barzius *deciſ.* 69. *n.* 7. & 27. Gratian. *diſcept.* 33. *n.* 22. & 23. & *deciſ.* 129. *num.* 6. Ripoll. *variar. cap.* 5. *n.* 234. Fontanell. *de pact. nuptialib. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 4. *ex n.* 46. Fermoſin. *ad text. in cap.* 1. & *final. de feriis, quæſt.* 4. *n.* 7. Salgad. *de reg. protect. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 12. & 13. Carena *reſolut.* 49. *n.* 8. Caſtill. *de aliment. cap.* 4. *num.* 1. Bimius *conſ.* 167. *n.* 20. Marta *in compend. deciſ. verb. alimenta. deciſ.* 49. *tom.* 1. Guilh. Anth. *de reſcript.* & *morator. concluſ.* 40. *num.* 8. Leoncil. *de privileg. paupertat. privileg.* 383. *n.* 3. Joan. Anton. ab Eccleſia *obſervat.* 39. *n.* 21. *lib.* 1. Intellige hæc, quan-
94 do judicis officio petuntur alimenta præſentia, aut futura, ſecùs eſt, ſi ſolum alimenta præterita petantur, nam non erit cauſa ſummaria, neque ſummariè veniet tractanda, Corduba *in dict.* §. *ſi vel parens*, *num.* 23. Surd. *dict. tit.* 8. *privileg.* 2. *num.* 11. & 12. Cancer *dict. cap.* 16. *num.* 1. & 2. Menoch. *de præſumptionib. quæſt.* 35. *n.* 30. *lib.* 1. Franchis *deciſ.* 203. *n.* 2. Theſaur. *deciſ.* 44. *ſub n.* 1. Seſsè *deciſ.* 278. *ſub n.* 1. Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limitat.* 7. *n.* 4. Giurb. *deciſ.* 4. *num.* 46. Boſsius *dict. tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 878. Salgad. *dict. cap.* 1. *n.* 12. Ripoll. *variar. cap.* 5. *n.* 235. Caſtill. *dict. cap.* 4. *n.* 7. Merlin. *controverſ.* 61. *n.* 20. & *controverſ.* 62. *n.* 13. Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 4. *n.* 5. Leoncill. *de privileg. paupertat. privileg.* 22. *n.* 38. & *privileg.* 23. *num.* 21. Alimentorum petitio habet privilegia ſupradicta quando alimenta futura, & preſentia petuntur, non ſolum quando judicis officio debentur, ſed etiam ſi jure actionis petita ſint, dummodo petens illa non ſit dives, ſed pauper, Surd. *dict. privileg.* 2. *n.* 15. & 16. Cordub. de Lara *in dict.* §. *ſi vel parens*, *n.* 24. Gratian. *dict. cap.* 33. *n.* 22. & 23. Fontanell. *dict. gloſſ.* 2. *part.* 4. *n.* 49. & 50. Salgad. *dict. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 16. Barboſ. *allegat.* 8. *n.* 11. Caſtill. *dict. cap.* 4. *n.* 8. Meli. *dict. cap.* 4. *n.* 6.

Nota ſecundo, quod alimenta judicis offi-
95 cio petens, tenetur, ſummaria teſtium informatione, paupertatem probare ; licet enim divitiæ non præſumantur, ſed pauper quilibet judicari debeat, divitiis non probatis, *l. ſi vero*, §. *qui pro rei*, *ubi gloſſ.* & communiter DD. *ff. qui ſatiſdare cogantur*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 525. Herculan. *de proband. negativa*, *n.* 12. & 13. Paul. Meli. *allegat.* 73. *n.* 7. & *allegat.* 113. *num.* 24. *lib.* 3. Sperel. *deciſ.* 138. *n.* 58. Ea ratione, quod divitiæ in homine, non eſt qualitas naturalis, ſed accidentalis, & adventitia, quæ non præſumitur niſi probetur, *l. cum actum* 17. *ff. de negotiis geſt.* Fermoſin. *ad text. in cap.* 16. *de præſumptionib. n.* 9. & 10. Tamen cum
alimenta petens judicis officio ſe fundet in 96
paupertate ad alimenta conſequenda, jam non præſumitur pauper, ſed tenetur paupertatem probare, ex doctrina *gloſſ. in dict. l. ſi vero*, §. *qui pro rei qualit.* Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1154. *n.* 5. & 6. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 25. *n.* 14. Valaſc. *conſultat.* 1. *n.* 1. Fontanell. *deciſ.* 296. *n.* 14. Beltramin. ad Ludoviſium *deciſ.* 389. *num.* 7. Ferentil. ad Burat. *deciſ.* 41. *n.* 10. *in fin.* Boſsius *dict. tom.* 2. *cap.* 17. §. 8. *n.* 1032. Sperel. *deciſ.* 138. *n.* 59. Merend. *controverſiar. tom.* 4. *lib.* 22. *cap.* 29. *n.* 2. Leoncil. *de privileg. pauper-*
*tat. privileg.* 22. *num.* 34. Et eſto in noſtra 97
praxi, tam paupertatis probatio, quam filiationis fiat per ſummariam teſtium informationem, de filiatione non requiritur concludens probatio, nam, & ſi quando de ſucceſsione agitur, probari debeat concludentèr filiatio, ab illo qui ſe fundat in illa ad ſuccedendum, *l. final. Cod. de alendis liberis*, *l.* 1. *ff. de probationib.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 53. *n.* 1. Surd. *conſ.* 1. *ex n.* 38. *lib.* 1. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 786. *per tot.* Pacian. *conſ.* 1. *n.* 6. Caſtill. *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 104. *n.* 2. Rota *deciſ.* 289. *n.* 1. *part.* 1. & *deciſ.* 146. *ſub n.* 9. *part.* 3. & *deciſ.* 314. *n.* 18. & 19. *part.* 6. *recentiſsimar.* Tamen in judicio petitionis alimentorum, ubi ſolum incidentèr ad alimenta de probatione filiationis tractatur, ſufficiet probare ſolam quaſi poſſeſsionem filiationis, aut ſi per famam, vel alias leviores probationes de filiatione conſtet, Gratian. *diſceptat.* 136. *num.* 43. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 112. *n.* 3. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 1. *n.* 36. Covarrub. *practicar. cap.* 6. *n.* 8. Poſth. *de manutenen. obſervat.* 34. *n.* 2. Caſtill. *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 104. *n.* 20. & *de aliment. cap.* 3. *n.* 26. Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 32. *n.* 20. & 21. Merlin. *deciſ.* 488. *n.* 2. *deciſ.* 658. *num.* 1. & *deciſ.* 797. *n.* 1. Altograd. *conſ.* 7. *num.* 5. *lib.* 2. Sperell. *deciſ.* 173. *n.* 8. & *deciſ.* 174. *num.* 102. & 103. Cyriac. *controverſ.* 173. *num.* 12. Marinis *reſolut.* 349. *per tot.*

lib.

lib. 1. Galup. in prax. part. 2. cap. 3. n. 54.
Paul. Meli in obſervat. ad Caſtill. cap. 3. n.
22. Gabriel. conſ. 25. vol. 1. Merend. contro-
verſiar. tom. 3. lib. 13. cap. 3. n. 10. Leon-
cil. de privileg. paupertat. part. 2. privileg. 21.
n. 15. Otthobon. deciſ. 137. num. 16. &
17. & deciſ. 251. n. 18. cum ſequent. De
paupertate verò requiritur, juxta juris regu-
las, plena probatio, Seraphin. deciſ. 208.
n. 7. & 8. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt.
25. n. 5. Gabriel dict. conſ. 25. Merend.
dict. cap. 3. n. 10. Fontanell. de pact. nup-
tial. clauſ. 6. gloſſ. 2. part. 4. n. 23. Boſsius
dict. cap. 17. n. 1033. & cap. 7. num. 348.
Guilh. Anth. de reſcript. & morator. concluſ.
22. n. 7. & 8. Monachus deciſ. lucenſi. 50.
ex n. 34. Paul. Melius in obſervat. ad Caſtill.
cap. 1. n. 10.

98 Nota tertio, probãda eſſe duo valde eſſen-
tialia in hoc judicio petitionis alimentorum
per ipſam teſtium ſummariam informatio-
nem, que non ab omnibus in praxi advertun-
tur. Primum eſt quod pater, Avus, mater, aut
ille contra quem petitio alimentorum propo-
nitur, dives eſt, & habet ſuperabundantes red-
ditus, ex quibus vivit cum magna pompa in
domo ſua cũ carruca, equis, & mulis, & aliis
quæ non habentur niſi à divitibus, & in ſum-
ma, quod ſufficientes habet redditus, ut ſe, &
petentem alimenta alat, juxta eorum condi-
tionem; divitiæ enim, ut jam diximus, non
præſumuntur, & cum agens ad alimenta ſe
fundet in divitiis patris, aut alterius obligati,
incumbit ei onus probãdi illas, ex regul. text.
in l. ei qui dicit, cum vulgat. ff. de probationib.
Egenus pater, qui ſolum habet in bonis ne-
ceſſaria ad ſe alendum, non tenetur filium
alere, l. non quemadmodum, ff. de liberis ag-
noſcend. Quia charitas bene ordinata incipit
à ſemetipſo, l. præſes, Cod. de ſervitutib. &
aqua, l. Julia. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen-
ti, gloſſ. in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, verb.
neceſſario, ff. de liberis agnoſcend. Corduba in
dict. §. ſed ſi filius, n. 134. Surd. de ali-
ment. tit. 1. quæſt. 91. & tit. 7. quæſt. 8. per
tot. Decian. conſ. 111. n. 21. lib. 3. San-
chez de matrimon. lib. 9. diſputat. 4. n. 27.
Gratian. diſcept. 519. n. 14. Megal. part. 2.
lib. 2. cap. 23. quæſt. 1. n. 64. Salgad. in
labyrint. part. 1. cap. 24. n. 120. Ferentil.
ad Burat. deciſ. 707. num. 8. & 9. Boſsius
tom. 2. de effectib. matrimon. cap. 10. num.
643. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 37. n.
30. Et quod prius debeant deduci alimenta
neceſſaria ab illo obligato ad alendum à quo
petuntur alimenta, & ſi ſupereſt debebit illa
dare, & non alitèr, declaravit Senatus ſen-
tentia per Alreus, die 3. Septembris 1620.
inter Joannam Angelam Gil, & Auguſtinam
Oteo. Et quod non habens unde ſe ſufficien-
ter alat, non teneatur ad alimenta præſtan-
da filiis, aut deſcendentibus, vel alis perſo-
nis tradidi, dict. cap. 10. de proteſtat. alimen-
tor. n. 24. Secundum eſt quod petens ali 99
menta, juxta ſuum ſtatum, indiget uno, aut
duobus famulis, vel equo, aut carruca, &
mulis, & quod ad ſui, & familiæ ſuæ ſuſten-
tationem indiget quotannis certa, & deter-
minata ſumma, juxta temporis opportunita-
tem, licet enim arbitrio judicis relinquatur
taxatio alimentorum, & illius diſcretioni
comitatur quanta alimenta debeant dari filiis,
& aliis, quibus ex legis, vel hominis diſ-
poſitione debentur, l. 2. & 3. ff. ubi pupillus
educari debeat, l. 2. Cod. de aliment. pupillo
præſtand. l. final. Cod. de ordine cognition. gloſſ.
in §. conſideremus, in authent. de triente, &
ſemiſſe, verb. legitima, Bald. in l. voluntatis,
Cod. de fideicommiſ. Spinus in ſpecul. teſtam.
gloſſ. 16. n. 102. Aloſius Ricc. part. 7. col-
lect. 3077. Gratian. diſcept. 112. n. 17. &
diſcept. 399. n. 6. Rota deciſ. 124. num. 5.
part. 8. recentiſsimar. Megal. part. 2. lib. 2.
cap. 2. quæſt. 2. n. 10. Salgad. in labyrint.
part. 1. cap. 24. n. 13. Boſsius dict. tom. 2.
cap. 3. n. 75. Sola ad conſtitut. Sabaud. de-
cret. quiet. part. 1. gloſſ. 3. ſub n. 15. Zachias
de ſalario, quæſt. 3. ex n. 30. Thomas de tu-
torib. & curatorib. tit. 18. ſub n. 97. Peña
deciſ. 331. n. 6. Paul. Meli. in obſervat. ad
Caſtill. de aliment. cap. 37. §. 1. n. 4. Ta-
men, ut judex equius, & rectius alimenta pe-
tita taxet, intererit conſuetudinem regionis,
ſeu loci probare, ut conſtet quibus alimen-
tis indigeant homines illius conditionis, &
familiæ, & poterit judex ſecurius taxare ſum-
mam ad alimenta neceſſariam, ut ſatis ad in-
tentum, docent Bald. ubi proxim. Ancarran.
conſ. 383. Menoch. de arbitrar. caſu 169. Gra-
tian. diſcept. 613. n. 4. Salgad. dict. cap.
24. numer. 15. & 16. Boſsius dict. cap. 15.
n. 76.

Alimenta præterita judicis officio debita,
neque in noſtra praxi petuntur, neque de ju- 100
re peti poſſunt, ſed ſolum futura; ſi enim fi-
lius ex ſua induſtria, aut alia de cauſa per ali-
quod temporis ſpatium ſe aluerit, non po-
terit à patre petere quod expenſum ei ſolvat,
ſed ſolum poterit petere, quod in eventum
ei dentur alimenta ex bonis patris, Barthol.
in l. liberis quos, §. manumiſsis, n. 3. ff. de
aliment. & cibar. legat. Corduba de Lara in
dict. l. ſi quis à liberis, in princip. n. 71. ff. de
liberis agnoſcend. Anton. Gomez in l. 80. Tau-
ri, n. 13. in fin. Surd. de aliment. tit. 1. q.
32. n. 40. & tit. 7. quæſt. 15. num. 77. tit. 5.
quæſt. 1. n. 43. Pontan. de aliment. cap. 12.
Cancer variar. d. cap. 16. n. 2. tom. 1. Azor
inſtitut. moral. part. 2. lib. 2. cap. 4. & 16. Vaſ-
quez in opuſcul. de teſtam. cap. 5. §. 7. dubit. 9.
n.



n. 136. Gratian. diſcept. 60. num. 19. &
20. Molfeſ. ad conſuetud. Neapolitan. tom. 1.
part. 5. quæſt. 4. n. 14. Mareſcot. variar. lib.
2. cap. 83. n. 2. Bonacin. de præcept. decalo-
gi, diſputat. 6. quæſt. unic. part. 6. n. 12. &
de contractib. diſputat. 3. quæſt. ultim. part. 3.
n. 5. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5.
part. 1. n. 100. & clauſ. 6. gloſſ. 2. part. 3. n.
35. Merend. controverſiar. tom. 4. lib. 22. cap.
29. n. 3. Boſsius dict. tom. 2. de effectib. ma-
trimon. cap. 15. n. 878. Alimenta futura di-
cuntur, juxta aliquos, decurſa à die obtentæ
ſententiæ, Paul. de Caſtro in l. divortio, n.
6. ff. ſoluto matrimon. Anna conſ. 71. part. 1. Fer-
rer 3. part. obſervat. cap. 15. Merend. controver-
ſiar. tom. 4. lib. 22. cap. 29. n. 4. Verius ta-
men eſt dici alimenta futura, & deberi (quan-
do judicis officio petuntur) à die petitionis,
& motæ litis decurſa, Bald. conſ. 58. n. 7.
vol. 2. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 60. n. 16.
Lancelot. de attentat. 2. part. cap. 12. limitat. 24.
Cavalcan. deciſ. 10. n. 43. part. 1. Capi-
cius deciſ. 24. n. 9. Scac. de appellat. quæſt.
17. limitat. 7. n. 15. Barboſ. in l. 2. part.
1. in princip. n. 32. & 33. ff. ſolut. matrim.
Cancer variar. dict. part. 1. cap. 16. n. 2.
Mareſcot. variar. lib. 2. cap. 83. n. 3. Giurb.
deciſ. 4. n. 47. Gratian. deciſ. 53. n. 11.
Valeron de tranſactionib. tit. 3. quæſt. 3. n.
21. Themut. 2. part. deciſ. 236. n. 7. Caſtill.
de aliment. cap. 8. n. 13. Rota apud Mar-
cheſan. de commiſsionib. part. 1. §. 1. n. 1.
fol. 1171. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6.
gloſſ. 2. part. 3. n. 43. cum ſequent. Rugi-
nel. de appellat. cap. 2. §. 3. n. 273. Boſsius
dict. cap. 15. n. 888. Baron. de citat. 2. part.
quæſt. 19. n. 213. Tondut. de penſionib. cap.
51. n. 15. & reſolut. civil. 187. num. 11.
part. 2. Paul. Meli. in obſervat. ad Caſtill. de
aliment. cap. 8. n. 4. & cap. 19. num. 2.
Joannes Antonius ab Eccleſia obſervat. 166.
n. 1. Pegaſ. reſolut. forenſ. cap. 15. n. 107.
Aliter [illegible] ſi alimenta ex contractu, vel lega-
101 to, aut jure ac[illegible] non
ſolum futura, ſed etiam præterita, & decurſa
antea quàm petitio alimentorum proponere-
tur, præſtari debent, Barthol. in l. libertis quos,
§. manumiſsis, ff. de aliment. & cibar. legat.
& in l. de aliment. Cod. de tranſactionib. ubi
Jaſſon n. 6. Corduba de Lara dict. l. ſi quis
à liberis, in princip. n. 74. & in §. item reſ-
cripſit, n. 64. Pontan. de aliment. cap. 16. n.
8. & 9. & cap. 17. n. 1. Molfeſ. ad conſuet.
Neapol. tom. 1. part. 5. q. 4. n. 13. Surd. tit. 5.
q. 1. n. 40. Gratian. diſcept. 60. n. 57. Ma-
reſcot. var. lib. 2. cap. 83. n. 6. Cancer d.
cap. 16. n. 2. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.
6. gloſſ. 2. part. 3. n. 35. Ferentil. ad Bu-
rat. deciſ. 705. n. 10. Boſsius dict. cap. 15.
n. 890. Rota deciſ. 398. num. 25. & 26.
part. 9. tom. [illegible] Paul. Meli dict.
cap. 19. n. 7. Et quod alimenta præterita
poſsint peti, quando jure actionis debentur,
judicavit Senatus ſententia per Alreus, die
18. Julii 1616. inter Michaelem Caſanova,
& Nicolaum Lloſcos. Et quod actio ad pe-
tenda hæc alimenta præterita, jure actionis
debita, ad hæredes tranſmittatur, docẽt. Surd.
de aliment. tit. 5. quæſt. 1. n. 39. & 40.
Molfeſsius ubi proxim. Boſsius dict. cap. 15.
n. 892.

Multa debet judex attendere ad hoc ut re-
ctè alimenta taxet. Primo enim in taxatione 102
alimentorum debet attendere ſtatum, & dig-
nitatem, tam petentis alimenta, quam illius
à quo petuntur, & facultates præſtare deben-
tis illa, nam non ſunt præſtanda hoc in caſu
ſecundum naturæ indigentiam, ſed juxta ſta-
tum, & dignitatem illius cui præſtanda ſunt,
& ſecundum facultates, ſtatumque, & digni-
tatem illius, qui præſtare tenetur illa, l. cum
plures, ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſed pro facul-
tate, ff. eod. l. 1. Cod. ubi pupillus educari de-
beat, l. ſi cui, ff. de annuis legat. l. 2. Cod. de ali-
ment. pupil. præſtand. l. 1. §. mulier autem, ff. de
ventre in poſſeſsionem mittend. l. ſi patrem, Cod.
de alend. liberis, l. ſed ſi quid. §. ſufficienter, ff.
de uſufruct. l. 3. ff. ubi pupil. educari debeat,
Corduba de Lara in dict. l. ſi quis à liberis, §.
ſed ſi filius, n. 43. ff. de liberis agnoſcend.
Tiraquel. de nobilit. cap. 20. n. 143. An-
ton. Gomez in l. 9. Tauri, n. 39. Covarrub.
de ſponſalib. part. 2. cap. 8. §. 6. n. 7. Molina
de Hiſpanor. primog. lib. 2. cap. 15. n. 55. Surd.
de aliment. tit. 4. quæſt. 18. n. 1. Sanchez in
conſil. moralib. lib. 4. cap. 3. dubitat. 34. Paſchal.
de patria poteſt. part. 2. cap. 3. n. 44. Barboſ.
ad text. in l. ſi patrem, n. 2. Cod. de alend. li-
beris, D. Leon deciſ. 85. n. 5. Mareſcot. va-
riar. lib. 2. cap. 83. n. 12. Salgad. in labyr.
cap. 24. n. 13. cum ſequent. Ripoll. variar.
cap. 9. n. 15. & cap. 10. n. 225. Boſsius d.
tom. 2. cap. 3. n. 70. Calvin. de æquitat. lib. 1.
cap. 73. Larrea deciſ. 66. n. 28. Acoſta de
[illegible] creditor. regul. 5. ampliat. 6. ſub
n. 10. Spada conſil. 222. num. 4. lib. 3. 103
Quod procedet, etiam ſi alimenta in ſubſi-
dium prȩſtentur, nam, & ſi velint multi, quod
alimenta in ſubſidium debita filiis ſpuriis, aut
fratribus, vel ſororibus, non ſint præſtanda,
niſi juxta naturæ indigentiam, Bald. in l. ſi
maritus, ff. ſolut. matrim. Cordub. in l. ſi quis
à liberis, §. ſed ſi filius, n. 69. Roland. de
lucro dotis, quæſt. 94. n. 3. Theſaur. deciſ.
211. n. 16. Beneintend. deciſ. 22. num. 8.
Cavaler. deciſ. 298. ſub n. 2. Certius eſt,
quod non juxta naturæ indigentiam, ſed jux-
ta dignitatem, ſtatum, & facultates prȩſtan-
da ſunt ſpuriis, & ceteris perſonis, quibus in
ſubſidium dantur, ut defendunt Boſsius dict.
tom.

tom. 2. cap. 3. n. 72. Franchis deciſ. 283. num. 18. Botiller. de ſucceſsionib. ab inteſtat. cap. 3. theoremat. 111. num. 3. Capicius Galeot. controverſ. 36. n. 8. & controverſ. 37. n. 2. lib. 2. Paul. Meli in obſervat. ad Caſtill. de aliment. cap. 37. §. 1. n. 2. Et quod debeant dari alimenta illegitimis, attentis qualitate, & dignitate perſonæ, & quantitate bonorum, judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 25. Maii 1619. inter Catarinam Marti, & Franciſcum Climent, & Stephanum Climent, & alia per eundem, die 3. Auguſti 1624. inter Domnam Philippam Duart, & Don Joannem Duart.

104 Secundo debet attendere judex, an alimentandus uxorem habeat, & quibus indigeat famulis, & ſervitoribus, juxta ſtatum ſuum, nam pinguiora alimenta debent dari uxorem habenti, & majorem familiam ad decus, & conſervationem ſui ſtatus neceſſariam, quam non uxorato, minori indigenti familia. Alimenta enim non ſolum debent dari pro perſona illa petitionem inſtituente, ſed pro uxore, familia, & ſervitoribus neceſſariis, l. cum plures, §. tutor ſecundum dignitat. ff. de adminiſtrat. tutor. l. uxori, ff. de auro, & argento legat. l. 3. §. ante oculos, ff. ubi pupillus educari debeat, l. habitatio, §. ſervis quoque, ff. de ventre in poſſeſsionem mittendo, Simon. de Præt. de interpretat. ultimar. voluntat. lib. 4. interpretat. 1. dubitat. 11. n. 59. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 9. n. 9. & quæſt. 24. n. 8. Rebuf. de privileg. ſcholar. privileg. 163. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. n. 29. Molin. de juſtit. & jure, tom. 2. diſputat. 413. n. 7. Gratian. diſceptat. 613. n. 19. Molfeſ. in conſtit. Neapolit. tom. 1. part. 5. quæſt. 6. n. 2. Boſsius dict. tom. 2. cap. 3. n. 83. Paul. Meli poſt obſervat. ad Caſtill. de aliment. deciſ. 25. n. 20. Undè ſi petens alimenta fuerit perſona talis conditionis, quod juxta ſuam dignitatem, ſine decore, pedeſter incedere non poſſet, aut indigeret equuo, mulis, aut carruca, ſeu reheda ut veheretur, debet ei in taxatione alimentorum dari quantitas neceſſaria quotannis ad cibum muli, vel equui, vel ad ſumptum in cõſervationem rehedæ, & vecturæ neceſſarium, Bald. in l. ſolet, §. non verò, n. 1. ff. de officio proconſulis, Lara in dict. l. ſi quis à liberis, §. non tantum, n. 26. Rebuf. in l. verbo victus, col. 5. ff. de verbor. ſignificat. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 8. n. 1. Azor inſtitut. moral. part. 2. lib. 2. cap. 4. quæſt. 19. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. n. 47. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 5. n. 30. cum ſequent. Boſsius dict. cap. 3. n. 85. & 86.

105 Tertio attendere debet judex, quid alimentorum nomine veniat: venit enim non ſolum cibus, ſed etiam potus, veſtitus, & habitatio, l. legatis, l. ultim. ff. de aliment. vel cibar. legat. l. verbo victus 43. cum l. ſequent. l. quos nos 234. §. verbo vivere, ff. de verbor. ſignificat. for. 40. rubr. de teſtament. ibi: En ſer ſos obs es entes, menjar, è beure, è veſtir, è calſar, è caſa abon eſtien. For. 13. rubr. de verbor. ſignificat. ibi: Sots aqueſta paraula, quant bom diu yo leix à aital ſon viure, es comprès, è entès, aquelles coſes, que ſon neceſſaries à menchar, è à beure, è à veſtir, è à calzar, è eſtatge, è altres coſes neceſſaries à ſon corſ. Cravet. conſ. 199. n. 3. Roland. à Vale conſ. 12. n. 1. Surd. de alim. tit. 4. quæſt. 1. Garcia de expenſis, cap. 3. n. 37. cum ſequent. Paleot. de nothis, & ſpuriis, cap. 47. n. 7. Cancer variar. cap. 16. num. 41. tom. 1. Molin. de juſtit. & jure, tom. 1. diſput. 168. Fagundez in præcept. decalog. lib. 4. cap. 1. n. 3. Marta de ſucceſsionib. part. 4. quæſt. 18. artic. 7. n. 8. Gratian. diſcept. 610. n. 1. Bonacin. de præcept. decalog. diſput. 6. quæſt. unic. part. 6. §. 1. n. 2. Molfeſ. in conſuetud. Neapolit. tom. 1. part. 5. quæſt. 1. n. 7. Carpan. ad ſtatut. mediolan. cap. 312. n. 10. noſter Trullench in decalog. lib. 4. cap. 1. dubitat. 3. num. 7. Quid nomine cibi veniat tradunt, Surdus de aliment. dict. tit. 4. quæſt. 8. Menoch. dict. præſumpt. 157. n. 16. Boſsius dict. cap. 2. tom. 2. n. 47. quid nomine potus, Rebuf. in dict. l. verbo victus, Surd. dict. tit. 4. quæſt. 3. num. 2. Menoch. dict. præſumpt. 157. n. 17. & 25. Marta dict. quæſt. 18. artic. 7. n. 8. quid nomine veſtitus, gloſſ. in l. veſtis, ff. de auro, & argento legat. Surd. dict. tit. 4. quæſt. 2. num. 8. Bellon conſ. 30. n. 11. vol. 2. Menoch. dict. præſumpt. 157. n. 18. Boſsius dict. cap. 2. n. 51. quid nomine habitationis, l. labeo, §. 1. ff. de ſupellect. legat. l. cæterum, §. mulieri, ff. de uſu, & habitat. Simon. de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubitat. 11. n. 41. Menoch. dict. præſump. 157. n. 25. Boſsius dict. cap. 2. n. 55. Et quod alimentorum nomine, habitatio veniat declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 17. Auguſti 1626. inter Vincentiam Corell, & Vincentium Matheu. Et quod veniant dulciaria, à perſonis militaribus ſummi ſolita, judicavit Senatus ſententia per Daza, die 30. Octobris 1625. inter Domnam Ludovicam Ferrer, & de Rebolledo, & Curatorem Illuſtris Marchionis de Quirra. Et quod veniant raupæ, & telæ ex apotheca ſumptæ ad veſtes faciendas, judicatum extat ſententia per Caſes, die 16. Decembris 1625. inter Vincentium Garcia, & Annam Salat, & de Pallarès Curatricem filiorum Patri Pallarès. Advertere tamen debes, quod ſi petenti alimenta aliquæ fuerint datæ, durante lite, proviſiones vulgo beſtretes ad ſumptus litis, & alimenta, debet earum haberi ratio in taxatione alimentorum, & ex quantitatibus taxatis pro alimentis, debent extrahi, & deduci quantitates biſtractæ ad ſumptus litis, & alimenta, computando petens alimenta proviſiones exactas in partem taxatæ quantitatis pro alimentis, ut judicatum extat ſententia per Alreus, die 3. Junii 1623. inter Candiam Vives, ſororem Angelam Melgar, & Adminiſtratores bonorum hæreditatis Chriſtophori Vives, & alia per eundem, die 7. Novembris 1624. inter Domnam Catharinam Ferrer, & Beneito, Domnam Beatricem Zanoguera, & Don Ferdinandum Beneito, & alia per Caſes, die 2. Novembris 1629. inter Don Auſiam Creſpì de Valldaura, & creditores, & alia per eundem, die 30. Maii 1636. inter Egregiam Domnam Hypolitam Centelles, & Egregiam Comitem de Bañol illius filium. Solum ex proviſionibus biſtractis ad ſumptus litis, & alimenta, debent deduci, & extrahi ſumptus litis taxati in proceſſu, qui non debent imputari in quantitatem pro alimentis taxatam, ut declaravit Senatus ſententia per Saboya, die 7. Novembris 1671. in favorem Don Jacobi Muñoz, & contra Don Vincentium Muñoz, & alia per eundem, die 5. Maii 1672. inter eaſdem partes, referente Nobili Don Carolo Vallterra Monteſianæ familiæ Milite. Tunc R. C. D. & nunc meritiſsimo Regiam Cancellariam Regente.



Debent alimenta taxari addita qualitate,
106 quod anticipatè ſolvatur taxata quantitas, nã cum moram non patiantur alimenta, anticipata debet eſſe ſolutio, l. 1. Cod. quando dies legator. cedat l. non ſemel, §. 1. ff. eod. Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 15. n. 73. Corduba de Lara in dict. l. ſi quis à liberis, §. non tantum n. 7. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. [illegible] Molin. de juſtit. & jure, diſputat. 616. n. 10. [illegible] Cancer variar. part. 1. cap. 16. n. 32. Nathen. juſtit. vulnerat. cap. 8. n. 1. Ciriac. controverſ. 239. n. 29. & 30. Boſsius de effectib. matrimon. dict. tom. 2. cap. 12. n. 769. Perez de Lara de aniverſar. lib. 1. cap. 9. n. 11. & 12. Valeron. de tranſactionib. tit. 3. quæſt. 3. n. 6. Quo modo autem, & quo tempore alimenta taxata debeãt ſolvi, non eſt facile ſcire propter varietatem DD. Aliqui enim tenent totius anni alimenta ſolvenda eſſe in principio anni quia initio anni cedunt alimenta, l. pecuniæ ſortem ff. de aliment. legat. l. habitationis 11. ff. de uſufruct. legat. l. 4. l. in ſingulos 8. l. cum in annoſ. 11. l. 23. l. nec ſemel. 12. in princip. ff. quando dies legat. cedat, l. 1. §. ſi in annos, ff. ad l. falſidiam, l. ſervus communis 18. §. cum ſervus, ff. de ſtipulat. ſervor. Mierez de majorat. part. 4. quæſt. 28. n. 19. Trentacinc. variar. lib. 1. tit. de aliment. reſolut. 1. n. 18. Franchis deciſ. 155. n. 1. Valenzuel. conſ. 197. n. 47. Tondut. de penſion. cap. 7. n. 19. Botiller. de ſucceſsionib. cap. 3. theoremat. 113. à n. 18. Ciarlin. par. 1. cap. 7. n. 53. Valeron. de tranſactionib. dict. tit. 3. quæſt. 3. n. 7. alii docent alimentorum medietatem dandam eſſe in principio anni, & in fine anni medietatem aliam, Tondut. de penſionib. dict. cap. 7. n. 19. Burat. deciſ. 891. n. 3. Paul. Meli in obſervat. ad Caſtill. de aliment. cap. 27. n. 5. non nulli defendunt debere ſolvi de menſe in menſem, per text. in l. mella, §. quidem, ff. de aliment. & cibar. legat. Cordub. in dict. l. ſi quis à liberis, §. non tantum, n. 7. Roland. conſ. 22. n. 24. Pontan. de aliment. cap. 17. n. 24. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 199. n. 22. Ciarlin. ubi proxim. Altograd. conſ. 84. n. 130. lib. 1. Boſsius dict. tom. 2. cap. 12. n. 765. Thomas de tutorib. & curatorib. tit. 18. n. 156. Et quod dietim debeant alimenta præſtari, quando in domo præſtantur, Docent Barthol. in l. 1. n. 3. Cod. de fideicommiſ. Surd. dict. quæſt. 17. n. 15. Molfeſ. in conſuetud. Neapolit. tom. 1. part. 1. q. 9. n. 10. Boſsius dict. cap. 12. n. 763. Multi etiam volunt danda eſſe alimenta de trimeſtri in trimeſtre, Franchis dict. deciſ. 155. Molin. de Hiſpanor. primogen. dict. cap. 15. n. 73. Boſsius dict. cap. 12. n. 767. Altograd. dict. conſ. 84. n. 130. Paul. Meli dict. cap. 27. n. 5. In noſtra autem praxi admiſſum,
& inviolabiliter obſervatum habemus, quod 107
hujuſmodi alimenta ſolvuntur anticipatè in principio cujuſlibet quadrimeſtris, & ut vulgo dici ſolet per tercies anticipades, aut in Caſtella un tercio adelantado. Et quod hoc modo debeant alimenta ſolvi docent, & defendunt, D. Leon tom. 1. dict. deciſ. 27. n. 24. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſſ. 2. part. 3. n. 61. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 17. n. 16. Molin. de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 15. n. 73. Cancer variar. part. 1. cap. 16. n. 32. Perez de Lara de anniverſar. lib. 1. cap. 9. n. 11. & 12. Ciriac. controverſ. 239. n. 29. & 30. Boſsius ubi proxim. Valeron. de tranſactionib. tit. 3. quæſt. 3. n. 6. Maldonad. in additionib. ad Molin. lib. 2. cap. 15. n. 73. Et quod in Regno debeant ſolvi alimenta per tertias anticipatas declaravit Senatus ſententia per Daza, die. 3. Julii 1632. inter Eufraſiam Cifre, & Andream Cifre Civem, & alia per Alreus, die 26. Januarii 1638. inter Hieronymum Portoles, & de Alfonſo, & Adminiſtratorem bonorum Hieronymi Alfonſo.

Pater non tenetur filio alimenta dare, juxta 108
commune DD. placitum, extra domum ſuam, imo

imo filius tenetur ſimul cum patre habitare, & in illius domo alimenta percipere, Angelus *in l. quidam cum filium, ff. de verbor. obligat.* ubi Jaſſon *n. 6.* Bald. Novel. *de dote, part. 7. privileg. 34. n. 5.* Corduba de Lara *in d. l. ſi quis à liberis, n. 9.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæſt. 7. n. 2.* Aſcanius Clemens *de patria poteſt. effect. 17. n. 32.* Borbobus *de filiis fam. quæſt. 30. n. 99.* Mareſcot. *variar. lib. 2. cap. 83. n. 61.* Peguer. *deciſ. 95. n. 4.* Paſchal. *de patr. poteſt. part. 2. cap. 3. n. 73.* Coler. *de aliment. lib. 2. cap. 3. n. 19.* Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 8. n. 16.* Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. tom. 1. part. 5. q. 2. n. 11. & 12.* Ciriac. *controverſ. 23. n. 69. & 70.* Matta Medic. *deciſ. Jenerſ. 89. n. 45.* Boſsius *dict. tom. 2. cap. 11. n. 677.* Ciarlin. *controverſiar. lib. 1. cap. 45. n. 45.* Valeron *de tranſactionib. tit. 3. quæſt. 1. n. 25. &* 26. Niſi juſta, & legitima cauſa concurreret,
109 nam non tenebitur filius alimenta percipere in Patris domo, ſed extra illam debent ei præberi, ut ſi à Patre ejiciatur à domo, aut nimia ſevitia coerceretur, aut novercam filius haberet, vel alia ſimilis cauſa concurreret, de quibus latiſsimè, Pontan. *de aliment. cap. 5. n. 5.* Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 15. n. 74.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 14. n. 12. & quæſt. 15. n. 12.* Roland. *conſ. 22. n. 11. vol. 1.* Corduba de Lara *in dict. l. ſi quis à liberis in princip. n. 11.* Garcia *de expenſis, & meliorat. cap. 4. n. 20.* Gratian. *diſcept. 552. n. 46.* Paſchal. *de patr. poteſt. dict. part. 2. cap. 3. n. 82. cum ſequent.* Molfeſ. *dict. quæſt. 2. n. 8. & 15.* Rovito *deciſ. 8.* Boſsius *dict. cap. 11. n. 584.* Marin. *lib. 1. reſolut. quotidianar. cap. 95. n. 20.* Valeron. *de tranſactionib. tit. 3. quæſt. 1. n.*
110 *61. & 62.* Idem de cæteris obligatis ad alendum communiter ſolet tradi, nam ſive ex diſpoſitione hominis, ſive legis, aliquis alere teneatur, non debet compelli, ut extra domum ſuam alat, Barthol. *in l. 1. & in l. Cayo, §. Imperat. ff. de aliment. & cibar. legat.* Alexander *conſ. 110. vol. 1. & conſ. 177. vol. 6.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 14. n. 1.* Roland. à Valle *conſ. 22. n. 9. vol. 1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 170. n. 9. & de præſumption. lib. 4. præſumpt. 157. n. 52.* Gratian. *diſcept. 532. n. 42.* Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. tom. 1. part. 5. quæſt. 2. n. 3. 4. & 11.* Quod abſolutè non eſt verum, ſed ſub hac diſtinctione, quod ſi alimenta debeantur ex legis diſpoſitione, non tenetur alens extra domum alimenta præſtare, ſi verò ex hominis diſpoſitione debeantur, tenetur extra domum alere, Paul. de Caſtro *in l. divortio, in princip. n. 9. ff. ſolut. matrimon.* Paſchal. *de patria poteſtat. part. 2. cap. 3. n. 61. & 64.* Barboſ. *in l. 2. part. 1. in princip. n. 27. & 28. ff. ſolut. matrimon.* Mareſcot. *variar. lib. 2. cap. 83. n. 61. & 64.* Franciſc. Marcus *deciſ. 223. part. 1.* Boſsius *dict. cap. 11. n. 700.* Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap. 2. n. 6.* In noſtra praxi non video admiſſas has opiniones, imo indiſtinctè, & omni in caſu, alimenta præſtantur extra domum alere debentis, aſsignata certa quãtitate quotannis, fortaſè quia admiſſa reperitur opinio ſentientium, alimenta omni in caſu percipienda eſſe extra domum alere debentis, niſi teſtator, aut alere mandans contrarium diſpoſuerit, per text. *in l. 4. ff. de aliment. & cibar. legat.* Jaſſon *in l. divortio, in princip. n. 24. ff. ſolut. matrimon.* Gramatic. *conſ. 33.* Cacialup. *in l. frater à fratre, §. quæſitum, quæſt. 30. n. 10. ff. de condict. indebit.* Capicius *deciſ. 24. numer. 8.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 18. numer. 16.* Et ſi cupis hæc latius videre, & in quo loco debeant alimenta præſtari, vide Senatus ſententiam publicatam per Alreus, *die 20. Decembris* 1607. inter Hieronymum Llop, & Magdalenam Guerau, & aliam per eundem, *die 14. Martii* 1608. inter Don Petrum Boil, & Don Salvatorem Boil.

Facto proceſſu petitionis alimentorum, 111
lata ſententia, & taxata ſumma annuali, etiam ſi à ſententia appellatum fuerit, exequi debet, appellatione non obſtante, nam in cauſis alimentorum, non ſuſpendit judicatum, appellatio à ſententia interpoſita, *l. final. ff. de appellat. recipiend. l. inſtituta, ff. de inofficioſ. teſtament.* Scac. *de appellationib. quæſt. 17. limitat. 7. n. 14.* Caſtill. *de aliment. cap. 8. n. 3. cum ſequent.* Salgad. *de regia protect. 3. part. cap. 5. n. 1.* D. Leon *deciſ. 28. n. 6.* Surd. *deciſ. 223. n. 9. & ibi* Hodiern. *n. 7.* Cabed. *deciſ. 66. num. 2.* Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 14. n. 4.* Carleval. *de judiciis, tom. 1. diſputat. 6. n. 6.* Fontanell. *deciſ. 296. n. 18. & per tot. & de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſſ. 2. part. 2. n. 47.* Mendez [illegible] *part. 1.* Vela *diſſertat. 39. n. 8.* Merlin. *controverſ. 62. n. 13. & 14. centur. 1.* Merenda *controverſiar. tom. 4. lib. 23. cap. 43.* Fermoſin. *ad text. in cap. 1. de feriis, quæſt. 4. n. 8.* Antonell. *de tempore legal. lib. 2. cap. 58. n. 14.* Fragoſ. *de regim. Chriſtianæ Reipublic. 1. part. lib. 8. diſput. 24. §. 8. n. 138.* Giurba *ad conſuetud. meſan. cap. 7. gloſſ. 15. part. 1. n. 12.* Niger. *de execut. cap. 4. §. 6. n. 25.* Reuſner. *deciſ. 15. per tot. lib. 1.* Baron. *de citat. in 2. part. in addit. ad quæſt. 19. n. 214.* Paulus Rubeus *in adnotat. ad deciſ. 1. ſub n. 103. verſ. alimenta, & deciſ. 472. n. 25. part. 9. tom. 1. recentiſsimar.* Zachias *de ſalario, quæſt. 107. n. 4. & 6.* Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap. 15. n. 103.* Guilhel. Anth. *reſcriptis, & morator. concluſ. 40. n. 14.* Anton. ab Eccleſ. *obſerv.*





*166. n. 4. lib. 1.* Leoncil. *de privileg. paupertat. privileg. 27. n. 4.* Et quod à ſententia lata in cauſa alimentorum, non debeat admitti appellatio quoad effectum ſuſpenſivum, judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die 24. Novembris* 1637. inter Domnam Margaritam del Milà, & Vincentium Cambres Adminiſtratorem operis pii Don Ludovici del Milà. Idem fuit deciſum Regia interlocutione, *diei 1. Auguſti* 1647. referente M. Joanne Baptiſta Polo R. C. D. in favorem Domnæ Franciſcæ Villarraſa Dominæ Baroniæ de Albalat de Segart, & contra Creditores. Idem tene ſi ſolum alimentorum pars petita fuerit, ut ſi habitatio ſola, aut veſtitus, nam pariter deneganda erit appellatio, Corduba *in dict. l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, n. 30.* Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 60. n. 13.* Caſtill. *dict. cap. 8. n. 10.* Boſsius *dict. tom. 2. cap. 19. n. 1114.* Salgad. *de Regia protect. dict. 3. part. cap. 1. n. 7.* Pegas *dict. cap. 15. n. 105.* Et habebit locum prohibitio non ſolum ſi à ſententia diffinitiva in cauſa alimentorum lata appelletur, ſed etiam ſi à proviſione interlocutoria appellatio interponatur, nam debet denegari, ut docent Fontanell. *part. 1. deciſ. 26. n. 5.* Caſtill. *dict. cap. 8. n. 11.* Pegaſ. *dict. cap. 15. n. 104.* Et vidi multoties denegatam appellationem in Senatu ab interlocutionibus in cauſis alimentorum latis, & recordor quod in Regio Tribunali Monteſiæ ad relationem Doctiſsimi Senatoris Donati Sanchez del Caſtellar. R. Aſſeſſoris, in cauſa petitionis alimentorum Don Petri Calatayud contra Egregium Comitem de Cirat, denegata fuit appellatio Egregio Comiti in calce ſupplicationis, *diei 5. Martii* 1688. ab interlocutione in dicta cauſa lata.

112 Hæc intellige quando ſententia lata fuit in favorem petentis alimenta, quia ſi contra illum feratur, appellare poterit, & debebit admitti appellatio quoad utrumque effectum, Scacc. *de appellat. quæſt. 17. limitat. 7. n. 19.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. n. 876.* Novell. *de dote, part. 9. ſpecial. 7. in fin.* Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 60. n. 25. cum ſequent.* Borell. *in ſumma deciſion. tit. 33. n. 382. tom. 2.* Molfeſ. *ad conſtitut. Neapolit. tom. 1. part. 5. quæſt. 4. n. 20.* Giurb. *ad conſuetud. Meſan. cap. 7. gloſſ. 15. n. 16.* Velaſc. *de privileg. pauper. 1. part. quæſt. 50. n. 5. & 6.* Salgad. *de Regia protect. part. 3. cap. 1. n. 18. & 19.* Carleval. *de judiciis, tit. 2. diſputat. 8. ſub n. 21.* Gratian. *deciſ. 220. n. 4.* ubi Scopa, Boſsius *dict. cap. 19. n. 1124.* Burat. *deciſ. 22. n. 14.* Caſtill. *dict. cap. 8. de aliment. n. 17.* Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtil. *dict. cap. 8. n. 5.* Pignatel. *ad ſtatut. Ferrarienſ. rubr. 66. ſub n. 36.* Leoncil. *de privileg. paupertat. part. 2. privileg. 27. n. 5. & deciſ. Ferrar. 31. n. 9.*
Intelligere debes etiam doctrinam à nobis 113
traditam, quando alimenta judicis officio petuntur, nam ſi jure actionis petantur, à ſententia lata in alimentorum cauſa admitti debet appellatio quoad utrumque effectum, ut docent Speculator *in tit. de appellationib. §. cum quibus, n. 10. & 11.* Corduba de Lara *in dict. §. ſi vel parens, n. 28.* Surd. *dict. privileg. 60. n. 12.* Molfeſ. *ad Conſuetud. Neapolit. par. 5. quæſt. 4. n. 18. & 19.* Fontanell. *de pact. nuptial. d. gloſſ. 3. part. 3. clauſ. 7. n. 47. & 48.* Caſtill. *dict. cap. 8. n. 16.* Boſsius *dict. cap. 19. n. 115.* Salgad. *de Reg. protect. part. 3. cap. 1. n. 13.* Sanfelicius *deciſ. 132. n. 2.* Paul. Meli *dict. cap. 8. n. 4.* Et procedet, ſive petens alimenta
jure actionis pauper fuerit, ſive dives, nam 114
& ſi aliquibus placuerit appellari non poſſe à ſententia ſuper alimentis petitis jure actionis lata, ſolum quando petens illa pauper eſt, Bald. Novel. *de dote, part. 9. privileg. 7.* Surd. *dict. privileg. 60. n. 22.* Fachin. *lib. 1. controverſiar. cap. 77.* Rota *deciſ. 764. part. 1. diverſor.* Scacc. *de appellat. quæſt. 17. limitat. 17. n. 16. & 17.* Fontanell. *dict. gloſſ. 3. part. 3. n. 47. & 48.* Boſsius *dict. cap. 19. n. 1116.* Certius eſt admiſsibilem appellationem eſſe quoad utrumque effectum à ſententia lata in alimentorum cauſa, quando petita fuerunt jure actionis, etiam ſi prætendens illa pauper fuerit, per ea quæ docent Corduba de Lara *in dict. l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, n. 28.* Cevall. *de cognition. per viam violentiæ, quæſt. 38. n. 2. & 3.* Salgad. *de Reg. protect. dict. part. 3. cap. 1. à n. 13. uſque ad 18.* Giurba *ad conſuetud. Meſan. cap. 7. gloſſ. 15. part. 1. n. 14.* Caſtill. *de aliment. d. cap. 8. num. 16.*

Ex adverſo autem ſi alimenta judicis offi- 115
cio petuntur, non à paupere, & egeno, ſed à divitè, deficit ratio ob quam, appellatione non obſtante, exequi debet ſententia, quapropter, hoc in caſu admitti debet appellatio quoad utrumque effectum, Surd. *dict. privileg. 60. n. 21.* Cordub. de Lara *in dict. §. ſi vel parens, n. 31.* Urſill. ad Afflict. *deciſ. 152.* Cevall. *quæſt. 897. n. 917.* Marcheſan. *de commiſsionib. part. 1. cap. 18. n. 11. & 12.* Merend. *controverſiar. tom. 4. lib. 23. cap. 43. n. 36. & 37.* Salgad. *ubi proxim.* Boſsius *dict. cap. 19. n. 1121.* Caſtill. *dict. cap. 8. n. 15.* Si vero alimenta præterita petantur, indubitatum eſt, quod à ſententia lata admitti debet appellatio quoad utrumque effectum, Coler. *de aliment. cap. 15. n. 12.* Burat. *deciſ. 208. n. 5.* D. Leon *dict. deciſ. 28. n. 7. & 10.* Molfeſ. *dict. quæſt. 4. num. 17.* Cyriac. *controverſ. 34. n. 26.* Xammar.

*de offic. judic.* 1. *part. quæſt.* 9. *n.* 16. Caſtill. *dict. cap.* 8. *n.* 13. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 3. *n.* 47. Velaſc. *de privileg. pauperum*, 1. *part. quæſt.* 50. *n.* 15. Valeron *de tranſactionib. tit.* 3. *quæſt.* 3. *n.* 19. Boſsius *dict. cap.* 19. *n.* 1119. Fragoſ. *de regim. Chriſtian. Reipublic.* 1. *part. lib.* 8. *diſputat.* 24. §. 8. *n.* 138. Pegaſ. *dict. cap.* 15. *n.* 106. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 58. *n.* 15. & 16. Merlin. *dict. controverſ.* 62. *n.* 13. & 14. Paul. Meli *dict. cap.* 8. *n.* 2.

116 Et ſingulariter obſerva, quod ſi ſententia favore petentis alimenta lata, non obſtante appellatione, exequatur, etiam ſi in judicio appellationis revocata fuerit, ſi ab hac ultima ſententia appelletur, non debet exequi hujuſmodi ſententia ſecunda in appellationis judicio lata, nec revocari, alterari, aut ſuſpendi debet illa executio ſententiæ primæ, imo continuari debet, quouſque in ſecunda, aut tertia appellationis inſtantia, ſententia illa revocatoria primæ confirmetur, ut mirabiliter probat Gutierrez *practicar. quæſt.* 146. *per tot.* Caſtill. *de aliment. dict. cap.* 8. *in fin. in addit.*

117 Non erit extra propoſitum inquirere, an concurrentibus Patris, aut alere debentis creditoribus pro exactione ſuorum credituum, & alimentatio pro ſuis alimentis, præferri debeant creditores; & pro vera reſolutione tene, creditores patris, vel alere debentis præferendos eſſe, ſi pro creditis hypothecam habeant, filius enim, aut quilibet alius habens alimenta taxata judicis officio, non habet hypothecæ jus in bonis alere debentis pro alimentorum credito, ſed ſolam actionem perſonalem, Barthol. *in l. creditor, ff. qui potiores in pignore*, Corduba de Lara *in dict. l. ſi quis à liberis*, §. *idem reſcripſit*, *n.* 81. *ff. de liberis agnoſcend.* Covarrub. *de ſponſalib. part.* 1. *cap.* 8. §. 6. *n.* 14. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 4. *n.* 14. & *tit.* 8. *privileg.* 51. *n.* 2. Giurba *deciſ.* 5. *n.* 46. Theſaurus *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 87. *n.* 18. & 20. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 13. *à n.* 1. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *n.* 73. *ff. ſolut. matrimon.* Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *quæſt.* 5. Cyriac. *controverſ.* 18. *n.* 3. Merlin. Pignatel. *controverſ.* 61. *n.* 5. Lucidor. *de illegitim. cap.* 19. *n.* 1. & 6. Merend. *controverſiar. tom.* 3. *lib.* 13. *cap.* 1. *n.* 1. & *cap.* 3. *n.* 17. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 24. *à n.* 106. Coler. *de aliment. lib.* 3. *cap.* 8. *ex n.* 38. Pontan. *de aliment. cap.* 17. *n.* 30. Merlin. *de legitima*, *lib.* 5. *tit.* 5. *quæſt.* 1. Caſtill. *de aliment. cap.* 66. *n.* 26. Carena *reſolut.* 20. *n.* 10. Boſsius *dict. tom.* 2. *cap.* 7. *n.* 484. Loter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 39. *n.* 80. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 5. *cum ſequent.* Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *cap.* 66. *num.* 13. Andreol. *controverſ.* 203. *n.* 4. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 366. *n.* 1. *cum ſequent.* Si verò creditores non fuerint hypothecarii, prælationem habebit alimentorum creditum, cum inter creditores ejuſdem gradus perſonales, & chyrographarios, præferri debet creditum pro alimentis habens, Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 97.

Limita doctrinam ſupradictam, quan-
118 do à patre fuerint certa bona aſsignata pro alimentis filii, nam hypothecata erunt deſignata bona pro alimentis, *l.* 2. *ff. de aliment. & cibar. legat.* Barthol. *in dict. l.* 2. & *in l. Lucius*, *ff. de aliment. legat.* Guido Pap. *quæſt.* 76. *n.* 1. Coler. *de aliment. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 36. Pontan. *de aliment. cap.* 17. *n.* 30. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 4. *n.* 7. & *quæſt.* 32. *n.* 20. Garcia *de expenſis*, *cap.* 4. *n.* 30. & 31. Theſaur. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 67. *n.* 17. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 27. *num.* 2. & *tom.* 2. *deciſ.* 159. *n.* 21. Selsè *deciſ.* 26. *n.* 17. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 98. Paſchal. *de patr. poteſt. cap.* 3. *n.* 28. Cevall. *quæſt.* 692. Giurba *deciſ.* 5. *n.* 13. & 43. & *ad conſuetud. Meſan. cap.* 7. *gloſſ.* 12. *part.* 1. *n.* 11. *in fin.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 1. *n.* 119. Lara *de aniverſar. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 17. Salgad. *dict. cap.* 24. *n.* 106. Merlin. *de pignorib. dict. quæſt.* 1. *n.* 14. Caſtill. *de aliment. dict. cap.* 66. *n.* 26. Boſsius *dict. cap.* 7. *n.* 485. Merlin. *controverſ.* 61. *num.* 12. & 13. Valeron *de tranſactionib. tit.* 3. *q.* 3. *n.* 31. Paul. Meli *ubi proxim.* D. Creſpi *obſervat.* 30. *n.* 5. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 366. *n.* 5. Intellige tamen ſupra tradita, de alimentis judicis officio debitis, hæc enim hypothecam non habent; ſi vero alimenta ex contractu, vel ultima voluntate debeantur, hypothecam habebunt, & pro illis hypothecata erunt bona ad alendum obligati, Neguzant. *de pignorib. part.* 2. *membr.* 4. *n.* 164. Coler. *de aliment. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 18. Pacific. *de Salvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 476. Caſtill. *de aliment. dict. cap.* 66. *n.* 37. Merlin. *controverſ.* 61. *n.* 12. & 13. *centur.* 1. Meli *dict. cap.* 66. *n.* 14. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſtion.* 1. *numer.* 6. & 10.

119 Los alimentos ſe piden en nueſtra practi- „ca, aora ſe devan judicis officio, ò jure „actionis, proponiendo el pretendiente ſu „libelo, en donde narra, la indigencia que „tiene, y la obligacion que el convenido „tiene de alimentarle, las rentas, y Patri- „monio que tiene el obligado, el eſplendor, „y dignidad, nobleza, y luſtre, aſsi del pre- „tendiente, como del obligado, la familia





„que tiene los criados que ha de meneſter, „y la cantidad que todos los años ha de me- „neſter para ſuſtentarſe, y ſubvenir eſtas obli- „gaciones, y ſe concluye, pidiendo, ſe reci- „ba prueva de todo lo narrado, por via de „ſumaria informacion de teſtigos, y que ſe „le paſſe à ſeñalar cada año tanta cantidad „de los bienes del convenido, mandandoſe- „la dar por tercias anticipadas; y para mayor „facilidad de la cobranza de lo que ſe ſeña- „lare, ſe pide tambien ſe haga conſignacion „por el obligado contra los Arrendadores „de algun lugar, ò de aquellos bienes que „parecieren mejores, para que de alli ſe co- „bre, y en caſo de no quererla hacer, ſe le dè „facultad à otro de los Eſcrivanos de man- „damiento para que la haga. Advirtiendo, „que ſi los bienes no eſtuvieren arrendados, „ſe pueden hacer arrendar, y ſino, ſe pueden „hacer ſequeſtrar los frutos, para que de alli „ſe paguen los alimentos, ſegun lo declarò „el Conſejo, con ſententia por Alreus, en „14. de Octubre 1636. entre Don Vicente „Pardo de la Caſta, y Don Fernando Giròn „de Rebolledo, Señor de Andilla. Y el libe- „lo podràſe proponer en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

Satis utile erit tutoribus, & curatoribus,
7 vel aliis adminiſtratoribus in adminiſtrationis ingreſſu coràm judice petere taxationem ſalarii pro laboribus adminiſtrationis, nam ſi adminiſtraverint non petito ſalario, etiam quod laborem maximum impenderint, videntur ſalarium remiſiſſe, & nihil petere poterunt Alexand. *conſ.* 109. *num.* 1. & 2. *lib.* 6. Federic. de Senis *conſ.* 218. *num.* 2. Socin. Senior *conſ.* 196. *lib.* 2. Gutierr. *de tutel. par.* 3. *cap.* 2. *ſub n.* 4. Monter. *deciſ.* 29. *num.* 18. Menoch. *conſ.* 228. *n.* 60. & *de arbitrar. centur.* 6. *caſu* 512. *n.* 1. Ciriac. *controverſ.* 503. *n.* 14. noſter Iranzo *d. cap.* 34. *n.* 42. Michalor. *de fratrib. d. part.* 3. *cap.* 44. *n.* 18. Zachias *de ſalario, quæſt.* 87. *n.* 17. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 50. *n.* 10. Et quod ſalarium non debeatur curatori acceptanti adminiſtrationem abſque proteſtatione ſui ſalarii, & illud non petenti, declaravit Senatus ſententia per Berbegal, *die* 7. *Januarii* 1608. inter Ludovicum Macià, & alios, & alia, *die* 26. *Aprilis* 1610. inter Stephanum Caſtillo, & Petrum Pons, & alia, *die* 4. *Junii* 1612. inter Doroteam Tartamut, & Elizabetham Trilles. Et quod hæredes tutoris, aut curatoris adminiſtrantis abſque proteſtatione, vel petitione ſalarii, non poſsint petere ſalarium pro tempore præteritæ adminiſtrationis, judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 22. *Octobris* 1628. inter Iſidoram Mingot, & curatorem filio-
rum Fabritii Mingot. Unde ſi tutor, vel cu- 8
rator adminiſtret abſque petitione, ſeu proteſtatione ſui ſalarii, etiam ſi coram judice compareat in medio adminiſtrationis tempore, & petat ſalarium pro præteritis adminiſtrationis annis, non debet judex aliquod ei aſsignare ſalarium pro tempore præterito, Barzius *conſ.* 115. *ſub n.* 11. *vol.* 1. *diverſor. ultimar. voluntat.* Franchis *deciſ.* 112. Corneus *conſ.* 62. *num.* 9. *vol.* 4. Vivius *deciſ.* 40. *ſub n.* 4. Cabal. *conſ.* 13. *per tot.* Menoch. *d. conſ.* 228. *n.* 37. Monter *deciſ.* 29. *per tot. n.* 25. & 26. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 27. *n.* 34. Cyriac. *d. controverſ.* 503. *n.* 6. noſter Iranzo *d. cap.* 34. *num.* 43. pro futuro autem tempore à die petitionis computando, poterit judex ei competens aſsignare, & taxare ſalarium, Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 48. Menoch. *conſ.* 228. *n.* 60. & 278. *num.* 48. noſter Iranzo *d. cap.* 34. *n.* 45. Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 44. *n.* 18. Zachias *de ſalario, d. quæſt.* 87. *n.* 18. Bonden. *d. colluctat.* 50. *n.* 11. ita dixit Senatus ſententia per Caſes, *die* 22. *Octobris* 1628. inter Iſidoram Mingot, & curatorem filiorum, & hæredum Fabritii Mingot. Et quod tutori, vel curatori teſtamentario adminiſtranti abſque proteſtatione ſalarii, non debeat dari ſalarium, niſi à die quo illud petierit, quia in tempore præterito gratis cenſetur adminiſtraſſe, declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 8. *Martii* 1634. inter Franciſcum Berniſa, & Hieronymum Bonet, & alia per Alreus, *die* 11. *Martii* 1636. inter Don Joannem de Toledo curatorem Illuſtris Marchionis de Albayda, & creditores.

Ne

Ne eveniat, quod tutor, vel Curator, aut
9 quilibet alius adminiſtrator cenſeatur gratis accepiſſe adminiſtrationem, & debito privetur ſalario, valdè utile eſt facere, quod in noſtra praxi ſatis uſitatũ habemus, nempe quod tutella, cura, vel adminiſtratio admittatur, & acceptetur, cũ proteſtatione ſalarii, adminiſtratori debiti, & advocato, & procuratori, nã cum media proteſtatione declaratus exiſtat animus ingredientis adminiſtrationem, non poteſt præſumi ſuſcepere illam gratis, ſed cũ ſalario pro labore debito, ac proinde quamvis in adminiſtrationis initio ante judicem non petatur ſalarii taxatio, poterit quolibet in tempore (prout videmus in noſtra praxi) peti, & obtineri, non ſolum pro futuro tempore, ſed etiam pro præterito, argum. text. *in l. Nicennius, cum ibi notat, ff. de negot. geſt.* ita docens Cancer *variar. dict. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 48. Gutierrez *de tutel. dict. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 4. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 27. *num.* 49. Carpio *de executorib. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 29. Reynoſ. *obſerv.* 55. *n.* 23. Iranzo *d. cap.* 34. *n.* 44. Zachias *de ſalar. d. q.* 87. *n.* 20. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 42. Et Senatus noſter ita judicavit ſententia per Berbegal, *die* 9. *Januarii* 1608. inter Ludovicum Macià, & Auguſtinum Maſon, & alia per Alreus, *die* 26. *Aprilis* 1610. inter Ildefonſum Caſtillo, & Petrum Ponz, & in dicta ſententia, *diei* 4. *Junii* 1612. inter Doroteam Tartamut, & Elizabetham Trilles, & in alia, *diei* 22. *Octobris* 1628. inter Iſidoram Mingot, & curatorem filiorum, & hæredum Fabritii Mingot. Et quod adminiſtratori ſolum debeatur ſalarium, à die quo proteſtatur exigere illud, extitit deciſum ſententia per Caſes, *die* 20. *Auguſti* 1627. inter Michaëlem Joannem Peris, Chriſtophorum Rodrigues, & alios. Et quod adminiſtranti abſque proteſtatione, vel petitione ſalarii, non poſsit abſque nullitate à judice ordinario, finita adminiſtratione, taxari ſalarium, judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 13. *Martii* 1637. inter Magdalenam Guigalia, & de Perez, & Joannem de Guigalia curatorem.

10 In taxatione hujuſmodi ſalarii debet attẽdi principaliter labor tutoris, aut adminiſtratoris, nàm ſalaria debent commenſurari cum labore, talitèr quod habenti laborem modicum, debet moderatum aſsignari ſalarium, habenti vero duplicatum laborem, ſalarium debet dari duplicatum, *l. bis ſcolarib. Cod. de erogat. militar. annon. lib.* 12. Paul. Granut. *theoremat.* 12. *n.* 8. *verſ. quinimo*, Coſta *de portione ratæ, quæſt.* 13. *n.* 3. Fontanell. *tom.* 2. *deciſ.* 423. *n.* 21. Carleval. *de judiciis, tit.* 1. *diſput.* 4. *n.* 21. Scalon. *lib.* 1. *gazophilat. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 11. Caſtejon. *in alphabet. verbo, ſalarium. n.* 6. Zachias *de ſalario, quæſt.* 11. *n.* 5. Urceol. *de tranſact. q.* 30. *n.* 21. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 42. & judicavit Senatus ſentẽtia per Benavides, *die* 11. *Januarii* 1661. in favorem Marceli Serrano, & contra Domnam Eliſabetham Carrillo, & de Villarraſa. Qua propter, in noſtra praxi, majus ſolet à judice aſsignari ſalarium tutoribus, & cura-
toribus, cæteriſque adminiſtratoribus in pri- 11
mo adminiſtrationis ſuæ anno, quam in cæteris annis, quia in illo primo anno majorem ſuſtinent laborem, & ſi in ſecundo, vel tertio anno, majorem laborem ſuſtinere adminiſtrator debet, quam in cæteris annis, paritèr debet ei aſsignari majus ſalarium. In cæteris annis in quibus minus laborare debet, minus ſalarium conſtitui debet, ſemper præoculis habendo, quod aucto labore augeri ſalarium debet, diminuto vero diminui, quia tam labor, quam pecunia diviſionem recipiunt, *l. Seio amico* 10. *ff. de annuis legat.* ita docent Franciſcus Marcus *deciſ.* 499. *part.* 2. Bimius *conſ.* 103. *vol.* 2. Bec. *conſ.* 27. *n.* 2. Bertazol. *conſ. criminal.* 180. *n.* 13. *&* *conſ.* 484. *n.* 9. Magon *deciſ. Florent.* 11. *&* 12. *n.* 10. Mandel. *conſ.* 354. *num.* 8. Roman *conſ.* 25. Laudenſ. *de officiis, concluſ.* 51. Rota Genuenſ. *deciſ.* 115. *n.* 4. Surd. *conſ.* 66. *n.* 6. Menoch. *de arbitrar. caſu* 514. *num.* 20. Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de abundantia Civitat.* §. 6. *n.* 10. *cum ſequent.* Joan. Bapt. Magon *de recta patrocinand. ratione, cap.* 8. *n.* 25. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 15. Gratian. *deciſ.* 101. *num.* 1. ubi Scopa *in obſervat.* Fontanell. *tom.* 1. *deciſ.* 247. *n.* 10. Ciriac. *controverſ.* 503. *n.* 34. Solorzano *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 25. D. Creſpì *obſervat.* 11. *n.* 15. Caponi *tom.* 2. *diſceptat.* 109. *n.* 56.

Ex hac doctrina obſerva, quod ſi teſtator
in ſua ultima voluntate aſsignat tutori, vel 12
adminiſtratori ſalarium non correſpondens adminiſtrationis labori, non tenetur tutor, aut adminiſtrator munus ſuſcipere cum ſalario deſignato, ſed poterit petere ſalarium congruum ſuſcepti muneris laboribus correſpondens, & poterit judex aſsignare majus ſalariũ, quam à teſtatore deſignatum. Primo quia volũtas teſtatoris non eſt ſequẽda, ſi res egrediatur juſtam ſumptuum rationem, *l. & ſi quis* 14. §. *hæc actio, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*: ibi; *Sciendum eſt, nec voluntatem ſequendam, ſi res egrediatur juſtam ſumptuum rationem.* ita docent Cardinal. de Luca *de regal. diſcurſ.* 121. *n.* 3. *&* 6. *& de cambiis, diſcurſ.* 2. *n.* 14. *& de paroch. diſcurſ.* 28. *n.* 5. *&* 11. Secundo quia ju-
bente teſtatore fieri aliquid circa pupilli 13
educationẽ, poteſt judex à voluntate teſtato-

ris



ris etiã patris recedere, ſi arbitretur diſpoſitionem juri conſentaneam non eſſe, *l.* 1. *ff. ubi pupil. educari debeat, l. quidam decedens,* §. *uſque adeo, l.* 3. §. *quamvis, ff. de adminiſtrat. tutor. l. utilitatem, ff. de confirmat. tutor.* D. Leon *deciſ.* 201. *n.* 3. Cyriac. *controverſ.* 33. *n.* 8. Giurb. *obſervat.* 23. *num.* 17. Valeron *de tranſactionib. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 31. Caponi *tom.* 2. *diſceptat.* 119. *n.* 22. Cardinal. de Luca *de tutorib. diſcurſ.* 4. *n.* 23. *& diſcurſ.* 21. *n.* 2. Tertio, quia ſi frater aſsignaverit in teſtamento alimenta pupillo
14 fratri, poteſt judex majora alimenta aſsignare, ſi exigua fuerint aſsignata, Brunus *in tractat. de augment. & diminut. concluſ.* 10. *principal. n.* 11. Corduba *in l. ſi quis à liberis,* §. *ſed ſi filius, n.* 9. *ff. de liberis agnoſcend.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 85. *n.* 3. Porcius *conſ.* 150. Cyriac. *controverſ.* 503. *n.* 35. Valeron *d. tit.* 3. *q.* 1. *num.* 33.
15 Quarto, quia et ſi remiſſerit pater tutori inventarii confectionem, poterit judex, ſi cognoſcat ita expedire, compellere tutorem, non obſtante patris voluntate, ad conficiendum inventarium, Cabedo *deciſ.* 136. *n.* 7. Clarus *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 66. *in fin.* Covarrub. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 4. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 32. *&* 33. Cyriac. *d. controverſ.* 503. *n.* 37. Morquecho *de diviſione bonorum, cap.* 1. *n.* 47. Valeron *d. quæſt.* 1. *n.* 32. Et in Senatu deciſum extat, ſententia per Alreus, *die* 17. *Decembris* 1624. inter Hieronymum Garcia, & alios, & Margaritam Garcia: ergo ſimilitèr aſsignato ſalario à teſtatore in teſtamẽto tutori, poterit judex recedere à voluntate teſtatoris, & majus ſalarium aſsignare, ſi non correſpondeat labori adminiſtrationis aſsignatum, ita docet in terminis Cyriac. *d. controverſ.* 503. *n.* 33. *&* 34. Neque obſtat, quod voluntas teſtatoris ſemper pro lege cuſtodienda eſt, §. *diſponat, in authent. de nuptiis, cap. ultima voluntas* 12. *quæſt.* 2. Et quod ſupremi judicii non eſt coarctanda voluntas, *l. ſi fratres,* §. *idem Papinianus, ff. pro ſocio,* nam reſpondetur quod, juſta exiſtente cauſa, à teſtatoris receditur voluntate, ex regul. text. *in l. nemò poteſt,* ubi communiter DD. *ff. de legat.* 1. & non venit ſemper obſervandum à teſtatore diſpoſitum, ut ait Cõſultus *in l. Quintus Mucius,* §. *in teſtamentis, ff. de annuis legat.* ibi: *Ne autem ſemper voluntas ejus, aut juſſus conſervari debet.* Sicuti de judice decernente dicitur, nam ab eo facta alimentorum taxatione, poſſunt alimenta diminui, aut augeri, juſta interveniente cauſa, ut docet *Ulpian. in l. jus alimentorum,* §. *final. ff. ubi pupillus educari debeat.*

16 Debet etiam attendere judex in ſalarii taxatione facultates, & Patrimonium pupilli, inſpiciendo non proprietates, ſed redditus, argum. text. *in l. jus alimentorum,* §. *in amplis* 3. *&* §. *final. ff. ubi pupillus educar. debeat.* Sumptus enim ſemper fieri debent pro modo facultatuum, ut docet *Ulpianus in l. & ſi quis* 14. §. *hæc actio. ff. de religioſis, & ſumptibus funer.* ibi: *Pro modo autem facultatum ſumptum fieri.* Si redditus pupillares fuerint mediocres, ſalarium moderatum eſſe debet, *l.* 3. §. 2. *ff. ubi pupillus educar. debeat,* ibi: *Et debet ſtatuere tam moderate, &c.* & declaravit Senatus ſententia per Benavides, *die* 11. *Januarii* 1661. in favorem Marceli Serrano, & contra Domnam Eliſabetham Carrillo, & de Villarraſa, ibi: *Conſtat dictum Don Joannem Tutellam acceptaſſe cum proteſtatione ſalarii debet ei taxari attenta exiguitate adminiſtrationis, & tenuitate laboris.* Si fuerint magni, majus poterit taxari ſalarium, ſed non exorbitans, prout vidi in minore habente ſexaginta in redditu, ſalarium taxatum tutori in primo anno in centum, quod abſit: & ſi vires patrimonii fuerint debiles, & ſuſtinere ſalarium non poſsint, debet tutor abſque ſalario adminiſtrare, neque hoc in caſu advocato, aut procuratori, poterit ſalarium conſtitui, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 18. *Auguſti* 1635. inter Sequeſtratorem bonorum Domnæ Theodoræ Villarraſa, & Creditores. Multum faciet tamen in hiis
conſuetudo cujuſlibet Civitatis, aut oppidi, 17
cum in hac ſalariorum taxatione ſemper cõſuetudini ſtandum ſit, Aviles *in cap. prætorum* 1. *verb. Salario,* Caravit. *ſuper rit.* 9. *n.* 1. *&* 2. Carocius *de locat. quæſt.* 3. *& quæſt.* 13. *principal. n.* 1. Flores de Mena *variar. part.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 77. Gratian. *diſcept.* 257. *n.* 37. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 16. Fontanell. *tom.* 1. *deciſ.* 247. *n.* 5. Zachias *de ſalario, quæſt.* 68. *n.* 31. Cardinal. de Luca *de regaliis, diſcurſ.* 21. *ſub n.* 5. Bich. *deciſ.* 86. *n.* 17. Peutinguer. *deciſ.* 191. *n.* 1. *& deciſ.* 207. *n.* 2. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 30. *n.* 36. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 257. *n.* 5. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 14. *n.* 35. Et quod magis facit eſt arbitrium judicis, qui inſpecto adminiſtrationis labore, & patrimonii viribus aſsignabit ſalarium quod arbitratus fuerit competens fore, Baeza *de decima tutoris, cap.* 2. *à n.* 19. *& cap.* 20. *n.* 20. Gutierrez *de tutell. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 10. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 8. §. 3. *n.* 2. Barboſ. *ad text. in l.* 1. *Cod. mandati, n.* 8.

Solet etiam in praxi noſtra adiri judex, ut
taxet ſalaria advocato, & procuratori admi- 18
niſtrationis tutellæ, & curæ, quod legitimè poſſe fieri judico, quando tutella, aut adminiſtratio aliquas habet lites, aut quando præ-



ci-

ciſè indiget adminiſtrator advocati conſilio, & agentia procuratoris ad rectam adminiſtrationis gubernationem; quibus in caſibus etiam ſine judicis decreto, aut facultate poterit tutor, vel adminiſtrator eligere advocatum, & procuratorem, & eis competens aſſignare ſalarium, & in redditione rationum adminiſtrationis debet expenſum in hiis ſalariis ita conſtitutis admitti, Paponius *lib.* 15. *tit.*5. *arreſt.* 12. *fol.*460. Burſat. *conſ.*133. *n.* 62. Menoch. *conſ.* 228. *n.* 26. Ricc. *collect.* 1628. Citiac. *dict. controverſ.* 503. *n.* 22. Et adhuc Senatus voluit, ſententia per Alreus, *die* 29. *Auguſti* 1624. Curatorem minoris Domini oppidorum, poſſe Bajulum nominare cum aſsignatione ſalarii, in favorem Curatoris hæredum Don Balthaſaris Julià. Neque facit ſententia multorum volentium, tutorem, vel adminiſtratorem non poſſe ſalaria ſupradicta aſsignare ſine judicis decreto, cum ſine illo actorem conſtituere non poſſint, ut ſunt jura, *in l.decreto* 24. *ff. de adminiſtrat. tutor. l.* 13. *ff. de tutellis, l. unic. Cod. de actore à tutore, § final. inſtitut. de curatorib.* Neque adhuc procuratorem ante litem conteſtatam nominare poſsint, *l. neque tutores* 11. *Cod. de procuratorib.* Nam certius eſt, tutores,
19 vel adminiſtratores poſſe nominare procuratorem, vel Advocatum, & eis conſtituere ex adminiſtrationis bonis competens ſalarium, abſque judicis decreto, ut docent Cavalcan. *de tutore*, *n.* 211. Damaut. *de tutore, & curator. cap. de Mercede*, §. 1. *n.* 44. & 49. Gutierrez *de tutell. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 20. Menoch. *dict. conſ.* 228. *n.* 26. Caroc. *de locat. tit. de adminiſtrat. tutor. quæſt.* 3. *n.* 40. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 27. *n.* 33. Ciriac. *d. controverſ.* 503. *n.* 22. Ratio eſt, quia tutores, & quilibet adminiſtratores, ſine recurſu ad judicem, poſſunt impendere omnia illa, quæ pupillo expediunt, & debent illis acceptari dummodo fuerint in minoris utilitatem, *l.*3. *ff. de contraria action. tutel.* Montan. *de tutel. cap.* 31. *regul.* 9. *n.*143. & 144. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 14. *n.* 14. & *lib.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 1. Baeza *de decima tutoris, cap.* 2. *n.* 87. & *cap.* 4. *num.* 59. Pichard. *in §. tutores quoque, inſtitut. de obligationib. quæ ex quaſi contractu, num.*35. Ergo dum expediat pupillis, poterunt ſine judicis auctoritate ſalaria conſtituere, *l.* 1. §. *ſi pupillus, ff. de tutellis, & rationib. diſtrahend.* Menoch. *d. conſ.* 228. *n.* 27. & *ſub num.* 60. Monter. *deciſ.* 29. *n.* 6. Cyriac. *d. controverſ.* 503. *n.*43. & 44. & impenſas facere in actoribus, *l. cum plures* 13. §. *cum tutor, ff. de adminiſtrat. tutor. l.*1. §. *præterea ſi tutellæ, &* §. *videamus*, & *l.* 3. *in princip. ff. de contrar. action. tutell.* Montan. *de tutell. cap.*40. *n.* 52. Monter. *d. deciſ.* 29. *num.* 20. Eſcobar *de ratiocin. d. cap.* 27. *n.* 35. Baeza *de decima tutoris*, *cap.* 2. *n.* 87. & *cap.* 4. *ſub n.* 59. Cyriac. *d. controverſ.* 503. *n.* 24. Et ſi pupilli patrimonium multis fuerit litibus implicatum, poterit dari facultas curatori, ut nominet duos procuratores, vel advocatos cum ſalario, ut extitit declaratum Regia proviſione, *diei* 22. *Decembris* 1636. ubi data fuit facultas ſupradicta Joſepho Torres certo curatorio nomine. Et ex adverſo, ſi patrimonium minoris fuerit liquidum, & abſque litibus, vel neceſsitate conſilii, aut agentiæ, non eſt neceſsè, neque adhuc licet tutori nominare advocatum, vel procuratorem tutellæ cum ſalario, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 26. *Auguſti* 1620. inter Joannem Bonaventuram Simiel, & Antonium Badia. Neque obſtant fundamenta con-
trariæ ſententiæ, nam reſpondetur quod tu- 20
tores de jure communi ante litem conteſtatam non poterant cõſtituere procuratorem, ſed actorem, Bich. *deciſ.* 604. *n.* 6. Ridolphin. *in prax. part.*1. *cap.*3. *n.*19. Carol. Anton. de Luca *in prax. civil. cap.* 47. *n.* 6. Et ideo debebat fieri cauſa cognita, ne tutoris periculo evenirent geſta per actorem, poſt litem conteſtatam poterant procuratorem conſtituere, ut tradunt DD. citati, & licet ad conſtituendum actorem, decretum judicis intervenire deberet, nunc tutores, jam non conſtituunt actores, ſed procuratores, non
ſolum lite conteſtata, prout de jure, ſed an- 21
te litis conteſtationem, & quolibet in tempore, *for.*13. *rubr. de procuratorib.* D. Creſpì *tom.* 2. *obſervat.* 108. *n.* 13. Et ad conſtitutionem procuratoris, vel advocati faciendam, & ad præbenda eis ſalaria, neque de jure civili, aut municipali, opus eſt judicis decreto.

Advocatis, & procuratoribus tutellæ, vel 22
cujuſlibet adminiſtrationis debentur ſalaria, etiam ſi conſtituta, vel aſsignata non fuerint, nam & ſi regula juris ſit non deberi ſalarium ubi non eſt conventum, *l. qui mutuum*, §. *ſalarium, Cod. eod.* tamen limitari debet regula in procuratoribus, & Advocatis ſolitis exercere procuratorum, & advocati officia, & locare operas, mercede accepta, nam ſi ſolitum ſit conducere illas procuratores, & advocatos conſtituentes, præſumitur hoc in caſu ſalarium promiſſum, & illud lucrantur independenter à conſtitutione, vel promiſſione, Menoch. *conſ.* 570. *n.* 6. Gabriel *conſ.* 170. *n.* 20. *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 74. *n.* 2. & *deciſ.* 1322. Puteus *deciſ.* 1. *lib.* 3. Fontanell. *deciſ.* 276. *n.* 102. Coccin. *deciſ.* 1805. *n.* 2. Zachias *de ſalario*, *quæſt.* 50. *n.* 1. *cum ſequent. quæſt.* 52. *n.* 6. *quæſt.* 68. *n.* 28. & *quæſt.* 82. *n.* 2. Nicolius *in lucubrat. jur. Canonic. lib.* 1. *tit.*38. *n.*17. *tom.*2. Golin. *de*



*de procuratorib. part.* 4. *cap.* 5. *n.* 26. Caponi *tom.* 2. *diſceptat.* 109. *n.* 17. *cum ſequentib.* Marinis *lib.* 1. *reſolut. cap.* 311. *n.* 3. Bonden. *de jur. controverſ. colluctat.* 50. *n.* 5. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 35. *n.* 65. noſter Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 34. *n.* 36. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 30. *n.* 35. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 257. *n.* 3. Moſtazo *de cauſis piis*, *tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 14. *n.* 37. Et quod ſalarium non conventum non debeatur niſi advocato ſolito operas ſuas locare, & quod non debeat præſtari, niſi à perſona ſolita operas advocati conducere, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 3. *Septembris* 1632. inter Gaſparem Artès, & Mariam Annam Torrella; quamvis abſolutè deberi ſalarium Advocatis, etiam non probatis requiſitis ſolitæ conductionis operarum, rectius defendant multi, ea ratione, quia honeſtioribus muneribus vacant, *l.*1. *ff. de extraordinar. cognitionib.* Seraphin. *deciſ.* 74. *n.* 2. & *deciſ.* 849. *n.* 3. Puteus *deciſ.* 45. *ad fin. lib.*2. Gratian. *diſceptat.* 257. *n.* 4. noſter Trullench. *in decalog. lib.* 8. *cap.* 5. *dubitat.* 5. *n.* 3. Ferrentil. ad Burat. *deciſ.* 508. *n.* 2. noſter Iranzo *in prax. proteſtat. d. cap.* 34. *n.*17. *cum ſequent.* Pacion. *de locat. & conduct. d. cap.* 35. *n.* 77. Carol. Anton. de Luca *d. cap.* 257. *n.* 6. Neque amittent ſalarium advocati, quando cauſa patrocinata bonum non habuerit exitum; ſatis enim eſt quod non expediret relinquere adminiſtrationis jura indefenſa, Gratian. *d. cap.* 257. *n.* 32. Xammar. *de offic. advocati*, *part.*2. *quæſt.* 9. *n.*8. Zachias *de ſalario*, *quæſt.* 99. *n.* 10. Pacion. *de locat. & conduct. dict. cap.* 35. *n.* 20. Carol. Anton. de Luca *d. cap.* 257. *n.* 13. prout etiam lucrabitur ſalarium advocatus, ſi effectualitèr patrocinium non præſtiterit, dum promptus fuerit, & paratus ad illud præſtandum, & non ſteterit per illum quo minus præſtitum fuerit, *l.*1. §. *Divus Severus*, & *ibi gloſſ. in verb. repeti, ff. de variis, & extraordinar. cognitionib. l. qui operas, ff. locati, l. ſed addes*, §. *final. ff. eod. l. diem functos* 3. *ff. de offic. Aſſeſſorum*, Nata *conſ.* 452. Mierez *ad Conſtitut. Catalon.* 1. *part. collat.* 3. *cap.*18. *n.*5. Gaylus *lib.* 1. *obſervat.* 44. *n.* 12. Gutierrez *practic. lib.* 1. *quæſt.* 32. *n.* 3. Xammar *de offic. advocati*, *part.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 38. & 39.

Quanto autem tempore præſcribantur hu-
23 juſmodi ſalaria ſolent controvertere Doctores: aliqui tenent de jure per triennium præſcribi, Danza *de pugna Doctorum, tom.*1. *de ſalario*, *cap.* 3. *n.* 6. Antonell. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 28. Zachias *de ſalario, quæſt.* 105. *n.* 5. Cardinal. de Luca *de alienationib. diſcurſ.* 65. *n.* 3. & *de judiciis*, *in adnotat. n.* 32. & 34. Silva *de ſalariis*, *famil. q.* 55. *cum ſequentib.* Alii melius ſentiunt non præſcribi ſalaria niſi triginta annis, Marinis *reſolut.* 311. *n.* 12. *lib.* 1. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 52. *n.* 2. & 3. Et hæc opinio verior eſt, nam non invenitur de jure ſtabilitum quod ſalaria per triennium præſcribantur; ſolum enim poterit dici, quod per lapſum triẽnii inducitur ſolutionis præſumptio, ut docent Gratian. *deciſ.* 53. *n.* 5. Mauſon. *de cauſis executivis*, *ampliat.* 32. *n.* 47. Andreol. *controverſ.*245. Pacion. *de locat. & conduct. d. cap.* 52. *n.* 11. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.*257. *n.*17. In Regnis Caſtellæ ſalaria advocatorum, procuratorum, famulorum, & jus petendi mer- 24
cedes medicamentorum pharmacopolarum, & alia ſimilia, triennio præſcribuntur, *l.*9. *tit.* 25. *lib.* 5. *recopilat.* Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 29. *n.* 18. Caroc. *de locat. & conduc. part.* 5. *tit. de ſtatut. fol.* 239. Ciriac. *tom.* 2. *controverſ.* 307. Bellon. *de his quæ fiunt incontinenti, lib.* 2. *cap.*5. *per tot.* Olea *ceſsion. jurium*, *tit.* 6. *quæſt.* 11. *n.* 16. In aliis Regnis per ſtatuta particularia, ſalaria famulis debita, biennio, & minori præſcribuntur tempore, Cancer *variar. part.*1. *cap.*15. Gama *deciſ.* 334. Pereyra *deciſ.* 46. Ricc. *collectan.* 285. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 11. *n.* 46. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *d. cap.* 257. *n.* 17. In noſtro Regno 25
pharmacopolæ debent petere precia medicamentorum intra annum computandum à die quo medicamenta dederint, elapſo enim anno præſcripta remanet actio, niſi à debitore chyrographum conſcriptum fuerit in quo debitum medicinæ promittat ſolvere, *for.* 17. *rubr. de præſcriptionib.* In noſtra verò Civita-
te, & contributione particulari habent phar- 26
macopolæ triennium ad petenda medicamentorum precia, & non præſcribitur actio, niſi per triennium, ut diſpoſitum extat, *in for.* 140. *fol.* 21. *curiar. anni* 1564. de ſimili ſtatuto reſtringente tempus ad petenda precia medicamentorum pharmacopolarum teſtantur, Cardinal. de Luca *de credito*, *diſcurſ.* 28. *n.* 3. Carol. Anton. de Luca *in prax. civil. cap.* 26. *n.* 8. Advertere tamen hujuſmodi præſcriptiones ſtatutarias non habere locum mala concurrente fide, Surd. *deciſ.* 158. Vela *diſſertat.* 8. *n.* 26. Altogead. *conſ.* 53. *num.* 3. *tom.* 2. Ciriac. *controverſ.* 321. *n.*5. *lib.*2. Ciarlin. *controverſ.*32. *per tot.* Queſada, & Pilo *diſſertat.* 11. *n.* 40. noſter Iranzo *in prax. proteſtat. cap.* 34. *n.* 67. Et particularitèr quod præſcriptio noſtra contra pharmacopolas ſtabilita non habeat locum, mala concurrente fide declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 6. *Februarii* 1613. in favorem Collegii Pharmacopolarum, & Martini Joannis Gaſus, & contra Claram Paravezino, con-

confirmata in gradu ſupplicacionis alia per
eundem, *die* 14. *Novembris* 1618.

Famuli debent in Regno petere ſalaria
intra annum, elapſo enim anno præſcriptum
27 remanet jus petendi ſalarium, *for. Advocats,*
15. *rubr. de præſcriptionib.* D.Leon *tom.*1. *de-*
*ciſ.* 46. *n.* 6. D. Creſpì *obſervat.* 44. *n.* 1.
ita dixit Senatus ſententia per Daza, *die* 24.
*Martii* 1610. inter Gaſparem Aleixos, &
Curatorem hæredum Antonii Aragò. Quod
procedet, etiam teſtatore ( cui fuit præſtitum
ſervitium, in teſtamento jubente quod ſua
debita ſolvantur, ut deciſum extitit ſententia
per Daza, *die* 4. *Auguſti* 1612. inter Joſe-
phum Coſtans, & Gaſparem Català; ſed non
intrabit præſcriptionis curſus dum ſervitium
continuatur, ſed incipiet à die finiti ſervitii,
ut deciſum extat ſententia per Alreus, *die* 14.
*Julii* 1610. inter Vincentium Trilles, & Bar-
baram Moreno, de qua D. Leon *deciſ.* 46.
28 Eodem modo procuratores, & advocati,
etiam ſi ſalarium conſtitutum habeant inſtru-
mento publico, non poſſunt ſalaria petere,
niſi quatuor annorum *for. ordenàm* 16. *rubr. de*
*præſcriptionib.* D. Creſpì *d. obſervat.* 44. Sed
tempus computandum eſſe probat D. Creſpì
à die finiti ſervitii, ut in famulo à die diceſ-
ſus, in procuratore, & advocato, à die quo
deſinit officium continuare : Indecoroſum
enim eſt advocato petere, dum advocatus
eſt, honoraria cui patrocinium præſtat, licet
honeſtè accipiatur quod ei offertur pro advo-
cationis munere, *l.* 1. §. *proinde* 5. *ff. de ex-*
*traordinar. cognitionib.* ibi : *Quædam enim ta-*
*metſi honeſtè accipiantur, inhoneſte tamen pe-*
*tuntur.*

Eodem modo fabrimurarii, fabrilignarii,
29 ſartores, mercenarii, & quilibet opyfices, de-
bent mercedes ſui laboris petere intra an-
num computandum à die finiti ſervitii, nam
elapſo anno excluduntur in Regno à peti-
tione mercedis, ut cautum habetur, *in for.* 15.
*rubr. de præſcriptionib.* ibi : *No puixen dema-*
*nar paga, ò ſatisfaciò de llurs treballs, ſervicis, ò*
*ſoldades, ſino dins un any contador de el dia*
*avant que la obra, ò el ſèrvir llur ſerà feta, ò com-*
*plit : ans paſſat lo dit any encontinent ipſo jure,*
*foro, & facto hachen perdut llur ſalari, ò llur*
*mercè. E de alli avant no ſien, ne puixen eſſer*
*admeſos en juhy, ne fora juhy à demanar aquell,*
D. Leon *deciſ.* 46. *n.* 1. D. Creſpì *obſervat.*
44. *n.* 1. Et independenter à foro noſtro,
quod artifices ſupradicti per minoris tempo-
ris ſpatium, quam tiennii, ſoluti præſuman-
tur de mercede ſui laboris, docent Coſta *de*
*ratione ratæ, quæſt.* 128. *n.* 14. Pacion *de lo-*
*cat. cap.* 52. *n.* 21. Carol. Anton. de Luca *in*
*animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 257. *n.* 17.
Limita noſtram foralem regulam trino in ca-
ſu. Primo ſi inſtrumentum publicum, vel pri-
vatum conſcriptum fuerit de mercedis debi-
to. Secundo ſi debitor in teſtamento ſpecifi-
cè recognoverit debitum. Tertio ſi intra an-
num judicialiter petitum fuerit debitum, *dict.*
*for.* 15. *rubr. de præſcriptionib.* Dixi petitum,
nam etſi antiquitus ad præſcriptionis inter- 30
rumptionem non ſufficeret petitio, ſed ne-
ceſſaria eſſet litis conteſtatio, *l. more* 26. *Cod.*
*de reſcindēda vendit. l.* 2. *l. nec bona* 10. *Cod. de*
*præſcript. longi tempor. l. nemò* 9. *Cod. de ad-*
*quirend. poſſeſſ.* Covarrub *in regul. poſſeſſor.* 2.
*part.* §. *ultim. n.* 4. Cujacius *ad tit. Cod. de*
*præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. verſ. eſt, & aliud,*
Molin. *de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 78.
Mela 2. *part. de præſcript. cap.* 2. *n.* 4. Ho-
diern. ad Surd. *deciſ.* 5. *n.* 1. Queſad. & Pi-
lo *diſſertat.* 11. *n.* 43. Hodie non eſt ne-
ceſſaria litis conteſtatio, ſed ſufficit petitio,
& citatio judicialis, ut interrumpatur præſ-
criptio, *l.* 1. §. *ultim. l.* 2. & 3. *Cod. de annal.*
*except.* Covarrub. *d.* 2. *part.* §. 12. *n.* 6. Mo-
lina *d. diſput.* 78. Peguer. *deciſ.* 157. Ricc.
*collectan.* 427. Fermoſin. *ad text. in cap. illud,*
8. *de præſcriptionib. quæſt.* 2. *n.* 27. Gon-
zal. Tellez *ad text. in dict. cap.* 8. *n.* 8. præ-
maximè quando particulari ratione docent
multi, ad interrupendam præſcriptionem
ſtatutarium ſolam ſufficere citationem, Balb.
*de præſcriptionib.* 3. *p.* 6. *part. princip. quæſt.* 4.
*per tot.* Didacus Perez *in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 3.
*ordinament. col.* 1237. Fermoſin. *ubi proxim.*
*n.* 29. Berlich. *tom.* 2. *concluſ.* 8. *n.* 31.
Queſada, & Pilo *diſſereat.* 11. *n.* 45. Et quod
per ſolam petitionem, & citationem inter-
rumpatur præſcriptio, etiam litis conteſtatio-
ne non interveniente declaravit Senatus ſen-
tentia per Daza, *die* 30. *Junii* 1618. inter
Franciſcum Hieronymum Ribes, & Petrum
Torres. De citatione autem, quoad effectum
interrumptionis, debet conſtare per relatio-
nem nuntii in ſcriptis redactam, *d. for.* 15. ibi:
*Dell qual clam aparega per eſcriptura judicial.*
Didac. Perez *ubi proxim.* Gutierr. *in cap.* 1. *de*
*juram. confirmator. n.* 2. Fermoſin. *ubi pro-*
*xim. n.* 29. Pariter venditor rei mobilis, aut
ſemoventis tenetur in Regno precium rei
venditæ petere intra annum computandum à 31
die quo potuit illud petere, elapſo enim an-
no removetur media præſcriptione ab illius
petitione, *for. qualſevol* 18. *rubr. de præſcrip.*
*tionib.* ibi : *Qualſevol venedor de coſa moble, ò*
*ſemovent ſia tengut de demanar lo preu de la co-*
*ſa moble, ò ſemovent venuda, è llurada dins un*
*any contador apres que el preu porà eſſer dema-*
*nàt. En altra manera paſſat lo dit any no puſca*
*demanar lo dit preu*, D. Creſpì *d. obſervat.* 44.
*n.* 2. Excipè tamen caſum habendi recog-
nitionem debiti factam à debitore inſtru-
mento publico, aut privato, aut ſi, propria
confeſsione ipſe debitor recognoverit ſe eſſe
de



debitorem, nam in nullo ex hiis caſibus ha-
bebit locum annalis præſcriptio, *dict. for.* 18.
*in fin.*

Notarii poſſunt de jure petere ſalaria in-
32 ſtrumentorum de contractibus, & ultimis
volūtatibus conſcriptorum, intra triginta an-
nos, nam etſi Becc. *conſ.* 27. ſcripſerit nul-
lam competere actionem notario ad con-
pellendas partes pro ſolutione ſalarii inſtru-
mentorum, certius eſt notario actionem lo-
cati competere, Barthol. *in l. argentarius, ff.*
*de edendo*, Joannes de Platea *in l. final. in fin.*
*Cod. de Principibus agent. in reb. lib.* 12. Cag-
nol. *in l. ſi librarius, num.* 49. *de regul. juris,*
Decius *conſ.* 27. *num.* 4. Surd. *conſ.* 66. *lib.* 1.
Caroc. *de locat. tit. de fructib. & litis expen-*
*ſis, quæſt.* 8. *n.* 35. D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 124.
*n.* 15. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.*
17. *n.* 1. Et cum actio locati, & ſimiles
actiones perſonales non præſcribantur de ju-
re, niſi triginta annorum ſpatio, *l. cum no-*
*tiſsimi, cum l. ſequenti, Cod. de præſcript.* 30.
*vel* 40. *annorum, authent. quas actiones, Cod. de*
*Sacroſanct. Eccleſ. cap.* 6. & 8. *de præſcriptio-*
*nib. for.* 12. *rubr. de præſcriptionib.* cū aliis ad-
duct. ab Amaya *in l.* 6. *Cod. de jure fiſci, ex*
*n.* 16. Fontanell. *deciſ.* 479. *num.* 5. Carle-
val. *de judiciis, tom.* 2. *lib.* 3. *diſput.* 4. *n.* 1.
& 15. Salgad. *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 2. *n.*
21. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. vigilanti,*
*de præſcriptionib. n.* 9. Habebit notarius de
jure tempus triginta annorum ad petenda in-
ſtrumentorum ſalaria, ut in terminis docet
33 Theſaurus *d. lib.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 1. In Reg-
no quando notarius de inſtrumentis rogatus
mortuus fuit, tenentur illius hæredes, vel ſuc-
ceſſores in notis, petere inſtrumentorum ſa-
laria intra decem annos à die obitus notarii
computandos, elapſo enim decennio præſ-
cripta remanet actio ad ſalaria petenda, *for.*
95. *fol.* 14. *curiar. anni* 1585. ibi : *Item, que en*
*los ſalaris dels actes extrajudicials correga præſ-*
*cripciò de cinch anys, comenſant à contarſe del*
*dia de la mort dels Notaris rebedors dels dits*
*actes, paſſat lo qual temps, los dits ſalaris nos*
*puixen demanar. Plau à ſa Mageſtat ab que lo*
*temps ſia de deu anys.* Si vero Notarius ipſe
34 receptor vivat, tenetur intra quinque annos
inſtrumentorum ſalaria petere, ne ei obſtet
præſcriptio juxta *for.* 44. *rubr. de Notariis*, ibi:
*Que los Notaris de la voſtra Ciutat, y Regne de*
*Valencia, que rebran alguns actes, è contra-*
*ctes, ſe faſſen pagar dels ſalaris de aquells dins*
*cinch anys apres que ſeràn rebuts, aliàs paſſats*
*aquells, ſien viſts eſſer pagats dels dits ſalaris, è*
*no puixen mes demanar aquells, ans los ſia tota*
*audiencia negada.* Quod ego judico admitti
non poſſe abſolutè, ſed quoad perſonas tan-
tum brachii Eccleſiaſtici, nam cum forus iſte
editus fuerit, rogāte ſolum Eccleſiaſtico bra-
chio, & aliis Regni brachiis proteſtantibus,
non ſe extendet illius diſpoſitio ad alias per-
ſonas, quam Eccleſiaſticas, ac proinde ha-
bebunt præſcriptionem foralem quinquen-
nalem ſupradictam Eccleſiaſtici, non verò
milites, & perſonæ brachii regalis, imò
contra has perſonas notarius ipſe receptor
poterit actionem intentare pro inſtrumento-
rum ſalario intra triginta annos computan-
dos à die inſtrumenti conſcripti, quia in *for.*
95. *curiar. anni* 1585. nihil diſponitur de
præſcriptione inducenda contra notarium
receptorem viventem, ſed contra hæredes,
& ſucceſſores prædefuncti notarii, & in nul-
lo alio foro circumſcribitur tempus notario
viventi ad ſalaria petenda, propter quod re-
manet caſus iſte ſub diſpoſitione juris com-
munis, juxta quam poteſt notarius, prout vi-
diſti, petere inſtrumentorum ſalaria intra tri-
ginta annos. Neque diſpoſitio dicti *for.* 95.
*curiar. anni* 1585. extendenda eſt de caſu
præſcriptionis contra ſucceſſores de quo lo-
quitur, ad caſum ipſius Notarii viventis, de
quo non loquitur, nam eſt correctoria juris
communis, & odioſa, & non venit exten-
denda de caſu ad caſum, etiam ſi eadem, aut
major concurreret ratio, ut tradidi in prælu-
dio, *n.* 26. & 27. Neque diſpoſitio dicti
*for.* 44. *rubr. de Notariis*, poteſt extendi ad
alias perſonas, quia etiam eſt ſtatutum corre-
ctorium, & odioſum contra juris commu-
nis diſpoſitiones ſtabilitum, & non venit ex-
tendendum, etiam ex identitate, aut majo-
ritate rationis de perſonis Eccleſiaſticis cō-
prehenſis in illo, ad alias perſonas, ut tradi-
di in præludio, *n.* 27. & 94.

Sed ſolent notarii dicere in noſtra praxi 35
præſcriptionem iſtam ſtatutariam, vel per jus
commune inductam, ſolum habere poſſe lo-
cum, quando ipſi petunt inſtrumentorum ſa-
laria, vel eorum ſucceſſores, agendo contra
obligatos ad præſtationem ſalarii, non ita
procedere poſſe dicunt, quando indigentes
inſtrumentis petunt illa, & notarius exci-
piendo dicit, non alitèr inſtrumentum ſe da-
turum, niſi ſolutus fuerit de ſalario non ſolu-
to, nam in hoc caſu contendere volunt, non
habere locum præſcriptionis metas, ea vide-
licet ratione, quod temporalia ad agendum,
ſunt perpetua ad excipiendum, *l. pure*, §. *final.*
*ff. de doli exceptione, l.* 4. *Cod. qui admitti, l.*
*licet, Cod. de exceptionib.* Surd. *deciſ.* 277.
*n.* 27. Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 2.
*n.* 6. Pereyra *in l. ſi curatorem, verb. infra,*
*n.* 15. *Cod. de in integrum reſtitut.* Gutier.
*practic. lib.* 1. *quæſt.* 96. *n.* 3. Gratian. *de-*
*ciſ.* 151. *n.* 12. Seſſe *de inhibitionib. cap.* 2.
§. 5. *n.* 22. Barboſ. *axiom.* 28. Fermoſin.
*ad text. in cap. illud* 8. *de præſcriptionib. quæſt.*
4. *num.* 4. Et Senatus noſter ſententia per


Al-

Alreus, *die* 14. *Julii* 1615. inter Jacobum
Acacium Ingles, & Onufrium Verdejo
declaravit poſſe nullitates contra ſententiam
deduci excipiendo, etiam elapſis triginta an-
nis circumſcriptis, ad opponendas contra
ſententias nullitates, & in puntualibus ter-
minis hanc ſententiam favore notariorum
tuetur, Theſaur. *d. lib.*2.*quæſt.*17.*num.*3.ubi
ita refert fuiſſe deciſum. Sed ego contrarium
36 judico tenendum, & defendendum, & elap-
ſo præſcriptionis tempore, notarios neque
agendo neque excipiendo poſſe conſequi in-
ſtrumentorum ſalaria. Ratio eſt evidens, quia
quãdo exceptio naſcitur ex ipſo jure agendi,
hoc eſt quando competit exceptio ex eo ſo-
lum quod competit jus agendi, & ſic reſpicit
actionem, ſublata actione, tollitur etiam ex-
ceptio, & ſicut temporalis eſt actio, ita &
exceptio, *l. Papinianus*, §. *filius*, *ff. de inof-
ficio. teſtam.* Barthol. *in l. pactum*, *Cod. de ex-
ceptionib.* & *in l.* 2. *n.* 3. *ff. de except.* Paul.
Alexand. & Jaſſon. *in l. nam poſtea*, §. *ſi mi-
nor*, *ff. de jure jurand.* Felin. *in cap. ſi autem*,
*n.* 5. *de reſcript.* Covarrub. *practicar. cap.*
25. *num.* 4. Gutierr. *de juram. confirmator.*
*lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 22. & 23. Anton. Gomez
*variar. tom.* 1. *cap.* 11. *n.* 20. Oſvald. ad
Donel. *lib.* 19. *comment. cap.* 6. Carleval. *de
judic. tom.* 2. *diſput.* 16. *n.* 9. & 17. Seſsè
*de inhibitionib. cap.* 2. §. 5. *n.* 23. Fermoſin.
*ad text. in dict. cap. illud* 8. *de præſcriptionib.
quæſt.* 4. *n.* 5. & 6. Ergo cum exceptio illa
oriatur ex ipſo jure agendi, & petendi ſala-
rium, non eſt perpetua, ſed temporalis, &
extincta per præſcriptionem actione, etiam
erit extincta exceptio, ut amplius poſt præſ-
criptionis terminum nequeat opponi. Et hæc
opinio canoniſata invenitur à noſtro graviſ-
ſimo Senatu, qui judicavit, præſcriptionis
elapſo tempore, non poſſe notarium excipiẽ-
do inſtrumentorum ſalaria exigere, ſententia
per Caſes, *die* 29. *Julii* 1622. in favorem
Domnæ Hieronymæ Caſtellvi, & de Pallàs,
& contra Vincentiam Serra, & de Balleſter.
Hæc quæ tradidi de ſalariorũ præſcriptione
37 non poſſunt habere locum, nec admitti in
ſalariis proceſſuum, & inſtrumentorum
judicialium, nam cum fori præſcriptionẽ in-
ducentes ſolum loquantur de inſtrumentis
extrajudicialibus, & ſint, prout jam diximus,
contra juris communis diſpoſitiones, non
ſunt extendendi ad diverſum caſum, etiam ſi
identitas, aut majoritas rationis concurre-
ret, ut etiam dixi, & per conſequens ſcribæ
cauſarum, & notarii proceſſuum poterũt pe-
tere mercedes, & ſalaria proceſſuum, & in-
ſtrumentorũ judicialiũ intra triginta annos,
ut in terminis docet Theſaur. *d. q.* 27. *n.* 5. & 6.
38 Salaria advocatorum, procuratorum, &
adminiſtratorum ſatis privilegiata reperiun-
tur in jure, nam eandem tacitam hypothe-
cam, & privilegia inter omnes creditores
habent, quam habent fiſcus, & dos, Gratian.
*diſcept.* 257. *n.* 17. Amato *reſolut.* 3. *n.* 10.
Larrea *allegat.* 105. *n.* 3. Salgad. *in laby-
rint. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 18. noſter Iranzo *in
prax. proteſtat. cap.* 34. *n.* 26. & 27. Zachias
*de ſalario*, *quæſt.* 99. *n.* 10. Pacion. *de locat.
& conduct. cap.* 41. *n.* 18. Carol. Anton. de
Luca *d. cap.* 257. *n.* 12. Et privilegium pro
ſalarii credito competens concurrit cum pri-
vilegio impenſarum ex cauſa funeris, Za-
chias *dict. quæſt.* 99. *n.* 10. Fenſon. *ad ſtatut.
Urbis*, *deciſ.* 70. Pacion. *de locat. & conduct. d.
cap.* 41. *n.* 29. D. Creſpì *obſervat.* 31. *n.* 2.
Carol. Anton. de Luca *ubi proxim. n.* 15.
Et quemadmodum impendentes in conſerva-
tionem alicujus rei, adquirunt in illa re pro
impenſis factis hypothecam, & in illius pre-
tio cæteris præferuntur creditoribus anterio-
rem, & expreſſam hypothecam habentibus,
*l. interdum*, *ff. qui potiores*, San Felicius *deciſ.*
113. *n.* 4. cum aliis à me adduct. *in cap.* 20.
*n.* 13. Ita advocati, procuratores, & ad-
miniſtratores in rebus procuratis, patrocina-
tis, adminiſtratis, conſervatis, aut adquiſitis
ſuis cura, & ſolicitudine, habent pro ſuis ſa-
lariis, tacitam hypothecam cum prælatione
cujuſlibet creditoris anterioris expreſſam
hypothecam habentis, argum. text. *in d. l. in-
terdum.* Docent Ripa *in l.* 1. *n.* 3. *ff. in qui-
bus cauſis pignus*, Marta Medic. *deciſ. ſenenſ.*
19. *n.* 17. Gratian. *diſceptat.* 57. *n.* 41. &
*diſceptat.* 257. *n.* 17. Flores de Mena *var.
lib.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 70. Rodriguez *de privileg.
creditor. part.* 1. *artic.* 3. *n.* 59. Carleval. *de
judiciis*, *tom.* 2. *diſput.* 32. *n.* 4. Gayto *de
credito*, *cap.* 4. *in apendice*, *n.* 123. Salgad.
*in labyrint. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 15. Amato *reſo-
lut.* 3. *n.* 11. & 12. Xammar. *de offic. ad-
vocati*, *part.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 49. Merlin. *de pig-
norib. lib.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 31. Zachias *de ſala-
rio*, *d. quæſt.* 99. *n.* 10. & 19. Pacion. *de lo-
cat. & conduct. dict. cap.* 41. *n.* 16. *cum ſeqq.*
Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad
Gratian. *d. cap.* 257. *n.* 11. *cum ſequent.* Et ſi
cupis ſcire, quam prælationem, & hypothe-
cã habeant hæc, & alia ſalaria, vide Larream
*deciſ.* 85. Salgad. *ubi proxim.* Antonel. *de
tempore legal. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 29. Duran.
*deciſ.* 53. *n.* 8. Zachias *d. quæſt.* 99. Silva
*de ſalariis famil. quæſt.* 52. Carpzov. *in juriſ-
prud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 28. *definit.* 24. *cum
ſequent.* Cardinal. de Luca *de credit. diſcurſ.*
17. *n.* 4. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 30.
*n.* 33. Caſtejon *in alphabet. verb. ſalarium*,
*n.* 11. Solum libet advertere, quod famu-
li non habent hypothecam tacitam pro ſuis
ſalariis, D. Creſpì *obſervat.* 31. *num.* 6. *cum
ſequentib.* Et judicavit Senatus ſententia per
Da-



Daza, *die* 30. *Martii* 1613. inter Joſephum
Creſpo, & Bernardum Eſcuder; ſed licet
hypothecam non habeant, prælationem pro
ſalariis habent, Felician. *de cenſib. in apendic.
lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 10. Carleval. *de judiciis*,
*tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 30. *n.* 12. & 13.
Silva *de ſalario*, *quæſt.* 52. D. Creſpì *d. obſer-
vat.* 31. *n.* 6. Quia creditum pro ſalario fa-
muli, aut famulæ, vel cujuſlibet ſervitoris,
eſt privilegiatum, ut Senatus dixit ſententia
per Daza, *die* 30. *Martii* 1637. inter Vin-
centium Pellizer, & Michaelem Garcia, &
alia per Alreus, *die* 4. *Martii* 1637. inter Ca-
tarinam Hernandis, & Margaritam Peris, &
hæredem Don Hyacinti Aguilar, & pro cre-
dito iſto privilegiato ſalarii, præfertur famu-
lus creditoribus hypothecariis, ut judicavit
Senatus ſententia per Dehona, *die* 3. *Auguſti*
1593. inter creditores Don Petri Galceran-
di de Borja Magiſtri Monteſiæ.
El Curador, ò Adminiſtrador que quiere
„ tener ſeñalado ſalario cõpetente para ſi, y 39
„ para el Abogado, y Procurador de la ad-
„ miniſtracion, en el principio de ſu admi-
„ niſtracion comparece ante el Juez ordina-
„ rio del lugar en donde adminiſtra, y pro-
„ pone ſu eſcritura, narrando las convenien-
„ cias, y rentas de el menor, ò de la admi-
„ niſtracion, los trabajos que ha de ſoſtener
„ en adminiſtrar, la neceſsidad que ay de te-
„ ner Abogado, y Procurador aſalariados, ò
„ porque ay pleitos en la adminiſtracion, ò
„ por otra cauſa, y pedir ſe reciba ſumaria
„ informacion de teſtigos, y que en viſta de
„ la prueva ſe tachen ſalarios para el Tutor
„ en T. cantidad; para el Abogado, y Procu-
„ rador en T. cantidad, proponiendo la eſcri-
„ tura, ò libelo, en eſta forma.

IHS F. T. tutor, y curador dels fills, y hereus del quondam S. T. propo-
ſant com millor pot, diu, que el dit F. T. en ſon ultim, darrer teſtament,
nomenà en tutor dels dits ſos fills al Propoſant, que acceptà la tutella, y
cura ab proteſtaciò de cobrar ſon ſalari, y el de Advocat, y Procurador; è
com lo patrimoni de dits menors importe pus de dotſe mil lliures, y lo tre-
ball que ha de ſoſtenir lo Propoſant en la adminiſtraciò ſobredita ſia molt
conſiderable, pues ultra el que ha de tindre en haver de cobrar les rentes
annues, es troben que cobrar de diferents perſones pus de 3000. lliur. que
li eſtaven devent al Pare de dits menors, y aixi mateix per haveri diferents
proceſſos, y pleyts en eſta adminiſtraciò, neceſsite preciſament de Advo-
cat, y Procurador, y lo menys que pareix ſe li deurà ſeñalar de ſalari al
Propoſant pera el primer any de la adminiſtraciò han de ſer 100. lliur. y
pera caſcu dels reſtaots anys à raho de 60. lliur. y al Advocat lo menys que
ſe li pot ſeñalar ſon 10. lliur. caſcun any, com tambe al Procudor 7. lliur.
10. ſous per caſcun any.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir li ſia rebuda una ſu-
maria informaciò de teſtimonis, à fi, y effecte de verificar, y provar lo de-
ſus dit, y conſtant per aquella de prædictis, aut ſaltim de neſſariis pari-
ter requir, li ſien taxades al Propoſant 100. lliur. per ſon ſalari de tutor, y
curador per lo primer any, y per caſcun any del demes à raho de 60. lliur.
y aixi mateix ſe taxe per lo ſalari de Advocat per caſcun any 10. lliur. y per
lo ſalari de Procurador 7. lliur. 10. ſous, y que les cantitats taxades ſe li
prenguen en conte al Propoſant en tot cas de reddiciò de contes, Per ſer
aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 29. *Martii* 1688.
*Recipiatur informatio.*
F. T. Aſſeſſor.

CAP.

# CAPUT XXIII.

## DE REMEDIO AD IMpugnanda decreta.

### SUMMARIUM.

1 *Remedium ordinarium in Regno ad impugnanda decreta eſt appellatio à die notitiæ.*

2 *Appellari poteſt à gravamine extrajudiciali, de jure canonico.*

3 *Decreta exequuntur cauſa cognita, teſtium informatione recepta, & ſententia lata.*

4 *Appellatio, ſi non invenitur prohibita, ſemper cenſetur permiſſa.*

5 *Appellatio non eſt remedium legitimum de jure civili ad impugnanda decreta, quia à decretis, vel actibus extrajudicialibus, non appellatur.*

6 *Appellatio eſt remedium opportunum, non ſolum ad impugnanda decreta, ſed declarationes ſuccedendi ab inteſtato, vel jure vinculi, & ſimilia.*

7 *Appellari non poteſt a tutoris, aut curatoris datione, ſed ſolum excuſatio proponi intra 50. dies. Et ſi de facto appelletur non producit effectum ſuſpenſivum.* 8. *Secùs ſi appelletur à ſententia excuſationem rejiciente.* 9.

10 *Appellatio ab actibus extrajudicialibus non producit effectum ſuſpenſivum. In Regno appellatio interpoſita à decretis, vel declarationibus ſuccedendi ab inteſtato, aut jure vinculi, effectum producit ſuſpenſivum.* 11.

12 *Appellare poſſunt gravati in electionibus officiorum. Et ſuſpendit electionis executionem, ſi interponatur ante adeptam poſſeſsionem officii, & præſtitum juramentum.* 13.

14 *Appellatio interpoſita à decreto ad alienandum, aut à declaratione ſuccedendi jure vinculi, ante executionem decreti, ſuſpendit alienationem fieri, aut quod hæres in poſſeſsionem mittatur.*

15 *Appellari debet a decreto infra decem dies a die notitiæ. Appellans non tenetur ignorantiam probare, ſed appellatus ſcientiam.* 16. *Scientia latæ ſententiæ non ſufficit, ſed probari debet quod ſcierit fuiſſe pro, aut contra.* 17.

18 *Decem dies ſupradicti non currunt, niſi à die apparatus veri, vel ficti, vel à die quo ſententiæ copiam potuit appellans habere.*

19 *Appellatio de jure debet interponi coram ipſo judice à quo, & non ſufficit quod coràm notario cauſæ interponatur. In noſtra praxi ſufficit quod coram notario appelletur, & quod ille Kalendarium ponat in ſcedula appellationis.* 20.

21 *Apoſtoli intra quod tempus debeant de jure peti. In Regno debent Apoſtoli dari intra quindecim dies.* 22.

23 *Appellantes in noſtra praxi non ſpectant Apoſtolos, ſed introducunt appellationis cauſam intra quindecim dies, & introductio habet vim Apoſtolorum.*

24 *Introductio appellationis habens vim Apoſtolorum, intra quod tempus debet intimari.*

25 *Appellationis cauſa remanet deſerta, ſi non introducatur, & intimetur introductio intra tempus a foro profixum.*

26 *Appellationis ſcedula coram judice à quo interpoſita, & ab illo proviſa, partiqua intimata, non erit neceſſe quod appellationis cauſa intra quindecim dies introducatur, ſed poterit intra annum introduci.*

27 *Decreta poterunt in Regno impugnari beneficio nullitatum interpoſito coram judice, qui decretum dedit.*

28 *Si ſimul appelletur, & nullitates opponantur reſpicientes rectum contra decretum, aut ſententiam, debet remitti ad judicem appellationis cognitio, & pronunciatio ſuper nullitatibus.*

29 *Decretum poteſt impugnari recurſu interpoſito.*

30 *Pro decreto ſemper præſumitur, ſed hæc præſumptio admittit probationem in contrarium, & falſa cauſa oſtenſa revocari debet, aut nullum declarari.*

31 *Decretum impugnanti incumbit onus probandi fuiſſe ex falſa cauſa interpoſitum.*

32 *Praxis, & libellus appellandi à decreto interpoſito.*

SI decreta facta reperiantur abſque juſta,
& legitima cauſa, vel cum falſa, aut erro- 1
nea cauſa, aut ſine debitis ſolemnitatibus, vel gravamen inferant alicui perſonæ, poterit perſona gravata impugnare decretum, interpoſita appellatione a die notitiæ, quod eſt remedium ordinarium in noſtra praxi ad hujuſmodi impugnanda decreta, ut docent D. Matheu *de regim. cap.* 11. *§ 6. n.* 9. 35 & 74. Et quod appellatio a die notitiæ ſit legitimum remedium ad impugnanda decreta, docent Barboſ. *vot.* 4. *a n.* 50. Salgad. *de*



*de reg. protect. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 122. Caſtejon *in alphabet. verb. appellatio, num.* 45. Licet enim decreta per uſum voluntariæ juriſdictionis expediantur, nemineque citato, & veluti extrajudicialiter, & agravaminibus extrajudicialibus contentis in hiis decretis, non videatur permiſſa provocatio, aut appellatio, ut docent Afflictis *deciſ.* 261. Maranta *de ordin. judicior.* 6. *part. tit. de ſentent. n.* 29. Salgad. *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 14. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 15. *n.*
2 148. Tamen in noſtra praxi emittitur appellatio à decretis proculdubio legitime meo videri, duplici ex cauſa. Primo quia de jure canonico appellari permittitur à quocumque gravamine extrajudiciali, licet ſecùs ſit de jure civili, *cap.* 1. *cap. computationi, de appellat. in* 6. *cap. bonæ memoriæ* 51. *de appellat. cap. cum ſit romana* 5. *de appellat.* ibi: *Quoniam Sacri Canones, etiam extrajudicium paſsim appellare permittunt.* Hoſtienſ. *in cap. ſuper eo, n.* 3. Joan. Andreas *n.* 2. Abbas *n.* 5. & Præpoſit. *n.* 6. Francus *in cap. bonæ* 51. *de appellat.* Balboa *in cap.* 1. *de appellat. à n.* 6. Pichard. *in manuduct. ad prax.* 4. *part. in prælud. n.* 16. & 17. Barboſ. *ad text. in cap. bonæ* 51. *de appellat.* Valenſis *in paratild. ad tit. de appellat. n.* 2. & 3. Fermoſin. *ad rubr. tit. de appellat. n.* 5. & 6. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 12. *definit.* 10. *n.* 6. Gonzal. Tell. *ad text. in dict. cap. cum ſit Romana, de appellationib.* Fagnan. *ad text. in cap. ſuper eo, el.* 2. *de appellationib. n.* 5. Quod apud nos eſt admiſſum, nam à quocumque gravamine, etiam extrajudiciali appellari licet, ut obſervat, D. Creſpì *obſervat.* 5. *n.* 286. *in fin.* Secundo quia in decreti expedi-
3 tione intervenit cauſæ cognitio, & recipitur ſummaria teſtium informatio, & fertur quaſi ſententia, Reynoſ. *obſervat.* 30. *n.* 6. Capon. *tom.* 2. *diſcept.* 114. *n.* 14. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 7. *definit.* 5. *n.* 7. & *conſtitut.* 11. *definit.* 28. *n.* 9. Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 49. Et hæc omnia non poſſunt conſiderari abſolutè extrajudicialia, ut non ineptè tentat, D. Matheu *dict. cap.* 11. §. 6. *n.* 74. Unde non poteſt conſiderari impermiſſa appellatio à
4 ſententia decreti, concurrentibus in interpoſitione decreti omnibus ſupra enarratis, præmaximè cum, juxta juris regulas, ſemper appellatio cenſetur permiſſa, dummodo expreſsè non reperiatur prohibita, *l. & majoribus,* 20. *Cod. de appellat.* Georgius Mund. *conſ.* 15. *n.* 177. *lib.* 1. Thomat. *deciſ. Maſſerat.* 3. *n.* 8. Xammar. *de offic. judicis, part.* 1. *quæſt.* 24. *n.* 142. Vermigliol. *conſ.* 277. *n.* 1. Paul. Meli *in obſervat. ad Caſtill. cap.* 27. *n.* 1. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 15. *n.* 13. & 14. Salgad. *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 29. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 55. Anton. ab Eccleſia *obſervat.* 11. *n.* 1. Valenzuel. *conſ.* 46. Caponi *diſceptat.* 261. *n.* 62. Caldinal. de Luca *de judic. diſcurſ.* 37. *n.* 2. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 18. Caſtejon *in alphabet. verb. appellatio, n.* 142. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 11. Et indubio ſemper appellatio judicari debet permiſſa, Thoro *vot.* 64. *n.* 6. & *vot.* 73. *n.* 21. Gratian. *deciſ.* 214. *n.* 9. ubi Scopa *in obſervat.* Fontanell. *deciſ.* 405. *n.* 17. & *deciſ.* 503. *n.* 16. Xammar *de offic. advocat. part.* 1. *q.* 18. *n.* 101. Cenſal. *deciſ. Lucenſ.* 35. *n.* 73. Thomat. *deciſ. Maſſerat.* 12. *in fin.* & *deciſ.* 57. *n.* 29. Larrea *allegat.* 109. *n.* 30. Pegas *d. cap.* 15. *numer.* 6. Leoncil. *deciſ. Ferrar.* 94. *n.* 5.

Rationibus adductis poteſt defendi praxis
noſtra appellandi à decretis, melius quam tra- 5
ditis à D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *n.* 74. tradit enim doctiſsimus vir appellationem eſſe competens remedium ad impugnanda decreta, & probat de jure civili, ex text. *in l. final. ff. de jure patron. l. quædam* 41. *ff. famil. erciſcund. l. ab executore, Cod. quorum appellat. non recipiant. l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minorib. l.* 4. *Cod. de munerib. patrimonial. lib.* 10. Sed fallitur, nam hæc jura non loquntur de appellationibus interpoſitis à decretis, aut facultatibus à judice datis per uſum voluntarie juriſdictionis, ſed à ſententiis latis in judiciis contentioſis cum citatione partis ſuſceptis, in quibus non hæſitatur appellationis remedium opportunum eſſe. Neque de jure civili poſſumus hoc admittere, cum à decretis hiis extrajudicialibus, & per juriſdictionem voluntariam expeditis non poſsit appellari, ut Docet Fagnan. *in d. cap. ſuper eo, el.* 2. *de appellation. num.* 5. Neque Gratian. & Salgad. a D. Matheu adducti in locis ab eo citatis probant, quod appellatio ſit competens remedium de jure civili ad impugnanda decreta. Petrus Gregor. etiam à doctiſsimo viro adductus ſolum dicit quod à decreto injuſtè interpoſito poteſt provocari, ſed non probat, quod de jure civili poſſit hoc fieri.

Appellatur in Regno, & legitimè provo-
catur in noſtra praxi à die notitiæ, non ſolum 6
à decretis ad alienandum, locandum, vel reparandum minorum bona, majoratus, Eccleſiæ, aut univerſitatis expeditis, vel ad confirmandas tranſactiones, ad ſalaria taxanda tutoribus, vel adminiſtratoribus, & alimenta eiſdem minoribus aſsignanda, ſed etiam à cæteris pronuntiationibus per uſum voluntariæ juriſdictionis elargitis, ut à declarationibus ſuccedendi ab inteſtato, aut jure vinculi, vel majoratus, D. Matheu *d. cap.* 11. §. 6. *n.* 9.

Et

Et quod appellari poſsit à die notitiæ à declaratione ſucceſsionis ab inteſtato, judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 12. *Octobris* 1632. inter Franciſcum Paulum Pancrudo, & Mariam Annam Baro. Solum imper-
7 mittitur appellare à decretatione, & datione tutoris, & curatoris, nam etſi per uſum voluntariæ juriſdictionis hujuſmodi decreta dentur, non poteſt legitimè appellari à decreto dationis tutellæ, ſed ſolum excuſatio proponi poteſt intra quinquaquinta dies, *l.* 1. §. *ſi quis tutor, ff. quando appellandum ſit, l.* 1. §. 1. *l. ita autem* 5. §. *final. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſcire opportet* 33. §. 1. & 2. *l. quinquaginta* 38. *ff. de excuſat. l. tutor licet abſenſ.* 19. *Cod. de adminiſtrat. tutor*, §. *qui autem*, 16. *inſtitut. de excuſat. tutor. for.* 27. *rubr. de teſtamentar. tutel.* Gutierr. *de tutel. part.* 1. *cap.* 21. *n.* 33. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 70. Anton. Faber. *in Cod. lib.* 7. *tit.* 29. *definit.* 1. Ripoll. *ad prax.* Peguer. *rubr.* 2. *n.* 18, Salgad. *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 24. Quod procedet non ſolum quando ipſe tutor datus à datione tutellæ appellaverit, ſed etiam ſi tertius appellet, D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 151. D. Matheu *d. cap.* 11. §. 6. *n.* 25.
8 Et ſi de facto appelletur à decreto tutellæ datæ, vel educationis deſignatæ, non ſuſpendet appellatio decreti effectus, *d. l.* 1. §. *ſi quis tutor, ff. quando appellandum*, D. Leon *d. deciſ.* 151. Gutierr. *practic. lib.* 1. *quæſt.* 106. Amaya *in l. nominationum, Cod. de decurionib. num.* 7. Valeron *de tranſactionib. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 81. *cum ſequent.* Pegas *reſolut. forenſ. cap.*
9 15. *n.* 114. Excuſatione autem interpoſita à tutore, ſi pronuntietur reiiciendo illam, rectè appellabitur à pronuntiatione rejectionis, *l.* 1. §. 1. *ff. quando appellandum ſit, l. tutores* 18. *Cod. de excuſat. l.* 4. *ff. eod.* D. Matheu *dict. cap.* 11. §. 6. *n.* 20.

10 In dubium poteſt verti an appellatio à decreto interpoſita, vel à qualibet pronuntiatione per uſum voluntariæ juriſdictionis expedita, ſuſpendat effectum decreti, aut pronuntiationis; videtur enim ſuſpendere non poſſe, quia decreta procuidubio extrajudicialiter expediuntur, ut multoties dixi, & acutè probat Salgad. *de Regia protect. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 1. *cum ſequent.* Et in actibus extrajudicialibus, non producit effectum ſuſpenſivum interpoſita appellatio, *juxta gloſſ. communitèr receptam, in cap. non ſolum, de appellationib. in* 6. Abbas *in cap. cum nobis, col.* 5. *de elect.* Francus *in cap. bonæ, col.* 5. *de appellat.* Rota *deciſ.* 34. *alias* 344. *de appellat. in novis*, Guido Pap. *conſ.* 138. Veſtrius *in prax. lib.* 8. *cap. penultim. ut lite pendent.* Miiis *in reportor. verb. attentata poſt appellat. fol.* 3. Covarrub. *practic. quæſt.* 24. *n.* 5. Rebuf. *in tract. nomination. quæſt.* 17. *n.* 28. Lancellot. *de attentat.* 2. *part. cap.* 12. Graſſus *tom.* 1. *com. opinion. lib.* 7. *tit.* 21. *n.* 195. Barboſ. *in collectan. ad text. in cap. non ſolum* 7. *n.* 13. *de appellat. in* 6. Salgad. *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 13. Emmanuel Barboſ. *ad ordinat. lucit. lib.* 3. *tit.* 78. *n.* 1. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 15. *n.* 209. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 9. *in adnotat.* Valenſis *in paratild. ad rubric. tit. de appellat. n.* 3. Fermoſin. *ad eandem rubric. n.* 7. Caponi *tom.* 4. *diſceptat.* 261. *n.* 11. & 12. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. conſideravimus* 10. *de elect. n.* 6. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 38. Don Petrus Fraſo *de patron. Regio Indiar. part.* 1. *cap.* 31. *a n.* 32. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 1. Con-
trarium tamen judico tenendum, & practi- 11
candum in Regno ubi appellationes iſtæ effectum producunt ſuſpenſivum, ut docet D. Matheu *d. cap.* 11. §. 6. *n.* 74. & 77. & ex Cancer, D. Creſpi *obſervat.* 5. *n.* 286. *in fin.* Et quotidiè experimur in praxi effectus declarationum, & decretorum ſuſpenſos remanere per appellationis interpoſitionem, quia interpoſita appellatione à die notitiæ aditur ſuperior, ante quem introducitur appellationis cauſa, à quo impetratur præceptum inibitivum, ad hoc ut inferior ad ulteriora procedere non poſsit, ut docet D. Matheu *d.* §. 6. *n.* 37. quod non ſine magna juris ratione admiſſum extat, nam licet appellatio ab actibus extrajudicialibus interpoſita, non ſuſpendat, ut diximus, & probavimus, pronuntiationes iſtæ non ſunt omnino actus extrajudiciales, nam tam ad obtinenda decreta, quam ad declarationes ſuccedendi expediendas, aditur judex, & coram illo proponitur libellus, teſtes & inſtrumēta produci ſolent, & intervenit cognitio cauſæ, & hæc non expediuntur ſine juriſdictionis uſu, ut conſiderat, D. Matheu *dict.* §. 6. *n.* 34. & 74. Unde cum hæc cauſæ cognitio, & procedendi forma per juriſdictionis uſum aliquid operari debeat, ut conſiderat Marcus Angel. Leone *in præparat. juris, part.* 1. *præparat.* 5. *n.* 95. Et nequeant pronuntiationes iſtæ haberi pro actibus merè extrajudicialibus, tenendum eſt appellationes interpoſitas à prædictis pronuntiationibus producere ſuſpenſivum effectum, nam regularitèr per appellationem, à quacumque pronuntiatione interpoſitam, ſuſpenditur declarationis virtus, *l.* 1. §. *final. ff. ad S. C. Tertylian. l.* 2. §. *final. ff. de pœnis, l. elegantèr*, §. *quid ergo, ff. de condict. indebiti, l. ſi fidejuſſor, Cod. de fidejuſſorib. cap. venientes, de iure iurand.* Amaya *lib.* 2. *obſervat. cap.* 15. *n.* 2. Giurb. *deciſ.* 19. *n.* 2. Themut. *deciſ.* 302. *num.* 1. Valeron *de tranſactionib. tit.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 2. Fermoſin. *ad rubric. de ſequæſtrat. poſſeſſ. n.* 1. & 2.

Fe-



Felician. de Oliva *de foro Ecclеſ. part.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 13. & 14.

12 Confirmatur doctrina à nobis tradita ex eo, quod gravati in electionibus officiorum extrajudicialiter factis, poſſunt appellare ab electione, *l.* 2. *Cod. de decurionib. lib.* 10. *l. is qui, Cod. de appellat. cap. conſideravimus, cap. cum inter, cap. cum olim, de electione, cap.* 1. *cap. circa, cap. quamvis, cap. ſi poſtquam* 33. *de electione, cap.* 1. *de appellat.* Ruginell. *de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *n.* 19. Scacc. *de appellat. quæſt.* 10. *limitat.* 33. *n.* 2. Julius Lavor. *de electione, cap.* 19. *n.* 120. Salgad. *de protect. Reg. part.* 3. *cap.* 8. *de retent. bullar.* 3. *part. cap.* 8. Hieronym. Garcia *in politic. regular. tom.* 2. *difficultad.* 6. *tract.* 9. *dubit.* 3. Fragoſ. *de regim. Chriſtian. Reipublic. part.* 1. *lib.* 8. *diſput.* 24. §. 1. Rovit. *in pragmat. Regn. Neapolit. fol.* 21. Barboſ. *vot.* 33. *à n.* 46. & *vot.* 97. *à n.* 104. Pyrrhus Corrad. *in prax. beneficior. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 16. Dom. Matheu *de regim. cap.* 4. §. 9. *num.* 14. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. cum olim, de elect. num.* 8. *cum ſequent.* Fagnan. *in cap. conſtitutus, el.* 2. *de appellat. num.* 1. & 17. Cardinal. de Luca *de judiciis, diſcurſ.* 37. *num.* 53. Caſtejon *in alphabet. verb. appellatio, n.* 97. Et quod appellari poſsit à nominatione, vel electione ad officium facta declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 11. *Januarii* 1621. inter Syndicum oppidi de Picaña, & Hieronymum Garcia. Et quod ſit admiſsibile appellationis remedium ab electione officialium, declaravit Senatus ſententia per Berbegal. *die* 29. *Auguſti* 1608. inter Gaſparem Pardo, & Joannem Paſtor. Et tamen ſi ap-
13 pellatio interpoſita fuerit ante adeptam officii poſſeſsionem, & præſtitum juramentum, ſuſpenditur electionis executio, & inhiberi debet electus ab officii exercitio: ſi vero adepta officii poſſeſsione, & juramento præſtito appellatum fuerit, non ſuſpenditur electionis executio, neque inhiberi debet exercitium officii, *l. imperatores* 13. §. *final. ff. de decurionib.* Lancel. *de attentat.* 2. *part. cap.* 12. *de attentat. appellat. pendente, limitat.* 5. Bobadill. *in ſua politic. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 17. & 57. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 1. *num.* 98. Maſtrill. *de magiſtratib. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 44. Berart *in ſpecul. viſitat. cap.* 7. *n.* 10. Hieronym. Garcia *in politic. dict. tom.* 2. *tractat.* 9. *difficultat.* 6. *dubitat.* 3. *n.* 5. Dom. Matheu *de regim. dict. cap.* 4. §. 9. *num.* 15. 16. & 17.
14 Ex eadem ratione ſi à decretis, aut declarationibus, aliiſve proviſionibus per uſum voluntariæ juriſdictionis factis, appelletur antea quam in executionem decretorum alienationes factæ fuerint, aut in executionem declarationum ſuccedendi ab inteſtato, aut jure vinculi, immiſſus fuerit hæres in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum; ſuſpendi debent effectus decretorum, aut declarationum, & illorum miniſterio nihil poterit exequi. Si vero poſt alienationem, vel adeptam poſſeſsionem appellatum fuerit, non debent effectus ſuſpendi decreti, ſed appellatione non obſtante poterit declaratus hæres poſſeſsione ſua uti, & emptor re empta, quia nihil faciunt contra appellationem, ut inducantur attentata, *cap. cum nobis, de electione*, ubi Abbas *num.* 7. Valenzuela *conſ.* 76. *num.* 25. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. conſideravimus* 10. *de electione, num.* 6. Videndus Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *n.* 104.

Docuerunt multi hujuſmodi decreta nun- 15
quam in rem judicatam tranſire, poſſeque retractari alienationem ſubſecutam quandocumque ab eodem judice, ſive illius ſucceſſore, per text. *in l. quamvis, ff. de rebus eorum*, Menoch. *de arbitrar. caſu* 171. *n.* 25. Bertazold. *conſ.* 12. *n.* 37. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *n.* 76. Sed certius eſt, quod appellatio à decretis debet infra decem dies interponi, ex regul. text. *in authent. hodie, C. de appellat. novella* 23. *de appellat. & intra quæ tempor.* §. 1. *cap. conſertationi de appellat. in* 6. *cap. cum dilecto, de electione, cap. ſignificaverunt, de teſtib. for.* 2. *rubr. ut lite pendente, for.* 3. *rub. de appellat. for.* 4. & 7. *rubr. de execut. rei judicat.* Bene verum eſt, quod dies non erunt computandi, à die factæ declarationis, vel interpoſiti decreti, ſed à die quo notitiam habuerit appellans decreti, aut declarationis à quibus appellat, *cap. conſertationi, de appellat. in* 6. *dict. for.* 3. *de appellat.* D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 142. *per tot.* Scacc. *de appellationib. quæſt.* 12. *n.* 7. *cum ſequent.* & *quæſt.* 52. *n.* 13. Rebuf. *de appellat. in præfat. n.* 6. & *artic.* 1. *gloſſ.* 1. *ſub n.* 3. *tom.* 2. Pereyra *deciſ.* 61. Antonell. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 23. D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *n.* 9. Paul. Meli *poſt obſervat. ad Caſtill. deciſ.* 120. *n.* 11. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 15. *n.* 219. Cardinal. de Luca *de judiciis diſcurſ.* 37. *n.* 15. Decreti, aut declarationis ſcientia, debet eſſe certa, & ſpecifica, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 12. *Octobris* 1632. Inter Franciſcum Paulum Pancrudo, & Mariam Annam Barò. Neque tene-
tur appellans ignorantiam probare, ſed ſuffi- 16
cit quod in appellatione dicat, decreti, aut ſententiæ non habuiſſe notitiam ut cenſeatur infra legitima tempora appellaſſe, ut docent Francus *in cap. bonæ memoriæ, n.* 20. *de appellat.* Rota *diverſor. deciſ.* 55. *n.* 3. *part.* 1. Marcheſan. *de commiſsionib. part.* 1. *de comiſ. appellationis cap.* 28. *n.* 64. Scacc. *de appellat. quæſt.* 12. *n.* 24. Et ſi prætendat appel-

la-

latus interpoſitam fuiſſe appellationẽ, elap-
ſis decem diebus à die notitiæ habitæ,ipſi in-
cumbet onus probandi habuiſſe appellãtem
notitiam, quia præſumitur ignorantia, ubi
ſcientia non probatur, l. verius ff. de probat. c.
præſumitur 47. de regul. jur. in 6. gloſſ. in l.
1. C. ad S. C. Macedon. & in l. ſi tutor peti-
tus, C. de pericul. tutor.

Non ſufficit probare appellantem habuiſ-
17 ſe ſcientiã expediti decreti,vel ſentẽtiæ latæ,
aut declarationis factæ,utintret curſus ſupra-
dictus decẽ dierũ, ſed requiritur etiam quod
ſciat quo modo fuerit lata ſententia, an pro,
vel contra,Felin. in cap. quoad conſultationem
15. n. 22. & 32. de re judic. Maranta in ſuo
ſpecul.part.6.act.2.princip.in verbo,& quando-
que appellatur,quæſt. 3. principal. verſ.limita,
n. 215. Nata conſ. 51. n. 1. lib. 1. & conſ.
348. n. 1. & 2. lib. 2. Scacc. de appellat. quæſt.
12. n. 7. Coſta de facti ſcientia vel ignoran-
tia, inſpect. 63. n. 10. cum ſequent. & inſ-
pect. 76. Farinac. fragment. crim. part. 2. lib. 1.
18 n. 233. Et amplius tradunt DD. nempè,
quod hujuſmodi decem dies non currunt,ni-
ſi à die quo potuit appellans copiam habere
ſententiæ,ut illius tenorem videre potuiſſet,
aut à die aſsignationis copiæ,Francus in cap.
ex ratione 8. n. 2. de appellat. Urſill. ad
Afflict. deciſ. 544. n. 2. D. Leon dic. deciſ.
142. n. 8. Scacc. de appellat. dic. quæſt. 12.
n. 7. Et Senatus noſter deciſum habet, non
currere decem dies ad appellandum igno-
rantibus proviſiones,& ſententias, cum qui-
bus lis agitata non fuit, niſi à die apparatus
veri, aut traditæ copiæ ſententiæ, aut à die
notificationis aparatus ficti ut refert,D.Leon
dic. deciſ. 142. n. 14. & 15.

19 Tenetur appellans de jure appellationem
interponere coràm ipſo judice à quo, & ab
illo provideri debet, l. 1. §. 10. ff. quando ap-
pellandum ſit, cap. viduum 29. 2. quæſt. 6. cap.
ut debitus honor 59. de appellationib. ibi: Cum
autem ex rationabili cauſa putaverit appellan-
dum, coràm eodem Judice cauſa probabili ap-
pellationis expoſita,&c. Clement. 1. de appellat.
ibi: Liceat coram ipſis, vel majori parte ipſo-
rum appellare. Francus, in cap. ſi juſſus, col. 4.
de appellat. Bald. in l. apertiſsimi, col. 1. C. de
judiciis. Speculator tit. de appellat. §. nunc di-
camus, n. 10. lib. 2. fol. 194. Marant. de ordin.
judicior. 6. part. tit. de appellat. n. 121. cum
ſequentib. Lancellot. de attentat. cap. 12. am-
pliat. 5. n. 2. & 3. & limitat. 50. num. 7.
& n. 184. Scacc. de appellat. quæſt. 4. art.
5. n. 38. & quæſt. 6. num. 1. Mandoſius
in addit. ad Lupum allegat. 38. Farinac. de-
ciſ. 594. n. 2. part. 2. recentiſsimar. Balboa
ad text. in dict. cap. ut debitus honor, num. 37.
Veſtrius in prax. lib. 7. cap. 3. n. 27. ubi Gra-
vat. in addit. n. 57. Capel. Toloſan. deciſ.
428. Paz in prax. 6. part. tom. 1. in procemio,
n. 53. Gutierr. pract. lib. 1. quæſt. 101. Bar-
bol. ad text. in d. cap. ut debitus honor, n. 5.
Coccin. deciſ. 234. n. 3. & deciſ. 396. n.
3. Fermoſin. ad text. in cap. ſugeſtum 15. de
appellat. quæſt. 1. n. 1. & 2. Ridolphin. in
prax. judiciar. part. 1. cap. 3. n. 132. Adeo
quod non ſufficit appellationem producere
in Judicis Tribunali, ſine præſentia Judicis,
Scacc. de appellat. dict. quæſt. 6. n. 4. Bar-
boſ. ubi proxim. Fermoſin. d. quæſt. 1. n. 13.
Et multo minus appellari poterit coram no-
tario, aut actuario cauſæ abſque Judicis præ-
ſentia,& proviſione. Imò ſi appellatio coram
notario cauſæ interponatur nullius momenti
eſt,ut Docent Veſtrius in prax. cap. 3. n. 27.
& 57. lib. 7. D. Leon tom. 3. deciſ. 35. n. 7.
Cavaler. deciſ. 495. n. 2. Ferrentil. ad Bu-
rat. deciſ. 202. n. 5. Ridolphin. d. cap. 13.
n. 133. Sperel. deciſ. 160. num. 58. In no-
ſtra verò praxi à ſententiis latis in curiis ge-
rẽtis Vices Generalis Gubernatoris,& Juſti-
tiarum, & aliorum Judicum inferiorum ap- 20
pellatur coram actuario cauſæ, & ſolum
ab illo adnotatur appellatio, ponendo in ap-
pellationis ſcedula Kalendarium, & ita in-
terpoſita, legitima judicatur abſque neceſsi-
tate tradendi appellationis ſcedulam ipſi Ju-
dici, ut ab eo adnotetur, ut de praxi teſtan-
tur, D. Leon dict. tom. 3. deciſ. 35. n. 8. D.
Matheu de regim. cap. 12. §. 2. n. 17. & 18.
Et ita de conſuetudine fieri, tradunt Scacc.
de appellat. quæſt. 6. n. 40. Maſeratenſ. va-
riar. lib. 2. reſolut. 32. n. 15. Et quod appel-
latio cum ſola adnotatione actuarii legitimè
interponatur in Regno, licet judici oſtenſa
non fuerit, declaravit Senatus ſententia per
Alreus, die 23. Auguſti 1627. inter Jacobum,
Ramon,& Alfonſum Gaytan. Deficiente au-
tem Kalendarii appoſitione in ſcedula ap-
pellationis intra legitimum tempus, deſerta
remanet cauſa, etiam ſi introducta fuerit ap-
pellatio intra tempus à foro præſcriptum, ut
Senatus dixit ſententia per Alreus, die 30. Ap-
prilis 1627. inter Catharinam Minguez, &
Bartholomeum Llinares, confirmata in alia
aula, ſententia per eundem, die 4. Septembris
ejuſdem anni.

Interpoſita appellatione tenebatur appel- 21
lans, de jure antiquo, petere, & recipere
Apoſtolos à judice à quo intra quinque dies,
Paul. lib. 5. ſententiar. tit. 34. cap. ab eo 24. 2.
quæſt. 6. Briſon. lib. 1. ſelectar. cap. 19. Cuja-
cius lib. 24. obſervat. cap. 29. Petrus Gregor.
ſintagmat. juris, lib. 7. cap. 7. n. 11. & lib.
50. cap. 2. n. 28. Pichard. in manuduction.
ad praxim. par. 4. §. 9. n. 6. Valenſis in pa-
ratill. ad tit. de appellat. §. 9. n. 42. D. Ma-
theu de regim. cap. 12. §. 2. n. 15. Fermo-
ſin. ad rubr. tit. de appellat. quæſt. 5. n. 42.
Gon-



Gonzalez Tellez ad text. in cap. cum ſit 5. de
appellat. num. 7. Hodie verò de jure intra
triginta dies debent Apoſtoli peti, & conce-
di, l. judicibus 24. Cod. de appellationib. l. om-
nes 29. l. quoniam 31. l. quiquam 34. Cod.
Tholoſan. de appellat. cap. ab eo, de appellat.
in 6. Clement. 2. de appellat. Scacc. de appel-
lat. quæſt. 13. num. 38. cum ſequent. Toloſan.
Pichard. & Valenſis ubi proxim. Xammar. de
officio judic. part. 3. quæſt. 4. n. 27. Berlich.
practic. part. 1. concluſ. 50. num 117. cum ſe-
quent. Otthobon. deciſ. 50. & deciſ. 80. Fer-
moſin. dict. quæſt. 5. n. 42. D. Matheu dict.
cap. 12. §. 2. n. 15. Gonz. Tellez ubi proxim.
22 De jure autem municipali noſtro, debent hu-
juſmodi Apoſtoli peti, & à judice dari intra
quindecim dies, for. 5. rubr. de appellat. ibi:
A aquell tal appellant, li bacben à eſſer dats
Apoſtols per lo Jutje, lo qual baurà pronunciat
tal ſentencia, dins terme de xv. dies aprés que la
tal appellació ſerà interpoſada continuament
compladors, D. Creſpì obſervat. 15. num. 147.
Dom. Matheu dict. cap. 12. §. 2. num. 15.
& 16.

23 Sed quia juxta forum 1. rubr. de appellat.
non eſt in Regno neceſſaria appellationis ad-
miſsio, neque illius denegatio nocet, ut no-
tat Domin. Matheu dict. cap. 12. §. 2. num.
23. Non ſpectant appellantes Apoſtolos ju-
dicis á quo, ſed intra quindecim dies in-
troducunt appellationis cauſam coràm judi-
ce ad quem, & introductionis admiſsio vi-
cem obtinet apoſtolorum, ut diverſis Regiis
ſententiis referunt deciſum, D. Creſpì dict.
obſervat. 15. n. 148. D. Matheu dict. §. 2. n.
22. Et introductio iſta, quæ vicem apoſtolo-
24 rum habet, intimari debet intra quinque dies
inter præſentes, ideſt ſi partes fuerint domi-
ciliate in loco, ubi fuit lata ſententia, & in-
tra decem dies inter abſentes, ideſt, ſi pars
domiciliata fuerit extra locum, ubi prolata
fuit ſententia, dict. for. 5. rubr. de appellat. ibi:
Los bacba de fer intimar à la part appellada dins
terme de ſinch dies, ſi los dos litigants ſeràn do-
miciliats en la mateixa Ciutat, Vila, ò Lloch,
on la dita ſententia principal ſerà pronuncia-
da. E ſi ſeràn abſents de la dita Ciutat Vila, ò
Lloch, que la dita intimació ſe bacba à fer
dins terme de deu dies. D. Creſpì dict. obſer-
vat. 15. n. 147. D. Matheu dict. cap. 12. §.
2. n. 19. & 21. Si autem appellationis cau-
25 ſa intra quindecim dies introducta non fue-
rit, aut introductio, quæ vicem habet apoſto-
lorum, intimata non fuerit intra prædictum
tempus, deſerta remanet appellationis cau-
ſa, dict. for. 5. ibi: E ſi les dites coſes, ò algu-
na de aquelles no ſeràn ſervades per lo dit ape-
lant, que la tal apelació ſia baguda per deſerta,
è la dita ſentencia principal ſia portada à degu-
da eixecució. Dom. Creſpì dict. obſervat. 15. n.
146. Et ita reperitur à Senatu deciſum ſen-
tentia per Caſes, die 6. Julii 1627. Inter
Ambroſium Piñòn,& Neapoleonem Cõſtan-
tin,& alia per Daçi, die 19. Septembris 1638.
Inter Franciſcum Philippum Simancas, &
Thomam Simancas J. U. D. & alia per eun-
dem, die 25. Septembris 1619. Inter Guiller-
mum Caſes, & Marcum Gutierrez, & alia
per Caſes, die 3. Aprilis 1621. Inter Fra-
trem Joſephum Febrer, & Eſperantiam Pe-
rez,& alia per Daçi, die 29. Novembris 1619.
inter Gaſparem Eres, & Gaſparem Rava-
nals. Ex quibus ſolet inter practicos commu-
niter dici, appellationem intra decem dies
interponendum eſſe, intra quindecim dies
introducendam, & intra quinque, vel de-
cem notificandam, ut obſervant D. Creſpì
dict. obſervat. 15. n. 146. D. Matheu dict. cap.
12. §. 2. n. 17. cum ſequent. Non quia intro-
ductio fieri debeat intra quindecim dies, nam
hoc non dicit forus, quia ſolum dicit, quod
pẽtantur, & obtineantur apoſtoli intra quin-
decim dies, ut notat D. Creſpì dict. obſervat.
15. num. 148. D. Matheu dict. §. 2. num. 15.
cum ſequentib. Nec minus quod introductio
debeat intimari intra quinque, vel decem
dies, quia forus ſolum dicit, quod conceſsio
apoſtolorum intra prædictum tempus noti-
ficetur, ſed quia hujuſmodi introductio vi-
cem apoſtolorum habet, & ſicuti Apoſtoli
debebant juxta forum peti, & obtineri intra
quindecim dies, & notificari intra quinque,
aut decem dies ſub deſertionis pœna, ita, &
introductio, quæ veluti ſubrogata in locum
apoſtolorum reperitur.

Ex traditis collige, quod ſi appellans ob-
tulerit appellationis ſcedulam judici à quo, 26
& ab illo manu propria fuerit proviſa, & par-
ti intimetur, non erit deſerta cauſa, etiam ſi
intra quindecim dies introducta non fuerit
appellatio coram judice ad quem, dummodò
in appellationis ſcedula petiti fuerint Apo-
ſtoli ſemel, atque iterum, ut pronuntiavit
Senatus ſententia per Alreus, die 23. Decem-
bris 1609. inter Marcum Antonium Aracil, &
Petrum Paſqual. Imò poterit in hoc caſu ap-
pellationis cauſa intra annum in Regno in-
troduci, ut obſervant D. Creſpì dict. obſer-
vat. 15. num. 149. & D. Matheu d. cap. 12. §.
2. n. 20. & n. 24. Refert à Senatu deciſum.
Ratio eſt evidens, quia obſervata ad unguem
forali diſpoſitione petendi, & obtinendi
Apoſtolos à Judice à quo intra quindecim
dies, aut ſaltim petendi illos ſemel atque ite-
rum, (nam ſufficit quod pars ſit ſolicita, &
quod per eam non ſtet quo minus ei dentur
Apoſtoli) D. Creſpì ubi proxim. num. 50. aut
quod ter judicem interpellet intra illos quin-
decim dies, ut Apoſtolos concedat, abſque eo
quod ſit neceſſaria conceſsio, ut judicavit Se-

Ll na-

natus ſentẽtia per Daża, *die* 17. *Martii* 1623. inter Gaſparem Marti, & Don Lopem Ruiz) cum per foros non circumſcribatur tempus ad introducendam appellationis cauſam, ut notat D. Matheu *dict.* §. 2. *n.* 23. poterit intra annum à jure ſtabilitum ad introducendas appellationis cauſas, introduci, *l.* 2. *l. ultim.* §. *illud, C. de temporib. appellation. l. quoniam* 18. *Cod. de appellationib. l. appellationem* 31. *C. eod. authent. ei qui, C. de temporib. appellation. l. ſi appellationem* 67. *Cod. Theodoſ. de appellat. cap. cum ſit Romana* 5. *cap. ſæpè* 44. *cap. conſtitutus* 45. *cap. oblatæ* 57. *cap. reprehenſibilis, de appellat. cap.* 1. §. *poſt hæc, de appellat. in* 6. *clement. ſicut, de appellat.* Anguian. *de legibus lib.* 2. *cap.* 10. Scacc. *de appellat. quæſt.* 14. *n.* 1. *cum ſequent.* D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 88. Salgad. *de protect. Regia, par.* 3. *cap.* 18. *ad fin.* Barboſ. *ad text. in dict. cap. cum ſit Romana* 5. *n.* 3. *ubi* Graña, & communiter DD. Clezelius, *de appellat. cap.* 5. *per tot.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. cum ſit Romana, quæſt.* 1. *n.* 1. *cum ſequent.* Gonzalez Tellez *ad eundem text. n.* 4.

27 Poterunt etiam decreta, & declarationes, quæ per uſum voluntariæ juriſdictionis expediuntur in Regno impugnari nullitatibus interpoſitis, & allegatis coram illo Judice, qui decretum, aut declarationem dedit; remedium enim nullitatum in Regno ordinarium eſt, & frequens, *for.* 8. *rubr. de execut. rei judic. for.* 12. *eod. privileg.* 23. *D. R. Petri I. privilegium* 82. *D. Regis Jacobi II. for.* 9. *curiar. anni* 1604. de quo latiſsimè, D. Matheu *de regim. c.* 18. §. 5. *per tot.* Et à ſupradictis decretis, & declarationibus, quæ cauſa cognita, & ſententia mediante expediuntur, non poterit conſiderari excluſum ſupradictum remedium, cum contra electiones, & ſimiles extrajudiciales actus poſsint proponi, & allegari nullitates, ut obſervant Rovit. *ad pragmat. Neapol. de adminiſtrat. univerſ. pragmat.* 2. *num.* 43. *pag.* 24. D. Matheu *de regim. cap.* 4. §. 9. *num.* 17. Sed ſi ſimul, & eodem

28 tempore appelletur, & nullitates dicantur, & proponantur, aut unico, vel diverſis libellis contra decretum, vel ſententiam; ſi nullitates reſpiciant rectum, repelli debent, & remitti partes ad appellationis judicium, ubi cognoſci debet de juſtitia, vel injuſtitia decreti, proviſionis, aut ſententię judicis à quo, ut judicavit Senatus ſententia per Daça, *die* 13. *Julii* 1626. inter Ludovicum Chriſtophorum Claramunt, & Don Ludovicum Ferrer de Cardona, & alia per Alreus, *die* 22. *Octobris* 1626. inter Filium, & hæredem D. Joſephi Vives, & Domnam Agnetem Sancho, & de Cardona, & alia per Caſes, *die* 20. *Julii* 1627. inter Petrum Colàs, & Petrũ Soler, & alia per Alreus, *die* 29. *Januar.* 1627. inter hęredes Jacobi Molla, & Joannẽ Perez, & alia per Daza, *die* 15. *Novemb.* 1631. inter Thomã de Solſona, J. U. D. & Onufrium Aracil, & alia per Alreus, *die* 22. *Junii* 1627. inter Joannem Roure, & Petrum Antonium Juliani, & alia per Caſes, *die* 3. *Junii* 1632. inter Syndicum Monaſterii Divi Auguſtini, & Franciſcum Creſpo, & alia per Daça, *die* 9. *Octobris* 1630. inter Gabrielem Rocamora, & Onufrium Marcer, & alia per eundem, *die* 21. *Junii* 1630. inter Domnam Mariam Margaritam de Pardo, & de Rojas, & hæredes Vincentii Gomez de la Torre, & alia per Saboya, *die* 13. *Julii* 1683. in favorem Civitatis Alonenſis, & contra Dominicum Creus Notarium Procuratorem Joannis Paſtor, & Joſephæ Berenguer, referente Nobili Senatore Don Jacobo Madroño R. C. D. Actuario Blanes. Pariter poterit emitti recurs à die notitiæ ab his decretis, & declarationibus, quia 29 in Regno recurritur ad ſuperiores à ſimilibus gravaminibus, etiam extrajudicialiter illatis, ut de praxi teſtantur D. Leon. *d. deciſ.* 49. *tom.* 1. Et D. Matheu *dict. cap.* 4. §. 9. *n.* 2.

Effectus remedii contra decretum interpoſiti erit, quod verificata cauſa falſa, aut 30 erronea, ob quam decretum fuit obtentum, revocabitur decretum, & nullum declarabitur, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 3. *Januarii* 1625. inter Hoſpitale Generale, & Domum Profeſſam Societatis Jeſu, nam eſtò ſemper præſumatur pro decreto, & intelligatur quod juſtè, & ex cauſa vera interpoſitum fuit, Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 16. *num.* 79. Knipſchild. *de fideicommiſſ. cap.* 11. *n.* 493. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 20. Ciroch. *diſceptat.* 54. *n.* 4. *& diſceptat.* 71. *n.* 38. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 68. *n.* 33. Anton. Gobius *conſultat.* 71. *n.* 19. Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 130. *&* 131. Tamen hujuſmodi præſumptio probationem recipit in contrarium, Pariſius *conſ.* 98. *n.* 14. *& conſ.* 100. *n.* 19. *lib.* 1. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 51. Ciroch. Junior *diſceptat.* 54. *n.* 9. Antonius Gobius *conſultat.* 71. *n.* 75. Triſtany *deciſ.* 24. *num.* 132. ac proinde, falſa oſtenſa cauſa, vel erronea, corruet decretum, & revocandum erit, *l. ſed ſi præſes, Cod. de prædiis minor, l.* 1. §. *hæc verba, ff. ne fiat vis ei,* Ciriac. *controverſ.* 257. *num.* 13. *& controverſ.* 303. *n.* 68. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 9. *n.* 19. Groſſ. *de contractib. minor. inſpect.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 1. Ciroch. *diſcept.* 67. *n.* 75. Urceol. *conſultat. forenſ. cap.* 63. *n.* 11. Triſtany *deciſ.* 24. *n.* 135. Anton. Gobius *conſultat.* 72. *n.* 72. Impugnanti tamen decretum incumbet onus probandi ex cauſa falſa, vel erronea fuiſſe interpoſitum, Mantic. *de tacit. tit.* 6. *n.* 3. Stayban. Junior



nior. *reſolut.* 166. *tom.* 2. *num.* 9. Ciarlin. *controverſiar. forenſ. cap.* 217. *num.* 22. Cencius *de cenſib. quæſt.* 15. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 9. *num.* 24. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 278. *num.* 26. Dunnozzet. *deciſ.* 700. *num.* 9. Anton. Gobius *dict. conſultat.* 71. *num.* 75. *cum ſequentib. & num.* 217. Triſtany *deciſion.* 24. *num.* 131.

Si el decreto, ò declaracion de ſuceder
32 „ab inteſtato, ò jure vinculi fueſſen injuſtos, „ò gravaren, ſe acoſtumbra en nueſtra pra„xi apelar à die notitiæ de el decreto, ò de„claracion. La practica de interponer eſtas „apelaciones, ſe reduce à proponer ſu libe„lo de apelacion en el Tribunal que ſe hizo „el decreto, ò declaracion, narrar en el li„belo de la apelacion el gravamen que hu„viere, y tambien la nueva noticia que ſe ha „tenido de el decreto, ò declaracion, advir„tiendo, que en los Tribunales inferiores „eſtas apelaciones no las provehen los Jue„zes, ſi no es que ſolo pone Kalendario el „Eſcrivano, y acoſtumbran proponerſe en „eſta forma.

Die XX. Martii M.DC.LXXXVIII. Poſuit F.T. infraſcriptus. *Rep. F. T. Notarius, & Scriba.*

IHS F. T. Propoſant com millor pot, diu, que à ſa noticia novament ha pervengut, que ab decret fet, y provehit per la preſent Cort en T. de T. mes, y any ſe li donà facultat à F. T. Curador que era del Propoſant, pera que venès T. heretat per T. cauſes; è com ab dit decret ſe li ſegueixca perjuhy irreparable al Propoſant, pues noy haguè cauſa pera ferlo, que fos llegitima, y les que donà lo dit Curador foren inſubſiſtents, y falſes, com ſe manifeſtarà en eſte juhi de apelaciò.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. diu, que del decret ſobredit, y qualſevols facultats, y proviſions en aquell fetes, y donades, ne apela à die notitiæ pera la Mageſtat del Rey noſtre Señor, eo pera el Jutge, ò Jutges aqui de juſticia li es llicit, y permès apelar, y requir dita apelaciò li ſia admeſa, y li ſien concedits Apoſtols afirmatius, aut ſaltim reverencials, cum quibus, &c. A quorum denegatione, &c. Quos petit, &c. Proteſtando, &c. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

Interpueſta la apelacion à die notitiæ, de„ve introducirſe la cauſa de apelacion ante „el Juez Superior dentro de quince dias cõ„tadores deſde el dia que ſe apelò: la practi„ca de introducir es proponer ſu libelo, en „donde ſe narre el hecho de como ſe apelò „del decreto, ò ſentencia en que ſe diò tal „facultad, ò en que ſe declarò T. Coſa, pues „es requiſito eſſencial el narrar en el Reyno „en el libelo de la introduccion la calidad „de la cauſa, y juntamente lo que ſe ha de„clarado en la ſentencia de que ſe apela, por „diſponerlo aſsi el fuero 70. de las Cortes „del año 1564. fol. 9. y concluir pidiendo „ſe admita la introduccion, y ſe inhiba el „Juez à quo, y el libelo ſe propondrà „en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. ſuplicant com millor pot, diu, que te interpoſada apelaciò à die notitiæ de un decret fet, y provehit per la Cort del Juſticia en les cauſes civils de la preſent Ciutat en T. de T. mes, y any, en lo qual ſe donà facultat à F. T. Curador que era del Suplicant, pera que venès T. heretat; è com deſitje que dita cauſa de apelaciò es tracte per lo preſent Tribunal de eſta Real Audiencia.

Per tant, & aliàs omni meliori modò, &c. diu, que introduheix la ſobredita cauſa de apelaciò en lo preſent Tribunal de eſta Real Audiencia, y ſuplica dita introducciò li ſia admeſa, y dita cauſa evocada, y comeſa à hu dels Nobles, eo Magnifichs D. D. R. C. qui de citatione, & inhibitione, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus Maria, Die* 1. *Aprilis* 1688. *Intimetur ad tertiam, & fiat inhibitio.*

F. T.

## CAPUT XXIV.

# DE DECLARATIONE patriæ poteſtatis, & legitimæ adminiſtrationis.

## SUMMARIUM.

1 *Pater habet ſub ſacris paternis filios ex legitimo matrimonio natos.*

2 *Patria poteſtas quo jure fuit introducta. Reſolvitur jure civili.*

3 *Pater jure poteſtatis patriæ poterat olim impune necare, & vendere filios. Hodie pater ſolum habet decentem emmendationem, & poteſtatem corrigendi.* 4.

5 *Pater, & filius cenſentur una, eademque perſona, & quare.*

6 *Filius familias quidquid acquirit, patri acquirit. Olim capaces fuerunt filii familias acquirendi, nolente patre acquirere per eos* 7.

8 *Fœmina uxorata quidquid acquirit in Regno, marito acquiritur, ſi non habuerit bona paraphernalia. Limita ſi de conſenſu viri acquirat.* 9.

10 *Bona in domo mariti inventa illius præſumuntur, niſi uxor maritum introduxerit in domum ſuam.*

11 *Filius ſibi acquirit bona caſtrenſia, quo ad proprietatem, & uſumfructum, & de illis liberè diſponit.*

12 *Pater non eſt legitimus adminiſtrator bonorum caſtrenſium filii.*

13 *Filius familias legitimam habet perſonam ſtandi in judicio quoad caſtrenſia. Idem erit quoad quaſicaſtrenſia,* 14. *Neque pater quo ad beneficialia, vel ſpiritualia habet patriam poteſtatem, vel legitimam adminiſtrationē.* 15.

16 *Filia poteſt habere peculium quaſicaſtrenſe, & illius reſpectu non habet pater legitimam adminiſtrationem.*

17 *Profectitia bona dicuntur, quæ à patre, vel patris cauſa profecta ſunt. Et pleno jure patri acquiruntur nunc, & olim.* 18.

19 *Adventitia bona ſunt, quæ à matre, aut genere materno, vel ab extraneis filius habet.*

20 *Adventitia bona, olim acquirebantur Patri quo ad proprietatem, & uſumfructum. Hodiè proprietas penes filium remanet, & ſolus uſusfructus patri quæritur.* 21.

22 *Uſusfructus Adventitiorum; non acquiritur patri, quando bona ea lege donantur, vel legantur filiis, ut non quæratur patri uſusfructus. Sed non cenſetur uſufructu privatus pater, niſi expreſsè ei adimatur.* 23.

24 *Pater non habet legitimam adminiſtrationem, quando bona filio donantur, aut legantur ea lege, ut pater legitimam non habeat adminiſtrationem.*

25 *Uſusfructus adventitiorum non acquiritur patri, quando à Principe bona filio donata ſunt. Idem erit ſi pater, & filius ſimul ſuccedant prædefuncto filio.* 26.

27 *Uſusfructus bonorum adventitiorum non quæritur patri, quando acquiſivit bona filius, nolente, & contradicente Patre. Idem erit in bonis acquiſitis à filio ratione dotis, aut donationis propter nuptias.* 28.

29 *Uſusfructus non adquiritur patri, quandò ſolus uſusfructus relictus fuit filio. Declara quod commoditas uſusfructus patri acquiritur.* 30.

31 *Uſusfructus adventitiorum durat vita patris durante, etiamſi filius moriatur. Limita in Regno ubi ſi filius moriatur ante decimumquintum annum, & in ætate non teſtandi, finitur uſusfructus.* 32.

33 *Filii per matrimonium non liberantur à patris poteſtate de jure. Limita quando per coemptionem matrimonium celebrabatur.* 34.

35 *Pater non amittit Uſumfructum adventitiorum de jure per matrimonium filii.*

36 *Filii in Regno per matrimonium liberantur à patria poteſtate, ſicuti filiæ. Per ſponſalia de futuro ſecùs, ſicuti nec per ingreſſum Religionis. Per profeſſionem autem, & per matrimonium ratum liberantur à Patris poteſtate.* 37.

38 *Filius liberatur à Patris poteſtate per Dignitatem Ducis, Marchionis, aut Comitis.*

39 *Uſusfructus adventitiorum finitur in Regno per matrimonium filii, aut filiæ contractum etiam contra Patris voluntatem.*

40 *Filii per emancipationem liberantur à Sacris paternis.*

41 *Pater amittit adventitiorum uſumfructum per emancipationem filii, quamvis de jure ſolum medietatem amittebat.*

42 *Pater poteſt remittere, vel donare uſumfructum adventitiorum filii, ſed non in fraudem creditorum.*



43 *Uſusfructus acquiſitio adventitiorum effectus eſt patriæ poteſtatis.*

44 *Filii etiam ſenes non liberantur per ætatem à Patris poteſtate.*

45 *Filius habitans ſeorſim à Patre, & habens familiam, conſentiente Patre, per decenium, cenſetur à poteſtate patris liberatus.*

46 *Filii majores viginti duorum annorum non videtur adquirere in Regno uſumfructum adventitiorum. Contrarium probatur.* 47.

48 *Filius in Regno per ætatem viginti duorum annorum, non liberatur à patris poteſtate.*

49 Pater *eſt legitimus adminiſtrator bonorum filii, & majorem habet poteſtatem, quam tutor, & curator, cæterique adminiſtratores. Et quæ poſſit facere.* 50.

51 Pater *legitimus adminiſtrator in Regno, non poteſt ſortem cenſus recipere, ſed debet deponi, & quid de jure.*

52 Pater *legitimus adminiſtrator non poteſt proprietates bonorum adventitiorum alienare. Bona mobilia alienare poteſt.* 53. *Immobilia vero non poteſt ſine decreto, & juſta cauſa.* 54. *Neque cenſum onerare ſuper immobilibus.* 55. *Ob cauſam neceſſariam ſolvendi æs alienum poteſt, juxta aliquos, immobilia alienare.* 56.

57 Pater *legitimus adminiſtrator poteſt alienare uſumfructum, & de illo diſponere.* Poteſt *ratione uſusfructus hæreditatem filio delatam adire, proprio nomine agere, & conveniri pro penſionibus cenſuum, & aliis annualitatibus.* 58.

59 Pater *ſolum habet legitimam adminiſtrationem bonorum filii, juxta aliquos, quando uſusfructus ei quæritur. Contrarium probatur.* 60.

61 Pater *habet legitimam adminiſtrationem, etiam relictis bonis ea lege, quod uſusfructus patri non quæratur, niſi expreſsè etiam ei adimatur legitima adminiſtratio. Donatis bonis ea lege quod pater non habeat legitimam adminiſtrationem, non habebit pater uſumfructum.* 62.

63 *Legitima adminiſtratio Patris durabit in Regno, finito uſufructu, per ætatem viginti duorum annorum.*

64 *Pater habet legitimam adminiſtrationem bonorum, etiam Caſtrenſium, vel quaſi caſtrenſium, dum minor decimum quintum annum non habet.*

65 Pater *non eſt legitimus adminiſtrator bonorum filii emancipati.*

66 *Cura non expirat per filii matrimonium. Limitant aliqui ſi filius fuerit multum ſagax.* 67.

68 *Filii juxta ſtatutum non cenſentur liberati per matrimonium à patria poteſtate, niſi quoad præjudicialia, non verò quoad favorabilia. Sed verius eſt per matrimonium liberari quoad omnia.* 69.

70 *Filia viduata non reincidit in patris poteſtatem.*

71 Pater *non habet legitimam adminiſtrationem bonorum filii uxorati, aut uxoratæ.*

72 Pater *non amittit legitimam adminiſtrationem, aut uſumfructum per tranſitum ad ſecunda vota.*

73 Pater *legitimus adminiſtrator uſumfructum habens, non tenetur inventarium facere, ſatiſdare, rationem reddere, & alia facere, quæ cæteri tenentur adminiſtratores. Contrarium quo ad inventarium tenent multi.* 74.

75 Pater *legitimus adminiſtrator, non habens uſumfructum, tenetur inventarium facere, rationem reddere, ſatiſdare, & alia facere. Et ſi* Pater *legitimus tutor fuerit filii emancipati, hæc omnia facere tenetur.* 76.

77 Pater *in teſtamento tutor, aut curator filii datus, non amittit legitimam adminiſtrationem.*

78 *Tutor ſolum datur à* Patre *filios in poteſtate habente. Mater, & Avia jus habent dandi tutorem.* 79.

80 *Filii illegitimi non ſunt in* Patria *poteſtate, neque pater legitimam habet adminiſtrationem bonorum illegitimi filii.*

81 *Mater, & Avia non habent filios in poteſtate, neque jus vitæ, necíſque. Neque habent legitimam adminiſtrationem, aut uſumfructum bonorum filii.* 82.

83 Praxis, *& libellus ad decernendam tutellam filii emancipati* Patri.

84 Pater *ipſo jure eſt legitimus adminiſtrator bonorum filii, & non indiget judicis decreto ad adminiſtrationem ſuſcipiendam. Qualitas naturalis naſcendi filium ſub patria poteſtate ſemper præſumitur.* 85.

86 Praxis, *& libellus ad obtinendam declarationem patriæ poteſtatis, & legitimæ adminiſtrationis.*

PATER habet ſub ſacris paternis filios, & filias ex legitimo coitu procreatos, *l. nam, & civium, l. item in poteſtate, ff.* 1

de iis qui ſunt ſui, vel alieni juris, l. pronuntiatio, ff. de verbor. ſignificat. l. in ſuis 11. ff. de liberis, & poſthum. §. jus autem, inſtitut. de patria poteſtat. Aſcanius Clemens de patr. poteſt. cap. 2. num. 1. Joan. Bapt. de Barbot. de filiis famil. quæſt. 1. num. 37. Giurba ad conſuetud. Meſſan. cap. 3. gloſſ. 1. n. 1. & gloſſ. 2. cap. 4. num. 1. Anton. Faber in juriſprud. Papinian. tit. 8. princip. 1. Marques lib. 1. Gubernat. cap. 12. Solorzan. lib. 2. de pœna patricidii, cap. 7. Feloaga Enchiridion. cap. 32. Boſsius de patr. poteſt. cap. 1. §. 1. n. 2. cum ſequent. Caſtejon in alphabet. verb. pater, n. 4. Carol. Rota de privileg. mulier. cap. 3. ſpecial. 10. n. 13. Carol. Spadaza in theatr. viduil. diſquiſit. 56. n. 26. Quo jure autem

2 poteſtas patria fuerit inventa diſputant DD. multi tenent naturali jure. Et adhuc divino inductam fuiſſe, ut Exodi cap. 20. & Deuteronom. cap. 5. Bacon. declarat. 8. & 112. Aſcan. Clemens de patr. poteſt. cap. 3. Revardus lib. ſingular. ad ll. duodecim tabularum, cap. 3. Don Joſeph de Retes lib. 1. opuſcul. Miſſelan. cap. 6. n. 6. Petrus Faber ſemeſtr. lib. 3. cap. 16. Alii vero docent jure gentium inſtitutam fuiſſe, ut tradit Retes ubi proxim. Sed communior, & plauſibilior ſententia tenet jure civili adinventam fuiſſe, l. 3. l. patre furioſo, ff. de iis qui ſunt ſui, vel alieni juris, §. jus autem, & tot. tit. inſtitut. de patr. poteſtat. Aſcan. Clemens dict. cap. 3. Anton. Faber. ubi proxim. Paſchal. de virib. patr. poteſtat. part. 1. cap. 1. n. 1. Sanchez in opuſcul. moralib. lib. 1. cap. 1. dubitat. 11. Fragoſ. de regim. Chriſtian. Reipublic. tom. 3. lib. 2. diſput. 3. §. 1. n. 1. Boſsius de patr. poteſt. cap. 1. n. 6. cum ſequent.

3 Vinculum, & jura poteſtatis patriæ ſolum fuerunt Civium Romanorum, dict. l. nam, & Civium, & §. jus autem, Anton. Faber ubi proxim. Boſsius dict. cap. 1. num. 2. Et tàm ſtricta, & dira fuerunt in ſui principio, quod pater vitæ neciſque poteſtatem in liberos habebat, l. final. Cod. de patr. poteſt. l. pater 20. ff. ad l. Juliam de adulteriis, l. 8. ff. de iis qui ſunt ſui, vel alieni juris, l. 1. ff. ad l. Pompeyam de patricidiis, l. in ſuiſ. 11. ff. de liberis, & poſthum. l. 2. C. Theodoſ. de liberal. cauſa, Cuyacius lib. 5. obſerv. cap. 17. & ad tit. C. de patr. poteſt. Balduin. ad ll. Romul. cap. 17. Gentil. de bonis matern. cap. 2. Oſvald. ad Donell. lib. 2. comment. cap. 25. Minſinger. ad rubr. tit. inſtitut. de patr. poteſt. n. 4. Monticul. ad tit. inſtitut. de patr. poteſt. §. pari ergo tantum, n. 22. Petrus Gregor. Toloſan. ſintagmat. juris, part. 1. cap. 8. n. 3. Azor inſtitut. moral. part. 2. lib. 2. cap. 19. §. 3. uſque ad §. 4. Arniſeus lib. 1. de republica, cap. 3. ſect. 2. per tot. Hunnius lib. 1. variar. tract. 2. quæſt. 15. & in encycloped. 1. part. tit. 19. Oroz de apicib. juris, lib. 5. cap. 13. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 4. n. 1. Narbon. de ætat. anno 1. quæſt. 8. & anno 3. quæſt. 2. Fragoſ. de regim. Chriſtian. reipublic. tom. 3. lib. 2. diſput. 3. §. 2. n. 47. Boſsius de patr. poteſt. cap. 1. n. 3. & cap. 3. §. 2. n. 37. Arnold. Corvin. in ſumma C. lib. 1. tit. 47. verſ. in perſona, Caponi tom. 3. diſcept. 222. n. 1. Carol. Rota de Privileg. mulier. cap. 1. n. 54. Urceol. de tranſactionib. quæſt. 17. n. 10. Moſtazo de cauſis piis, tom. 2. lib. 7. cap. 3. n. 43. cum ſequentib. Sed quia poteſtas patria debet in pietate, & non in atrocitate eſſe, l. Divus, ff. ad l. Pompeyam, l. final. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, leg. 3. C. de patr. poteſt. Arnold. Corvin. ubi proxim. Gonzal. Tellez ad text. in cap. final. de homicid. n. 6. Adempta fuerunt Patri jura vendendi, aut occidendi filios, & atrociter animadvertendi in illos, & juſtum, quod

jam deinceps pater non habeat aliud jus, in 4

liberos, quam decentis, & honeſtè emmendationis, & modicæ coertionis, dict. l. 3. Cod. de patr. poteſt. l. unic. Cod. de his qui parent. vel liberos occid. l. qui filios, Cod. quæ res pignori obligari poſſunt, l. Divus, ff. ad leg. Pompeyam, de patricid. leg. unic. Cod. de emmendat. propinquor. l. 2. ff. ad leg. Corneliam de ſicariis, Solorzan. de pœna patricid. cap. 8. Aſcan. Clemens de patr. poteſt. cap. 6. effect. 1. n. 18. Paſchal. de virib. patr. poteſt. cap. 4. n. 2. Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 8. tit. 33. definit. 1. Don Joan. Ramos in opuſcul. ad l. Pompeyam de patricid. lib. 8. per tot. Boſsius de patr. poteſt. dict. cap. 3. n. 37. & 38. Cencius de cenſibus, part. 1. cap. 3. quæſt. 1. artic. 50. n. 15. Gonzal. Tellez ad text. in dict. cap. final. de homicid. n. 6. Caponi tom. 3. diſcept. 222. n. 1. Cotonius lib. 5. controverſ. moral. 3. cap. 3. n. 94. & 95. Urceol. de tranſact. quæſt. 17. n. 13.

Ex patriæ poteſtatis ſtrictiſsimo vinculo

deſcendit, quod Pater, & filius una eadem- 5

que perſona cenſeantur, l. in ſuis 11. de liberis, & poſthum. l. nè cum filio familias 16. ff. de furtis, l. ultim. Cod. de impuberum, & aliis ſubſtitut. Anton. Faber in juriſprud. Papinian. tit. 8. princip. 7. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 18. n. 36. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 4. cap. 1. n. 4. Valentia illuſtr. juris, lib. 1. tract. 2. cap. 8. n. 46. Vela diſſertat. 40. n. 62. Knipſchild. de fideicommiſſ. cap. 9. n. 54. & cap. 11. n. 369. Solorzan. lib. 3. politic. cap. 25. Feloaga Enchyridion. cap. 26. Boſsius de patr. poteſt. cap. 3. n. 218. Don Joſeph de Retes opuſcul. lib. 5. cap. 2. n. 20. Caſtejon in alphabet. verb. filius, n. 35. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 1. conſtitut. 16. definit. 48. n. 3. Carol. Spadaza in theatr. viduil. diſquiſit. 54.

n.



n. 39. & diſquiſit. 40. n. 149. Urceol. de tranſactionib. quæſt. 17. n. 14. Antunez de donationib. tom. 2. part. 3. cap. 25. n. 15. Et ex unitate iſta provenit, quod inter patrē, & filium nulla obligatio civilis conſiſtere poſsit, ſed ſolum naturalis, ut judicavit Senatus ſententia per Ferrera, die 7. Decembris 1669. in favorem Domnæ Mariæ Sanz de Alboy, & contra Doctorem Joannem Baptiſtam Almanſa certo adminiſtratorio nomine. Ex eodem patriæ poteſtatis vinculo ori-

6 tur, quod omne illud quod filius familias acquirit, ſive ſit proprietas, ſive ſit poſſeſſio, patri acquirat, l. placet 79. ff. de adquirenda hæreditate, l. 1. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, l. acquiritur 10. §. non ſolum, ff. de acquirend. rerum domin. l. 4. ff. de adquirend. poſſeſſ. Donell. lib. 9. commentar. cap. 6. Cuyacius lib. 25. obſervat. cap. 5. Conan. lib. 2. commentar. cap. 3. Don Joan. de Chamaſero ſelectar. juris, diſputat. 2. Don Martin de la Reategui lib. 8. ſelectar. cap. 10. n. 3. Valentia illuſtr. juris, dict. cap. 8. n. 4. Aſcan. Clemens de virib. patr. poteſt. cap. 6. effect. 2. n. 1. Pinell. in leg. 1. Cod. de bonis matern. part. 1. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 1. cap. 3. in princip. Pichard. in §. igitur liberi veſtri, inſtitut. per quas perſonas nobis acquiratur, Caſtill. de uſufruct. cap. 3. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 7. part. 3. n. 8. Altograd. conſ. 8. n. 55. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 19. n. 56. Giurba ad conſuetud. Meſſan. cap. 3. gloſſ. 51. n. 3. Solorzan. lib. 3. politic. cap. 16. Boſsius de patr. poteſt. cap. 4. n. 1. Bich. deciſ. 129. n. 20. Carol. Rota de privileg. mulier, cap. 1. n. 54. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 10. definit. 5. n. 3. Urceol. de tranſactionib. quæſt. 17. n. 15. Caſtejon in alphabet. verb. filius, n. 26. & 27. Antunez de donationib. dict. cap. 25. n. 15. Quamvis multi non ſine fundamento teneant filios familias, olim fuiſſe capaces acquiſitionis, caſu in quo Pater nolebat per illos acquirere, ut ex text. in l. quidquid, ultim. ff. de ſtipul. ſervor. l. 1. §. ult. ff. ſi apparente quis fuerit manumiſſ. l. ſi debitor. 47. §. 1. ff. de fidejuſſ. Et aliis defendunt Roman in dict. l. placet, ff. de adquirend. hered. Faber in juriſprud. Papin. tit. 3. princip. 3. illat. 2. tit. 11. princ. 7. illat. 9. & prin. 10. illat. 4. Cuyacius in l. 3. & in l. ſi quid 7. de minorib. Schiphordeger. forenſ. diſput. lib. 8. tract. 5. quæſt. 9. Anton. Pichard. ad tit. de adquirend. hæredit. cap. 15. Oroz. de apicib. juris, lib. 1. cap. 5. n. 3. cum ſequent. Carpzov. in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 12. definit. 22. n. 2.

8 In Regno fœmina uxorata, non habens paraphernalia bona, quidquid acquirit ex induſtria, vel labore, matrimonio conſtante, marito acquirit, & proprium ipſius mariti ſit, for. 3. rubr. de donationib. inter, ibi: Si muller guanyarà alcuna coſa de ſa part, ò de ſes obres, ò de ſos treballs, ò de ſà honeſta mercaderia, ò de les coſes de ſon marit: tot allò guanya à obs del marit. D. Leon tom. 1. deciſ. 43. n. 2. ita declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 15. Maii 1604. inter Egregium D. Gaſparem Mercader Comitem de Buñol, & Domnam Lauram Cervellò, & de Mercader, & alia per Daça, die 20. Julii 1629. inter Franciſcū Palau, & Catharinam Andrés, & de Caſamayor, & alia per eundem, die 24. Januarii 1629. inter Domnam Franciſcam Fenollar, & Don Joannem Fenollar, & alia per Alreus, die 5. Octobris 1634. inter Syndicum Monaſterii Virginis Mariæ del Carme, & Curatorem Antoniæ Sales. Unde ſi nomine proprio emat mulier, paraphernalia non habens, immobilia bona, matrimonio conſtante, dominium illorum ipſo jure marito acquiritur, Dom. Leon dict. deciſ. 43. n. 2. ubi refert à Senatu deciſum, & idem deciſum extat ſententia per Daça, die 23. Februarii 1628. inter Jacobum Muñòz, & Joannam Angelam Bonet, & de Ferrer. Si vero paraphernalia bona habuerit mulier, non acquiret marito, ſed ſibi poterit acquirere matrimonio conſtante, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 5. Decembris 1626. inter Eugeniam Blanc, & Annam Mariam Creſpo, & alia per Daça, die 1. Auguſti 1618. inter Hieronymum Vilalta, & de Caſpe, & Joannem Pallarès, & alia per eundem, die 30. Julii 1619. inter Joannam Angelam Eixarch, de Ortiz, & Curatorem filiorum Petri Vega, & alia per eundem, die 7. Septembris 1633. inter Petrum Idalgo, & Joannem Plà. Ceſſat enim præſumptio quod mulier emerit ex pecuniis viri, quandò propria bona, & redditus habet unde emere, & acquirere poſsit. Soluto autem matrimonio, ſibi acquirit mulier, quamvis ex pecuniis prædefuncti viri emerit, reſervato jure pro pretii recuperatione, ut Senatus dixit ſententia per Daça, die 6. Martii 1630. Limita doctrinam à nobis traditam, ſi mulier de

conſenſu viri aliquid emerit, vel acquire- 9

ret matrimonio conſtante, nam non marito, ſed ſibi acquiret, & ſolùm dabitur marito actio ad precii recuperationē, ſi ex illius pecuniis emptum fuerit, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 15. Maii 1604. inter Egregium Don Gaſparem Mercader Comitem de Buñol, & Domnam Lauram Cervellò, & de Mercader. Ex quibus oritur præ- 10

ſumptio vehementer ad credendum bona reperta in domo mariti, non eſſe uxoris propria, ſed mariti, quia licet de jure ſemper præſumantur bona in domo mariti inventa

il-

filiis propria, & non uxoris, Bald. *in l. ob maritorum, n.* 3. *Cod. nè uxor pro marito*, Surd.
*de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 123. *n.* 3. Maſcard. *de*
*probat. concluſ.* 213. *per tot.* Cancer *variar.*
*part.* 1. *cap.* 9. *n.* 76. Fontanell. *de pact. nup-*
*tial. clauſ.* 6. *gloſſ.* 1. *part.* 4. *n.* 38. niſi caſu
in quo uxor introduxerit maritum paupe-
rem, & nudum in propriam domum ſuam,
bonis, & ornamentis abundantem, nam
tunc præſumuntur bona uxoris, & non ma-
riti, Surd. *ubi proxim. n.* 4. Fontanell. *ubi pro-*
*xim. n.* 39. Carol. Anton. de Luca *in prax.*
*cap.* 48. *n.* 8. tamen in Regno, ubi, ut dixi-
mus, mulier matrimonio conſtante non ſibi
acquirit, ſed omne marito quæritur, majori
cum ratione aſſeverandum eſt bona in domo
mariti inventa præſumi filius propria, &
non eſt credendum uxoris eſſe, ut judicavit
Senatus ſententia per Berbegal, *die* 23. *De-*
*cembris* 1609. inter Dominam Mariam An-
nam Ribot, & Joannem Baptiſtam G. çull, &
alia per Daça, *die* 2. *Januarii* 1608. inter
Franciſcum Sanchis, & Angelam Matheu, &
alia per Caſes, *die* 30. *Auguſti* 1629. inter
Ximenium Perez Eſtlugues, & Egregium
Comitem de Anna. Quandò filius habet con-
ductam Domum, & matrem alit, bona re-
perta in domo non præſumuntur matris eſſe,
ſed filii, ut judicavit Senatus ſententia per
Daça, *die* 3. *Octobris* 1614. inter Dominicum
Sereno, & alios.

11 Regulam illam à nobis adductam, quod
patri quæratur quidquid filius familias acqui-
rit, limitare debes duplici in caſu. Primò
in bonis caſtrenſibus: ſi enim bona acquiſie-
rit filius in caſtris exiſtens, vel militiæ cauſa,
quæ caſtrenſia dicuntur, *l. Caſtrenſe, ff. de*
*caſtrenſi peculio*, *l.* 1. *Cod. eod.* Neque uſusfru-
ctus, neque proprietas bonorum patri acqui-
ritur, ſed penes filium remanent cum facul-
tate liberè diſponendi, eam quoad caſtrenſia
habeatur filius familias pro patre familias, *l.* 1.
§. *nec caſtrenſe, ff. de collat. bonor. l. miles præ-*
*cipua, l. ex nota, ff. de caſtrenſi pecul. l.* 3. *Cod.*
*eod. l. cum oportet* 6. *Cod. de boniſque liberis*,
§. 1. *inſtitut. per quas perſonas nobis acqui-*
*ratur*, Aſcan. Clemens *de patr. poteſt. effect.* 2.
*n.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 4. *n.*
2. Molin. *de juſtit. & jure, diſput.* 230. *verſ.*
*licet filius.* Fagundez *de juſtit. & jure, lib.* 1.
*cap.* 14. *n.* 8. Paſchal. *de virib. patr. poteſt.*
*part.* 1. *cap.* 3. *n.* 8. Anton. Faber *in juriſpr.*
*Papinian. tit.* 11. *princip.* 6. *illat.* 4. Fontanell.
*de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 7. *part.* 3. Don Jo-
ſeph de Retes *opuſculor. lib.* 5. *cap.* 3. *per tot.*
Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 6. *n.* 19. *cum ſe-*
*quent.* Valeron. *de tranſactionib. tit.* 4. *quæſt.* 4.
*n.* 5. 6. & 7. Caſtejon *in alphabet. verb. fi-*
*lius, n.* 28. Florian. Dulphus *controv.* 107.
*n.* 2. Urceol. *de tranſactionib. q.* 16. *n.* 19. Mo-
ſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 10. Et
cum in iis bonis nullum jus penes patrem
ſit, ſed proprietas, & uſusfructus, & libera
diſpoſitio penes filium remaneat, neque ha- 12
bet pater legitimam adminiſtrationem in ca-
ſtrenſibus, aut jus aliquod adminiſtrandi il-
la, *l.* 2. *ff. ad S.C. Macedon. l. miles præcipua*,
§. *actionem, ff. de caſtrenſ. pecul. l.* 3. *Cod. eod.*
Aſſlict. *deciſ.* 183. *n.* 4. Fagundez *ubi prox.*
Fontanell. *ubi prox. n.* 4. Boſsius *de patr.*
*poteſt. cap.* 4. *n.* 5. & *cap.* 6. *n.* 20. Fulgin. *de*
*jure emphiteut. tit. de devolutionib. quæſt.* 12. *n.*
3. & 4. Oñate *de contractib. tom.* 1. *diſput.* 4.
*n.* 169. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.*
2. *conſtit.* 10. *definit.* 11. *n.* 4. Florian.
Dulphus *dict. controverſ.* 107. *n.* 2. Urceol.
*de tranſactionib. dict. quæſt.* 16. *n.* 19. Et
ex eadē ratione pro quæſtionibus circa bona 13
caſtrenſia, habet filius familias legitimam
perſonam ſtandi in judicio, *cap. final. de ju-*
*diciis in* 6. Vantius *de nullitat ex defect. in-*
*habilitat. n.* 4. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 1.
*tempor.* 2. *n.* 20. Valeron *ubi prox.*

Secundò in bonis quaſi caſtrenſibus, quæ
ſunt illa quæ filius familias acquiſivit ex offi-
cio publico, ex beneficio, vel dignitate Ec- 14
cleſiaſtica, ex aliqua profeſsione, vel aliis de
cauſis contentis, *in l. ultim. Cod. de inofficioſ.*
*teſtament. l. unic. Cod. de caſtr. omnium Palatino.*
*peculio. l.* 1. §. *in filii quoque, ff. ad S. C. Trebe-*
*llian. leg. vel ut caſtrenſe* 7. *Cod. de Aſſeſſorib. l.*
4. *l. cum advocatio* 8. *Cod. advocatis diverſor.*
*judic. l.* 1. §. *neque caſtrenſe, ff. de collat. bonor.*
*l. final. Cod. de collationib.* Surd. *dict. tit.* 4.
*quæſt.* 11. *n.* 12. Aſcanius Clemens *de patr. po-*
*teſt. cap.* 6. *effect.* 2. *n.* 6. Paſchal. *de virib. patr.*
*poteſt. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. Caſtropal. *tom.* 1.
*tract.* 4. *d.* 5. *p.* 10. *n.* 1. Fontanell. *dict. part.*
3. *n.* 3. Don Martin de la Reategui *ſelectar. jur.*
*diſput. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 5. Boſsius *de patr. poteſt.*
*cap.* 7. *n.* 3. D. Joſeph de Ret. *d. lib.* 5. *opuſcul.*
*cap.* 10. *per tot.* hæc enim quaſi caſtrenſia bona
eiſdem potiuntur privilegiis, quam caſtren-
ſia, & ſicuti reſpectu caſtrenſium filius fa-
milias ſibi acquirit, & non patri, & libere
teſtatur, & diſponere poteſt, ita quaſi ca-
ſtrenſium reſpectu, nam in illis nullum ha-
bet jus proprietatis, vel uſusfructus pater, ne-
que legitimam adminiſtrationem, ſed om-
nia penes filium remanent, ac ſi pater fami-
lias fuiſſet, *dict. l.* 1. §. *nec caſtrenſe, ff. de*
*collat. bonorum, for.* 4. *rubr. de collation. bonor.*
ibi: *Ne ha uſufruyt els bens, los quals los fills,*
*qui ſeràn en poder deli hauràn guanyats per llur*
*art, ò per llur ofici, ò per llur cerca.* Surd. *dict.*
*quæſt.* 11. *n.* 5. Fontanell. *dict. part.* 3. *n.*
4. Boſsius *dict. cap.* 4. *n.* 5. Burat. *deciſ.* 639.
*n.* 12. Torre *de pact. futur. ſucceſsion. deciſ.*
80. *n.* 8. Andreol. *controverſ.* 326. *n.* 2.
Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 16. *n.* 20.



& 21. Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.*
34. *n.* 9. Unde filius familias major qua-
tuordecim annorum, & minor viginti anno-
rum in Regno, & viginti quinque annorum
de jure, in cauſis beneficialibus, matrimonia-
libus, & ſpiritualibus poterit in judicio ſtare,
& agitare litem, conſtituere procuratorem,
& omnia facere ſine conſenſu, aut inter-
ventu patris, & ſi ſub curatoris poteſtate fue-
rit, ſine auctoritate, vel conſenſu curatoris,
*cap. ultim. de judiciis in* 6. Ibi: *Si annum quar-*
*tumdecimum tuæ peregiſti ætatis: in benefi-*
*cialibus, & aliis cauſis ſpiritualibus, nec non*
*& dependentibus ab eiſdem, ac ſi major xxv.*
*annis exiſteres, ad agendum vel defendendum*
*per te, vel per procuratorem, quem ad hoc con-*
*ſtituendum decreveris admitti debebis.* Molin.
*de juſtit. & jure, tract.* 2. *diſput.* 220. *n.* 6.
Flamin. *de reſignat. beneficior. lib.* 4. *quæſt.* 9.
*n.* 49. Barboſ. *ad text. in dict. cap. ultim. de*
*judiciis in* 6. *n.* 2. Burat. *deciſ.* 483. *num.* 7.
Rota *deciſ.* 571. *n.* 1. *part.* 4. *recentiſsimar.*
*tom.* 1. Vivian. *in prax. juris patron. lib.* 13. *cap.*
10. *n.* 47. Tondut. *in quæſtionib. & reſolu.*
*beneficial. cap.* 50. *per tot.* Valenſis *de benefi-*
*ciis, lib.* 3. *tit.* 22. *n.* 2. Montealegre *in pra-*
*ctic.* 1. *part. cap.* 5. *n.* 16. Fermoſin. *ad text.*
*in cap. cauſam* 9. *de judiciis, quæſt.* 13. *n.* 5.
In hiis enim minor pro majori habetur, Boer.
*deciſ.* 350. *n.* 1. Puteus *deciſ.* 161. *lib.* 2.
Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 3. Gra-
tian. *diſceptat.* 74. *n.* 11. Vivian. *dict. lib.* 13.
*cap.* 10. *n.* 47. Barboſ. *ubi proxim.* Burat.
*dict. deciſ.* 438. *n.* 7. Valenſis *ubi proxim.*
Tondut. *dict. cap.* 50. *n.* 12. Et pater pote-
15 ſtate caret patria, & legitima adminiſtratio-
ne, quia pater quoad beneficialia, & ſpiri-
tualia non habet filios in poteſtate, neque
legitimam adminiſtrationem, aut uſumfru-
ctum, Pariſ. *conſ.* 157. *n.* 15. *lib.* 4. Pereyra
*in l. ſi curatorem, verb. leſis, n.* 132. *in fin.*
Gratian. *diſceptat.* 365. *n.* 6. Capicius *deciſ.*
56. *n.* 4. Barboſ. *ubi proxim. num.* 9. Cardi-
nal. de Luca *de penſionib. diſcurſ.* 84. *ſub n.*
12. *de jure patronat. diſcurſ.* 60. *n.* 20. & *de*
*teſtament. diſcurſ.* 34. *n.* 9. Fulgin. *de jure*
*emphiteut. tit. de ſolutionib. quæſt.* 12. *n.* 6.
Torre *de pact. futuræ ſucceſsion. deciſ.* 80. *n.*
8. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.*
ad Gratian. *cap.* 365. *n.* 6. Bene verum eſt,
quod ſi in cauſa beneficiali, vel ſpirituali mi-
nor agat, & læſus fuerit, non debet ei dene-
gari reſtitutio in integrum, quamvis pro ma-
jori habeatur, Panormitan. *in cap. ex parte*
*n.* 16. *de reſtitut. ſpoliator.* Pariſ. *de reſignat.*
*lib.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 45. Oddus *de reſtitut. in*
*integr. part.* 2. *quæſt.* 60. *n.* 21. Pereyra *in l.*
*ſi curatorem, verb. vel adverſarii dolo, n.* 42.
Gratian. & Vivian. *ubi proxim.* Barboſ. *ubi*
*ſupra, n.* 3. Valenſis *dict. tit.* 22. *num.* 3.
Tondut. *dict. cap.* 50. *n.* 3. *cum ſequent.* De
filia controverti ſolet an poſsit peculium ca-
ſtrenſe, vel quaſicaſtrenſe habere, & omiſ- 16
ſis rationibus dubitandi, tenendum eſt poſſe
peculia iſta habere, quia & ſi non militet, po-
teſt habere officium publicum, aut donatio-
nem à Principe, quorum proventus, pecu-
lium eſt caſtrenſe, & quaſicaſtrenſe, ut recte
notant Monticulus *de patr. poteſt. n.* 29.
Anton. Gomez *in l.* 48. *Tauri, n.* 3. Que-
ſada *diverſar. quæſt. cap.* 7. Boſsius *dict. cap.* 4.
*num.* 10. Sed non habebit pater uſumfru-
ctum, neque legitimam adminiſtrationem
in hiis filiæ bonis, Cardinal. de Luca *de teſta-*
*ment. diſcurſ.* 34. *n.* 9.

Profectitia bona illa dicuntur, quæ ex ſub-
ſtantia, aut paternis rebus immediatè profi- 17
ciſcuntur, vel filio relicta ſunt contemplatio-
ne, ſeu occaſione patris, *l. profectitia, ff.*
*de jure dotium*, §. *igitur liberi, inſtitut. per*
*quas perſonas nobis acquiratur*, Barthol. *in l. ſi*
*plures*, §. *ſi à rogato, ff. de vulgari*, Don Mar-
tin. de la Reatigui *dict. lib.* 1. *ſelectar. cap.* 1. *n.*
7. & 8. Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 4. *n.* 3.
D. Joſeph de Retes *dict. lib.* 5. *opuſculor. cap.*
1. *n.* 9. Hæc ergo profectitia bona olim,
& hodie pleno jure, & tam quoad uſumfru- 18
ctum, quam quoad proprietatem acquirun-
tur per filium patri, *l. certum, Cod. famil. er-*
*ciſcund. l. pater, ff. de adquirend. hæredit. l.*
*cum opportet, Cod. de bonis quæ liberis*, §. 1. *in-*
*ſtitut. per quas perſonas nobis acquiratur*, Fon-
tanell. *dict. clauſ.* 4. *gloſſ.* 7. *part.* 3. *n.* 7. Fa-
rinac. *de delict. & pœnis, quæſt.* 24. *n.* 3. Paſ-
chal. *de patr. poteſt. cap.* 3. *n.* 10. Boſsius
*de patr. poteſt. cap.* 4. *n.* 4. Urceol. *de tranſa-*
*ctionib. quæſt.* 17. *n.* 18. Et quod in bonis
à Patre filio ſub ſacris paternis conſtituto do-
natis habeat uſumfructum pater, declaravit
Senatus ſententia per Caſes, *die* 5. *Octobris*
1623. inter Don Petrum Roca, & Petrum
Joannem Perez.

Adventitia filiorum bona ſunt illa, quæ ex
matre, vel genere materno, aut extraneis, 19
aliave de cauſa præter paternam habent filii,
aut filiæ, *d. l. cum opportet, Cod. de boniſque*
*liberis*. §. 1. *inſtituta, per quas perſonas nobis*
*acquiratur*, Anton. Gomez *in l.* 48. *Tauri, n.*
21. Molin. *de juſtit. & jure, tom.* 1. *tract.* 2.
*diſputat.* 32. Fagundez *in decalog. lib.* 7. *cap.*
4. *n.* 21. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. dict.*
*cap.* 3. *n.* 31. Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 4.
*n.* 3. & *cap.* 5. *num.* 1. Lareatigi *d. lib.* 1.
*ſelectar. cap.* 1. *n.* 6. Torrecilla *ſobre las Pro-*
*poſiciones, tratad.* 6. *Miſſelan. conſult.* 12. *con-*
*cluſ.* 1. *n.* 1. Acquirebantur antiquo jure hu-
juſmodi bona patri per filiū quoad proprie- 20
tatem, & uſumfructum, ſicuti profectitia, §.
1. *inſtitut. per quas perſonas nobis acquiratur*,
ubi Minſinger. Oinotomus, Pichardo, & com-
mu-

muniter DD. Pinell. *in l. 1. part.* 1. *Cod. de bo-*
*nis maternis à num.* 9. *ad* 10. Aſcan. Clemens
*de patr. poteſt. effect.* 2. Paſchal. *de virib. patr.*
*poteſt. cap.* 3. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 3. *num.*
3. Fontanell. *dict. part.* 3. *num.* 10. Fragoſ. *de*
*regim. Chriſtian. Reipublic. part.* 3. *lib.* 2. *diſ-*
*putat.* 3. §. 2. *n.* 31. Noviori jure penes filios
remanet integra proprietas bonorum adven-
21 titiorum, & ſolum patri acquiritur uſusfru-
ctus, *l.* 1. *Cod. de bonis maternis, l. final. Cod.*
*de bonis quæ liberis, l.* 3. *Cod. de inſtitutionib.*
*l.* 2. *Cod. de patr. poteſt.* §. 1. *inſtitut. per quas*
*perſonas nobis acquiratur, for.* 3. & 4. *rubr. de*
*collat. bonor.* Pinell. *in l.* 1. *Cod. de bonis ma-*
*ternis, part.* 1. *ex num.* 1. Menoch. *de arbi-*
*trar. caſu* 126. Anton. Gomez *in l.* 48. *Tauri,*
*ex n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 20.
*n.* 29. Anton. Faber *lib.* 5. *Cod. tit.* 8. *defi-*
*nit.* 27 Caſtill. *de uſufruct. cap.* 3. *n.* 8. Fon-
tanell. *dict. part.* 3. *n.* 11. Pichard. *in* §. 1.
*n.* 2. Paſchal. *dict. cap.* 3. *num.* 32. *cum ſe-*
*quent.* Ripoll. *varir. cap.* 14. *n.* 442. Bolsius
*de patr. poteſt. cap.* 4. *num.* 5. & *cap.* 5. *n.* 2.
*cum ſequent.* Galvan. *de uſufruct. cap.* 20. *ſub*
*num.* 2. Merlin. *deciſ.* 168. *num.* 16. Spada
*conſ.* 347. *num.* 2. *lib.* 3. Marta Medic. *ad*
*deciſ. Senenſ. exam.* 14. *num.* 21. Michalor.
*de fratrib. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. Cenſal. *de-*
*ciſ. Lucenſi* 44. *num.* 14. Thomas *de tutorib.*
& *curatorib. tit.* 9. *num.* 173. Giurba *ad con-*
*ſuetud. Meſſanenſ. cap.* 7. *gloſſ.* 3. *num.* 1. So-
lorzan. *de jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 15.
*num.* 2. Bich. *deciſ.* 30. *num.* 10. Bondeni *de*
*jure controverſ. collvctat.* 50. *num.* 28. Peu-
tinger. *deciſ.* 350. *n.* 9. Carpzovius *in ju-*
*riſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 11. *definit.* 5.
& *conſtitut.* 10. *definit.* 7. Caponi *tom.* 3. *diſ-*
*ceptat.* 152. *num.* 12. Cardinal. de Luca *de*
*ſervitutib. diſcurſ.* 60. *num.* 2. & *de donatio-*
*nib. diſcurſ.* 7. *num.* 6. Antunez *de donationib.*
*tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 65. & *tom.* 2. *part.*
3. *cap.* 23. *n.* 46. Carol. Spadaza *in theatr.*
*viduil. diſquiſit.* 40. *num.* 62. Carol. Anton.
de Luca *in prax. cap.* 47. *n.* 11. Quod pro-
cedit non ſolum in bonis liberis, ſed etiam
in majoratus, aut fideicommiſsi bonis, nam
uſusfructus patri acquiritur, & proprietas in-
tegra penes filiū remanet, Molin. *de Hiſp. pri-*
*mogen. lib.* 1. *cap.* 19. *à n.* 18. Mieres *de majo-*
*rat.* 4. *par. quæſt.* 3. *à n.* 3. Paſchal. *de virib. patr.*
*poteſtat. cap.* 3. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 3. *num.*
49. Solorzan. *ubi proxim.* Giurb. *dict. cap.* 7.
*gloſſ.* 2. *num.* 9. Antunez *de donationib. dict.*
*cap.* 3. *num.* 66. Torrecilla *ſobre las propoſi-*
*ciones, tratad.* 6. *Miſſelan. conſulta* 12. *con-*
*cluſ.* 2. *num.* 2.

Aliquibus in caſibus non acquiritur ad-
22 ventitiorum bonorum uſusfructus patri, ſed
penes filium remanet. Primo enim ſi filio
donata, aut legata fuerint adventitia bona,
ea lege quod uſusfructus non acquireretur
patri, non habebit uſumfructum pater in il-
lis bonis, *authentic. excipitur, C. de bonis quæ*
*liberis, authentic. ut liceat matri, & Aviæ, in*
*princ. colla.* 8. *for. ſi alcu* 4. *rubr. de collat. bonor.*
Ibi: *Si alcu leixarà alcuna coſa, à aquell que*
*ſerà en poder del pare, ſots aquella condició, ò*
*manera que el pare no hacha en aquella coſa*
*uſufruyt: lo Pare no ha, ne deu haver en aquella*
*coſa uſufruyt.* Ita docent Surd. *conſ.* 116.
Vazquez *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *ad l. quo-*
*niam, num.* 234. Aſcan. Clemens *de patr. po-*
*teſt. cap.* 6. *effect.* 2. *n.* 4. Paſchal. *de virib.*
*patr. proteſtat. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 38. Sanchez
*in ſumma, lib.* 4. *cap.* 35. *n.* 39. & *conſilior.*
*moral. lib.* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 12. *n.* 4. Rebel.
*de obligat. juſtit. lib.* 1. *de prælud. juſtit. quæſt.*
5. *num.* 15. Fagundez *in decalog. lib.* 7. *cap.*
4. *num.* 30. Caſtill. *de uſufructu, cap.* 3. *num.*
54. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 7.
*part.* 3. *n.* 22. Fragoſ. *de regim. part.* 3. *diſ-*
*put.* 1. *n.* 230. Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 5.
§. 4. *n.* 85. Carpzovius *in juriſprud. forenſ.*
*part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 10. Cardinal. de
Luca *de ſervitutib. diſcurſ.* 60. *n.* 3. & *diſ-*
*curſ.* 64. *num.* 2. & *diſcurſ.* 106. *n.* 5. & *de*
*fideicommiſſ. diſcurſ.* 242. *num.* 5. Antunez
*de donationib. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 23. *num.* 19.
& 20. Et ita invenies à Senatu deciſum ſen-
tentia per Caſes, *die* 3. *Martii* 1626. inter
Annam Eſcortells, & de Blaſco, & Vincen-
tium Eſcortells. Sed ad hoc ut Pater uſufru-
ctu privatus cenſeatur, debet ei expreſsè adi- 23
mi, *for.* 48. *fol.* 15. *curiar. anni* 1626. Ibi: *No*
*ſia viſt reſtar privat del uſufruyt, ſi no es que*
*expreſſament loy haguès prohibit.* Unde licet
Pater fuerit datus filio tutor teſtamentarius,
& tutellam acceptet, non cenſebitur uſufru-
ctu privatus, *dict. for.* 48. Pariter ſi hæreditas,
legatum, aut bona donentur filio familias ea
lege, quod pater non habeat legitimam, ad- 24
miniſtrationem, non habebit pater reſpectu
illorum bonorum legitimam adminiſtratio-
nem, *dict. authentic. excipitur, Cod. de bonis quæ*
*liberis,* Trentacinc. *variar. lib.* 1. *tit. de pecul.*
*reſolut.* 4. *n.* 1. Antunez *de donationib. tom.*
2. *part.* 3. *cap.* 23. *n.* 20. Et quod ea lege re-
lictis bonis, remaneat Pater privatus admi-
niſtratione legitima, pronuntiavit Senatus
ſententia per Alreus, *die* 26. *Auguſti* 1589.
inter Joannem Audinet, & ejus uxorem, &
Hieronymum Garcia. Et idem fuit deciſum
in ſupradicta ſententia, *diei* 3. *Martii* 1626.
inter Annam Eſcortells, & de Blaſco, & Vin-
centium Eſcortells.

Secundò ſi Princeps donaverit, vel relin-
querit bona filiis familias, non acquiritur eo- 25
rum uſusfructus Patri, ſed penes filios rema-
net, *l. cum multa, Cod. de bonis quæ liberis, for.* 3.
*verſ. ſi empero, for.* 4. *in fin. rubr. de collat. bo-*
*nor.*



*nor.* Ibi: *Ne encara en aquelles coſes no haurà*
*uſufruyt, les quals lo Princep haurà donades*
*al fill qui ſerà en poder del Pare,* docent Go-
mez *in l.* 48. *Tauri, n.* 3. Aſcan. Clemens
*de patr. poteſt. cap.* 6. *n.* 41. Surd. *de aliment.*
*tit.* 9. *quæſt.* 28. *n.* 13. & 14. Paſchal. *de patr.*
*poteſt. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. & 47. & 50. Boſ-
ſius *de patr. poteſt. cap.* 5. §. 4. *n.* 83. Solorz.
*de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 9.
Trentacin. *variar. lib.* 1. *tit. de pecul. reſolut.*
5. *n.* 10. Giurb. *de ſucceſsion. feudor. prælud.*
2. *n.* 6. Emmanuel Barboſ. *ad ordinat. lib.*
4. *tit.* 98. §. 5. Oñate *de contractib. tom.* 1.
*diſput.* 4. *n.* 168. Fulgin. *de jure emphiteut.*
*tit. de diverſis quæſtionib. quæſt.* 17. *n.* 8. Car-
dinal. de Luca *de ſervitutib. diſcurſ.* 60. *n.* 10.
Antunez *de donationib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3.
*n.* 68. & *tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 23. *n.* 42.
26 Tertiò non acquirit pater uſumfructum bo-
norum adventitiorum per filium, quandò pa-
ter, & filius ſimul ſuccedunt prædefuncto
fratri inteſtato in viriles, nam uſufructus il-
lius partis per ſucceſsionem acquiſitæ penes
filium familias remanet, *authent. item hære-*
*ditas, Cod. de boniſque liberis, authent. de hæ-*
*reditatibus ab inteſtato venientibus,* §. *ſi igitur*
*defunctus, dict. for.* 4. *rubr. de collat. bonor.* ibi:
*Nelpare no ha uſufruyt, en aquella part de la*
*heretat, en la qual lo fill ſucceby ab lo Pare en-*
*ſemps à ſon frare qui mori inteſtat,* ita docent
Aſcan. Clemens, *de patr. poteſt. dict. cap.* 6.
*effect.* 2. *n.* 41. Paſchal. *de virib. patr. proteſt.*
*part.* 1. *cap.* 3. *num.* 53. Gratian. *diſceptat.* 781.
*n.* 45. & *deciſ.* 76. *n.* 24. & 26. ubi Sco-
pa *in obſervat.* Bardell. *conſ.* 4. *n.* 38. Boſ-
ſius *dict. cap.* 5. *n.* 81. Altograd. *conſ.* 48. *n.*
10. Paul. Meli *allegat.* 125. *n.* 28. *lib.* 3. &
*in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 44. *n.*
8. Cardinal. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 27.
*n.* 3. & *de ſervitutib. diſcurſ.* 61. *n.* 3. &
20. & *diſcurſ.* 62. *per tot.*
27 Quartò non habet uſumfructum adventi-
tiorum pater, quandò filius acquiſivit bona
renuente, & contradicente Patre, *l. final.* §.
1. *Cod. de bonis quæ liberis, dict. for.* 4. *rubr. de*
*collat. bonor.* ibi: *Ne ha uſufruyt, en aquella*
*heretat, la qual ſerà leixada al fill: la qual lo*
*fill pres contra voluntat del Pare.* Pinell. *in l.*
1. *part.* 3. *n.* 103. *Cod. de bonis matern.* Surd.
*conſ.* 116. *n.* 48. *vol.* 1. Joan. Bautiſta de
Borbot. *de filiis famil. quæſt.* 16. *num.* 20.
Trentacin. *variar. d. tit. de pecul. reſolut.* 5.
*n.* 6. Boſsius *dict. cap.* 5. *n.* 82. Carpzov.
*in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtit.* 10. *definit.*
11. *n.* 6. Antunez *de donationib. dict. part.* 3.
*cap.* 23. *n.* 41. Quintò in bonis à filio, vel
28 filia ratione dotis, aut donationis propter
nuptias acquiſitis, non habet uſumfructum
Pater, *l. Pomponius Philadelphus, ff. familiæ er-*
*ciſcund. dict. for.* 4. *rubr. de collat. bonor.* ibi:
*Nel pare no ha uſufruyt en aquelles coſes, les*
*quals lo fill, ò la filla, qui ſerà en poder dell,*
*haurà guañat, per rahò de eixovar, ò de domatiò*
*per nupcies,* docent Socin. Senior *conſ.* 100.
*n.* 3. *lib.* 3. Cravet. *conſ.* 84. *n.* 15. Bald.
Novell. *de dote, part.* 6. *privileg. ultim.* & *part.*
8. *privileg.* 10. Paſchal. *de virib. patr. poteſtat.*
*part.* 1. *cap.* 3. *n.* 40. Boſsius *de patr. poteſt.*
*dict. cap.* 5. *n.* 69. & *de dote, cap.* 3. *n.* 27.
Ultimò ſi ſolus uſusfructus filio familias re-
lictus fuerit, quia ſervitutis ſervitus nequit 29
dari, *l.* 1. *ff. de uſufruct. legat.* non poterit pater
acquirere uſumfructum, uſusfructus relicti,
*d. for.* 4. *rubr. de collat. bonor.* ibi: *Ne encara*
*no ha uſufruyt en luſufruyt que al fill ſerà lei-*
*xat.* docent Gloſſ. *in authent. idem eſt, verſ.*
*item novus, Cod. de bonis quæ liberis,* Molin.
*de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 181.
Caſtill. *de uſufruct. cap.* 63. *n.* 16. Trenta-
cin. *dict. reſolut.* 5. *n.* 9. Oñate *de contra-*
*ctib. tom.* 1. *diſput.* 4. *n.* 169. Boſsius *de*
*patr. poteſt. cap.* 4. *num.* 36. Cardinal. de Lu-
ca *de ſervitutib. diſcurſ.* 63. *n.* 3. Antunez
*de donationib. dict. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 23. *n.*
42. Sed licet uſusfructus jus, & ſervitus in 30
caſu prædicto patri non quæratur, comodi-
tas fructuum acquiritur patri, juxta commu-
nem DD. reſolutionem, Mendes à Caſtro
*in repetit. l. cum opportet, Cod. de bonis quæ li-*
*beris, part.* 2. *n.* 118. Caſtill. *de uſufruct.*
*cap.* 63. *n.* 25. Boſsius *de patr. poteſt. cap.*
4. *num.* 35. Cardinal. de Luca *ubi proxim.*

Durat adventitiorum uſusfructus in pa-
tris perſona, non ſolum dum vivit filius ſub 31
patria poteſtate, ſed etiam ſi filius moriatur:
morte enim filii, non expirat, ſed ſemper
durat vita patris (cui acquiſitus fuit) duran-
te, *l.* 4. *Cod. de bonis quæ liberis, l. ultim. Cod.*
*ad S. C. Tertilian. l. ultim. in fin. C. commu-*
*nia de ſucceſsionib.* Caſtill. *de uſufruct. cap.* 3.
*num.* 44. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.*
7. *gloſſ.* 2. *part.* 1. *num.* 5. Tondut. *reſolut.*
*civil. cap.* 103. *in fin.* Boſsius *de patr. poteſt.*
*cap.* 2. *num.* 28. Carpzov. *in juriſprud. forenſ.*
*part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 7. *n.* 4. Micha-
lor. *de fratrib. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 15. Bonden.
*de jure controverſ. colluct.* 50. *n.* 55. Antunez
*de donationib. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 23. *num.* 48.
Sed carente filio aliis bonis, tenetur pater
illum alere ex fructibus bonorum adventi-
tiorum, ut judicavit Senatus ſententia per
Daza, *die* 31. *Martii* 1634. inter Egregium
Comitem de Geltalgar, & illius creditores.
In noſtro Regno, ſi filius, aut filia morian-
tur majores quindecim annorum, & in æta- 32
te teſtandi, non expirabit uſusfructus advē-
titiorum, ſed penes patrem remanebit, quia
in hoc caſu non reperitur revocata juris
communis diſpoſitio; ſi verò moriatur fi-
lius ante decimumquintum annum, & in
æta-

ætate non teſtandi, finitur adventitiorum
uſusfructus, & in Patre non remanet, ut ſta-
bilitum extat, *in foro* 107. *fol.*16.*curiar. anni*
1564. Ibi: *Perçò los dits tres braços ſupliquen*
*à V. Mageſtad ſio ſa merce ab perpetual fur de-*
*cidir dit aupte, provehint, que en tot càs que*
*lo fill menor morrà en menor edat de no poder*
*teſtar, que lo Pare no tinga uſufruyt en los bens*
*dotals de la mare de dit menor, ni en altres ad-*
*venticis: Sino que en continent reſtitueixca*
*los dits bens dotals, è adventicis.*

Ceſſabit etiam adventitiorum uſusfructus
Patri quæſitus in Regno, ſi filius, aut filia
33 matrimoniũ contraxerint: licet enim de jure
filii per matrimonium à ſacris paternis non
liberentur, *leg.* 1. *de liberis exhibend. l. ſi*
*uxorem, Cod. de conditionibus inſertis, l. inter*
6. *§. filius familias, l. maritum* 24. *§. certum,*
*l. filius, ff. ad l. Juliam de adulteriis, l.*3. *l. ſi ut*
*proponis, Cod. de nuptiis, l. filia licet, Cod. de*
*collationib. l.*2. *§. quod ſi in patris, l. quoties, ff.*
*ſolut. matrim.* Michalor. *de fratrib. part.* 1. *cap.*
3 *num.* 9. Bich. *deciſ.* 460. *num.* 13. Gon-
zalez Tellez *ad text. in cap. non eſt* 11. *de ſpon-*
*ſalib. num.* 4. Carpzov. *in juriſprud. forenſ.*
*part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 2. *n.* 2. Bonden.
*de jure controverſ. colluctat.* 50. *num.* 37. Ca-
rol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 56.
*num.*43. Cardinal. de Luca *de donationib. diſ-*
*curſ.*41. *n.* 7. Niſi matrimonium per coëmp-
tionem celebratum fuiſſet, quia per tale ma-
34 trimonium liberabatur filia à poteſtate pa-
tris, & in mariti poteſtatem tranſibat, erat-
que ei quaſi filia, aut loco filiæ, & jura con-
ſequebatur ſuitatis, & conſanguinitatis, juxta
*Ulpian. in fragment. tit.* 22. *§. ſui, & tit.* 29.
*leg. ſicut, ff. de operis libertorum, l.* 1. *Cod. de*
*bonis quæ liberis, l.*7. *Cod. de nuptiis, l. ſi uxo-*
*rem, Cod. de conditionib. inſertis, l.*12. *Cod. de*
*collationib. l. nulla, Cod. de ſuis, & legitimis,*
*l. mulieris, ff. de uſu, & habitat.* Petrus Gre-
gor. Toloſan. *ſintagm. juris, lib.* 9. *cap.* 5.
*num.* 23. Tiraquell. *ad ll. connubial. l.* 4. *num.*
5. *&* 6. Guevara *ad topica Ciceron.* §. 3. Gon-
zalez Tellez *ad text. in dict. cap.*11. *de ſponſa-*
*lib. n.* 8. Et neque uſusfructus adventitio-
35 rum patri quæſitus per matrimonium filii
ceſſaret, *l.* 1. *&* 2. *Cod. de bonis quæ liberis*, Ca-
ſtill. *de uſufruct. cap.* 3. *num.* 76. Tamen in
36 noſtro Regno, tàm filii quàm filiæ, per ma-
trimonium, liberantur à patris poteſtate, *for.*
5. *&* 6. *rubr. de collation. bonor.* Dom. Leon
*deciſ.* 55. *num.* 15 D. Creſpi *obſervat.* 108.
*n.*3. *cum ſequent.* & de noſtro Regno teſtatur,
Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap.* 11 *de*
*ſponſalib. n.* 8. Et quod filii, & filiæ per
matrimonium à ſacris paternis liberentur,
declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die*
1. *Februarii* 1636. inter Galcerandum An-
gleſola, & ſuos creditores. Et quod in tota
Hiſpania, & multis aliis Regnis, filii, &
filiæ per matrimonium liberentur à patria
poteſtate, docent Anton. Gomez *in l.*47. *Tau-*
*ri, num.* 3. Cabedo *deciſ.* 72. *num.* 3. *lib.* 3.
Sanchez *conſilior. moral. lib.*1. *cap.* 1. *dubitat.*
15. *num.* 4. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 33. *num.*
77. Vela *diſſertat.*1. *num.*13. *&* *diſſertat.* 11.
*n.* 62. noſter Morlà *in juris empor. part.* 1.
*tit.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 5. Giurb. *ad conſuet.*
*Meſſan. cap.* 3. *gloſſ.* 4. *n.*14. Boſsius *de patr.*
*poteſt. cap.* 2. *n.* 21. Regens Vico *ad ll. Sar-*
*din. tom.* 2. *tit.* 40. *cap.* 7. Queſada, & Pilo
*diſſertat.* 16. *num.* 54. Gonzalez Tellez
*ubi proxim.* Cuttel. *de donationib. tom.* 2. *diſ-*
*curſ.*1. *ſect.*5. *ſub n.* 11. Bonden. *de jure con-*
*troverſ. colluctat.* 50. *n.* 48. Caponi. *tom.*4.
*diſceptat.* 282. *n.* 3. Carol. Rota *de privileg.*
*mulier. cap.* 1. *n.* 91. Carpzov. *in juriſprud.*
*forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 2. *per tot.*
Carol. Spadaz. *in theatr. viduil. diſquiſit.* 56.
*num.* 24. *cum ſequent.* Cardinal. de Luca *de*
*donationib. diſcurſ.* 41. *n.* 7. Antunez *de do-*
*nationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 18. *num.*
96. Torrecilla *ſobre las propoſiciones, tratad.*6.
*Miſſelan. conſult.* 12. *concluſ.* 3. *n.*4. Triſtany
*deciſ.* 5. *num.* 5. Per ſponſalia autem de 37
futuro non liberantur filii, aut filiæ à patris
poteſtate, D. Leon *ubi proxim.* D. Creſpì *ob-*
*ſervat.* 108. *n.* 5. Et declaravit Senatus ſen-
tentia per Berbegal, *die* 1. *Martii* 1610. in-
ter Rufinam Catanova, & Hieronymum Pe-
ñaranda, ſicuti nec per ingreſſum religionis
liberantur, ſed ſolum per profeſsionem, Fon-
tanell. *deciſ.* 531. *num.* 12. *tom.*1. D. Creſpì
*ubi proxim.* Cardinal. de Luca *de regularib.*
*diſcurſ.* 62. *n.* 3. Qui aſſerit per matrimo-
nium ratum contingere liberationem iſtam.
Per dignitatem Ducis, Marchionis, aut Co- 38
mitis, aut per ſimilis dignitatis adeptionem
liberantur filii, aut filiæ à patris poteſtate,
Maſtrill. *de magiſtrat. lib.*4. *cap.*13. *n.* 186. *&*
190. Capori. *tom.* 4. *diſceptat.* 282. *n.*3. Car-
dinal. de Luca *de feudis, diſcur.* 116. *n.* 11.
*&* 21. Torrecilla *ſobre las propoſiciones, tra-*
*tado* 5. *de juſtit. & jure conſult.* 12. *num.* 5.

Unde cum in Regno liberentur filii à ſa-
cris paternis per matrimonium, expirabit 39
adventitiorum uſusfructus patri quæſitus
per matrimonium filii, aut filiæ, nepotis, aut
neptis, *for.*3. *§. mas ſi el pare, & in fin. rubr. de*
*collat. bonor.* Et ita invenitur judicatum à Se-
natu ſententia per Alreus, *die* 14. *Maii* 1631.
inter Don Petrum Torres, & alios. In mul-
tis enim Regnis, & Provinciis extinguitur
adventitiorum uſusfructus per matrimo-
nium filii, aut filiæ familias, Boer. *deciſ.* 197.
*à n.* 5. Anton. Gomez *in l.* 47. *Tauri, n.*3. *in*
4. *illat.* Paſchal. *de patr. poteſt. lib.*1. *cap.*3. *n.*
41. Coler. *part.* 1. *deciſ.*41. *n.*8. Carpzov. *in*
*juriſprud. forenſ. part.*2. *conſtitut.*11. *definit.*5.



*n.* 8. Bonden. *colluct.* 50. *n.* 66. Torrecilla
*dicho tratado* 6. *Miſſelan. conſulta* 12. *concluſ.*
1. *n.* 3. Triſtany *deciſ.* 5. *n.* 7. Et expirabit
uſusfructus adventitiorum, non ſolum quan-
do patris voluntate concurrente matrimo-
nium à filiis fuerit celebratum, ſed etiam
ſi contra patris voluntatem nubant; nam eſtò
*in for.* 106. *fol.* 21. *curiar. anni* 1626. Fuerit
ſupplicatum, quod in caſu contrahẽdi matri-
monium filius, aut filia cum patris volũtate,
& non alio modo uſusfructus adventitiorum
ceſſaret, ſolum in decreto fori cautum fuit
quod aſſuetis ſtaretur. Et extante ſtatuto,
prout apud nos extat, quod ceſſet uſusfru-
ctus adventitiorum per matrimonium filii, &
quod illi integra reſtituantur bona, abſolutè
debet intelligi, ſive de conſenſu patris nu-
bat, ſive non, ut optimè ad intentum do-
cent Caſtill. *de uſufruct. cap.* 3. *n.* 80. *&* 83.
Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 2. *n.*21. *& cap.*5.
*n.* 127.

Liberantur etiam à ſacris paternis filii per
40 emancipationem, *l. cum in adoptivis, Cod. de*
*adoptionib. §. præterea, inſtitut. quibus mod. jus*
*patriæ poteſtat. ſolvitur, for.* 5. *rubr. de collat.*
*bonor.* Aſcan. Clemens *de patr. poteſt. cap. ul-*
*tim. ex n.* 79. Anton. Faber *in juriſprud.*
*Papinian. tit.* 11. *princip.* 10. Boſsius *de patr.*
*poteſt. cap.* 2. *§.* 6. *n.* 58. Carolus Spadaza *in*
*theatr. viduil. diſquiſit.* 56. *n.* 61. Urceolus
*de tranſactionib. quæſt.* 16. *n.* 2. Licet in
Regno inſolita, & inviſitata ſit emancipa-
tio, præmaximè non concurrente juſta cauſa
ad hoc ut fiat, ut Senatus dixit ſententia per
Ferrera, *die* 9. *Decembris* 1664. inter Anto-
nium de la Praya, & Raphaelem Garcia de
Salat generoſum. De jure autem ſolum amit-
41 tit pater dimidiam uſusfructus partem ad-
ventitiorum per emancipationem filii, & ac-
quiritur emancipato filio, *l.* 6. *§. penultim.*
*Cod. de boniſque liberis, §. hoc quoque, inſti-*
*tut. per quas perſonas nobis acquiratur*, Anton.
Gomez *in l.* 48. *Tauri, n.* 6. Surd. *de ali-*
*ment. tit.* 9. *quæſt.* 20. *n.*42. Pichard. *in d.*
*§. hoc quoque, n.* 1. *cum ſequentib.* Boſsius
*de patr. poteſt. cap.* 2. *n.* 60. Arnold. Corvin.
*in ſumma C. lib.* 6. *tit.* 60. *verſ. ſed hoc ita.* In
noſtro Regno per emancipationem filii ami-
tit pater integrum adventitiorum uſumfru-
ctum, & filio quæritur, *for.*3. *rubr. de collat.*
*bonor.* ibi: *Mas ſi el pare, lo fill, ò la filla, ol*
*net, ò la neta, ò daqui enant altres, aqui aquells*
*bens aixi com damunt es dit ſeràn ſdevenguts*
*emanciparà: el fill, ò la filla, ol net, ò la neta,*
*aqui aquells bens aixi cõ damũt es dit ſeràn ſde-*
*venguts: ſeràn allogats en matrimoni, de con-*
*tinent lo pare ſia tengut de reſtituir à ells ente-*
*grament les coſes damunt dites. En aixi que de*
*aquell temps à enant lo pare en les dites coſes,*
*ò els fruyts de aquelles nenguna coſa no prena ne*
*hacha.* De ſimili conſtitutione teſtantur Co-
ler. *part.* 1. *deciſ.* 41. *n.* 3. Carpzovius *in ju-*
*riſprud. forenſ. part.*2. *conſtitut.*11. *definit.*5. *n.*
7. Oñate *de contractib. tom.* 1. *diſputat.* 4. *n.*
169. Cenſetur enim pater in Regno, tacitè
remittere, & donare uſumfructum filio,
emancipando illum, & ſi tacitè patri hoc per-
mittitur fieri, non eſt dubitandum quod ex-
preſsè ei permitti debet, nam pater, etiam 42
remanente filio in patria poteſtate, poteſt in
illius favorem remittere, aut renuntiare ad-
ventitiorum uſumfructum, & filio donare,
*l. cum oportet* 6. *§. non autem, Cod. de boniſque*
*liberis, dict. for.* 4. *rubr. de collat. bonor.* ibi:
*Ne ha uſufruyt en aquella coſa lo pare: la qual*
*coſa era leixada al fill: ſil pare aquell uſufruyt,*
*que y devia haver, ha leixat, è definit al fill.* Me-
noch. *conſ.* 282. *n.* 31. Surd. *conſ.* 259. *n.*
16. *& de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 20. *n.* 22.
Aſcan. Clemens *de patr. poteſt. cap.*6. *effect.*2.
*n.* 31. *& effect.* 10. *n.* 12. Sanchez *conſi-*
*lior. moral. lib.* 1. *cap.*2. *dubitat.* 12. 13. *&* 14.
Fagundez *de juſtit. & jure, lib.* 1. *cap.* 15. *n.*
4. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 6. *tit.*
61. *verſ. caſus*, Boſsius *de patr. poteſt. cap.*5. *n.*
104. Fragoſ. *de regim. Chriſtian. reipubl. par.*
3. *lib.* 1. *diſputat.* 2. *n.* 230. Fulgin. *de jure*
*emphiteut. tit. de diverſis quæſtionib. quæſt.*17.
*num.* 8. Antunez *de donationib. tom.*2. *part.*3.
*cap.* 23. *num.* 23. Quod non intelligas quan-
do renuntiatio uſusfructus adventitiorum
fuiſſet in creditorum fraudem, quia pater
neque favore filii, neque cujuſlibet extranei
poteſt remittere uſumfructum adventitio-
rum, vel ei renuntiare in præjudicium ſuo-
rum creditorum, ut judicavit Senatus ſen-
tentia per Alreus, *die* 21. *Junii* 1614. inter
Don Bernardum Boil Curatorem, & Credi-
tores Don Franciſci Creſpì, & alia per eun-
dem, *die* 21. *Junii* 1625. in favorem Don
Auſiæ Creſpì, & contra creditores ejus pa-
tris.

De jure etiam ſi filius major vigintiquin-
que annorum fuerit, non acquirit adventitio- 43
rum uſumfructum, nam cum hujuſmodi ac-
quiſitio uſusfructus, effectus ſit patriæ pote-
ſtatis, Surd. *de aliment. tit.*9. *quæſt.*20. *n.* 29.
Caſtill. *de uſufruct. cap.*3. *n.* 8. Anton. Faber
*in Cod. lib.* 5. *tit.* 8. *definit.* 27. Fontanell.
*de pact. nuptial. clauſ.*4. *gloſſ.*7. *part.* 3. *n.* 11.
Bellon. *de jure acreſcend. cap.*7. *quæſt.*59. *num.*
116. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2.
*conſtitut.* 10. *definit.* 7. *num.*6. Bonden. *de ju-*
*re controverſ. colluct.* 50. *num.* 59. Peutinger.
*deciſ.* 35. *num.* 9. Antunez *de donationib. tom.*
2. *part.* 3. *cap.* 23. *n.* 46. dum filius in patris
remanet poteſtate, uſusfructus debet penes
patrem eſſe, & certi juris eſt per ætatem non 44
liberari filios à patria poteſtate, nam etiam
ſi fuerint ſexagenarii, & ſenes remanent

ſemper ſub vinculis patriæ poteſtatis, ut docent, gloſſ. in l. final. §. pupillus, ff. de verbor. obligationib. Anton. Gomez in l. 47. Tauri, n. 1. Pinel. in l. 1. part. 2. n. 34. Cod. de bonis matern. Matienz. in l. 8. gloſſ. 1. n. 2. lib. 5. recopilat. Sanchez de matrimon. lib. 6. diſput. 39. n. 10. & lib. 4. ſummæ, cap. 35. n. 29. Narbon. in juris annalib. anno 25. quæſt. 76. n. 4. Niſi caſu in quo per decennium filius ætate major ſeorſim à patre habitaverit in propria domo, cum propria familia adminiſtrando bona ſciente, & conſentiente patre,
45 nam tunc non propter ætatem, ſed quia cenſetur tacitè emancipatus, liberatur à patria poteſtate, ut docent Alciat. de præſumptionib. regul. 2. præſumpt. 2. Menoc. de præſumptionib. lib. 1. quæſt. 48. n. 21. & conſ. 451. n. 34. Tuſch. practic. lit. E concluſ. 109. n. 7. Garcia de nobilit. gloſſ. 30. n. 3. Heringius de fidejuſſorib. cap. 7. n. 622. Boſsius de patr. poteſt. cap. 2. n. 63. & 64. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 74. n. 1.

In Regno autem dubitari poteſt, an filius
46 familias ſub Sacris paternis conſtitutus, per ætatem viginti duorum annorum, adventitiorū uſumfructum conſequatur: in for. enim 3. rubr. de collat. bonor. cavetur quod uſumfructum adventitiorum percipiat pater, quouſque filius ætatem viginti duorum annorum habeat, qua completa teneatur pater reſtituere adventitia bona filio, & juxta hanc partem diſpoſitum videtur quod extinguatur uſusfructus adventitiorum per ætatem viginti duorum annorum, ibi: E que el Pare poſſeeſca aquells bens en tro que el fill hacha edat de vint y dos anys cumplits, è quen rebe lo uſufruyt. E ſi poſſeſsions vendràn à aquell fill: que el Pare ay tambè poſſeeſca aquelles poſſeſsions en tro que el fill hacha edat de vint y dos anys, è que en reba luſufruyt. E quant lo fill haurà cumplida edat de vint y dos anys, recobre, è hacha aquelles poſſeſsions del Pare. In eodem autem foro dicitur, quod pater filio majori viginti duorum annorum non teneatur reſtituere adventitiorum uſumfructum, ibi: Quant lo fill haurà cumplida edat de vint y dos anys recobre, è hacha aquelles poſſeſsions del Pare, mas lo pare no ſia tengut de reſtituir al fill luſufruyt. Quo modo ergo poterit componi, quod pater adventitia bona filio majori viginti duorum annorum reſtituat, & nō teneatur uſumfructum reſtituere filio, niſi dicendo, quod Pater reſtituere teneatur proprietates, & retinere poſsit illarum uſumfructum. Sed ego ſemper cenſeo uſumfructum adventitiorum patri quæſitum
47 extingui in Regno, & filio acquiri per ætatem completam vigintiduorum annorum filii, prout probatur ex eodem foro, & confirmatur, ex for. 87. fol. 19. curiar. anni 1626. ibi: Fins tànt que lo fill, ò la filla ſien machors de vint y dos anys. Ita docent noſter Taraçona inſtitut. foral. lib. 2. tit. 7. de uſufr. verſ. lo Pare. Noſter Ginart in reportor. foror. verbo uſufruyt, fol. 253. Neque obſtant verba ultima illa fori, nam intelligenda ſunt hoc modo, quod Pater fructus adventitiorum perceptos uſque ad ætatem ſupradictam, filii non teneatur reſtituere, quia ſuos fecit virtute patriæ poteſtatis, neque aliquam rationem de illis reddere tenetur, juxta text. in l. cum oportet, §. non autem, Cod. de boniſque liberis, l. ultim. §. hoc proculdubio, Cod. eod. Mangil. de evictionib. quæſt. 35. n. 24. Thomas de tutoribus, & curatorib. tit. 9. n. 192. fol. 42. & tit. 14. n. 118. fol. 1068. Illud verò, quod, in foro dicitur, nempè, quod teneatur pater reſtituere filio bona, completa ætate ſupradicta, nequit intelligi niſi de reſtitutione uſusfructus, nam ſi pater in adventitiis filii non habet proprietatem, quia hæc penes filium remanet, ut diximus, num. 21. Et tantum uſumfructum pater habet, ſolum poteſt conſiderari in patre obligatio reſtituendi illud quod habet. In Caſtellæ Regnis ſimile reperitur ſtatutum antiquum ordinans, quod filius, ætate vigintiquinque annorum completa, adquirat adventitiorum uſumfructum l. 31. tit. 11. part. 4. l. 8. tit. 11. lib. 1. fori, videndi Brederodius in lib. ſententiar. & regular. juris, civilis verb. ætas, verſ. ætas diaconi, in fin. Azeved. in l. 9. tit. 1. n. 6. lib. 5. novæ recopilat. Narbona in juris annalib. anno 25. quæſt. 76. n. 2. & 3. Sed licet per forum ſupradictum, & ſimiles leges municipales,
completa ſupradicta ætate, acquirat adventitiorum uſumfructum filius, non tamen liberatur à patria poteſtate per ætatem viginti duorum annorum; quia non ita cautum habetur in foro, & ſtatuto, ut in hac parte cenſeatur derogata juris communis diſpoſitio, imò non obſtante uſusfructus acquiſitione, ſemper ſub ſacris paternis remanebit filius, ut optimè probat Narbona, ubi proximè, n. 4. 48

Efficit etiam patriæ poteſtatis vinculum, 49
quod pater legis virtute bonorum filii ſit legitimus adminiſtrator, leg. 1. leg. cum oportet, l. final. & tot. tit. Cod. de boniſque liberis, l. 1. & tot. tit. Cod. de bonis maternis, for. 3. & 4. rubr. de collat. bonor. for. 106. fol. 21. for. 48. fol. 15. curiar. anni 1626. docent Aſcan. Clemens de patr. poteſt. cap. 6. effect. 12. n. 1. Capicius deciſ. 56. n. Paſchal. de patr. poteſt. cap. 2. Antonius Faber in ſuo Cod. tit. 36. definit. 6. lib. 6. Caſtill. de uſufruct. cap. 13. n. 13. Phebus deciſ. 36. Pereyra deciſ. 19. & 124. Mendes à Caſtro in l. cum oportet, Cod. de boniſque liberis, Carvalhus in cap. Raynald. de teſtament. 4. par.





cap. 1. n. 51. Fontanella de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 7. part. 3. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 27. n. 17. Amendola ad Franchis deciſ. 49. n. 28. Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 15. Giurba ad conſuetud. Meſſan. cap. 7. gloſſ. 3. n. 12. Vela diſſertat. 9. n. 10. Olea de ceſsion. jurium, tit. 2. quæſt. 6. à n. 16. Michalor de fratrib. part. 1. cap. 3. n. 45. Tondut. reſolut. civil. 102. n. 1. part. 2. Boſsius de patr. poteſt. cap. 8. n. 1. cum ſequentib. Arnold. Corvin. in ſumma C. lib. 6. tit. 61. Capycius Galeot. controverſ. 41. n. 3. lib. 2. Fulgin. de jure emphiteut. tit. de ſolutionib. quæſt. 12. n. 1. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 69. n. 3. Fragoſ. de regim. Chriſtian. Reipublic. part. 1. lib. 6. diſputat. 16. §. 1. ſub n. 54. Oñate de contract. tom. 1. diſputat. 4. n. 167. Dom. Creſpì obſervat. 108. n. 4. cum ſequentib. Paul. Meli in obſervat. ad Caſtill. de aliment. cap. 44. n. 4. Pegaſ. reſolut. forenſ. cap. 3. n. 829. Thomas de tutorib. & curatoribus, tit. 9. n. 173. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 5. Carol. Spadaz. in theatr. viduil. diſquiſit. 40. n. 62. Caſtejon in alphabet. verb. pater, n. 5. Arguell. deciſ. 62. n. 17. Ninot. deciſ. 42. n. 6. Peutinger. deciſ. 240. & legitimæ adminiſtrationis virtute habet pater majorem, & longe excellentiorem poteſtatem, quam habent tutor, vel curator, prælatus, uſufructuarius, & cæteri alii adminiſtratores, Pinell. in l. 1. §. 1. n. 16. Cod. de bonis matern. Aſcan. Clemens de patr. poteſt. cap. 6. effect. 12. n. 7. Gratian. diſcept. 846. n. 12. Paſchal. dict. cap. 2. n. 2. Anton. Faber lib. 2. Cod. tit. 38. definit. 10. n. 6. Caſtill. dict. cap. 3. n. 11. & 12. Giurb. ad conſuet. Meſſan. part. 1. cap. 7. gloſſ. 3. n. 14. Olea ubi proxim. n. 26. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 24. n. 119. & cap. 27. n. 21. Valeron de tranſactionib. tit. 4. quæſt. 4. n. 16. Mart. Ventur. conſ. 2. n. 29. Boſsius dict. cap. 8. n. 3. Paul. Meli allegat. 69. n. 11. lib. 3. & in dict. cap. 44. n. 9. Rota deciſ. 86. n. 16. part. 16. & deciſ. 171. n. 38. part. 7. recentiſsimar. Stayban Junior reſolut. 137. n. 1. Carol. de Mean. obſervat. 457. n. 4. part. 4. Conciol. allegat. 47. n. 22. Cardinal. de Luca de teſtament. diſcurſ. 22. n. 12. Urceol. de tranſactionib. quæſt. 15. n. 5.

50 Unde pater legitimus adminiſtrator bonorum adventitiorum filii poteſt agere, & defendere, & cum illo ſolo poteſt lis ſuſcitari, & proſequi: poteſt ante litis conteſtationem procuratorem conſtituere, ſi filius minor fuerit ſeptennio, Surd. deciſ. 205. n. 8. Golin. de procuratorib. part. 3. cap. 2. n. 24. Carol. Anton. de Luca in prax. civil. cap. 47. n. 11. poteſt tranſigere Stayban. reſolut. 137. n. 1. lib. 2. Merlin. deciſ. 767. n. 7. Coccin. deciſ. 1682. nu. 3. Flor. Dulph. controverſ. 107. n. 1. & 2. Peutinger. deciſ. 38. n. 3. Urceol. de tranſactionib. quæſt. 15. per tot. Poteſt filii debita exigere, cenſus redemptiones recipere, & alia facere ſpeciale mandatum requirentia, de quibus in l. 1. C. de bonis maternis, l. cum oportet, §. ultim. C. de boniſque liberis, Anton. Gomez in l. 48. Tauri, n. 14. Burſat. conſ. 21. n. 4. lib. 1. Caſtill. dict. cap. 3. de uſufruct. n. 11. & 12. Gotofred. in prax. tit. 2. n. 4. fol. 395. col. 3. & 4. Azeved. in l. 10. à n. 4. tit. 17. lib. 4. recopil. Paz in prax. 1. part. tom. 1. tempor. 2. n. 15. Azin. in prax. §. 2. cap. 13. à princip. Flores de Mena in addit. ad Gama deciſ. 77. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 27. n. 19. Valeron. de tranſactionib. tit. 4. quæſt. 4. n. 17. Boſsius dict. cap. 8. n. 3. Dom. Creſpì dict. obſervat. 108. n. 1. cum ſequent. Paul. Meli dict. cap. 44. n. 12. Thomas de tutorib. & curatorib. tit. 9. ſub n. 260. ampliat. 16. fol. 46. Cardinal. de Luca de judiciis, diſc. 9. n. 40. & diſcurſ. 12. n. 10. cum ſequent. Urceol. de tranſactionib. quæſt. 15. n. 12. Sed tenetur pater, & legitimus adminiſtrator penſiones cenſuum, & alias præſtationes annuas á filio debitas ex fructibus adventitiorum ſolvere, & non ex proprietatibu, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 6. Februarii 1612. in favorem Franciſci Hieronymi Riber.

In Regno non poteſt pater, & legitimus
administrator exigere, & recipere cenſus 51
ſortem; licet enim de jure pater, & legitimus adminiſtrator poſſet, ut diximus, recipere ſortem cenſus, Cencius de cenſib. quæſt. 109. n. 67. Urceol. de tranſactionib. quæſt. 15. n. 15. In Regno habemus limitatam hanc juris communis traditionem in receptione ſortis cenſus, violarii, aut debitorii, nam pater legitimus Adminiſtrator, non poteſt proprietates ſupradictas recipere, neque firmare quitamentum, ſed debent ſolvi per depoſitum, juxta formam contentam, & datam, in for. 87. fol. 19. curiar. anni 1626. Et quod debeat hoc in caſu cenſus ſors ſolvi facto depoſito reeſmerſandi cauſa, declaravit Senatus ſententia per Caſes, die 16. Maii 1635. inter Angelam Gomar, & de Vadillo, & Illuſtrem Ducem de Bexar, & alia per Caſes, die 14. Novembris 1635. inter eaſdem partes, Si autem aliter ſolutio hujuſmodi proprietatum fiat, punitur notarius privationis officii pœna, ultra quod ſolutio ſortis nullius momenti erit, & quitamentum nullum. Proprie-
tates advētitiorum bonorum non poteſt alie- 25
nare pater, aut diſtrahere virtute ſuæ legitimæ adminiſtrationis, l. 1. & 2. Cod. de bonis matern. l. final. §. ipſum autem, & §. ſi autem

æs alienum ; Cod. de boniſque liberis , for. 3.
rubr. de collat.bonor. ibi: E que el pare no puſ-
ca alcunes de les dites coſes alienar. Surd. conſ.
451. n. 26. Gratian. diſceptat. 846. n. 12.
Michalor. de fratrib. part. 1. cap. 3. n. 41.
Mangil. de evictionib. quæſt. 62. n. 1. &
quæſt. 155. n. 2. Paul. Meli dict. cap. 44.
n. 10. Boſsius dict. cap. 8. n. 39. Thomas
de tutorib. & curatorib. tit. 9. n. 174. &
263. Amendola ad Franchis deciſ. 49. n.
29. Duard. de cenſib. §. 1. quæſt. 16. n.
53. Peutinger deciſ. 106. n. 9. Zarate
deciſ. 35. n. 19. Arguell. deciſ. 20. n. 89.
Urceol. de tranſactionib. quæſt. 15. n. 24.
Quod intellige de proprietatibus bonorum
53 immobilium , nam bona mobilia adventitia
poteſt alienare pater , & legitimus admini-
ſtrator abſque judicis decreto , d. l. final. §.
ipſum autem , Cod. de boniſque liberis , d. for.
3. rubr. de collat. bonor. Minſinger. centur. 5.
obſervat. 61. n. 1. Caſtillo de uſufruct. cap.
3. n. 68. Boſsius de patr. poteſt. cap. 3. n.
68. Bona autem immobilia , non aliter po-
54 terunt alienari à patre , & legitimo admini-
ſtratore , quam juſta utilitatis cauſa concur-
rente,& judicis interveniente decreto , dict.
l. final. §. ſin autem, & §. ipſum, Cod.de boniſ-
que liberis , Anton. Faber in ſuo Cod. tit. de
boniſque liberis , definit. 3. Paſchal. de virib.
patr. poteſt. part. 1. cap. 2. ex n. 5. Caſtillo
de uſufruct. dict. cap. 3. n. 70. Mangil. de
evictionib. quæſt. 35. n. 22. & quæſt. 62.
n. 2. cum ſequentib. Faria ad Covarrub. lib.
1. cap. 8. n. 34. Michalor. de fratrib. part. 1.
cap. 3. n. 47. Merlin. deciſ. 748. n. 4. &
deciſ. 767. n. 9. & 10. Olea de ceſsion. ju-
rium , tit. 2. quæſt. 6. n. 28. Boſsius de
patr. poteſt. dict. cap. 8. n. 42. Rota deciſ.
238. n. 10. & 11. part. 8. & deciſ. 30. n.
32. part. 9. tom. 1. recentiſsim. Merlin. de pig-
norib. lib. 3. quæſt. 17. n. 16. Valeron de tran-
ſact. tit. 4. quæſt. 4. n. 19. Paul. Meli dict.
cap. 44. n. 11. Thomas de tutorib. & cura-
tor. tit. 9. n. 271. fol. 49. Cardinal. de Lu-
ca de alienat. diſcurſ. 27. ſub n. 11. & de
hæredib. diſcurſ. 29. ſub n. 3. Zarat. deciſ.
35. n. 19. & deciſ. 79. n. 17. Arguell.
deciſ. 20. n. 89. Urceol. de tranſact. quæſt.
15. n. 24. Et hoc modo poterit etiam pa-
55 ter legitimus adminiſtrator cenſum impone-
re ſpecialiter ſuper adventitiis filiorum , &
obligare filios : abſque juſta enim cauſa , &
decreto non poterit cenſus onerari , Vale-
ron. ubi proximè , Olea ubi ſupra , num. 30.
Caſtejon in alphabet. verb. pater , n. 15. Peu-
tinger. deciſ. 506. num. 9. Urceol. de tranſa-
ctionib. dict. quæſt. 15. n. 24. Ob cauſam
56 neceſſariam , videlicet , ſolvendi æs alienum
à filio debitum , poteſt pater legitimus ad-
miniſtrator , juxta multorum ſententiam,
immobilia adventitia bona alienare abſque
decreto , Pinel. in dict. l. 1. part. 3. n. 21.
Aſcan. Clemens de patr. poteſt. cap. 6. effect.
2. n. 48. Paſchal. de virib. patr. poteſt.
part. 1. cap. 2. n. 5. 7. & 8. Simoncel.
de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 1. n. 6. Anton.
Faber in ſuo Cod. lib. 2. tit. 39. definit. 10. n.
6. Caſtillo de uſufruct. dict. cap. 3. n. 71. Ho-
diern. ad Surd. deciſ. 179. n. 10. & alii ad-
duct. à Boſsio dict. cap. 8. n. 43. Bich. deciſ.
30. n. 11. Arguell. deciſ. 20. n. 88. Ur-
ceol. de tranſactionib. dict. quæſt. 15. n. 30.
& 31. Zarat. deciſ. 35. n. 19. & deciſ. 79.
n. 7. Diſsipare autem pater , nunquam de-
bet bona filii adventitia, nam perdet legiti-
mam adminiſtrationem per adventitiorum
diſsipationem,ut judicavit Senatus ſententia
per Daça, die 13. Septembris 1615. inter Pe-
trum Siſcar , & Melchiorem , & Petrum
Joannem Siſcar.
Poteſt pater , & legitimus adminiſtrator
liberè diſponere de adventitiorum uſufructu 57
alienando , vel donando illum, Merlin. deciſ.
767. n. 9. Donadeus de renuntiat. cap. 2. n.
85. Paul. Meli in obſerv. ad Caſtill. dict. cap.
44. n. 10. Et uſusfructus occaſione , & in 58
quæſtionibus illum ſolum reſpicientibus,po-
teſt intervenire , & agere pater ſuo nomine
proprio, Pinel. in l. 1. part. 2. n. 6. C. de bonis
matern. Artma. Piſtor. lib. 4. quæſt. 11. n. 19.
& 20. Carpzov. in juriſprud. forenſ. part. 2.
conſtitut. 10. definit. 14. n. 11. Cum enim
uſusfructus bonorum adventitiorum ſit pro-
prius patris , ut pluries dixi,& pater de uſu-
fructu non curet adminiſtratorio nomine,
ſed proprio , agere , & conveniri poterit
proprio nomine. Unde ſi in bonis ad-
ventitiis jus patronatus Eccleſiaſtici benefi-
cii reperiatur, vacante beneficio Eccleſiaſti-
co , poterit pater preſentare non ſolum ad-
miniſtratorio nomine , ſed & proprio , nam
eſtò proprietatis patronatus jus penes filium
exiſtat, habet pater præſentandi jus,non ſo-
lum adminiſtratorio nomine , ſed proprio,
quia quoad uſumfructum adventitiorum pa-
ter nomine proprio rectè intervenit , & per
conſequens rectè præſentabit nomine pro-
prio,cum præſentatio fructus ſit juris patro-
natus, cap. 18. cap. conſultationibus 19. de ju-
re patron. Mantic. deciſ. 140. Vivian. in prax.
juris patron. lib. 5. cap. 2. n. 5. Valenſis de
benefic. lib. 1. tit. 13. n. 2. Fagnan. ad text. in
dict. cap. conſultationibus, de jure patron. n. 5.
Gonzal. Tellez ad text. in cap. querellа , de
elect. n. 10. & 11. Eodem modo ſi hæredi-
tas adventitia filiis delata fuerit , poterit ſo-
lus pater ratione uſusfructus ſibi debiti illam
adire , etiam invitis , & contradicentibus fi-
liis, l. final. in princip. & §. ſin autem , & §.
ubi autem, & ibi communiter DD. Cod. de bo-
niſ-



que liberis , Peutinger. deciſ. 287. n. 6.
Et ex eadem cauſa poterit pater pro penſio-
nibus cenſuum debitis ex adventitiis , con-
veniri executivè , & adſtringi ad illarum ſo-
lutionem, & compelli ad ſolvendas alias an-
nualitates , & onera, ut dixi num. 50. ex Se-
natu , ſententia publicata per Alreus , die 6.
Februarii 1612.
Si ergo , prout jam tradidi , adminiſtratio
59 legitima effectus eſt poteſtatis patriæ, ſequi-
tur quod dum filii ſunt in poteſtate patria
habebit legitimam adminiſtrationem pater,
ſive uſusfructus adventitiorum illi quæſitus
fuerit , ſive non. Multi enim defendere vo-
luerunt patrem ſolum legitimam adminiſtra-
tionem habere adventitiorum filii , quando
ei uſusfructus acquiritur , & non quando in
perſona filii uſusfructus remanet, Bald. in l.
1. ff. de rebus eorum, Aſcan. Clemens de patr.
poteſt. cap. 6. effect. 12. n. 11. Maſtrill. de-
ciſ. 59. & 82. lib. 1. Gratian. diſcept. 713.
n. 71. Spada conſ. 244. n. 5. & lib. 2.
conſ. 347. n. 1. Cencius de cenſib. quæſt.
109. ſub n. 67. Marinis reſolut. 69. n. 11.
lib. 2. Michalor. de fratrib. cap. 3. n. 32. part.
1. Rota deciſ. 171. n. 5. part. 9. tom. 1. re-
centiſsimar. Paul. Meli dict. cap. 44. n. 5.
Thomas de tutorib. & curator. tit. 9. n. 262.
fol. 49. Caſtill. de uſufruct. cap. 3. à n. 54.
Tondut. quæſt. civil. 63. n. 4. Carena re-
ſolut. 94. n. 3. Cavaler. deciſ. 442. n. 1.
Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 69. n. 13.
Fulgin. de jure emphiteut. tit. de diverſis quæ-
ſtionib. quæſt. 17. n. 7. & tit. de ſolutionib.
quæſt. 12. n. 3. Zarat. deciſ. 82. n. 8. An-
tunez de donationib. tom. 2. part. 3. cap. 23.
n. 22. Conciol. allegat. 47. n. 13. Urceol. de
tranſactionib. quæſt. 16. n. 10. Et hæc ſen-
tentia videtur à graviſsimo noſtro Senatu
approbata judicante, non habere patrem le-
gitimam adventitiorum adminiſtrationem,
quando ei uſusfructus quæſitus non fuit , ut
ſententia per Caſes , die 3. Martii 1626. in-
ter Annam Eſcortell , & de Blaſco , & Vin-
centium Eſcortell. Solum dicitur in Regia
ſententia,quod non erit exauctoratus legiti-
ma adminiſtratione pater, ſi ſolum fuerit pri-
vatus uſusfructus parte. Sed certius eſt pa-
60 trem habere legitimam adminiſtrationem
adventitiorum filii ſub ſacris paternis con-
ſtituti,etiam ſi nullum uſumfructum adquiſi-
tum habeat , ſed penes filium ſit, ut probant
jura in l. cum oportet , §. non autem , Cod. de
boniſque liberis , §. 1. inſtitut. per quas perſo-
nas nobis acquiratur. Docent , & defendunt
Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 6. tit. 36. defi-
nit. 11. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4.
gloſſ. 7. part. 3. à n. 24. Giurb. ad conſuet.
Meſſan. cap. 7. gloſſ. 3. part. 1. à n. 30. uſque
ad 47. Hodiern. ad Surd. deciſ. 179. n. 12.
& ad text. in leg. hac edictali , quæſt. 3. n. 16.
Capicius Galeot. controverſ. 41. n. 3. lib.
2. Boſsius de patr. poteſt. cap. 5. n. 96. &.
Creſpi dict. obſervat. 108. n. 4. cum ſequent.
Carpzov. in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtit.
10. definit. 11. n. 7.
Ex quibus infertur quod ſi adventitia bona 61
donentur,aut relinquantur filio ea lege,quod
uſusfructus non acquiratur patri , remanebit
penes filium uſusfructus; ſed cum filius ſem-
per ſub ſacris paternis maneat , habebit pa-
ter legitimam bonorum adminiſtrationem,
Burſar. conſ. 133. n. 31. cum ſequentib. Mila-
nenſ. deciſ. 3. n. 33. & 97. Franch. deciſ.
10. n. 8. Aponte conſ. 19. n. 29. & conſ.
31. n. 3. & 4. Caſtill. de uſufruct. cap. 3. n.
59. Fontanell. Giurba, & D. Creſpi ubi pro-
xim. Cardinal. de Luca de alienat. diſcurſ. 27.
n. 8. cum ſequentib. Niſi ea lege donentur, 62
vel relinquantur filio bona,prout poſſunt re-
linqui , quod pater , neque habeat uſumfru-
ctum , neque legitimam adminiſtrationem,
nàm tunc aſsignato , & dato filio curatore,
vel tutore, non habebit pater legitimam ad-
miniſtrationem, nec uſumfructum,ut proba-
tur ex Novell. 117. cap. 1. Petrus Heig. part. 2.
quæſt. 12. n. 10. Coler. deciſ. 226. n. 8.
Carpzov. in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtit.
10. definit. 11. n. 10. & 11. Et quod diſpo-
nente ſolum teſtatore , quod pater non uta-
tur privilegio patriæ poteſtatis in bonis re-
lictis filio , non habeat pater legitimam ad-
miniſtrationem, declaravit Senatus ſententia
per Caſes , die 3. Martii 1626. inter Annam
Eſcortell , & de Blaſco , & Vincentium Eſ-
cortell. Sed ſi ſolum fuerit Patri prohibita
legitima adminiſtratio, & nihil de uſufructu
dicatur, docent multi non cenſeri prohibitam
acquiſitionem uſusfructus , ſed non obſtante
prohibitione legitimè adminiſtrationis ac-
quirere patrem uſumfructum, Molin. de Hiſ-
panor. primogen. lib. 1. cap. 19. n. 33. Fontanel.
de pact. clauſ. 4. gloſſ. 7. part. 3. n. 24. cum ſeq.
Antunez de donationib. tom. 2. part. 3. cap. 23. n.
22. Et hæc opinio poteſt in Regno fulciri ex
diſpoſitis in foro 48. fol. 15. curiar. anni 1626.
ubi non aliter privatus cenſetur adventitio-
rum uſufructu, quam prohibitione expreſſa,
ibi: No ſia viſt reſtar privat del uſufruyt , ſi no
es que expreſſament lo hy hagues prohibit. Alii
autem tenent quod etiã ſi nihil de uſufructu
dicatur , non habebit illum pater ex eo ſo-
lum, quod bona filio donata, aut relicta fue-
rint ea lege , quod pater non habeat legiti-
mam adminiſtrationem, Moiler. lib. 2. ſemeſtr.
26. Coler. part. 2. deciſ. 226. Carpzov. in ju-
riſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 10. definit. 10.
n. 4. & definit. 11. in fin. Et non eſt hæſi-
tandum,quod ſi Pater fuerit privatus uſufru-
ctu , & legitima adminiſtratione , aut legi-

tima adminiſtratione, vel uſufructu, quod
poterit filio dari, & deputari curator, ut ju-
dicavit Senatus ſententia per Daza, *die 6.
Aprilis* 1630. inter Gaſparem Vaciero, &
Gaſparem Almenara.
63 Ex eadem ratione tene, quod ſi expiret
adventitiorum uſusfructus patri quæſitus per
ætatem viginti duorum annorum filii, prout
in Regno expirat, cum filius ſub ſacris pater-
nis remaneat, non obſtante ætatis comple-
mento, habebit pater bonorum adventitio-
rum adminiſtrationem, quia effectus patriæ
poteſtatis eſt. Caſtill. *de uſufruct. dict. cap.* 3.
*n.* 59. & 64. Boſsius *dict. cap.* 5. *num.* 96.
Fontanell. & Creſpì *ubi ſupra.* In filiis qua-
tuordecim annorum minoribus de jure, &
64 quindecim in Regno ſub patria poteſtate
conſtitutis, habebit Pater legitimam admini-
ſtrationem bonorum indiſtincte, etiam ca-
ſtrenſium, aut quaſicaſtrenſium, aut quorum-
libet aliorum, quorum uſusfructus patri non
acquiritur, *l. final. §. ſin autem in ſecundo caſu.
Cod. de bonis quæ liberis, l. final. Cod. de cura-
tore furioſi. cap. final. de judiciis in 6.* docent
Pinel. *part.* 2. *n.* 63. & 64. Gutierr. 1. *part.
cap.* 12. *n.* 18. Gratian. *diſcept.* 365. *num.* 4.
Anton. Faber *in juriſprud. Papinian. tit.* 11.
*princip.* 11. *illat.* 5. Maſtrill. *decis.* 82. *n.* 12.
Caſtill. *de uſufruct. dict. cap.* 3. *n.* 110. Po-
ſthius *de manuten. obſervat.* 55. *ex num.* 131.
Sangad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 27. *n.* 33.
Quando autem filius emancipatus eſt, quia,
prout diximus, non ſolum acquirit adventi-
tiorum uſumfructum, ſed etiam à patria po-
teſtate liberatur, non habebit pater legiti-
65 mam bonorum adminiſtrationem filii eman-
cipati, ſed ſolum erit tutor legitimus, ſi mi-
nor fuerit filius, *l. ſi ſuper.* 5. *Cod. de dolo*, §. 1.
*inſtitut. de legitima parentum tutella*, §. 1. *in-
ſtitut. de fiduciar. tutell.* Pinel. *in dict. l.* 1. §. 2.
*n.* 18. *Cod. de bonis matern.* Bertachin. *in re-
pertor.* 3. *part. lit. P. verbo pater tutor.* Tiraquel.
*in tract. l. ſi unquam, Cod. de revocand. donat.*
Aſcan. Clemens *de patr. poteſt. cap.* 6. *effect.* 14.
*n.* 2. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 3. *numer.* 110.
Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 8. *n.* 9. D. Creſpì
*dict. obſervat.* 108. *n.* 7.
66 Liberato filio per matrimonium à Patris
poteſtate, dubitari poterit, an expiret legiti-
ma adminiſtratio bonorum filii, aut filiæ: vi-
detur enim durare. Primo quia tutella, & cu-
ra non expirat per filii, aut filiæ matrimo-
nium, nam matrimonio contracto, remanet
ſub tutella, & cura minor, quouſque major
ætate factus fuerit, *l. maritus, Cod. qui dare tu-
tores, vel curatores poſſint. l. non eo minus. Cod.
de procuratoribus*, Eſcobar *de ratioc. cap.* 6.
*n.* 17. Gutierr. *de tutell.* 1. *part. cap.* 20. *n.*
30. Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 226. & *cap.*
2. *n.* 16. Giurb. *decis.* 129. *num.* 10. Vela
*diſſertat.* 1. *n.* 31. Queſad. & Pilo *diſſertat.*
16. *n.* 54. Don Joſeph de Retes *opuſculor.
lib.* 7. *cap.* 4. §. 2. *n.* 40. Parlador. *lib.* 1. *re-
rum quotidianar. cap.* 12. Hermoſill. *in l.* 4.
*gloſſ.* 2. *n.* 8. *tit.* 5. *part.* 5. Peguer. *decis.* 134.
*n.* 1. Didac. Perez *in l.* 3. *tit.* 11. *lib.* 4. *ordi-
nam.* D. Creſpì *dict. obſervat.* 108. *num.* 5.
Triſtany *decis.* 5. *n.* 6. Quamvis multi do-
ceant, quod ſi minor in ſuis negotiis fuerit 67
multum ſagax, malitia ſuplente ætate, finitur
tutella, & Cura. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 2.
*n.* 16. Caſtill. *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 18. *n.*
54. Narbon. *de ætat. anno* 18. *quæſt.* 4. Her-
moſill. *in l.* 4. *gloſſ.* 2. *n.* 8. *tit.* 5. *part.* 5. Que-
ſad. & Pilo *ubi prox. n.* 55. Ergo ſimiliter
per matrimonium non expirabit legitima
adminiſtratio. Secundo quia, juxta aliquorum
opinionem, quando vigore ſtatuti particula- 68
ris per matrimonium liberantur filii à patria
poteſtate, ſolum cenſentur extra patriam po-
teſtatem quoad præjudicialia, non vero
quoad favorabilia ipſis filiis. Boſcher. *de legi-
tim. nuptiis. lib.* 2. & alii multi adducti à San-
chez *conſ. moral. lib.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 15. *n.* 4.
Boſsius *de patr. poteſtat. cap.* 2. *n.* 21. D.
Creſpì *dict. obſervat.* 108. *n.* 10. Et adhuc
volunt multi, quod ſi filia nupta efficiatur vi-
dua, reincidat in patriam poteſtatem, per *au-
thent. ſed quamvis, Cod. de rei uxoriæ action.*
ibi: *Patrem teneri filiam viduam iterum nuben-
tem dotare jure poteſtatis*, Caſaneus *in conſue-
tud. Burgund. tit. dreſt droſt*, §. 1. *in verbo en
pus canſe de ſon may*, Boer. *decis.* 197. Aſcan.
Clemens *de patr. poteſt. cap. ultim. n.* 110.
Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 1. *n.* 25. Et favo-
rabile videtur filiis, quod pater retineat legi-
timam adminiſtrationem, cum nullus majori
charitate, & affectu curare poſsit de filiorum
bonis, quam pater, *argum. text. in l. nàm, &
ſi parentib.* 15. *ff. de inofficioſ. teſtam. l. final.
in princip. Cod. de curator. furioſi.* Et hanc ſen-
tentiã uti veriorem tuentur, Caſtill. *de uſufr.
d. cap.* 3. *n.* 59. & 64. Giurb. *ad conſ. Meſſan. cap.*
7. *gloſſ.* 3. *part.* 1. *n.* 40. & 41. D. Creſpì *d.
obſervat.* 108. *n.* 10. Sed licet hæc opinio
poſsit defendi, contraria de rigore juris ve-
rior eſt, nam filius, juxta veriorem opinio- 69
nem, per matrimonium à patria liberatur
poteſtate, tam quoad favorabilia, quam
quoad odioſa. Sanchez *ubi proxim.* Caſtill.
*dict. n.* 80. & 83. Cancer *variar. lib.* 3. *cap.*
21. *n.* 23. & 24. Boſsius *dict. cap.* 2. *num.*
21. Et licet filia viduata, juxta opinionem
ſupra adductam, quam defendit Carol. Spa-
daz. *in theatr. viduil. diſquiſit.* 56. *per tot.*
In patris poteſtatem reincidat, contrarium
certius eſt, quia filia viduata non reincidit 70
in patris poteſtatem in Regno, nam *dict.
authent. ſed quamvis, Cod. de rei uxoriæ
action.* ita videtur ſuponere, quia de jure
com-



communi filii per matrimonium non libera-
bantur a ſacris paternis. Ita explicant, defen-
dunt, & docent Anton. Gomez *in l.* 47. *Tau-
ri, n.* 3. Tiraquell. *ad ll. connubial. gloſſ.* 3.
*ex n.* 1. Cephal. *conſ.* 423. Menoch. *conſ.*
278. *n.* 7. Gutierr. *pract. lib.* 2. *cap.* 9. *num.*
2. Botta *conſ.* 27. Queſad. & Pilo *diſſertat.*
16. *n.* 59. Boſsius *de patr. poteſt. dict. cap.*
1. *n.* 25. Peritold. *in addit. ad Coler. de-
cis.* 222. *n.* 19. Carpzov. *in juriſprud. fo-
renſ. part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 2. *n.* 6.
Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 1. *n.* 43.
71 Triſtany *decis.* 5. *n.* 8. Ergo cum per ma-
trimonium liberentur filii a Patris poteſtate
abſolute, & expiret uſusfructus adventitio-
rum patri quæſitus, non poterit remanere
penes patrem legitima adminiſtratio, cum
deficiat non ſolum uſusfructus, ſed etiam pa-
tria poteſtas. Per tranſitum autem ad ſecunda
vota non amittet pater adventitiorum uſum-
72 fructum, neque legitimam adminiſtratio-
nem, ut docent Fragoſ. *de regimin. Chriſtian.
Reipublic. part.* 1. *lib.* 6. *diſput.* 6. §. 1. *n.*
54. Carol. Spadaz. *in theatr. viduil. diſqui-
ſit.* 40. *n.* 62.
Aliqua differentia verſatur inter caſum ha-
73 bendi uſumfructum adventitiorum pater,
quorum legitimam adminiſtrationem habet,
& caſum non habendi uſumfructum. In pri-
mo enim caſu non tenetur pater ſatiſdare, in-
ventarium facere, rationes adminiſtrationis
reddere, neque illius bona ſunt tacitè obli-
gata pro male adminiſtratis, *l. cum oportet,
§. non autem, l. final. §. ſin autem, in fin. Cod.
de bonis quæ liberis*, Aſcan. Clemens *de patr.
poteſt. effect.* 12. *cap.* 6. *à n.* 8. Anton. Go-
mez *in l.* 48. *Tauri, n.* 6. & 17. Menchac.
*de ſucceſsionib. creat. lib.* 1. §. 6. *n.* 46. Pe-
reira *in l. ſi curatorem, verb. leſis, n.* 134.
Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 2. *tit.* 39. *defi-
nit.* 10. Cancer *variar. cap.* 7. *de tutor. ex n.*
154. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 3. *n.* 85. Fon-
tanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 7. *part.* 3.
*n.* 19. Mangil. *de evictionib. quæſt.* 35. *n.*
24. & *de imputationib. quæſt.* 44. *num.* 14.
Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 5. *n.* 29. & 30.
& *cap.* 8. *n.* 4. Marin. *reſolut.* 69. *n.* 14.
*lib.* 2. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 6.
*tit.* 61. *verſ. adminiſtratio*, Paul. Meli *in ob-
ſervat. ad Caſtill. cap.* 44. *n.* 14. Thomas
*de tutorib. & curator. tit.* 9. *n.* 192. *fol.* 42.
& *tit.* 14. *num.* 118. *fol.* 1068. Fulgin. *de
jure emphitheut. tit. de diverſis quæſtionib.
quæſt.* 17. *n.* 8. Caponi *tom.* 3. *diſceptat.*
152. *n.* 12. Carpzov. *in juriſprud. forenſ.
part.* 2. *conſtitut.* 11. *definit.* 5. *n.* 1. & *con-
ſtitut.* 10. *definit.* 9. Carol. Rota *de privileg.
mulier, cap.* 2. *n.* 73. Pechii *de aquæduct.
tom.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 66. Et quod pa-
ter fructus faciat ſuos minori durãte ætate fi-
liorum, & quod non teneatur ſatiſdare, de-
claravit Senatus ſententia per Alreus, *die 5.
Auguſti* 1609. inter Joſephum Sanchis, &
Ludovicum Sanz. Licet non nulli teneant 74
compellendum eſſe patrem legitimum ad-
miniſtratorem ad inventarium conficiendũ,
Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 22. *Cod. de bonis
mater.* Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 1.
*cap.* 2. *n.* 82. Caſtill. *d. cap.* 3. *n.* 87. Boſ-
ſius *de patr. poteſt. cap.* 5. *n.* 31. Feloag. *en-
chyridion. cap.* 22. Carpzov. *in juriſprud. fo-
renſ. part.* 2. *conſtitut.* 10. *definit.* 9. *n.* 12.
In ſecundo caſu, & quando pater uſum- 75
fructum non habet, caret facultate illa am-
pliſsima, & tenetur cautionem præſtare, in-
ventarium facere, rationem reddere, & om-
nia alia complere, quæ quilibet adminiſtra-
tor tenetur, Gravet. Cephal. Pinell. Gutierr.
& alii adduct. a Caſtillo *de uſufruct. cap.* 3.
*n.* 107. Fontanell. *de pact. nuptial. d. part.* 3.
*clauſ.* 4. *gloſſ.* 7. *n.* 33. Michalor. *de fratrib.
part.* 1. *cap.* 3. *n.* 58. Boſsius *de patr. poteſt.
cap.* 5. *n.* 36. & *cap.* 8. *num.* 10. Paul. Me-
li *dict. cap.* 44. *n.* 15. Fulgin. *de jure em-
phiteut. tit. de diverſis quæſtionib. quæſt.* 17. *n.*
8. Hartma. Piſtor. *lib.* 4. *quæſt.* 11. *n.* 15.
Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.*
10. *definit.* 11. *n.* 9. Carol. Rota *de privi-
leg. mulier. cap.* 2. *n.* 73. Majori ergo ex 76
cauſa, ſi pater ſolum fuerit legitimus tutor
emancipati filii, tenebitur ad omnia ſupra-
dicta, ſicuti quilibet alius tutor, Boſsius *dict.
cap.* 8. *n.* 9. Paul. Meli *ubi proxim. n.* 14.
Thomas *de tutorib. & curatorib. tit.* 9. *num.*
192. *fol.* 42. & *tit.* 14. *n.* 118. *fol.* 1068. Et
quod pater tutor filii ea lege quod non ha-
beat uſumfructum, neque legitimam admi-
niſtrationem, reddere teneatur rationem, de-
claravit Senatus ſententia per Alreus, *die 16.
Martii* 1595. inter Petrum Blaſco, & Ludo-
vicum Blaſco. Idem tene ſi pater teſtamen-
to fuerit datus tutor, nàm eſtò, juxta forales 77
Regni diſpoſitiones, non ex eo quod tutor
pater detur filio hæredi inſtituto ab extra-
neo, cenſeatur privatus uſufructu, & legiti-
ma adminiſtratione, imò in ſua poteſtate
remaneat filius cum legitima adminiſtratio-
ne, quia per dationem tutellę non cenſetur ei
ademptus uſusfructus, *for.* 48. *fol.* 15. *curiar.
anni* 1626. ibi: *Plau à ſa Mageſtat declarar,
que per reſtar nomenat curador lo pare, no ha viſt
reſtar privat del uſufruyt, ſi no es que expreſſa-
ment loy baguès prohibit.* Tamen poteſt pater
aſsignari tutor filii extra patriam poteſtatem
exiſtentis, non eo modo quo dicitur in foro
videlicet à quolibet extraneo, ibi: *Sobre ſi
quant un teſtador deixa hereu à algun fill de bo-
me eſtaty, y conſtituit ſots patria poteſtat, y
deixa al mateix pare per ſon tutor, ò curador.*
Quia jus dandi tutores ſolum penes illos eſt 78
qui

qui filios habēt in poteſtate, & non penes extraneos, *l. pater. 4. ff. de teſtamentar. tutell.* adhuc enim militi hoc permiſſum non fuit, *l. 2. ff. de teſtamentar. tutel.* Anton. Faber *in juriſprud. Papinian. tit. 12. princip. 1. illat.* 28. Quapropter dubito quod faciliter caſus fori in extraneis adimpleatur, niſi dicamus, quod datio tutoris ab extraneo facta ſuſtineri poteſt, judicis confirmatione interveniente, *l. tutores, ff. de confirmand. tutor.* Capon. *tom. 2. diſceptat. 119. n. 40.* Aut quod mater, vel Avia poſſunt hæredem inſtituendo
79 filium, ei dare tutorem Patrem, cum jus habeant dandi tutorem, juxta *text. in l. pater 4. ff. de teſtamentar. tutell. l. mater. 4. Cod. eod.*

80 Ex doctrina à nobis tradita infertur, quod illæ perſonæ, quæ in ſua poteſtate liberos nō habent, neque poterunt habere legitimam illorum adminiſtrationem. Exemplum erit in filiis illegitimis, & ex damnato coitu procreatis, illorum enim non erit legitimus adminiſtrator pater, cum ſolum filii ex juſtis, & legitimis nuptiis procreati, in patris poteſtate exiſtant, *l. nam civium Romanorum, ff. de his qui ſunt, ſui vel alieni juris*, §. *qui igitur, inſtitut. de patr. poteſt.* Aſcan. Clemens *de patr. poſt. cap. 5. à n. 22.* Anton. Faber *in juriſprud. papinian. tit. 8. princip. 2. illat. 1.* Boſſius *de patr. poteſt. cap. 1. n. 29.* Fragoſo *de regim. Chriſtian. reipubl. part. 3. lib. 1. diſput. 3. §. 1. n. 15.* Carol. Rota *de privileg. mulier. cap. 3. ſpecial. 10. n. 50.* Aliud exemplum erit
81 in matre, & Avia, vel Avo materno, nam cum nullo in tempore habuerint in filios jus vitæ, & necis, *l. illud 4. §. 2. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. miles 13. ff. de ſuis, & legitim. l. ſi pater 11. §. 1. l. Divus 15. §. matri, & §. idem 5. ff. ad l. Corneliam de falſis.* Solorz. *de pœna patricid. cap. 7.* Don Joan. Ramos *de pœna patricid. lib. 7. per tot.* Gonzal. Tellez *ad text. in cap. final, de homicid. num. 7.* Neque habeant liberos ſub poteſtate ſua, quia nullo in tempore habuerunt poteſtatis patriæ jura, *l. 5. C. de patr. poteſt. l. mulierem, Cod. de adoptionib. §. fœminæ inſtit. de adoptionib. §. qui igitur, inſtitut. de patr. poteſt.* Minſinger. Pichard. & communiter DD. *in dict. §. qui igitur.* Aſcan. Clemens *de patr. poteſt. cap. 4. n. 15.* Pinel. *ubi proxim. par. 2. n. 10.* Sanchez *conſilior. moral. lib. 1. cap. 1. dubitat. 12. num. 1.* Anton. Faber *in juriſprud. Papinian. tit. 8. illat. 2.* Fontaneil. *de pact. nuptial. dict. part. 3. n. 31.* Arnoldo Corvin. *in ſumma Cod. lib. 8. tit. 47. verſ. dico*, Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap. 3. gloſſ. 1. à num. 1.* Boſsius *de patr. poteſt. cap. 1. n. 14.* Petrus Franciſcus Linglois *in ſuis deciſionib. ſuper Cod. deciſ. 34. quæſt. 1. n. 2.* Bich. *deciſ. 51. n. 12.* Caponi *tom. 3. diſceptat. 222. num. 3. & 4.* Carol. Rota *de privileg. mulier. cap. 2. n. 91. & 92. & cap. 3. ſpecial. 11. n. 21.* Antunez *de donationib. tom. 2. par. 3. cap. 18. num. 21.* Urceol. *de tranſactionib. quæſt. 16. num. 8.* Caſtejon *in alphabet. verb. pater, n. 4.* prout graviſsimus Senatus noſter confirmavit, judicando matrem non habere filios in poteſtate, ut ſententia per Alreus, *die 17. Aprilis* 1630. inter Eliſabetham Ordoñez, & Vincentiam
Salvador, non habebunt uſumfructum ad- 82
ventitiorum, neque legitimam adminiſtrationem, ut docent Cravet. *conſ. 39. num. 6.* Gabriel. *conſ. 36. n. 32. vol. 1.* Aſcan. Clemens *de patr. poteſt. cap. 6. effect. 12.* Cancer *variar. part. 3. cap. 21. n. 68.* Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. de boniſque liberis, definit. 11.* Fontanell. *dict. part. 3. n. 29. & 31.* Boſsius *dict. cap. 1. n. 18.* Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 10. definit. 13. & conſtitut. 11. definit. 5.* Et quod fœminæ non poſsint eſſe bonorum adminiſtratrices, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die 27. Februarii* 1637. inter Antonium Caſali, & Eliſabetham Gilabert, & de Eſquefa. Neque te turbet, *for. can lo pare 10. rubr. ſi ſecundò nupſerit mulier*, ubi cavetur quod mortuo patre habeat mater filios in ſua poteſtate, ibi; *Can lo pare ſerà mort, los fills romanguen en poder de la mare.* Nam forus non loquitur de patria poteſtate, ſed de educatione, & dicit quod patre mortuo educentur filii penes matrem, *leg. 1. Cod. ubi pupillus educari debeat.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 2. cap. 12. n. 1. & 12.* Ramon *conſ. 4. n. 45.* Thoro *voto 11. n. 29.* Giurba *obſervat. 23. n. 17.* Valeron. *de tranſactionib. tit. 3. quæſt. 1. n. 45. cum ſequent.*

Si el hijo fuere menor de edad, y ſe ha-
„ llaſſe emancipado, ò por otra cauſa fuera 83
„ la patria poteſtad, no tiene la legitima adminiſtracion el padre; pero como el hijo „ menor no deva eſtar ſin tutor, ò curador, „ ſe le deve ſeñalar, y deputar (ſi legitimamente no le tuviere) y en eſte caſo lo ha „ de ſer forzoſamente el padre, por tocarle „ de derecho la tutela del hijo emancipado; „ lo que ſe podrà practicar para decretarſela „ es, proponer ſu libelo, narrar el hecho de „ la emancipacion, y pedir, que como à padre ſe le decrete, ſin proponer parientes para que ſean citados, y convocados; „ pues no ay neceſsidad de eſto aviendoſele de dar preciſamente la tutela al padre, y „ al pie del libelo ſe podrà proveher la decretacion, con la advertencia, de que dè „ caucion por tener eſta obligacion el padre, „ como la de hacer inventario, y cumplir lo „ que qualquiera otro adminiſtrador; el libelo ſe harà en eſta forma.

F. T.



IHS F. T. Propoſant com millor pot diu, que ha emancipat, y lliurat de ſa patria poteſtat à F. T. ſon fill llegitim, y natural, y de llegitim, y carnal matrimoni nat, y procreat, el qual per no tenir edat cumplida de vint anys, es troba ſens tenir perſona llegitima que li adminiſtre ſos bens: E com al Propoſant ſegons diſpoſicions de juſticia, li toque la tutela, y cura del dit ſon fill.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir, que com à pare que es lo Propoſant del dit menor, li ſia decretada la cura de aquell, pera regir, y adminiſtrar los bens del dit ſon fill, donada idonea cauciò. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die 8. Aprilis 1688.*
*Quia Pater, decernatur dicta cura dicto F. T. ad requiſita, præſtita priùs idonea cautione.*
F. T. Aſſeſſor.

Si pater ſub patria poteſtate filios habuerit, ut illorum bona adminiſtret, non indi-
84 get aliquo judicis decreto, ſed ipſo jure, & abſque aliqua declaratione, decreto, aut facultate adminiſtrator fit, & ſuſcipere legitimam adminiſtrationem poteſt, auctoritate propria, *l. 1. Cod. de bonis maternis, l. cum oportet, §. ultim. Cod. de boniſque liberis*, Barthol. *in leg. pater qui caſtrenſe, n. 2. ff. de caſtrenſi pecul.* Anton. Gomez *in l. 48. Tauri, n. 14.* Pinel. *in 2. part. l. 1. Cod. de bonis maternis, n. 63.* Menoch. *conſ. 179. n. 41. & 45. lib. 3.* Barboſ. *in l. 3. n. 7. ff. ſolut. matrim.* Caſtill. *de uſufruct. dict. cap. 3. n. 10.* Paſchal. *de virib. patr. poteſt. cap. 5. n. 28.* Boſsius *de patr. poteſt. cap. 8. n. 2.* Et hac de cauſa in noſtra praxi non curatur nimis de obtinenda declaratione patriæ poteſtatis, & legitimæ adminiſtrationis, cum ad legitimandam ſuam perſonam pater, non indigeat aliquo documento, inſtrumento, vel declaratione, etiam ſi oponatur defectus patriæ poteſtatis, & legitimæ adminiſtrationis, nam rejici ſolent ſimiles exceptiones à Senatu, etiam non verificata legitima adminiſtratione, & patria poteſtate, quia intelliguntur hæc ſatis probata, ex eo ſolum quod pater nominetur legitimus filiorum adminiſtrator. Cum enim filii naturaliter in patris poteſtate naſcantur, & eo ipſo quod in humanis ſint reperiantur, & reperiri præcisè debeant ſub patris poteſtate, *§. qui igitur, inſtitut. de patr. poteſt.* Hæc naturalis qualitas
85 patriæ poteſtatis, cum qua filii naſcuntur, ſemper præſumitur continuata abſque alia probatione, dummodo contrarium non probetur, *l. ſi quis 9. ff. de liberis, & poſthum. l. 3. §. qui autem, ff. de tutel.* cum aliis adduct. à Maſcard. *de probationib. concluſ. 157. n. 2. & concluſ. 1177. n. 7.* Cevall. *quæſt. 905. n. 53.* Barboſ. *axiom. 40. n. 33. & 34.* Eſcobar *de puritat. & nobilit. proban. 1. part. quæſt. 8. §. 2. n. 9.* Et Senatus ſententia per Aireus, *die 21. Octobris* 1633. inter Jacobum Serrano, & Amatorem Català declaravit, ſemper præſumi filium ſubſacris paternis eſſe, & alleganti extra poteſtatem Patriam fore incumbere onus probandi.

Pero porque muchas veces ſucede, que
„ los padres, y legitimos adminiſtradores de 86
„ bienes de los hijos, deſean tener una prueva, y documento pronto para manifeſtar „ que tienen la patria poteſtad en ſus hijos, y „ la legitima adminiſtracion de ſus bienes, ſe „ practica obtener una declaracion por juriſdiccion voluntaria, en que à inſtancia del „ padre ſe declara competerle la patria poteſtad, y legitima adminiſtracion, con la facultad de hacer los frutos de los bienes „ adventicios ſuyos. Obtieneſe eſta declaracion proponiendo el padre ſu libelo, narrando en aquel el hecho de la patria poteſtad, y legitima adminiſtracion que le „ compete, y concluyendo con pedir ſe „ reciba una ſumaria informacion de teſtigos en prueva de lo que ſe narra, y que „ en viſta de ella ſe declare competerle al „ padre la patria poteſtad, y legitima adminiſtracion, formando libello en eſta forma.

IHS F. T. Propoſant com millor pot diu, que del matrimoni que contractà in facie ſanctæ matris Eccleſiæ ab S. T. procreà en fills llegitims, y naturals à F. T. yà S. T. y al preſent ſe troben menors de vint y dos anys, y conſtituhits ſots la patria poteſtat del propoſant. E com F. T. Ahuelo paterno dels dits menors, els hacha deixat diferents bens, lo uſufruyt dels quals, ſegons diſpoſicions de juſticia, y furs del preſent Regne, es propri del Propoſant, y juntament li competix la llegitima adminiſtraciò dels ſobredits bens adventicis,

Per-

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir, li ſia rebuda una ſumaria informaciò de teſtimonis, à fi, y efecte de verificar, y probar lo deſus dit. Y conſtant per aquella de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter requir, ſia declarat competirli al dit propoſant la llegitima adminiſtraciò dels ſobredits bens adventicis per lo dret de la patria poteſtat, juntament ab lo dret de fer los fruits ſeus. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 10. *Aprilis* 1688.
*Recipiatur informatio.*
F. T. Aſſeſſor.

Recibida la informacion ſumaria de teſtigos, conſtando por ella de la legitimidad de los hijos, y de la exiſtencia en la patria poteſtad, ſe hace la declaracion en eſta forma.

XPS Attes, y conſiderat que per los dichos, y depoſicions dels teſtimonis en lo preſent procès, y cauſa produhits, è donats conſta, è appar F. T. del matrimoni que contractà ab F. T. haver hagut, y procreat en fills llegitims, y naturals à F.T. y à S.T. en menor edat conſtituhits, y com à tals conjuges, y fills reſpectivament llegitims, y naturals eſſer eſtats, haguts, tenguts, y publicament reputats, aixi entre sì, com per totes les perſones coneixents de aquells, lo que ha conſtat ab ſufficient numero de teſtimonis, y per lo conſeguent haverſe de provehir, y declarar ut infra. Id circo, & alias, juſtitia ſic ſuadente, pronuncia, ſententia, y declara, lo dit F. T. ſer pare, y llegitim Adminiſtrador dels dits F. T. y S. T. y com à tal competirli la llegitima adminiſtraciò de les perſones, y bens dels dits ſos fills, fent los fruyts ſeus, durant dita patria poteſtat, ſegons furs, y privilegis del preſent Regne. Quod providet omni meliori modo quo poteſt, lata, &c.

Vt. F. T. Aſſeſſor.

## CAPUT XXV.

# *DE MAJORIS ÆTATIS declaratione.*

### SUMMARIUM.

1 *Pupillaris ætas durat de jure in maſculo uſque ad decimumquartum annum, in fœmina uſque ad duodecimum. In Regno, tàm in maſculo, quàm in fœmina durat uſque ad decimum quintum annum.* 2.

3 *Minor ætas durat de jure uſque ad vigeſſimum quintum annum. In Regno durat ſolum uſque ad vigeſſimum annum completum.* 4.

5 *Minores vigintiquinque annorum non poſſunt habere in Civitate noſtra, & aliis Civitatibus, & Villis Regni Juratorum officia, & alia, & quid in aliis oppidis Regni. Ad obtinenda officia, aliud non diſponente foro, ſufficit viginti annorum ætas in Regno.* 6. *Et quænam ætas requiratur ad obtinendas conjunctiones officiorum, & ſubſtitutiones cum futura ſucceſſione.* 7.

8 *Minores vigintiquatuor annorum non poſſunt habere officia deputationis. Officiales Regii non poſſunt habere Deputati officium* 9. *Sed ſi eis poſt inſaculationem ſuperveniat officium Regium, non debent extrahi ab inſaculatione, & quare.* 10.

11 *Officiales Regii juriſdictione carentes, ut ſcribæ mandati, & coadjutores Magiſtri Rationalis, poſſunt habere deputati officium. Et an Aſſeſſores Gerentis Vices Generalis Gubernatoris poſſint habere officia domus Deputationis.* 12.

13 *Minores vigintiquinque annorum nequeunt officium ſcribæ habere in Regno. Minores Vigintiduorum annorum officium proxenetæ, & alia officia habere non poſſunt.* 14.

15 *Minores vigintiquinque annorum, & majores viginti, non poſſunt contrahere in Regno, ſi uxorati non fuerint, niſi cum patris conſenſu, & deficiente patre, cum conſenſu duorum propinquorum. Si uxorati fuerint liberè contrahere poſſunt.* 16.



17 *Vidua, dum inviduitate permanet, cenſetur in illo primo matrimonio perdurare, & fruitur omnibus privilegiis, & gratiis primi matrimonii. Et an viduus poſsit liberè contrahere ſi non habet vigeſſimumquintum annum, affirmativa proponitur.* 18. *Contrarium, quod teneantur contrahere cum ſolemnitate forali, defenditur.* 19.

20 *Minores vigintiquinque annorum patrem habentes nulliter contrahunt ſine patris conſenſu, non ita de matre. Limita ſi pater habuerit intereſſe in contractu à filio facto, & celebrato.*

21 *Minores vigintiquinque annorum patre carentes, nulliter contrahunt ſine conſenſu duorum propinquorum. Propinqui debent eſſe maſculi, & non fœminæ.* 22. *Debent etiam conſenſum adhibere duo propinqui, & non ſufficit unius conſenſus. Niſi ſolus unus reperiretur conſanguineus in loco contractus, quia debet intervenire, & ſufficiet ſolus illius conſenſus.* 23.

24 *Minores vigintiquinque annorum, ſi in loco ubi contrahunt conſanguineos non habent, poſſunt liberè contrahere, etiam ſi extra locum illos habeant. Et impugnantibus contractus minorum incumbit onus probandi conſanguineos habiles tempore contractus extitiſſe in contractus loco.* 25.

26 *Conſanguinei debent eſſe præſentes, & conſentientes tempore contractus minoris, & debet dici in inſtrumento. Et ſi conſanguinei ſimul cum minore contrahant, aut in contractu habeant intereſſe, non faciunt numerum ad auctorandum contractum.* 27.

28 *Nullitas contractus ſupradicti ſolum poteſt ab ipſis minoribus, vel ab habentibus cauſam ab illis allegari. Quia nullitas contractus, aut actus ſolum poteſt allegari ab illo, in cujus favorem reperitur introducta.* 29.

30 *Minores vigintiquinque annorum poſſunt contrahere ſine ſolemnitate forali, ſi veniam ætatis à Principe habeant, aut ſi contractum faciant ratione matrimonii ab ipſis celebrati.*

31 *Major ætas debet probari ab allegante illam, & quomodo in noſtra praxi probetur.*

32 *Ætas non debet computari à die conceptionis, ſed à die nativitatis.*

33 *Ætas debet computari à die nativitatis, & non à die baptiſmi, niſi quoad ſpiritualia, quia à die baptiſmi computatur.*

34 *Major ætas probatur in praxi per ſummariam teſtium informationem, in judicis præſentia receptam. Quod ad evitandas fraudes fit.* 35.

36 *Major ætas probatur per atteſtationem patris, aut matris, & duorum conſanguineorum. Non atteſtante patre, aut matre, non probatur in noſtra praxi minori numero teſtium, quam quatuor.* 37.

38 *Ætas cum ſit difficilis probationis probatur præſumptionibus, & conjecturis, & ex aſpectu corporis.*

39 *Major ætas probatur per partitam baptiſmi, & quomodo debeat extrahi in contradictorio judicio, ut probet.*

40 *Praxis, & libellus ad obtinendam declarationem majoris ætatis, ubi formula ſententiæ.*

PUPILLARIS ætas in maſculo durat de jure uſque ad decimumquartum 1
annum, in fœmina uſque ad duodecimum, *l. qua ætate* 5. *ff. qui teſtam. facere poſſunt, l. final. Cod. quando tutores, vel curatores, l.* 1. *§. ſufficit* 2. *ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſervus* 7. *§. impubes, ff. de bonorum poſſeſsionib. l. pupillus* 9. *ff. de adquiren. hæredit. princip. tit. inſtitut. quibus modis tutella finiatur, §. pupillus* 9. *inſtitut. de inutilibus ſtipulationib.* Kilchen. *in l. frater* 4. *n.* 4. *Cod. qui teſtamen. facere poſſunt.* Donell. *lib.* 7. *comentar. cap.* 9. ubi Oſvald. *lit. d.* Duaren. *in leg.* 1. *in princip. ff. de verbor. obligat.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 57. *n.* 9. *&* 12. Anton. Faber *in juriſprud. Papinian. tit.* 22. *princip.* 2. Valentia *illuſtr. juris, tom.* 2. *tract.* 6. *n.* 14. Galganer. *de jure public. lib.* 3. *n.* 100. *tit.* 93. Carranza *de legitim. partus edit. cap.* 10. *n.* 4. Oroz *de apicib. juris, lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 8. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 2. Oñate *de contractib. tom.* 1. *diſput.* 4. *n.* 57. Zachias *quæſt. medic. legal. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 26. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 11. *definit.* 9. *n.* 6. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 35. *ſpecial.* 2. *n.* 4. Antunez *de donationibus, tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 5. In noſtro Regno durat pupillaris ætas tàm in maſculò, quàm in fœmina, uſque ad deci- 2
mumquintum annum completum, *for.* 37. *rubr. de teſtamentar. tutel.* ibi: *Pobil es apelat de la hora que naix tro à quince anys complits, for.* 43. *rubr. de teſtament.* ibi: *E ſi aquell fill meu morrà enfre pupilar edat, ço es que no haurà quince ayns complits.* Et paulò poſt ibi: *Car aquell fill qui es en pupilar edat, ço es que no ha quince anys complits.* Docent ex noſtris Trullench *in decalog. lib.* 7. *cap.* 17. *dubitat.* 5.

D. Creſpì *obſervat.* 17. *n.* 7. D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 1. *n.* 303. Et ex alienigenis in terminis noſtri fori, Scalona, *de teſtament. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 88. Et tradidi ego, *in cap.* 6. *de teſtament. ſcriptura privata facto, n.* 84.

Minor ætas, tàm in maſculo, quàm in fœ-
3 mina, uſque ad vigeſimumquintum annum de jure durat, *l. denique* 3. §. *minorem, ff. de minoribus, l. ſi maritus* 15. §. *minorem, ff. ad l. Juliam de adulter. l. ultim. Cod. de legitima tutel.* §. *item major* 13. *inſtitut. de excuſat. tutor.* Sanchez *in ſumma, lib.* 4. *cap.* 35. *n.* 3. Lara *de vita hominis, cap.* 22. *n.* 2. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 9. *n.* 3. Narbon. *in juris annal. anno* 25. *quæſt.* 2. Oroz *de apicib. juris, lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 5. *cum ſequent.* Oñate *de contractib. tom.* 1. *diſputat.* 4. *n.* 57 Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 11. *definit.* 9. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 3. Triſtany *deciſ.* 15. *n.* 13. Et tradidi ego, *cap.* 12. *de decreto ad alienanda minorum prædia, n.* 50. In Regno autem non exten-
4 ditur ad annum vigeſimumquintum, ſed ſolum minor ætas, tàm in maſculo, quàm in fœmina durat, uſque ad vigeſimum annum completum, *for.* 14. *rubr. de teſtament. tutel. for.* 1. *rubr. de reſtitut. minor.* ibi: *Menor ſia dit tro à vint anys,* D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 9. *n.* 2. *& deciſ.* 51. *n.* 7. noſter Morlà *in juris empor. part.* 1. *tit.* 5. *de in integr. reſtitut. n.* 12. Trullench *in decalog. lib.* 2. *cap.* 2. *dubitat.* 34. *n.* 1. Dom. Creſpì *obſervat.* 17. *n.* 1. *& obſervat.* 108. *n.* 5. *&* 15. D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 1. *n.* 77. *&* 302. Et dixi ego, *dict. cap.* 12. *n.* 51. Simile ſtatutum reperitur Romæ, Cardinal de Luca *de alienat. diſcurſ.* 30. *n.* 6. & Mediolani, Peutinger. *deciſ.* 328. *n.* 3. Et in aliis quam plurimis Provinciis, ubi minor ætas ſolum uſque ad vigeſimum durat annum.

Sed licet habens vigeſimum annum
5 completum major ætate dicatur in Regno, non omnia tamen abſolutè poteſt gerere, aut facere, neque habilis eſt ad omnia peragenda. In primis enim non ſufficit ætas viginti annorum in Regno ad obtinenda officia Juſtitiæ, Jurati, & alia noſtræ Urbis, & Civitatum, & Villarum Regni, quia ad hæc officia obtinenda, & ad inſaculationem merendam ad hujuſmodi officia requirũtur vigintiquinque anni completi, *l.* 8. *ff. de munerib. & honorib. for.* 41. *rubr. de curia, & bajulo, privileg.* 16. *Regis Alfolſi* 3. D. Leon *deciſ.* 51. *per tot.* D. Matheu *de regim. cap.* 4. §. 5. *n.* 15. D. Creſpì *dict. obſervat.* 17. *n.* 2. Et alii apud Bovadilla *in ſua politic. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 11. Narbon. *de ætat. anno* 25. *quæſt.* 31. Fragoſ. *de regim. Chriſtian. reipublic. part.* 1. *lib.* 7. *diſput.* 21. Ita declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 22. *Decembris* 1609. inter Vincentium Belluga, & Onufrium Vitoruello, & alia per Caſes, *die* 8. *Januarii* 1628. inter Vincentium Joannem Marti, & Hyacinthum Orti. Quamvis in cæteris Regni oppidis ad obtinenda prædicta officia ſufficere viginti quatuor annos completos judicavit Senatus in prædicta ſententia *diei* 22. *Decembris* 1609. Sed ſi tempore inſaculationis non habuerit ætatem requiſitam vigintiquinque annorum inſaculatus, & imburſatus, quamvis tempore quo extractus per ſortem à burſa fuerit ad officium habendum, vigintiquinque annos habuerit, non debet officium exercere, etiam ſi ejuſdem burſæ officia, ignoratis iis, exercuerit, ut judicatum extitit à Senatu Regia Proviſione publicata, *die* 10. *Maii* 1674. inter Villam de Carcaixent, & Vincentium Albelda. Non enim ſufficit ad obtinendum officium habilitas ſuperveniens tempore extractionis habita, ſed expreſsè requiritur tempore inſaculationis, & imburſationis, *cap. ſi eo tempore, de reſcrip. in* 6. Bald. *in rubr. de condition. ob turpem cauſam,* Felin. *in cap. cum dilectus, n.* 3. *de accuſation.* Barthol. *in leg. uſusfruct. & ibi addent. ff. de ſtipulat. ſervor.* Hipol. *in l. final. n.* 113. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Portol. ad Molin. *verbo deputati, n.* 12. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 109. Et regulariter quando habilitas à principio requiritur, & tempore inſaculationis, non ſufficit quod poſtea ſuperveniat, *argum. text. in l. in tempus, ff. de hæredib. inſtituend.* Nelli de San Gemi. *in tract. banni, in ultim. part. &* 1. *part.* 8. *tempor. quæſt.* 18. Angel. *conſ.* 33. *per tot.* Flamin. Pariſius *de reſignat. beneficior. lib.* 4. *q.* 1. *n.* 14. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 2. *n.* 66. Cancer. *ubi proxim.* Barboſ. *ad text. in dict. cap. ſi eo tempore* 9. *de reſcript. in* 6. *n.* 6. *& ad Clement. ut hii, de ætat. & qualitat. n.* 10. *&* 11. Moneta *de diſtribut. quotidian. quæſt.* 20. *n.* 5. Fermoſin. *ad rubr. tit. de elect. quæſt.* 1. *n.* 29. In cæteris verò officiis non comprehenſis, in dicto *for.* 41. *rubr. de curia, & bajulo,* aut in alio
foro, ſufficiet ætas viginti annorum in Regno, 6
& non erit neceſſaria alia ætas ad illorum obtentum, ut docet D. Creſpì *obſervat.* 17. *n.* 1. Et declaravit Senatus ſententia per Berbegal, *die* 5. *Februarii* 1608. inter Raymundum Ægidium Angreſola, & Syndicum Brachii Militaris, & in prædicta ſententia *diei* 8. *Januarii* 1628. Ad obtinendam verò coadjutoriam cum futura ſucceſsione, aut ſine illa
cujuſlibet officii Civitatis, petentis ætatem 7
vigintiquinque annorum, aut aliam ætatem majorem, aut minorem, ſufficiet in ſubſtituto, & coadjutore ætas viginti annorum, abſque eo quod ſit in illo neceſſaria ætas illa ad officium requiſita, ut Senatus judicavit in ſu-





pradicta ſententia, *diei* 8. *Januarii* 1628.

8 Ad inſaculationem, & obtentum officiorum domus deputationis, non ſufficit viginti annorum ætas, ſed deſiderantur vigintiquatuor anni completi, *for.* 18. *&* 19. *rubr. de elecciò de Deputats in extravagant. fol.* 42. D. Mora
9 *in recopilat. foror. rubr.* 2. *cap.* 18. *& rubr.* 3. *n.* 4. 5. *&* 6. Dom. Matheu *dict. cap.* 4. § 5. *n.* 13. *&* 14. D. Creſpì *dict. obſervat.* 17. *n.* 2. Neque officiales regii poterunt habere, & obtinere Deputationis officia, *for.* 15. *rubr. de elecciò de Deputats, in extravagant. fol.* 41. ibi: *Item, que ſi alcuna perſona de les enſaculades, ò eſcrites en la dita matricula, ò llibre, en lo temps de la elecciò dels dits oficis ſerà oficial Real, &c.* Et paulò poſt, ibi: *No puguen concorrer en les eleccions ſabedores dels dits oficis.* Docent D. Mora *in recopilat. foro. rubr.* 2. *n.* 28. *& rubr.* 3. *n.* 1. Fontanell. *deciſ.* 599. *n.* 16. *&* 17. Idem reſpectu officiorum domus noſtræ urbis, tradit D. Matheu *dict. cap.* 4. §. 8. *n.* 10. Sed ſi ante adeptum officium, jam
10 fuerit inſaculatus officialis regius ad Deputationis officia, ſuperveniente ei officio regio, non debet extrahi ab inſaculatione, quia habilis tempore extractionis, & electionis poteſt reperiri, aut dimittendo officium Regium, aut alia de cauſa, ut tradit, in terminis officiorum Deputationis Regni Aragonum, Portol. ad Molin. verb. *Deputati, num.* 14. *cum ſequent.* Et in terminis declaravit Senatus noſter ſententia per Saboya, *die* 12. *Decembris* 1682. in favorem Don Ludovici Lloris, & contra Syndicum ſtamenti militaris. Hæc prohibitio foralis non venit intelli-
11 genda de omnibus officialibus Regiis, ſed de habentibus juriſdictionem, nàm juriſdictionem non habentes, & illa carentes, non comprehenduntur in prohibitione, cum non ſint propriè officiales Regii, ſed impropriè. Seſsè *de inhibitionib. cap.* 1. § 4. *n.* 1. Ramon. *conſ.* 35. *n.* 2. Fontanell. *dict. deciſ.* 599. *n.* 2. *&* 3. Unde Regii mandati ſcribæ, & coadjutores Magiſtri Rationalis, ſimileſque officiales juriſdictionem non habentes, non erunt comprehenſi in prohibitione forali, imo admitti poterunt ad inſaculationem officiorum Domus Deputationis, ut judicavit Senatus ſententia per Benavides, *die* 3. *Februarii* 1680. in favorem Ludovici Ferrera Generoſi R.M. ſcribæ, & Franciſci Fuſter de Ribera, etiam Generoſi coadjutoris Magiſtri Rationalis, & contra Syndicum Generalitatis Regni, referente eruditiſsimo Senatore Iſidoro Apariſio Gilart, tunc R.C.D. nunc meritiſsimè honoribus Regentis S. S. A. C. decorato. Quamvis quoad officia domus Civitatis, tradat Fontanella à ſuo Senatu deciſum *dict. deciſ.* 599. hujuſmodi officiales juriſdictione carentes admittendos non eſſe, quod video admiſſum in noſtra urbe, ubi ſimiles officiales non inſaculantur ad officia majora urbis. Aſſeſſores gerentis vices Ge-
neralis Gubernatoris, non admittuntur ad 12
inſaculationem officiorũ domus Deputationis, quia propter ocupationem officii, gerunt incompatibile officium cum officio Deputati, aut alterius prędictę domus, ut extitit à Senatu deciſum ſententia per Ferrera, *die* 15. *Decembris* 1685. in favorem Syndici Deputationis, & contra Don Franciſcum Eſteve Monteſianæ Familiæ Militem Aſſeſſorem Gerentis vices Generalis Gubernatoris, referente M. Ludovico Paſtor, & Bertran. R.C.D.
demum ad officium ſcribæ obtinendum vi- 13
gintiquinque anni requiruntur, *for.* 9. *rubr. de notariis,* Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 17. *n.* 1.
Et ad proxenetæ officium, & alia Civitatis 14
Valentiæ officia viginti duo anni deſiderantur; *for.* 63. *rubr. de jure emphiteut. for.* 88. *rubr. de Leuda,* Dom. Creſpì *ubi proximè.*

Similitèr non omnia poſſunt gerere, & fa-
cere majores viginti annorum, nam ſi mino- 15
res fuerint vigintiquinque annorũ, nequeunt aliquem celebrare contractum ſub nullitatis labe, niſi conſentiente, & firmante patre, & ſi patrem non habuerint, conſentientibus, & firmantibus duobus conſanguineis proximioribus; ſi enim de facto abſque ſolemnitate iſta celebratus fuerit contractus, nullus, & inutilis erit, & notarius inſtrumentum recipiens de tali contractu, debet perpetuò relegari à Regno, & proxeneta interveniens in contractu ſupradicto, ultra relegationis pœnam debet irremiſsibiliter flagellari, *for. ultim. rubr. de reſtit. minor. for.* 63. §. *item que alcun menor, rubr. de jure emphiteut.* juncto foro 127. *fol.* 24. *curiar. anni* 1626. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 94. *n.* 2. *cum ſequent.* Dom. Creſpì *dict. obſervat.* 17. *n.* 2. & tradidi ego *dict. cap.* 12. *n.* 54. de ſimile ſtatuto mentionem faciunt, Roman. *conſ.* 12. *n.* 4. Gabriel *conſ.* 1. *n.* 6. Fenſonius *ad ſtatut. urbis, lib.* 1. *cap.* 151. *n.* 13. Cencius *poſt tract. de cenſib. deciſ.* 31. *n.* 3. Veral. *deciſ.* 205. *in princip. part.* 3. Borgnin. *deciſ.* 20. *n.* 33. *&* 34. *part.* 3. Paul. Meli *poſt obſervat. deciſ.* 119. *n.* 1. *cum ſequent. & deciſ.* 136. *n.* 16. cum aliis à me adductis *dict. n.* 54. Hæc intellige procedere reſ-
pectu minoris vigintiquinque annorum celi- 16
bis, & non uxorati, nam forus ſolum verbum facit de minoribus vigintiquinque annorum non uxoratis, *dict. for.* 23. *rubr. de reſtitut. minor.* ibi: *Que los fills que no ſeràn caſats.* Unde ſi minores vigintiquinque annorum, & majores viginti, uxorati fuerint, poterunt liberè, & abſque ſolemnitate ſupradicta contrahere, nam cum forus corrigat, & reſtringat libertatem contrahendi, majoribus à ju-

re conceſſam, debet intelligi, & accipi in caſu ſolum de quo loquitur, & non in caſu omiſſo, quia iſte ſemper remanet ſub libertate, & diſpoſitione juris communis, *l. commodiſsimè* 10. *ff. de libertis, & poſthum. l. cum prætor. ff. de judiciis, l. ſi extraneus, ff. de condict. ob cauſam, l. voluntatis, Cod. de fidejuſſorib.*

17 Quod poterit non ſine fundamento dubitari eſt, an in noſtro Regno filii vidui, aut filiæ viduæ minores vigintiquinque annorum, & majores viginti, poſsint contractus celebrare ſine ſolemnitate ſupradicta forali. Videtur enim poſſe contractus celebrare ſine ſolemnitate forali, & conſenſu patris, vel conſanguineorum. Primo quia vidua, dum in viduitate eſt, & ſervat viduitatem, cenſetur perdurare in primo matrimonio, & omnibus honoribus, gratiis, & privilegiis, inmunitatibus, & exemptionibus fruitur, quibus frueretur ſi matrimonium duraret, *l. fin. Cod. de bonis matern. l. filii, §. vidua, ff. ad municipal. l. fœminæ* 8. *l. ultim. cum ſimilib. ff. de ſenatorib. l. final. Cod. de incolis, lib.* 10. *l. mulieris* 13. *Cod. de dignitatib. l. filii* 22. §. *vidua, ff. ad municipal. l. penultim. Cod. de fabricenſibus,* Barboſ. *in l. quia tale* 14. *n.* 23. *ff. ſolut. matrim.* Otalora *de nobilit.* 5. *par. cap.* 8. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 90. *per tot.* Capiblanc. *de Baronib. ad pragmat.* 8. *cap.* 57. *n.* 10. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 15. *à n.* 46. Pichard. *de nobilitat. communican. n.* 57. Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. Thoro *tom.* 1. *in compend. deciſ. verbo vidua,* Queſada, & Pilo *diſſertat.* 22. *n.* 82. Fermoſin. *ad text. in cap. ex tenore* 11. *de foro competenti, quæſt.* 5. *per tot.* Solorzan. *in politic. lib.* 2. *cap.* 20. Cyriac. *controverſ.* 378. Diana *tom.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 150. & 156. *cum ſequent.* Vela *diſſertat.* 5. *n.* 9. Giurba *de feudis,* §. 2. *gloſ.* 13. *n.* 92. Carpzovius *in juriſpr. forenſ. part.* 4. *conſtit.* 27. *definit.* 4. *n.* 7. Salcedo *in theatr. bonoris, gloſ.* 51. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 6. *n.* 85. Carol. Spadaz. *in theatr. viduil. diſquiſit.* 67. *n.* 44. & 45. & *diſquiſit.* 44. *n.* 78. Caſtejon *in alphabet. verbo vir. n.* 9. Cardinal. de Luca *de teſtament. diſcurſ.* 29. *n.* 5. Antunez *de donationib. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 63. Ergo ſi vidua in primo matrimonio cenſetur remanere, dum inviduitate permanet, nupta cenſetur eſſe, & per conſequens uti uxorata poterit ſine ſolemnitate forali contrahere. Secũdo quia ſemèl capacitato minore vigintiquinque annorum per matrimo-
18 nium ad contrahendum ſine ſolemnitate forali, etiam ſi ceſet cauſa, nempè matrimonium, proptèr quam ab obligatione forali exemptus fuit, debet habere jus illud jã acquiſitum, *argum. tex. in l. ſi poſt mortem* 10. §. *final. ff. de bonor. poſſeſsion. contra tabul. ubi* Barthol. *l. eos, C. de excuſat. munerum, lib.* 10. *l. quiſquis, Cod. de præfect. prætor. lib.* 12. *l.* 4. *Cod. de præpoſit. ſacrorum ſcrinior. l.* 2. *Cod. de magiſtris ſcrinior. l.* 2. *Cod. de præpoſit. Sacri cubicul.* Amaya *in l. ultim. n.* 25. *Cod. de incolis, lib.* 10. Salcedo *in theatr. bonoris, gloſ.* 51. *n.* 16. & 17. Ultimo quia per matrimonium extinguitur obligatio contrahendi cum ſolemnitatibus fori, & juxta juris regulas obligatio ſemèl extincta, amplius reviviſcere non poteſt, *l. qui res, §. aream, ff. de ſolutionib. l. electio, Cod. de noxalib. actionib. l. mevius, §. duorum. ff. de legat.* 2. *l. ſi unus, §. ſed ſi pactum, ff. de pactis.* Et hæc opinio videtur probari, *ex text. in l. filii* 22. §. *viduam ubi gloſ. ff. ad municip.* Et ex doctrina Suelves *conſ.* 15. *n.* 3. & 4.

Contrarium tamen mihi verius videtur, &
19 tenendum judico minores vigintiquinque annorum viduos, aut viduas non poſſe ſine nullitate contrahere, omiſſa forali ſolemnitate. Primo, quia juxta forum, filiis, qui nõ ſunt matrimonio copulati, debent contrahere cum fori ſolemnitate, *dict. for.* 23. ibi: *Los fills que no ſeràn caſats.* Et vidui, aut viduæ, non ſunt matrimonio copulati, cum alterius cõjugis morte matrimonium diſſolutum fuerit, *cap.* 2. *de ſecundis nuptiis, cap. in præſentia* 19. *de ſponſalib.* Sanchez *de matrimon. lib.* 2. *diſputat.* 46. *n.* 7. Baſilius Ponce *de matrimon. lib.* 7. *cap.* 53. Gibalin. *tom.* 2. *ſcientia canonic. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 42. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap.* 19. *de ſponſalib. n.* 7. Secundo probatur, quia verba fori non conveniunt viduo, nec viduæ minoribus, ſed ſolum nupto, aut nuptæ, & cui legis verba non conveniunt, neque convenire poteſt illius diſpoſitio, *l.* 4. §. *toties, ff. de damno infecto, l.* 1. §. *loquitur, ff. de aqua quotidiana, l. bos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſationib. l.* 2. *Cod. communia de legat.* Ultimo quia ut haberet locum diſpoſitio, *for. la filla* 6. *rubr. de promiſsione dotis,* loquens de filia matrimonio copulata, ibi: *La filla que ſerà maridada,* in filia vidua, neceſſarium fuit, quod extenderetur illius diſpoſitio expreſsè, & ſpecificè ad filias viduas, ut in *foro declarant* 7. *eod.* ibi: *Ordenam quel dit fur baixa llocb atxi en filla, ò filles maridades, com en filla, ò filles viudes.* Ergo ſimiliter, ut diſpoſitio noſtra foralis loquens de filiis matrimonio copulatis haberet locum in filiis viduis, neceſſarium erat quod expreſsè, & ſpecificè extenderetur ad filias viduas illius diſpoſitio: non extenſa fuit: ergo neque locum habere poteſt in viduis. Confirmatur ea conſideratione quod in ſtatuto de uxoratis loquente, & diſponente, non comprehenduntur vidui, aut viduæ, Alexand. *conſ.* 207. *ponderatis verbis, n.* 9. *verſ.* 5. *lib.* 6. Cardinal. Thuſc. *practic. tom.* 8. *lit. V. concluſ.* 204.



204. *n.* 10. & 11. Barboſ. *de appellat. verbor. appellat.* 279. *n.* 5. Neque obſtant pro contraria adducta, nam ad primum reſpondetur, quod vidua cenſetur in primo matrimonio durare quoad conſervanda favorabilia. Eodem modo ſemel acquiſitum retinetur etiam ceſſante acquiſitionis cauſa quoad favorabilie, alitèr eſt quoad non favorabilia, nam neque retinetur ſemèl acquiſitum, neque cenſetur vidua perdurare in primo matrimonio, & certũ eſt hujuſmodi ſtatuta minoribus favorabilia eſſe, ut conſiderant Queſada, & Pilo *diſſertat.* 9. *n.* 9. Rota apud Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 15. *n.* 11. Altograd. *conſ.* 27. *n.* 4. *tom.* 1. Sperel. *deciſ.* 155. *n.* 24. *tom.* 2. Ad aliud argumentum reſponde, quod per matrimonium abſolutè non extinguitur obligatio illa, ſed ſolum ſi duret, nam durante cauſa, effectus durabit, ſublata verò, & effectus ſublatus erit, argum. text. *in leg. adigere, §. quamvis, ff. de jure patronat. l. ſi pater, ff. de bæredib. inſtituen. l. generaliter, C. de Epiſcop. & Cleric.*

Tenentur ergo minores vigintiquinque
20 annorum, & majores viginti, ratione foralis diſpoſitionis prædictæ, ut validè contractum celebrent, facere illum cum conſenſu, voluntate, & firma patris, ſi patrem habuerint, *dict. for.* 23. *rubr. de reſtitut. minorum,* ibi: *No puixen contractar, ſino ab conſentiment, y ferma de llurs pares ſin tẽdràn,* D. Leon *dict. deciſ.* 94. *n.* 2. D. Creſpì *dict. obſervat.* 17. *n.* 2. Et dixi ego *dict. cap.* 12. *n.* 54. Quod non habebit locum, ſi pater ſimul cum filio contractum celebraret, vel in patris utilitatem fieret, vel intereſſe habuerit, nam non poterit pater adimplere ſolemnitatem foralem auctorizandi contractum hiis in caſibus, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 14. *Novembris* 1608. inter Domnam Hieronymam Corella, & Franciſcam Llopis. Imò in prædictis caſibus, tanquam ſi pater in humanis non eſſet, debebunt intervenire duo conſanguinei proximiores. Neque prædictus forus intelligendus erit de patre, & matre, ſed de patre ſolum, quia eſtò in foro cautum reperiatur, quod filii non contrahant ſine parentum conſenſu, ibi: *De llurs pares,* & appellatione parentum, etiam mater veniat, *l.* 4. §. *parentes, ff. de in jus vocando, l. juriſconſultus, §. parentes, ff. de gradibus.* Indubitatum eſt, quod matris conſenſus adhibendus non eſt, ſimul cum Patre, aut deficiente patre, nam verbum illud fori *pares* convenit ſolum Patribus, cum in numero plurali inveniatur, & per conſequens nequit aplicari matri: quod ſatis confirmatur ex eodem *foro* 23. ibi: *E ſi no tendràn pare ab conſentiment, &c.* Idem ex *foro* 63. §. *item que alcun menor, rubr. de jure empbiteut.* ibi: *Sens expreſſa voluntat, conſentiment, è llicencia de ſon pare.* Dom. Leon *dict. deciſ.* 94. *n.* 2. Un-
de ſi patrem non habuerit minor, ut le[illegible] 21
contractum celebret nõ debet adhibere matris conſenſum, ſed duorum conſanguineorum maſculorum, *dict. for.* 23. ibi: *E ſi no tendràn Pare ab conſentiment, è ferma de dos parents pus propincbs.* Tradidi ego latiſsimè *dict. cap.* 12. *n.* 55. Conſanguinei debent eſſe maſculi, & non fœminæ, quia iſtæ etiam ſi fuerint mater, aut avia, & conſanguineæ proximiores minoris contrahentis, non debent pro ſolemnitate forali intervenire in contractu, neque ſuum accomodare conſenſum, ut docent Barthol. *in l. final. Cod. de verbor. ſignificat.* D. Leon *dict. deciſ.* 94. *n.* 7. ubi refert à noſtro Senatu deciſum, Bertazold. *clauſ.* 6. *gloſſ.* 8. *fol.* 47. cum aliis à me traditis *dict. cap.* 12. *n.* 62.

Si in loco contractus aliqui reperiantur 22
conſanguinei minoris vigintiquinque annorum, debent intervenire in contractu duo propinquiores, abſque eo quod ſufficiat interventus unius, nam erit contractus nullus, ſi ſolus unus intervenerit, ut rectè probat Rota *poſt obſervat.* Paul. Meli *deciſ.* 119. *n.* 2. Si vero in loco contractus ſolus unus re-
periatur cõſanguineus, ſufficiet quod ille in- 23
terveniat, ut probatur, *ex dict. deciſ.* 119. *n.* 2. Et præcisè ad validitatem contractus debebit ille ſolus intervenire, quia & ſi juxta forum duo conſanguinei intervenire debeant, quando duo non reperiuntur, ſed unus, debebit iſte intervenire, cum jubente foro quod eſt plus, jubere cenſeatur etiam, quod eſt minus, *leg. non debet, de regulis juris, authentic. multo magis, Cod. de Sacroſanct.*
*Eccleſ.* Et ſi in loco ubi contractus celebratur 24
non reperiantur minoris conſanguinei, poterit libere, & abſque conſanguineorum interventu vigintiquinque annorum minor cõtractum facere, & celebrare, etiam ſi extra locum illum conſanguineos habuerit, docui ego *in d. cap.* 12. *n.* 60. Et impugnanti
contractum ex defectu interventus conſan- 25
guineorum incumbit onus probandi, in loco contractus fuiſſe, & extitiſſe minoris conſanguineos habiles, & ætate majores tempore contractus, qui poterant intervenire, & conſenſum adhibere in contractu, ita ex Paulo Caſtrenſ. probat D. Leon *ubi proxim.* Et tradidi ego cum multis *dict. cap.* 12. *n.* 60. & 61. ubi retuli Senatus deciſiones. Solum
adnotare oportet, quod prædicti conſangui- 26
nei, & ſuo in caſu pater intervenientes, & auctorizantes contractum, debent reperiri præſentes contractus tempore, & dici debet in contractus inſtrumento, quod de illorum conſenſu, & voluntate fuit contractus celebratus, Rota *deciſ.* 203. *n.* 1. *part.* 4. *tom.* 2.

*recentiſsimar.* Paul. Meli *poſt obſervat. deciſ.* 36. *n.* 16. Sed ſi contractus fiat à minore vigintiquinque annorum, ſimul cum aliquo ex conſanguineis proximioribus, aut conſanguineus, vel conſanguinei habeant in contractu intereſſe, non poſſunt tales conſangui-
27 neus, aut conſanguinei conſenſum, auctoritatem, & voluntatem accommodare in contractu, ſed alii conſanguinei non intereſſati adhibendi ſunt, quia contrahentes, aut intereſſati non ſunt legitimæ perſonæ, neque faciunt numerum ad contractum minoris auctorandum, Barthol. *in l.* 1. *ff. de auctorit. tutor.* Bertazold. *dict. clauſ.* 7. *gloſ.* 11. *n.* 8. *fol.* 49. Dom. Leon *dict. deciſ.* 94. *n.* 4. & ita judicavit Senatus ſententia per Daça, *die* 28. *Aprilis* 1616. inter Agatam Eſpecies, & Vincentium Sebaſtià de Roca.

Nullitas reſultans ex defectu obſervatæ
28 ſolemnitatis in ſupradicto contractu minoris vigintiquinque annorum, non poteſt generaliter ab omnibus allegari, prout aliquando vidi allegari ab illis qui cum minoribus contraxerunt, ſed ſolum poteſt deduci, & proponi ab ipſis minoribus, aut illorum ſucceſſoribus, quia prætermiſſa ſolemnitate in contractu minoris, validus eſt contractus, ſi minori inter eſt, & ei utilis ſit, *l. cum hii* 8. §. *etiam, ff. de tranſactionib.* Surd. *deciſ.* 179. *n.* 17. Capyc. Latr. *deciſ.* 19. *n.* 6. & 7. Salgad. *in labyrinth. par.* 1. *cap.* 14. *n.* 67. & *poſt labyrinth. deciſ.* 15. *n.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 13. *n.* 8. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 70. *n.* 10. Cyriac. *controverſ.* 308. *n.* 39. Caſtillo *tom.* 4. *cap.* 61. *n.* 22. Merlin. *tom.* 1. *controverſ.* 21. *n.* 12. Ganaverr. *conſ.* 6. *artic.* 2. *n.* 13. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 9. *n.* 8. ergo cum in hiis caſibus nullitas contractus in favorem minorum vigintiquinque annorum reperiatur inducta, Abbas *in cap.* 1. *nè Sede vacante*, Ruin. *conſ.* 11. *n.* 6. *lib.* 4. Surd. *deciſ.* 108. Gratian. *diſcepta.* 27. *n.* 41. Salgad. *poſt labyrinth. deciſ.* 15. *n.* 11. Altograd. *conſ.* 27. *n.* 4. *tom.* 1. Sperel. *deciſ.* 155. *n.* 24. *tom.* 2. Queſada, & Pilo *ubi proxim. n.* 9. Carolus Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 27. *n.* 9. Solum poterit ab ipſis minoribus, aut eorum hæredibus allegari, non vero à con-
29 trahente cum minoribus, aut à tertio, quia juxta juris regulas, nullitas contractus, vel actus ſolum allegari poteſt ab illa perſona in cujus favorem reperitur inducta, Gratian. *diſceptat.* 27. *n.* 39. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap. final. n.* 41. Capyc. Latr. *deciſ.* 19. *n.* 9. Sperel. *deciſ.* 154. *n.* 14. *tom.* 2. Pignatel. *controverſ.* 21. Giurb. *obſervat.* 71. *n.* 17. Burat. *deciſ.* 137. Cavaler. *deciſ.* 15. Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 415. Grivel. *deciſ.* 105. Monter. *deciſ.* 35. Cyriac. *controverſ.* 181. *n.* 6. Thorò *in ſuplement. verb. nullitates obſtare*, Altograd. *conſ.* 97. *n.* 88. *tom.* 2. Manſus *conſultat.* 33. *n.* 9. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 9. *n.* 10. Andreol. *controverſ.* 84. *n.* 11. & 12. Leoncil. *deciſ.* 4. *ſub n.* 5. Fulgin. *de jure emphiteut. tit. de contractib. quæſt.* 21. *n.* 2. & 13. Urcell. *concluſ.* 85. *n.* 16. & 17. Vela *diſſertat.* 14. *à n.* 34. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 37. *n.* 105. Caſtejon *in alphabet. verb. nullitas, n.* 18. Pechii *de aquæduct. tom.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 7. Cardinal. de Luca *de feudis, diſcurſ.* 10. *n.* 8. & *de alienat. diſcurſ.* 37. *n.* 5. & *de dote, diſcurſ.* 85. *n.* 13. & *de regalib. diſcurſ.* 40. *n.* 11. & 12. Felician. de Oliva *de foro Eccleſ. part.* 3. *quæſt.* 14. *n.* 106. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 27. *n.* 9. Et quod nullitas non poſsit ab alio allegari, quam ab eo, in cujus favorem inducta reperitur judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 24. *Decembris* 1612. inter Honora-
tum Toràn, & Thomam Blanes. Solum ob- 30
ſervare debes quod minores vigintiquinque annorum, & majores viginti, duplici in caſu poſſunt contrahere abſque ſolemnitate forali. Primus eſt ſi veniam ætatis à Principe obtinuerint. Secundus ſi contrahant ratione matrimonii ab ipſis contracti, non vero ab aliis, *for.* 127. *fol.* 24. *curiar. anni* 1626. Et tradidi cum multis ego *dict. cap.* 12. *n.* 58. & 59. Quibus adde Paytel. *cauſ. civil. adnot. deciſ.* 41. *n.* 12. 13. & 14. Baron. *de effect. minor. ætat. circa contractus, effect.* 9. *n.* 30. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 22. *n.* 28.

Ut viginti annorum majores documen- 31
tum præmanibus habeant, quo minor illorum ætas probetur, cum illam alleganti onus probandi incumbat, *l. de ætat. l. intra utile, in princip. ff. de minorib. l. cum hæc, de probat.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 666. *n.* 1. noſter Morlà *in juris empor. tit.* 5. *de in integr. reſtitut. quæſt.* 10. *n.* 4. Fagnan. *ad text. in cap. nullus, de regularib. n.* 17. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 10. *n.* 91. Cardinal. de Luca *de alienat. diſcurſ.* 60. *n.* 12. & *de judiciis, diſcurſ.* 30. *n.* 9. Solet in noſtra praxi obtineri majoris ætatis declaratio, per ordinariorum curias, conſtito ſummaria teſtium informatione de majori ætate. Debet
ætas computari non à die conceptionis, ſed 32
à die, & hora nativitatis, *l.* 3. §. *minorem, ff. de minorib. l. qui filium* 74. *ff. ad S. C. Trebelian. l.* 1. *ff. de manumiſſionib.* Covarrub. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 2. *n.* 3. Mandoſ. *de minori ætat. cap.* 1. *n.* 25. Sanchez *in decalog. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 35. *n.* 4. Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *n.* 89. Vivian. *in prax. juris patronat. lib.* 6. *n.* 14. Anton. Faber *in juriſprud. Papinian. tit.* 4. *princip.* 3. *il-*



*illat.* 7. Bonacin. *de ſacram. diſput.* 8. *quæſt. unic. punct.* 1. *n.* 6. Narbon. *de ætat. anno* 25. *quæſt.* 64. *n.* 2. Carranza *de legitim. partus edit. cap.* 2. §. 4. *n.* 50. Fermoſin. *ad tit. de ætat. & qualitat. n.* 10. Pyrrhus Corrad. *in prax. beneficior. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 22.
33 Et quod à die nativitatis, & non à die baptiſmi ſit computanda ætas, refert deciſum ſub *die* 4. *Decembris* 1627. Sell. *in ſelect. canonic. cap.* 14. *num.* 8. Fermoſin. *dict. num.* 10. Quod ergo non intelligo quo ad ſpiritualia, quia non a die nativitatis, ſed à die baptiſmi computari debet ætas, ut docent Pyrrhus Corrad. *in prax. beneficior. dict. l.* 4. *cap.* 6. *numer.* 33. Anton. Gobius *conſultat.* 8. *n.* 26.

Debet informatio teſtium ad majorem
34 ætatem probandam recipi, in noſtro Regno, indiſpenſabiliter, in preſentia judicis, nam & ſi informationes teſtium ſummarie, & quælibet teſtium depoſitiones in quibuſlibet negotiis regulariter in Regno per ſcribas curiæ recipiantur abſque judicis præſentia, quia ſemper cenſetur à judice in cauſis civilibus data commiſsio actuario ad recipiendos teſtes, ut ſuo in loco dicam, & interim vide Alexand. Stiat. *in practic. cap.* 16. *ſub n.* 9. & 10. Scacc. *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 40. Caputaquenſ. *deciſ.* 265. *part.* 3. Rota apud Farinac. *in* 2. *vol. conſilior. deciſ.* 355. *n.* 1. & 27. & *deciſ.* 363. *n.* 1. Rota *recentiſsimar. deciſ.* 393. *n.* 2. *part.* 1. Poſthius *de manuten. obſervat.* 93. *n.* 4. Ripoll. *in addit. ad prax.* Peguer. *rubr.* 18. *n.* 29. D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 2. *n.* 279. Ta-
35 men, ob fraudes vitandas, ſtabilitum habemus, quod ad probandam majorem ætatem, coram judice examinentur teſtes, & quod ſub nullitatis decreto non comitatur illorum examen ſcribis, quod inviolabiliter obſervatur in curia Juſtitiæ civilis noſtræ urbis inſequendo diſpoſita, *in for.* 19. *rubr. de minorib.* ibi: *Supliquen los tres brazos ſia merce de voſtra Mageſtat, ſent fur provehir, è manar, que tots temps, que algu volrà probar eſſer machor, los teſtimonis, è altra manera de proves, ſien examinats per lo Aſſeſſor de aquella cort, en la qual la dita proba ſe farà perſonalment, è que la tal recepciò, y examen, no puixa eſſer comeſa per cauſa alguna.*

Probabitur major ætas per ſummariam
36 teſtium informationem, ſi de illa deponant, & atteſtentur pater, aut mater, & ſimul duo, aut plures conſanguinei minoris, ſi in loco ubi probatio fit reperiantur *dict. for.* 19. *rubr. de reſtitut. minor.* Ibi: *E que lo Aſſeſſor faſſa diligencia de haver informaciò ultra la proba què li ſerà oferta, de el pare, ò mare de aquell que la edad volrà probar ſi vius ſeràn, ò de dos mes propinchs parents de aquell que la edat volrà probar, ſi ni aurà en la dita Ciutat Vila, ò lloch.* Et rectiſsimè hæc conſtituta ſunt, cum major ætas natali profeſsione à matre, [aut p]atre, aut Avis facta, & conſanguineorum ateſtationibus juridicè, & legitimè probetur, *l. cum de ætate, l. etiam, l. penultim. ff. de probat. l. non nudis, Cod. de probat. l.* 1. *Cod. ſi major ſe minorem, l.* 2. *ff. de excuſat. tutor. cap.* 6. *de deſponſat. impuber.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 55. *n.* 11. *cum ſequent.* Oddus *de in integr. reſtitut. part.* 1. *quæſt.* 37. *artic.* 5. *n.* 57. Maſcard. *de probat. concluſ.* 668. *n.* 7. & *concluſ.* 1148. *n.* 14. Cardos *in prax. verbo teſtis, n.* 10. Caldas Pereyra *in l. ſi curatorem, Cod. de in integr. reſtitut. verb. minorib. n.* 13. Gutierr. *allegat.* 11. *n.* 10. Coſtanus *de ponſalib. fol.* 74. noſter Morla *in juris empor. par.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n.* 80. Surd. *conſ.* 77. *n.* 6. Farinac. *in prax. criminal. part.* 2. *quæſt.* 68. *n.* 94. & *quæſt.* 54. *n.* 177. Barboſ. *ad text. in cap. ſuper eo* 22. *de teſtib. n.* 16. & *ad text. in cap* 5. *eod. n.* 9. Narbon. *de ætat. anno* 1. *q.* 1. Gonzal. Tellez *ad text. in cap.* 19. *de elect. n.* 5. & *ad text. in cap.* 6. *de deſponſat. impuber. n.* 6. Paul. Rub. *tom.* 4. *part.* 2. *deciſ.* 327. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 1. & 2. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 16. *definit.* 49. Deficiente autem pa-
tris, aut matris, atteſtatione, non poteſt in 37
Regno major ætas probari minori numero teſtium, quam quatuor atteſtantibus de majori ætate, *for.* 22. *rubr. de reſtitut. minor. dict. for.* 19. *eod.* Ibi: *E ſino ni haurà que ſe hacha de probar la dita edat ab quatre teſtimonis, è no menys.* Et licet probatio ætatis per aſpectum corporis ſoleat eſſe fallax. D. Creſpì *obſervat.* 23. *n.* 70. tamen, quia ætas eſt difficilis proba-
tionis, & poteſt legitimè probari inditiis, 38
conjecturis, & præſumptionibus, Barthol. *in l. de ætat. n.* 7. *ff. de minorib.* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 116. *n.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 665. *à n.* 1. & *concluſ.* 675. *à n.* 1. Farinac. *fragment. criminal. part.* 1. *verbo ætas n.* 1. Riccius *de pub. jud. quæſt.* 38. *n.* 7. Cortiada *tom.* 2. *deciſ.* 96. *n.* 66. poterit major ætas probari per corporis aſpectum, *l. minor.* 34. *ff. de minorib. l. ſi minor. ff. ſi tutor. vel curator. l. ſi alterius, C. ſi minor ſe majorem, dic. for.* 22. *rubr. de reſtit. minor.* Ibi: *E lo juſt cia per aſpecte de aquell, è per informaciò, &c.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 117. & *de præſumptionib. lib.* 2. *præſumpt.* 51. *à n.* 57. Oddus *de reſtitut. in integr. part.* 1. *quæſt.* 37. *à n.* 93. Maſcard. *d. concluſ.* 667. Farinac. *d. verb. ætas, n.* 148. Thoro *in compend. deciſion. part.* 3. *ſect.* 2. *verb. minor. fol.* 92. Lara *de vita hominis, cap.* 26. Ciriac. *controverſ.* 252. & 371. Narbon. *dict. anno* 1. *quæſt.* 1. Vermigliol. *conſ.* 261. *n.* 5. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 14. Rubeus *tom.* 1. *deciſ.* 45. *n.* 11.

Cortiad. *dict. deciſ.* 96. *num.* 66. Gonzal. Tellez *ſuper textis proximè citatis*, Carol. Rota *de privileg. ... cap.* 3. *ſpecial.* 2. *num.* 3. Caſtejon *in alphabet. verb. ætas num.* 9. latiſsime Joan Baptiſta Sinibaldi *controverſ.* 25. Quamvis ad probādā majorem ætatē quo ad tutellam, non ſufficiat probatio per aſpectum corporis facta, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 3. *Decembris* 1607. inter Jacobum Chriſtophorum Ferrer, & Michaëlem Gil.

39 Demum probabitur legitimè major ætas per partitam baptiſmi extractam à libro Parochi, ubi baptizati deſcribuntur, Maſcard. *de probat. conclus.* 672. *n.* 1. *cum ſequentib.* Cavaler. *deciſ.* 128. *num.* 1. & 2. Peña *tom.* 2. *deciſ.* 1659. *n.* 7. & 8. Otthobon. *deciſ.* 251. Eſcobar. *de nobilit. proban.* 1. *part. quæſt.* 6. §. 4. *n.* 45. Fermoſin. *ad text. in cap. per tuas, de probat. quæſt.* 2. *n.* 38. Gonzal. Tellez *ubi proximè.* Antonell. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 9. Paul. Rubeus *tom.* 1. *deciſ.* 138. *n.* 2. & 3. & *deciſ.* 45. *num.* 15. & *tom.* 2. *deciſ.* 6. *n.* 10. Cardinal. de Luca *de judiciis, diſcurſ.* 30. *n.* 9. Pirrhus Corrad. *in praxi beneficior. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 23. Anton. Gobius *conſultat.* 66. *n.* 1. Carol. Anton. de Luca *in add. ad animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 236. *n.* 7. Etiam probabitur major ætas ex libro civitatis publico, in quo ſolent homines ſtatim quod nati ſunt deſcribi, Menoch. *de præſumptionibus, libr.* 2. *præſumption.* 51. *numer.* 3. Knipſchildt. *de fideicommiſ. cap.* 14. *n.* 40. Sed ſi tractetur de probanda ætate rigoroſè, & ſtrictè, & ad certum annum, non rectè probabitur ex fide ſola baptiſmi, cum ex ea non reſultet præciſſa probatio nativitatis, quia non ſtatim, ac quis natus eſt baptizatur, niſi in eadem fide adnotatus reperiatur nativitatis dies, Menoch. *dict. lib.* 2. *præſumpt.* 51. *num.* 56. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 10. Anton. Gobius *conſultat.* 8. *n.* 26. In omni tamen caſu, ut in contradictorio judicio probetur ætas legitimè, per baptiſmi partitā, debet extrahi à libris Parochi parte citata, & ita extracta plenam faciet fidem, Serafin. *deciſ.* 138. *num.* 2. Burat. *deciſ.* 365. *n.* 1. Otthobon. *deciſ.* 88. *n.* 3. Paul. Rubeus *tom.* 1. *deciſ.* 45. *numer.* 19. Bonden. *de jure controverſ. collectat.* 2. *num.* 37. Bich. *deciſ.* 200. *n.* 1. & *deciſ.* 272. *n.* 10. & *deciſ.* 371. *num.* 15. Peutinger. *deciſ.* 102. *n.* 2. & *deciſ.* 506. *n.* 1. Zarat. *deciſ.* 18. *n.* 2. Et quod per partitam baptiſmi reaſumptam cum citatione partis, legitimè major ætas probetur, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 3. *Martii* 1623. inter Franciſcum Bandrès, & Gregorium Perez, & alia per eundem, *die* 4. *Novembris* 1629. inter Paulam Margaritam Salelles, & Joannem Ferrer, & Joannem Paſapere. Et alia per Ferrera pro Maſcarò, *die* 7. *Septembris* 1662. in favorem Euſebii de Peña, & contra Don Ignatium Sanchis Dalmau. Et iſte probandi modus tantam meretur fidem, & auctoritatem quod ſi probatio majoris ætatis fuerit contraria baptiſmi partitæ, corruet propter reſiſtentiam fidei baptiſmi, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 18. *Martii* 1617. inter Antonium Verdier, & Joannem Baptiſtam Fuſter,

Quando el menor de edad llega à cum-
„plir los veinte años, obtiene por juriſdicion 40
„voluntaria ſu declaracion de mayor edad, „para que con ella tenga una prueba de que „puede hacer los contratos, y executoriar „aquello que ſe les permite en el Reyno à los „mayores de veinte años. La practica de obtener eſtas declaraciones es poner ſu eſcritura el mayor de edad ante el Juſticia, y „Juez ordinario ſuyo, en donde narra el dia „de ſu nacimiento, preſentando, ſi pudiere „ſer, el item, o partida del baptiſmo, y como „ya tiene los veinte años cumplidos, y concluir pidiendo, ſe reciba ſumaria informacion de teſtigos para prueva de ſu mayor „edad, y recibida ſe declare tiene la mayor „edad de veinte años, y como à mayor puede intervenir en qualeſquiera contratos, „formando la eſcritura en eſta forma.

IHS F. T. Propoſant com millor pot, diu, que naixque en la preſent Ciutat en T. de T. mes, y any, ſegons conſta per lo item del batiſme, de que ſellat, y fe facient ſa preſentaciò ſi & inquantum, y per haver diſcorregut deſde el dia de ſon naiximent haſta el preſent pus de vint anys, es troba machor de edad, y habil pera poder contractar, y intervenir en juhy, y pera fer tot allò que conſemblants machors de vint anys poden fer en la preſent Ciutat, y Regne.

Per tant & aliàs omni meliori modo, &c. Requir, ſe li reba una ſumaria informaciò de teſtimonis, à fi, y efecte de verificar, y provar, com lo Propoſant es machor de vint anys, y conſtant per dita informaciò, vel aliàs de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis, pariter requir, ſia declarat que lo dit Propoſant es machor de edat de vint anys, y que com à tal pot intervenir en tots los contractes, y actes que conſemblants perſones machors de



edad ſolen, y poden intervenir, ſegons diſpoſicions de juſticia, y furs del preſent Regne. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 28. *Aprilis* 1688.
*Recipiatur informatio*
F. T. Aſſeſſor.

Recebida la informacion de teſtigos ante „el Juez (pues eſtos teſtigos para probar la „mayor edad han de ſer lo menos quatro, ſino es que ateſtiguaſe el padre, ò la madre „del que pretende la declaracion, porque „baſtaràn dos, juntamente con el dicho del „padre, ò madre, y deven examinarſe por el „miſmo Juez, y no ſolamente por el Eſcrivano) ſi conſtaſſe de la mayor edad, ſe hace „declaracion por juriſdicion voluntaria de „la mayor edad con ſentencia que ſe deve „concebir en eſta forma.

Attes, y conſiderat, que ab eſcritura poſada per F. T. en T. de T. mes, y any ſe ha deduhit, y allegat, que lo dit F. T. naixque en T. de T. mes, y any, ſegons reſultaria per lo item del batiſme de que es feya fe, y que per haver diſcorregut pus de vint anys fins lo dia de huy deſde el dia que naixquè, ſeria machor de edat, y que podria eixercir tots los actes que conſemblants perſones machors de edad poden eixercir, requirint es declaràs en eſta conformitat. Y attes que per les depoſicions del teſtimonis produhits conſta, que el dit F. T. te cumplida edad de vint anys, y per lo conſeguent que deu eſſer tractat com à machor edad en qualſevols contractes, ò actes que fa; Id circo, & alias, juſtitia ſic ſuadente, pronuncia, ſentencia, y declara, tindre lo dit F. T. cumplida edad de vint anys, y deure ſer tractat com à machor de edad, en los contractes, & actes que eixercixca, y que li competeixen totes les prerrogatives, y drets, que à conſemblants perſones machors de vint anys los competeixen, ſegons furs del preſent Regne, lo que pronuncia ſentencia, y declara, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni meliori modo, &c.

Vidit F. T. Aſſeſſor.

## CAPUT XXVI.

## *DE DECLARATIONE inteſtatæ Succeſsionis.*

### SUMMARIUM.

1 *INTESTATUS, & inteſtabilis quis dicatur.*

2 *Inteſtatus dicitur, qui teſtamentum jure non fecit, aut ſi fecit, irritum eſt, aut non fuit ex eo adita hæreditas.*

3 *Succeſsionis inteſtatæ tres ſunt ordines, & quales.*

4 *Patri ſuccedunt ab inteſtato filii, tàm ſui, quam emancipati, tam fœminæ, quam maſculi. Intellige de filiis legitimis, & naturalibus, non vero de illegitimis.* 5.

6 *Nepotes, pronepotes, & ulteriores deſcendentes admittuntur etiam ad inteſtatam aſcendentium ſucceſsionem, & in qua parte, & quo modo.*

7 *Nepotes jure repræſentationis ſuccedentes cum patruo, non ſuccedunt in capita, ſed in ſtirpes, & quid in Caſtella.*

8 *Filia dotata, & maritata non ſuccedit in Regno ab inteſtato patri, aut matri, aliis filiis concurrentibus, ſi à patre dotata fuerit. Amplia etiam ſi vidua fuerit.* 9.

10 *Filia ſuccedet ab inteſtato patri, aut matri, ſi mortis illorum tempore, dotata non fuerit. Declara, quod etiamſi dotata fuerit ſuccedet, dummodo mortis tempore maritata non fuerit.* 11.

12 *Neptis dotata, & maritata, non ſuccedit ab inteſtato Avo dotanti, etiam ſi illius mater dotata non fuerit. Et pariter ſi illius mater dotata fuerit excluditur à ſucceſsione inteſtata neptis, etiam indotata. Nepos verò filiæ dotatæ, vel pronepos, non excluduntur à ſucceſsione inteſtata.* 13.

14 *Filia dotata, & maritata ſuccedit ab inteſtato, ſi non ſuperſint alii filii, aut filiæ, aut ſi dotatæ fuerint filiæ ſupervivEntes.*

Fi-

15 *Filia, aut neptis, ut excludatur à ſucceſſione inteſtata matris, ſufficit quod à patre dotetur in Regno, & quomodo hoc intelligatur, juxta ſimilia ſtatuta.*

16 *Filia, aut neptis à matre dotata, & non à patre, non excluditur in Regno ab inteſtata patris ſucceſſione, & quid reſpectu inteſtatæ ſucceſſionis matris traditur.*

17 *Filia monialis dotata à patre, excluditur à ſucceſſione inteſtata patris, & matris.*

18 *Filia dotata excluſa à ſucceſſione inteſtata, poteſt petere ſuplementum legitime, & quando non.*

19 *Legitima eſt triens bonorum, ſi filii non fuerint ultra quatuor, & ſemis erit, ſi quinque, aut plures fuerint.*

20 *Legitima non extrahitur, niſi prius ære alieno deducto, & funeris impenſa. Legata verò, & fideicommiſſa non minuunt legitimam.* 21. *Et deductio, & aplicatio legitimæ quomodo debeat fieri.* 22. *Filii exhæredati non faciunt partem, neque admittuntur ad partem legitimæ, quia pro mortuis habentur quoad deductionem legitimæ.* 23. *Et legitimæ pars, quæ exhæredatis ſpectabat, per jus acreſcendi, vel non decreſcendi ſpectare debet aliis filiis.* 24.

25 *Filius habens quinque ſolidos, aut auri duplam pro juribus legitimæ, non eſt exhæredatus in Regno, imò habet competentem portionem legitimæ, & per conſequens ejus pars aliis filiis nequit acreſcere.*

26 *Legitima an poſſit ab ſtatuto tolli, utpote de jure naturæ debita. Quota autem legitimæ an minui poſſit.*

27 *Filii patri ſuccedunt ab inteſtato æquis partibus, & ut ſervetur æqualitas collatio inducta eſt.*

28 *Collatio non habet locum niſi inter deſcendentes aſcendentibus ſuccedentes. Inter tranſverſales, aut aſcendentes non datur collatio.* 29.

30 *Collatio habet locum de jure inter filios ſuccedentes, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato. In Regno non habet locum niſi inter ſuccedentes ab inteſtato, niſi teſtatore aliud diſponente.* 31. *Collatio quid ſit, & in quo conſiſtat.* 32.

33 *Matri inteſtatæ ſuccedunt omnes filii, etiam ſi ex diverſis maritis fuerint. Amplia de jure ad filios naturales, & illegitimos, qui matri ſuccedunt ſimul cum legitimis, ſecùs in Regno, & quid extantibus conſanguineis.* 34.

35 *Matri ſuccedunt in donatione proptèr nuptias, aut lucro dotali ſolum illi filii procreati ex marito, à quo donationem, aut lucrum habuit.*

36 *Mulier in bonis à marito donatis proptèr nuptias eſt quaſi uſufructuaria.*

37 *Filiis non extantibus ſuccedunt in lucris dotalibus conſanguinei proximiores in Regno mariti à quo provenerunt. Limita ſi maritus aliud ordinaverit.* 38. *Et procedent iſta, tam ſi mulier vidua permanſerit, quam ſi ad ſecunda convolet vota.* 39.

40 *Mater ſecundo nubens tenetur reſervare filiis primi matrimonii omnia quæ habuit ex liberalitate primi viri, & non extantibus filiis, nepotibus, & ulterioribus. Idem tene de Patre, aut alio aſcendente ad ſecunda migrante vota.* 41. *Quod procedet, etiam ſi data fuerit facultas liberè diſponendi, niſi cum qualitate detur etiam ſi convoletur ad ſecunda vota.* 42.

43 *Hæres inſtitutus de vita tantum, præmoriente ſubſtituto, non habet libera hæreditaria bona, ſed ſuccedunt proximiores teſtantis.*

44 *Conjux ad ſecunda convolans vota, non poteſt ſecundo conjugi plus relinquere, aut donare, quam uni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquit. Amplia procedere etiam ſi ex primo matrimonio ſolum ſuperſint nepotes.* 45.

46 *Conjux ad ſecunda tranſiens vota, poteſt plus relinquere filiis ſecundi matrimonii, quam primi, ſi non contemplatione novercæ id faciat.*

47 *Aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus ab inteſtato, & primo loco pater, & mater, ſi ambo ſupervivant. Superſtite ſolo patre, aut matre, ſuccedet ſuperſtes, etiam ſi avus ex parte deficientis reperiatur, quia non datur repreſentatio in ſucceſſione aſcendentium, ſed ſolum proximior ſuccedit.* 48.

49 *Avus, & Avia, tam materni, quam paterni quomodo ſuccedant deſcendentibus.*

50 *Mater in Regno non ſuccedit minoribus filiis quindecim annorum, aut furioſis, vel aliis inteſtabilibus, & qui eis ſuccedant. Pupillis ſuccedunt ab inteſtato in Regno conſanguinei proximiores illius lineæ, à qua bona habuerunt.* 51. *Et ſi pupillo fuerit datus ſubſtitutus pupillaris, quomodo ei debeat ſuccedi.* 52. *Bona à matre, & ſuo genere, vel à patre provenientia, æquum eſt quod ad illam lineam, & gentem revertantur, unde provenerunt, & quo modo proximitas dijudicanda eſt* 53.

*Ma-*



54 *Mater ſuccedit ab inteſtato in Regno filio majori quindecim annorum.*

55 *Filio inteſtato deſcendenti, ſuccedunt de jure proximiores in omnibus bonis, nulla facta diſtinctione ex qua linea pro venerunt filio bona.*

56 *Mater habet legitimam in bonis filii inteſtabilis, & quæ portio ſit bonorum.*

57 *Legitima debetur filio ex bonis fideicommiſſo ſubjectis.*

58 *Legitima debita filio gravato deſcendenti in pupillari ætate ſpectat in Regno ad matrem, & proximiores, & quomodo dividenda ſit.*

59 *Legitimæ detractio non cenſetur prohibita in Regno, niſi prohibitio verbis claris, & ſpecificis fiat.*

50 *Fratres, & ſorores defuncti ex utroque latere conjuncti ſuccedunt ab inteſtato ſimul cum aſcendentibus proximioribus in capita. Amplia quod fratres prædefuncti filii ſuccedent ſimul cum patruis, & aſcendentibus, & dabitur in hoc caſu repreſentatio.* 61.

62 *Filii fratris prædefuncti, non concurrentibus patruis, an ſuccedant ſimul cum aſcendentibus proximioribus.*

63 *Fratres ſi non ſunt ex utroque latere conjuncti, non ſuccedunt ab inteſtato ſimul cum aſcendentibus.*

64 *Fratres ex utroque latere, præferuntur de jure in ſucceſſione fratribus, & ſororibus ex uno latere, ſecùs in Regno, quia omnes ſuccedunt.*

65 *Filii fratrum ſuccedunt de jure ſimul cum patruis media repreſentatione, in Regno non datur hæc repreſentatio ſed ſolum fratres ſuccedunt.*

66 *Filii fratrum ſolum concurrentes, ſuccedunt de jure, juxta aliquos, in capita, & non in ſtirpes. Contrarium verius, & ſequi debet in Regno.* 67. *Explicatur forus* 44. *fol.* 14. *curiar. anni* 1626. 68.

69 *Poſt fratres, & fratrum filios ſuccedunt ab inteſtato agnati, aut cognati proximiores uſque ad decimum gradum.*

70 *Vir, & uxor ſuccedunt ab inteſtato de jure, deficientibus conſanguineis. Contrarium in Regno, nam filius naturalis, aut ejus deſcendentes ſuccedunt, & loca pia, & quæ ſint hujuſmodi loca pia, & quo modo bona à curiis apprehendantur.* 71.

72 *Vidua dote carens, quam portionem habeat in bonis mariti prædefuncti relinquentis filios communes.*

73 *Filii, & filiæ Religioſi, an ſuccedant in Regno ab inteſtato parentibus.*

74 *Statutum excludens religioſos à ſucceſſione eſt iniquum, & contra libertatem Eccleſiaſticam.*

75 *Religioſi profeſſi in Religione capaci acquiſitionis ſuccedunt, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*

76 *Religioſus profeſſus in Religione incapaci acquirendi non ſuccedit, neque ab inteſtato, neque ex teſtamento.*

77 *Monaſteria, & communitatis Eccleſiaſticæ no poſſunt acquirere in Regno bona immobilia.*

78 *Religioſi profeſſi non ſuccedunt ab inteſtato, neque ex teſtamento in Regno in bonis immobilibus, ſecùs in imobilibus. Limita ſi tempore delatæ ſucceſſionis habuerit monaſterium privilegium amortizationis.* 79. *Et ſi tempore delatæ ſucceſſionis privilegium amortizationis non habuerit, non ſuccedet, etiam ſi ex poſt facto privilegium obtineatur.* 80.

81 *Relictum particulariter Religioſo, aut Monaſterio poteſt acquiri, abſque amortizationis privilegio, cum onere evacuandi intra annum. Limita ſi titulo univerſali relinquatur, niſi durante vita tantum inſtitutio hæredis fuerit facta.* 82.

83 *Monaſterium bonorum capax non poteſt ſuccedere ex perſona Monachi in majoratu, cui eſt annexa dignitas Regni, Ducatus, Marchionatus, aut Baroniæ, Idem tene ſi majoratui fuerit annexa juriſdictio.* 84. *Et quid ſi nomen, & arma debeant conſervare ſucceſſores.* 85. *In cæteris majoratibus poterit Monaſterium ſuccedere, vita naturali monachi durante.* 86.

87 *Clerici, tàm in ſacris conſtituti, quàm non, ſuccedunt ab inteſtato, tàm in ſtabilibus, quàm in non ſtabilibus.*

88 *Clerici poſſunt acquirere in Regno bona immobilia, durante vita, & quo modo de illis poſſint diſponere.*

89 *Clerico inteſtato ſuccedunt de jure conſanguinei proximiores, & illis deficientibus Eccleſia. In Regno ſuccedit Archiepiſcopus Clerico inteſtato in mobilibus, & quo jure.* 90. *In immobilibus, non ſuccedit Archiepiſcopus, ſed proximiores defuncti.* 91.

92 *Clerico teſtanti, & hæredem inſtituenti ſuccedit univerſaliter in omnibus bonis hæres; in Regno ſolent Clerici aliquid Archiepiſcopo in teſtamento relinquere pro legitima, ſed abſque neceſſitate hoc ſolet fieri.* 93.

94 *Religioſis profeſſis ſuccedunt Monaſteria, & quare. Limita in Monaſteriis*

*in-*

*incapacibus acquiſitionis, nam ſuccedunt proximiores Monachi, profeſſione ſecuta.* 95.

96 *Si Religioſus ante profeſſionem teſtamentum fecerit ſuccedet hæres inſtitutus, & non Monaſterium. Si fuerit incapax bonorum Monaſterium, ſuccedet hæres ſtatim ſecuta profeſſione.* 97. *Si fuerit capax, non habebit effectum teſtamentum, neque inſtitutio hæredis, durante vita Monachi naturali, ſed poſt mortem naturalem, & interim habebit Monaſterium hæreditaria bona.* 98. *Niſi diſpoſuerit in teſtamento quod ſtatim ſecuta profeſſione haberet effectum diſpoſitio ſua.* 99.

100 *Religioſo profeſſo legata, aut hæreditas relicta, vel bona donata acquiruntur Monaſterio bonorum capaci, & non hæredi inſtituto à Religioſo in teſtamento facto ante profeſſionem. Et quid hæredi acquiratur, & non monaſterio.* 101. *Religioſo profeſſo relicta ea lege quod Monaſterium non ſe intromittat in illa, quo modo penes Religioſum maneant.* 102.

103 *Declaratio ſuccedendi ab inteſtato debet obtineri per uſum Juriſdictionis contentioſæ, quando aliquis ſe opponit, & petit declarari ſe eſſe ſucceſſorem. Præventione non facta obtinentur hujuſmodi declarationes per uſum voluntariæ juriſdictionis.* 104. *Ea quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ, ſolent per præventionem tranſire ad contentioſam.* 105.

106 *Praxis, & libellus ad obtinendam declarationem ſucceſſionis ab inteſtato, per uſum voluntariæ juriſdictionis.*

107 *Declaratio ſuccedendi ab inteſtato expeditur, morte probata per ſummariam teſtium informationem. Mors non aliter judicatur probata, niſi deponentibus teſtibus, quod viderint mortuum illum, de cujus ſucceſſione agitur, aut ſaltim quod unus deponat de viſu, & duo de communi exiſtimatione.* 108. *Mors defuncti ad conſequendam ſucceſſionem, quomodo de jure probetur.* 109.

110 *Mors probatur ex partita libri defunctorum Eccleſiæ, ubi ſepultus fuit ille de cujus ſucceſſione agitur, & etiam mors primi conjugis probatur per ſecundum matrimonium conjugis primi.*

111 *Mors quoad effectum ſuccedendi probatur in Regno per abſentiam triginta, vel viginti annorum, & admittuntur ad ſucceſſionem præſtita cautione.*

112 *Declaratio inteſtatæ ſucceſſionis non aliter expeditur in Regno, niſi conſtito quod non fecit teſtamentum, qui inteſtatus dicitur, & quomodo hoc probetur in noſtra praxi.*

113 *Gradus conſanguinitatis computantur juxta jus civile, quando de ſucceſſione agitur, quando de matrimonio, juxta jus Canonicum. Quilibet gradus uſque ad quartum, diſtinctè, & particularitèr debet probari.* 114. *Ultra quartum ſufficit generica probatio conſanguinitatis.* 115. *In noſtra praxi ſufficit allegare certum conſanguinitatis gradum quoad inſtitutum, & generaliter conſanguinitatem probare.* 116.

117 *Formula ſententiæ declarationis inteſtatæ ſucceſſionis.*

118 *Abuſus capiendi poſſeſſionem bonorum à tertiis occupatorum, virtute hujuſmodi declarationis, improbatur. Quia ſolum occupari poteſt poſſeſſio ſi à nemine detinentur.* 119. *Si vero ab aliquo poſſideantur non niſi citato poſſeſſore occupanda ſunt.* 120. *Amplia etiam quod poſſeſſio fuerit injuſta.* 121.

122 *Petitio hæreditatis quid ſit, & à quibus poſſit intentari. Actio realis eſt, & quare dicatur mixta.* 123.

124 *Petitio hæreditatis hæredibus univerſalibus competit, & pro corpore univerſæ hæreditatis, diciturque univerſale judicium.*

125 *Hæreditas eſt quid univerſale continens bona, & jura, comoda, & incomoda.*

126 *Petitio hæreditatis datur hæredi, licet pro minima parte fuerit hæres.*

127 *Petitionem hæreditatis non poſſunt intentare hæredes in re certa, aut quota bonorum, ſi cohæredem habeant univerſalem, neque datur petentibus aliquam rem titulo particulari.*

128 *Legitima in multorum ſententia, eſt quota bonorum, & pro ea non datur hæreditatis petitio. Contrarium defenditur, ſi filius fuerit hæres inſtitutus in legitima.* 129. *Idem tene ſi pro ſuplemento legitimæ agatur adverſus tertios poſſeſſores.* 130. *Secùs ſi non inſtitutionis titulo haberet filius legitimam.* 131.

132 *Petitio hæreditatis datur hæredi ex teſtamento, & ab inteſtato, hæredi hæredis, ſubſtituto, & fideicommiſſario. Item emptoribus hæreditatis.* 133. *Majoratuum ſucceſſoribus, & ſuccedentibus in feudo, etiam competit hoc remedium.* 134.

Pe-



135 *Petitio hæreditatis ubi debeat intentari. Solum moveri poteſt contra actualem poſſeſſorem, aut quem dolo deſiit poſſidere.* 136. *Non datur niſi contra poſſidentem res hæreditarias pro hærede, aut pro poſſeſſore, etiam ſi ſolum minima res poſſideatur, & quis dicatur pro hærede poſſidere, vel pro poſſeſſore.* 137.

138 *Petitio hæreditatis non poteſt intentari adverſus titulo particulari poſſidentem rem, ſed debet reivindicatio, aut alia actio proponi. An contra illum qui titulum adeptus eſt poſt teſtatoris mortem, poſſit agi petitione hæreditatis.* 139.

140 *Petitione hæreditatis agens, quid probare debeat, & an ſufficiat probare res petitas fuiſſe poſſeſſas à teſtatore obitus tempore.*

141 *Agens petitione hæreditatis non eſt neceſſè quod exprimat in libello res quas petit ſecùs eſt in reivindicationis judicio.*

142 *Reus Conventus petitione hæreditatis, ſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor, condemnatur ad fructus perceptos poſt litis conteſtationem; ſi vero malæ fidei poſſeſſor fuerit, ad perceptos, & qui percipi potuerunt, tàm ante litis conteſtationem, quàm poſt.*

143 *Praxis, & libellus ad petitionem hæreditatis proponendam.*

144 *Condemnatus in judicio petitionis hæreditatis, ſi bona fide ſolverit legata, aut æs alienum hæreditarium, non eſt compellendus ad reſtituenda hæreditaria bona, niſi ſatisfactus de ſolutis.*

145 *Actio petitionis hæreditatis ſpatio triginta annorum præſcribitur.*

1 INTESTATUS propriè dicitur, qui cum teſtamentum facere potuiſſet, non fecit, *l.* 1. *ff. de ſuis, & legitimis, l.* 1. *ff. de veteran. & milit. ſucceſſion. l. inteſtat.* 65. *ff. de verb. ſignific. l. fin. ff. qui petant tutores.* In propriè dicitur inteſtatus, qui inteſtabilis eſt, & ei non licet teſtamentum facere, ut impubes, furioſus, & alii, *l.* 1. *ff. de ſuis, & legitim. l. divus* 3. *l. hæredem* 7. *ff. qui petant tutores, l. is cui* 18. §. *final. ff. qui teſtamenta facere poſſunt, l. ob carmen* 21. *ff. de teſtib. l.* 6. *Cod. de teſtamento militis, l. cui lege* 26. *Cod. qui teſtamenta facere poſſunt* explicant Conanus *lib.* 9. *commentar. cap.* 5. *n.* 6. Matiez. *in l.* 1. *tit.* 8. *gloſſ.* 3. *lib.* 5. *recopilat.* Oſvald. ad Donel. *lib.* 9. *commentar. cap.* 1. Theſaur. *quæſt. forenſ. quæſt.* 18. Joan. Merce *lib.* 2. *opinion. cap.* 6. Pichard. *ad rubric. tituli, inſtitut. de hæreditatib. quæ ab inteſt. n.* 38. & 39. Caſtillo *controverſiar. lib.* 5. *tom.* 6. *cap.* 154. Giurba *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 5. *gloſſ.* 1. *à n.* 5. Ayllon *in addit.* ad Gomezium *cap.* 1. *n.* 1. *tom.* Gonzalez Tellez *ad text. in cap.* 1. *de ſucceſſionibus ab inteſtat. n.* 4. Antunez *de donationibus, lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 15. Cardinal. de Luca *de ſucceſſionibus, diſcurſ.* 7. *n.* 9. Caſtejon *in alphabet. verb. inteſtatus, n.* 2. Carolus Rota *de privil. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 11. *n.* 31.

Dicitur etiam propriè inteſtatus, ille qui teſtamentum fecit, ſed non jure, *l. non putavit* 8. *l. non quævis, ff. de bonor. poſſeſ. contra tabulas, l. quoties* 6. *ff. qui ſatiſdare cogant.* Matienz. *ubi prox.* Pichard. *ad d. tit. n.* 41. Gonzal. Tell. *ubi proxim.* Cardinal. de Luca *de fideicommiſſ. in ſummario, n.* 215. Aut qui teſtamentum fecit, ſed ruptum, irritumque fuit per querellam inofficioſi teſtamenti, aut bonorum poſſeſsionem contra tabulas, aut ex eo hæreditas adita non eſt, *dict. l.* 1. *ff. de ſuis, & legitim. l. eamquam* 14. *Cod. de fideicommiſſ. l. ſi nemo* 9. *ff. de teſtament. l. proximè, de his quæ in teſtament. delentur, princip. tit. inſtitut. de hæreditatib. quæ ab inteſt. deferuntur, dict. l. inteſtatus, ff. de verbor. ſignificat.* ibi: *Inteſtatus eſt non tantum qui teſtamentum non fecit, ſed etiam is cujus ex teſtamento hæreditas adita non eſt.* Menchac. *de ſucceſſion. creat.* §. 17. *ſub n.* 104. Graſus §. *ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.* 1. *n.* 1. Pichard. *ubi proxim. n.* 39. Caſtill. *dict. cap.* 154. *n.* 2. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 6. *tit.* 55. *verſic. inteſtatus,* Gonzal. Tellez *ubi proxim.* 2

Ad inteſtati autem ſucceſſionem tres ordines perſonarum admittuntur, deſcendentium, ſcilicet, aſcendentium, & collateralium, *novella* 118. *in præfat.* Antonius Gomez *variar. tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 1. Rojas *in epitom. ſucceſſion. cap.* 1. *n.* 3. Spino *in ſpecul. teſtamentor. gloſſ.* 1. *principal. n.* 5. Donel. *lib.* 9. *commentar. cap.* 2. Cancer *var.* 1. *part. cap.* 5. *n.* 1. Scacc. *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 1208. Cardinal. Thuſc. *practic. lit. S. concluſ.* 861. Ayllon *in additionib. ad* Gomez *dict. tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 4. Arnoldus Corvin. *ubi proxim. verſ. quos ordines,* Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 14. *n.* 2. Antunez *de donationib. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 17. *n.* 3. 3

Primus ordo ſucceſsionis inteſtatæ deſcendentium eſt: Patri enim ab inteſtato mortuo ſuccedunt, utriuſque ſexus filii, tam ſui, quam emancipati, ſublata jam emancipationis, & ſexus differentia, & filiis debetur parentum inteſtata ſucceſsio, tàm jure civili, quam naturali, & divino, *l. ſcripto, ff. unde liberi, l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum, l. inter filios, Cod. familiæ erciſcund. l.* 1. §. *jus naturale, ff. de juſtit. & jure, l.* 4. *Cod. de ſuis, & legitim. l.* 1. & *tot. tit. Cod. ad S. C. Orfitian.* §. 1. §. *item vetuſtas* 15. *inſtitut. de hæreditatib. quæ ab inteſtat. deferuntur autent. de ſucceſſion.* 4

*ſion, Cod. de ſuis, & legitim.novella* 118. *for.* 1. *rubr. de inteſtat.* ibi: *Primerament per eguals parts als fills.* Anton. Gomez *ubi prox. n.* 2. Olvalo ad Donel. *lib.* 9. *cap.* 1. *lit. A.* Cevall. *quæſt.* 786. & *quæſt.* 692. Mantic. *de conjectur. lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 5. Cardinal. Thuſc. *practic. lit. L. concluſ.* 200. Eſcalona *de teſtament. lib.* 4. *cap.* 3. Arnold. Corvin. *dict. lib.* 6. *tit.* 55. *verſ. deſcendentium*, Michalor. *de fratrib. dict. part.* 3. *cap.* 14. *n.* 2. Giurba *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 5. *gloſſ.* 1. & 2. *cum ſequent.* & *cap.* 8. *gloſſ.* 5. *a n.* 1. Solorzan. *in politic. lib.* 3. *cap.* 24. Narbon. *in juris annalib. anno* 1. *quæſt.* 7. Bondeni *de jure controverſ. colluctat.* 28. *n.* 131. Bich. *deciſ.* 297. *n.* 1. Cardinal. de Luca *boſch. artic.* 1. *ex n.* 58. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 2. *n.* 85. Caſtejon *in alphabet. verb. filius*, *n.* 36. Antunez *de donationib. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 18. *per tot.* Torrecilla *ſobre las propoſiciones, tratado* 1. *de matrimonio*, *conſulta* 7. *n.* 11. Intellige tamen

5 hæc de filiis, & filiabus legitimis, & naturalibus, nam illegitimi, etiam ſi naturales fuerint, non admittuntur ad inteſtatam patris ſucceſsionem, concurrentibus filiis legitimis, & naturalibus, aut aſcendentibus, vel conſanguineis defuncti, *Novella* 89. *cap.* 12. *l.* 7. *Cod. de ſuis, & legitimis, for.* 1. *for.* 3. *rubr. de inteſtat.* Antunez *de donationib. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 18. *n.* 36. *cum ſequent.* Et declaravit Senatus ſententia per Melià, *die* 24. *Decembr.* 1583. inter Curatorem Franciſci de Bas, & Joannem de la Serna, & alia per Daza, *die* 22. *Decembris* 1627. inter Joachimum Navarro, & Michaëlem Saburgada.

Non ſolum filii legitimi, & naturales ad-
6 mittuntur ad inteſtatam parentum ſucceſsionem, ſed ſimul cum filiis admitti debent nepotes, & pronepotes, ulterioreſque deſcendentes in locum prædefunctorum aſcendentium ſuorum, repreſentando illorum perſonas, & ſubintrando illorum locum, habebunt quæ portionem illam hæreditatis, quam haberet aſcendens ſi viveret, & parenti ſucceſsiſſet, *l.* 2. *ff. de ſuis, & legitim. l. ut inteſtato* 3. *C. eod.* §. *cum filius* 6. & §. *ultim. inſtitut. de hæreditatib. quæ ab inteſtat. deferunt. novel.* 118. *cap.* 1. *Ulpian. in fragment. tit.* 27. §. 1. *l. poſthumorum* 13. *ff. de injuſto rupto*, Cayus *lib.* 2. *inſtitution. tit.* 8. §. *ſi quando* 3. Theophil. *lib.* 3. *inſtitution. tit.* 1. §. *cum filius*, *for.* 2. *rubr. de inteſtat.* Anton. Gomez *varir. dict. tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 18. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 6. *cum ſequent.* Anton. Gabriel *lib.* 4. *comun. opinion. tit. de ſucceſſionibus ab inteſtat. concluſ.* 1. *n.* 18. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 3. *cap.* 8. Cardinal. Thuſc. *practicar. lit. F. concluſ.* 352. Robles *de repreſentat. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. Cevall. *quæſt.* 762. *n.* 34. Caſtillo *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 19. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 25. *ex n.* 1. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 4. *n.* 36. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. dict. lib.* 6. *tit.* 55. *verſ. in ſtirpes*, Fuſarius *de ſubſtitutionib. quæſt.* 485. Martin. Ventur. *conſ.* 48. Altograd. *conſ.* 65. & *conſ.* 67. Buccafer *conſ.* 41. Fulgin. *de jure emphiteut. tit. de contract. quæſt.* 1. *n.* 4. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 14. *definit.* 55. Cardinal. de Luca *de fideicommiſſ. diſcurſ.* 15. *ſub n.* 11. Sed ſi pater filiæ moniali aliquid pro legitima reliquerit, & reducta fuerit res ad causã inteſtati, ſuccedet nepos repreſentãdo perſonam patris ſui, ſed non filia monialis excluſa, amitta ſuperſtitis nepotis, ut judicavit Senatus ſententia per Saboya, *die* 22. *Decembris* 1678. inter Ceciliam Portales, & Monaſterium del Peu de la Creu. In Regnis Caſtellæ, ſi nepotes prædefuncti filii ſimul cũ patruo, 7 aut amitta non ſuccedunt Avo, ſed ſoli nepotes ex diverſis filiis, aut filiabus, ſuccedunt in capita, & non ſtirpes, *l.* 5. *tit.* 13. *part.* 6. Anton. Gomez *in l.* 8. *Tauri*, *n.* 12. & 14. Ayllon. *in addit.* ad Gomez *tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 28. in noſtro autem Regno, & de jure cõmuni, non ſuccedunt niſi in ſtirpes, nam ſemper in parentum ſuorum locum ſubintrãt, & portionem habent quam habiturus foret illorũ parens ſi viveret, *l. Papinian.* 8. §. *quoniam, ff. de inofficioſ. teſtam. l.* 2. *Cod. de ſuis, & legitim.* §. *cum filius* 6. *inſtitut. de hæreditat. quæ ab inteſtat. deferant.* Cayus *lib.* 2. *inſtit. tit.* 8. §. 3. Robres *de repreſentat. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 24. *cum ſequent.* Cardinal. de Luca *de fideicommiſſ. diſcurſ.* 19. *n.* 2. & *diſcurſ.* 113. *n.* 5. Antunez *de donat. d. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 18. *n.* 15.

Solum particulariter ſtabilitum habemus in Regno, quod filia, aut neptis matrimonio copulata, & dotata à Patre, concurren- 8 tibus aliis filiis, aut filio, vel filiabus indotatis, nequeat ſuccedere ab inteſtato patri, aut matri, *for la filla* 6. *for. declarant* 7. *rubr. de promiſsione dotis, for.* 216. *fol.* 41. *curiar. anni* 1604. D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 210. *n.* 2. & *in juris reſponſ. poſt dict. deciſ. n.* 109. D. Creſpì *obſervat.* 24. *n.* 30. Et quod filia dotata, & maritata non ſuccedat parentibus ab inteſtato, filiabus indotatis cõcurrentibus, neque aliquid conſequi debeat ex parentum bonis, declaravit Senatus ſentẽtia per Melia, *die* 29. *Novembris* 1574. inter Joannem Ludovicum Albero, & Sororem Vincentiam Albero, & alia per Alreus, *die* 8. *Auguſti* 1631. inter Curatorem Stephani Ruix, & alios, & alia per Caſes, *die* 1. *Februarii* 1631. in favorem Michaëlis Muñoz, & contra Hieronymum Muñoz, & alia per Alreus, *die* 19. *Decembris* 1637. inter Catharinam Prader, & Joſephum Prader, & alios. De ſimili-



libus ſtatutis fœminas excludentibus dotatas à parentum ſucceſsione agunt, Theſaurus *deciſ.* 62. *n.* 3. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. part.* 4. *de ſucceſsion. ab inteſtat. quæſt.* 29. *n.* 21. Mareſcot *variar. cap.* 10. *n.* 10. & *cap.* 28. *lib.* 1. Merlin. *controverſiar. centur.* 1. *cap.* 3. *n.* 1. *cum ſequentib.* Mangil. *de imputat. quæſt.* 57. *n.* 25. *cum ſequent.* Marta *de ſucceſsion. part.* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 2. *n.* 18. *cum ſequent.* Ferrentil. ad Burat. *deciſ.* 215. *lit. B.* Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 8. Botiller *de ſucceſsion. ab inteſtat. tit. de excluſ. parag.* & *maſculiat. n.* 18. & 19. Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 11. *n.* 139. & *poſt tractat. deciſ.* 21. *n.* 6. Regens Rovito *conſ.* 23. *lib.* 1. *n.* 17. & *conſ.* 68. *n.* 14. Fontanell. *de pactis nuptial. clauſ.* 3. *gloſ.* 9. *part.* 5. *n.* 94. Cyriac. *controverſ.* 72. *n.* 10. Boſsius *de dote*, *cap.* 7. *n.* 43. Peutinger. *deciſ.* 37. *n.* 4. Dunnozzet. *deciſ.* 929. Andreol. *controverſ.* 81. *n.* 5. Cardinal de Luca *de ſucceſsion. diſcurſ.* 3. *n.* 11. & *diſcurſ.* 14. *n.* 2. & *diſcurſ.* 15. *n.* 14. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 18. *n.* 20. Carol. Antonius de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 15. & *cap.* 300. *per tot.* Quod non poterit habere locum, quando dos filiæ à patre data eſſet minima, & pateretur enormiſsimam læſionem in legitima filia, ut ſenatus declaravit ſententia per Daça, *die* 6. *Octobris* 1616. inter Damianam Benedo, & Paulam Benedo, & alia per eundem, *die* 1. *Decembris* 1617. inter Ludovicum Rocafull, & Don Hieronymum Rocamora.

9 Habebit locum prædictæ foralis diſpoſitionis conſtitutio, non ſolum in fœmina uxorata, & dotata tempore obitus patris, aut matris, ſed etiam in vidua, nam ſi à patre filia dotetur, & maritetur, erit excluſa à ſucceſſione inteſtata patris, aut matris, non ſolum ſi tempore delatæ ſucceſsionis conjugata perduret, ſed etiam quod vidua fuerit, *dict. for.* 7. *rubr. de promiſsione dotis*, ibi: *Ordenam que el dit fur hacha lloch aixi en filla, ò filles maridades, com en filla, ò filles, viudes, la qual, ò les quals hauràn haud marit, è ſerà, ò ſeràn eſtades dotades per lo pare.* Si vero
10 tempore mortis, & ſucceſsionis delatæ non fuerit dotata filia, ſuccedet ab inteſtato ſimul cum aliis filiis, etiam ſi maritata fuerit, Barthol. *conſ.* 31. *in fin. lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 15. *n.* 25. Anna *allegat.* 117. Regens de Ponte *de poteſt. Proregis, tit. de ſucceſsion. mulier. in princip. n.* 6. Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 11. *n.* 139. & *poſt tractat. deciſ.* 21. *n.* 6. Surd. *conſ.* 95. *n.* 33. Carol. Anton. de Luca *in animadverſion.* ad Gra-
11 tian. *cap.* 15. *n.* 4. Idem tenendum erit ſi filia jam fuerit dotata, ſed nõ dum matrimonio copulata, nã ſuccedet ab inteſtato ſimul cum aliis filiis ex eo quod forus noſter tãtum loquitur de filia maritata, *dict. for.* 6. *rubr. de promiſsione dotis*, ibi: *Ay tal filla maridada no pulxa demanar.* Et cũ ſit correctorius juris cõmunis, & odioſus, non venit extendendus ad alium caſum, etiam ex identitatis rationis, *ex regul. text. in l. jus ſingular. ff. de legib. cap.* 1. & 2. *de filiis Presbyteror. in* 6. Nathen. *juſtit. vulnerat. part.* 3. *tit.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. Paſqualig. *in addit.* ad Franchis *controverſ. inter Epiſcop. & regular. part.* 2. *quæſt.* 96. *n.* 5. Caponi *tom.* 2. *diſcept.* 113. *n.* 35. Bichio *deciſ.* 67. *n.* 12. cum aliis à me adductis, *in prælud. n.* 27.

Excluſa erit à ſucceſsione parentum inteſtata in Regno noſtro, non ſolum filia à patre 12 dotata, ſed etiam neptis, cum hac diſtinctione, quod ſi mater dotata fuerit, erit excluſa neptis, etiam indotata, & non maritata, ſi vero mater dotata non fuerit, excluſa erit neptis ſi dotata ab Avo fuerit, & matrimonio copulata reperiatur, tẽpore ſucceſsionis delatę, & mortis Avi, *dict. for.* 216. *fol.* 41. *curiar. anni* 1604. ibi: *Item que lo fur ſiſe ſots titol de eixovar que comença la filla maridada, hacha lloch, y ſe contenga tambè en la neta maridada, y dotada, ò que la mare ſia eſtada dotada: la qual no puga ſuccehir en los bens de el Avi ab inteſtato.* Et quia forus iſte non loquitur de nepote, ſed ſolum de nepte, & etiam correctorius 13 eſt juris communis, & odioſus, & non poteſt admittere extenſionem de caſu ad caſum, ex doctrina à nobis tradita, *dict. n.* 11. Tenendum eſt, quod nepos filiæ dotatæ, & maritatę nõ erit excluſus à ſucceſsione inteſtata Avi, ut declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 8. *Maii* 1623. inter Gaſparem Rovira, & Vincentium Mulet, & alios, & alia per Alreus, *die* 14. *Novembris* 1643. inter Vincentium Sanchez del Caſtellar, & Hieronymum Aguilar, & alia per Ferrera, *die* 17. *Auguſti* 1676. in favorem Nicolai Rodrigo patris, & legitimi adminiſtratoris, & contra Joannem Nicolau, & Franciſcum Nicolau, referente Nobili Senatore Don Didaco de Scals, & Salcedo R.C.D. idem tenendum erit de pronepote, ut Senatus dixit in dictis Regiis ſententiis, *diei* 8. *Maii* 1623. & *diei* 17. *Auguſti* 1676. Dotata filia, & matrimonio copulata, ſolũ excluſa erit ab inteſtata ſucceſsione pa- 14 rentum, quando ſuperſunt alii filii, aut filiæ indotatæ, vel nepotes, aut pronepotes, qui ſuccedere poſsint ab inteſtato: iis enim deficientibus, ſuccedet ab inteſtato filia dotata, & maritata, ſimul cum aliis filiabus dotatis, & matrimonio copulatis, *dict. for.* 7. *rubr. de promiſsione dotis*, ibi: *E aixi mateix que la dita filla, ò filles viuda, ò viudes, maridada, ò maridades, puixen venir è vinguen à ſucceſsiò ab in-*

*teſtat de el pare, è de la mare, ſi altres fills, ò fi-lls no maridades noy haurà*, dict. for. 216. fol. 4[illegible] anni 1604. ibi : *La qual no puga ſuccehir en los bens del Avi ab inteſtato, havent-hy fills del Avi.*

15 Non ſolum excluſa erit filia à patre dotata, aut neptis dotatæ filiæ, vel neptis dotata, & matrimonio copulata indotatæ filię à ſucceſſione inteſtata patris dotantis, vel Avi reſpectivè, ſed etiam matris, aut Aviæ, quia, & ſi hujuſmodi ſtatuta filias dotatas excludentia ab inteſtata ſucceſſione, ſemper intelligātur de ſucceſſione illius qui dotavit, Surd. *conſ.* 45. & 402. *n.* 35. Farinac. *deciſ.* 411. Martha *de ſucceſſionib. part.* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 5. & 61. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. dict. q.* 29. *n.* 21. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 50. *num.* 10. Fenſon. *ad ſtatut. Urbis, deciſ.* 105. Bonden. *de iure controverſ. colluctat.* 28. *num.* 70. Peutinger. *deciſ.* 37. *num.* 2. & 3. Cardinal. de Luca *de ſucceſſionib. diſcurſ.* 3. *num.* 11. & *diſcurſ.* 14. *num.* 2. & *diſcurſ.* 15. *num.* 14. Taliter quod ſi ſtatutum dicat filias dotatas excluſas eſſe à ſucceſſione patris, aut matris, debeat intelligi diviſſim, ſcilicet dotatas à patre excluſas eſſe ſolum à patris ſucceſſione, & à matre dotatas à ſucceſſione matris, Merlin. *deciſ.* 390. *n.* 10. Dunnozet. *deciſ.* 929. Peutinger. *deciſ.* 37. *n.* 4. Tamen in noſtro Regno non ſolum à patris dotantis inteſtata ſucceſſione arcentur filiæ, ſed etiam à ſucceſſione matris non dotantis, ut ſatis apertè probatur, *ex dict. for. 6. rubr. de dotis promiſſione*, ibi : *No puixa mes demanar al pare ne à la mare, ne als hereus de aquells.* Idem habetur in fine prædicti fori. Et confirmatur ſatis, *ex foro 7. in fin. eod.* Ubi non extantibus filiis, aut filiabus indotatis, permittitur filiæ dotatę à patre venire ad ſucceſſionem inteſtatam matris: Ergo quia extantibus filiis excluditur filia, à matris ſucceſſione. Neque obſtant adducta, quia habent locum quando ſtatutum unica dotatione non excludit filiam ab utriuſque parentis ſucceſſione, nam quando unica dotatione excludit, non ſuccedit filia, neque matri, neque patri ab inteſtato deſcedentibus, Merlin. *deciſ.* 390. *num.* 19. & 429. *num.* 11. *tom.* 1. Surd. *conſ.* 100. *num.* 9. Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 50. *n.* 12. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 9. Bich. *deciſ.* 80. *num.* 3. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 28. *num.* 75. & 83. Dunnozet. *deciſ.* 929. *num.* 20. Carolus Antonius de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 15. *n.* 3.

16 Sed ſi filia matrimonio copulata non reperiatur à patre dotata, ſed ſolum à matre dubitari poterit, an excludatur à ſucceſſione patris inteſtata, vel matris. Quo ad patris ſucceſſionem, negotium indubitatum eſt, nam forus non excludit filiam à matre dotatam à ſucceſſione inteſtata patris, neque verbum facit in hoc caſu, qui remanet, uti omiſſus, ſub diſpoſitione juris cōmunis, *l. cōmodiſſimè* 10. *cum vulgat. de liberis, & poſthum.* Et per conſequens nunquam filia dotata á matre, poteſt excluſa judicari à ſucceſſione inteſtata patris. Quo ad matris ſucceſſionem judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 10. *Junii* 1627. inter Joannem Baptiſtam Ayner, & Magdalenam Guitart, excluſſam eſſe filiam ex mente fori à ſucceſſione inteſtata dotātis matris. Sed ego indubitanter credo, filiam à matre dotatam non ſolum eſſe admittendam ad inteſtatam patris ſucceſſionem, ſed etiam ad matris inteſtatam ſucceſſionem, quia in foris non cavetur, filiam dotatam à matre excluſam eſſe ab illius ſucceſſione inteſtata, ſed ſolum quod à patre dotata non ſuccedat in bonis patris, & matris, quæ diſpoſitio, ut jam diximus, uti odioſa, & contra juris cōmunis regulas, non eſt extendenda ad caſum dotationis maternæ de quo non loquitur, ac proinde in ipſis bonis maternis ſuccedet ab inteſtato filia à matre dotata ſimul cum aliis filiis, ut judicavit melius Senatus ſententia per Daça, *die* 8. *Maii* 1623. inter Gaſparem Rovira, & Vincentium Mulet, & alios.

17 Hæc omnia, quæ docui de filia à patre dotata, & matrimonio carnali copulata, habebunt locum in filia dotata moniali profeſſa, nam excluſſa erit ab inteſtata patris, & matris ſucceſſione, ut judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 21. *Maii* 1629. & alia per Alreus, *die* 14. *Novembris* 1643. inter Vincentium Sanchez del Caſtellar, & Conventum Divi Juliani in ſuburbiis conſtructi. Simile enim ſtatutum excludens filias dotatas, & matrimonio copulatas à parentum ſucceſſione, habet etiam locum in filiabus monialibus dotatis, ut probant Ludoviſ. *deciſ.* 63. Merlin. *controverſiar. centur.* 1. *cap.* 3. *per tot.* Quia à matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt argumentum, *authent. niſi rogati, Cod. ad S. C. Trebel. cap. ultim. de tranſlat. prælator. cap. cum inter Canonicos, de elect.* Ludoviſ. *dict. deciſ.* 63. *num.* 21. Barboſ. *loco* 70. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 3. *n.* 54. Boſſius *de dote, cap.* 4. *num.* 152. *cum ſequent.* Solum filia dotata à patre, & matrimonio copulata poterit 18
ſupplementum legitimæ petere ex paternis bonis, ſi dos data non attingat legitimam, & in matris bonis poterit etiam filia petere legitimam imputando in illa, quod ex bonis matris habuit, & ſi dos data exceſſerit legitimæ metas, non tenetur filia dotata exceſſum reſtituere, *dict. for. 6. rubr.*

de



*de promiſſione dotis*, ibi: *E ſi lo pare morrà inteſtat ay tal filla maridada, no puixa demanar pus en los bens del pare, ſino tanſolament en tro que hacha ab lo eixovar en ſemps, compliment de ſa llegitima.* & paulò poſt ibi : *Eſmena lo Senyor Rey que la filla puixa demanar en los bens de la mare ſa llegitima, è haver comptat en ſa llegitima, ço que haurà haud dels bens de la mare.* D. Leon *d. deciſ.* 210. *n.* 21. D. Creſpì *dict. obſervat.* 24. *num.* 30. Et quod filia dotata, & matrimonio carnali, aut ſpirituali copulata, poſſit ſupplemētum legitimæ petere, judicavit Senatus ſententia per Alreus *die* 4. *Aprilis* 1637. inter Domnam Franciſcam Ciurani, & Domnam Urſolam Ciurana, & alia per Caſes, *die* 1. *Februarii* 1631. in favorem Michaelis Muñoz, & contra Hieronymum Muñoz, & alia per Alreus, *die* 19. *Decembris* 1637. inter Catharinam Prader, & Joſepham Prader, & alios, & alia per eundem, *die* 14. *Novembris* 1643. inter Vincentium Sanchez del Caſtellar, & contra Monaſterium Divi Juliani. Niſi filiæ dotatæ legatum aliquod relinquatur à patre, vel à matre pro juribus legitimæ, nam non poterit petere ſupplemētum, ut Senatus declaravit in dicta ſententia *diei* 4. *Aprilis* 1637. & alia per Alreus, *die* 5. *Decembris* 1642. inter Jacobum Aznar, & Joſephum Aznar. Jus autem petendi ſupplemētum legitimæ, ſolum habet ipſa filia dotata, aut illius hæredes, non verò tertiùs, ut judicatum extitit ſententia per Ferrera pro Benavides, *diei* 28. *Julii* 1656. in favorem Triburiæ Alemany, & contra Don Hieronymum Montoro.

19 Portio legitimæ paternæ, vel maternæ, tam de jure communi, quam in noſtro Regno eſt omnium bonorum triens, ſi filii non fuerint ultra quatuor, ſi verò quinque, aut plures fuerint; legitima ſemis eſt, *Authent. noviſſima, Cod. de inoffizioſ. teſtament. for.* 49. *rubr. de teſtament.* D. Leon *in juris reſponſ. poſt deciſion.* 210. *num.* 66. D. Creſpì *obſervat.* 24. *num.* 3. Rojas *in epithom. de ſucceſſionib. cap.* 12. *num.* 6. Camil. Borel. *in ſumma deciſ. tom.* 3. *tit.* 16. *de legitim. num.* 1. Alvar. Valaſc. *de partitionib. cap.* 17. *ex n.* 1. Anton. Faber *de error. pragm. decad.* 11. *error.* 9. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 2. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 4. *gloſſ.* 4. *ex num.* 27. Cyriac. *controverſ.* 2. 316. & 385. Caponi *tom.* 4. *diſceptat.* 316. *num.* 20. & 21. Rocco *de officiis, rubr.* 13. §. 6. *num.* 48. Gonzal. Tell. *ad text. in cap. Raynaldus, de teſtamentis, num.* 17. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 12. *definit.* 11. *num.* 1. Ninot. *deciſ.* 85. *num.* 7. Cardinal. de Luca *de legitim. diſcurſ.* 6. *ex num.* 3. & 4. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 12. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 41. *num.* 43. & 44. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 178. *per tot.* Torrecilla *ſobre las propoſiciones, tratado* 5. *de juſt. & jure, conſult.* 16. *num.* 10. Et ita judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 10. *Auguſti* 1633. inter Ludovicam Aguirre, & de Alcalà, & Gabrielem Alcalá certo curatorio nomine, & alia per eundem, *die* 14. *Februarii* 1622. inter Domnam Elionorem Eſcrivà, & Zanoguera, & Domnam Elionorem Maça, & de Caſtellvi. Et quomodo computanda ut legitima quoad numerum filiorum, extantibus pluribus nepotibus, docent Vela *diſſertat.* 11. *à num.* 77. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 1. Peutinger. *deciſ.* 8. *n.* 2. Deductio portionis legitimæ non debet
fieri univerſaliter de omnibus bonis in hęreditate 20
recadentibus, ſed debet prius deduci æs alienum, & funeris impenſa, *l. Papinianus* 8. §. *quarta, ff. de inofficioſ. teſtam. l. in qualitate* 73. §. *ultim. ff. ad l. falcidiam, l. in imponenda* 6. *Cod. eod.* §. *cum autem ratio, inſtitut. de lege falcidia, dict. for.* 49. *rubr. de teſtament.* ibi : *La llegitima es, que pagats los deutes, &c.* Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 15. *per tot.* Anton. Faber *in rational. ad text. in dict. l. Papinianus* 8. §. *quarta*, Caponi *tom.* 2. *diſceptat.* 114. *num.* 28. & *tom.* 4. *diſceptat.* 306. *num.* 3. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtitut.* 25. *definit.* 6. & *conſtitut.* 28. *definit.* 157. Cardinal. de Luca *de legitima, diſcurſ.* 29. *num.* 2. & *diſcurſ.* 42. *num.* 5. & 6. & *diſcurſ.* 19. *num.* 10. Ninot. *deciſ.* 83. *num.* 6. Anton. Gobius *conſultat.* 149. *num.* 176. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Legata vero,
& fideicommiſſa non minuunt legitimam, 21
ſed ante illorum deductionem extrahi debet legitima, *l. ſcimus* 36. *C. de inoffic. teſtam.* Alexand. *conſ.* 176. *n.* 2. *lib.* 6. Borgnin *in tract. de uſufruct. num.* 45. Socin. junior *conſ.* 47. *num.* 3. *lib.* 2. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 15. *num.* 66. Mangil *de imputat. quæſt.* 123. *num.* 31. Surd: *deciſ.* 316. *num.* 10. Gratian. *diſceptat.* 334. *num.* 9. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 1. *cum ſequent.* Manſius *conſultat.* 21. *num.* 54. Andreol. *controverſ.* 22. *n.* 34. Peutinger. *deciſ.* 175. Cardinal. de Luca *de fideicommiſſ. diſcurſ.* 128. *num.* 7. *diſcurſ.* 129. *num.* 5. & *diſcurſ.* 246. *num.* 2. & 7. Anton. Gobius *conſultat.* 117. *num.* 21. Carolus Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 334. *num.* 5. Unde ſi fuerit legatum factum pro juribus legitimæ, & hæreditaria bona ad integram legatorum ſolutionem non ſufficerēt, prius debet ab integro ſolvi legatum legitimæ, & poſtea cætera legata pro rata bonorum remanentium, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 16. *Decembris* 1636. inter Marcelam, Eſperan-

 tiam,

tiam, & Eugeniam Eſteve, & Calixtum Valadolid.

22 Deductio, & aplicatio legitimæ fieri debet hoc modo, quod ſi filii fuerint tres, & bonorum hæreditariorum triens fuerint tercentum libræ, habeat quilibet ex filiis pro legitima centum libras. Intellige tamen hæc, quando aliqui ex filiis exhæredati non fue-
23 rint, nàm cum iſti quo ad deductionem legitimæ pro mortuis habeantur, non faciunt partem, & per conſequens nō admittūtur ad partem legitimæ Bald. *in l. pater filium, in repetit. ff. de inofficioſ. teſtament. num.* 36. Roman. *in l. unic. Cod. quando non petentium partes,* Alexand. *in l. planè, §. ſi duobus, ff. de legat.* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 38. *num.* 11. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 3. *de legitima, num.* 28. Merlin. *poſt tract. de legitima, deciſ.* 37. *n.* 4. Mangil. *de imput. quæſt.* 5. *num.* 1. *cum ſequent.* Bellon. *de jure acreſcend. tom.* 1. *cap.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 2. Knipſchildt. *de fideicommiſſ. cap.* 6. *num.* 173. & 186. Caponi *tom.* 4. *diſceptat.* 316. *num.* 26. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 10. *definit.* 12. Imò illa pars legitimæ quæ ex-
24 hæredato, aut ex hęredatis ſpectare debebat, ſpectabit per jus acreſcendi, aut non decreſcendi ad non exhæredatos, qui habebunt majorem legitimæ partem, aut totam illam quam habituri forent ſi exhæredati nunquam in humanis extitiſſent. Barthol. *in authent. noviſsima, quæſt.* 8. *Cod. de inofficioſ. teſtamen.* & *in l. pater filium* 14. *num.* 14. & ibi Rubeus *num.* 135. *ff. de inofficioſ. teſtamen.* Imol. *in l. planè* 34. §. *ſi duobus, num.* 2. & ibi Alexand. *num.* 3. & 5. & Jaſſon. *num.* 21. & 23. *ff. de legat.* 1. Caſtrenſ. *conſ.* 286. *num.* 2. *vol.* 1. Fabian. *in authent. noviſsima, num.* 209. *Cod. de inofficioſ. teſtament.* Spino *in ſpecul. teſtamentor. gloſſ.* 9. *num* 23. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 3. *de legitim. num.* 28. Fachin. *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 31. Mangil. *de imputat. quæſt.* 5. *num.* 5. Gratian. *diſceptat.* 178. *ex num.* 1. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 4. *per tot.* & *quæſt.* 5. *num.* 2. Sperel. *deciſ.* 34. *per tot.* Bellon. *de jure acreſcendi, tom.* 1. *cap.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 1. & *quæſt.* 16. *num.* 53. Altograd. *conſ.* 56. *n.* 2. *lib.* 1. Altimar. ad Rovit. *deciſ.* 22. *in princip.* Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 10. *definit.* 12. *num.* 5. & 6. Urceol. *conſultat. forenſ.* 18. *num.* 17. Manſius *conſultat.* 115. *num.* 11. *cum ſequent.* Carol. Anton. de Luca ad Franchis *deciſ.* 63. *num.* 5. Anton. Gobius *conſultat.* 117. *num.* 20. Filia autem dotata benè facit partem in computatione legitimæ, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 15. *Decembris* 1618. inter Serafinam Auſina, & Petrum Auguſtinum Morlà I. V. D. ſed tenetur dotata filia imputare in legitimam dotem ſibi conſtitutam, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 8. *Februarii* 1623. inter Chriſtophorum Livillò, & Syndicum Monaſterii Virginis Mariæ del Carme.

Non intelligas tamen doctrinam à nobis 25
traditam, quando filio (prout ſolet in noſtro Regno fieri) legatur minima quantitas quinque ſolidorum, aut duplæ auri ſpecificè pro parte legitimæ, nam pars illa quæ ultra relictum ſpectare poterat pro legitima ad filium, non acreſcit aliis filiis, & cæteris legitimæ portionibus, quia etſi in Regno vulgariter dicatur exhæredatos eſſe filios, aut pro exhæredatis haberi, quibus datur, aut legatur ſpecificè quinque ſolidorum ſumma, aut dupla auri, pro parte, & portione legitimæ, D. Leon *in juris reſponſ. poſt deciſ.* 210. *num.* 127. D. Creſpì *obſervat.* 24. *num.* 41. & *n.* 6. Tamen in rei veritate, neque exhæredati ſunt tales filii, neque pro exhæredatis haberi debent, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 14. *Februarii* 1622. inter Domnam Elionorem Eſcrivà, & Zanoguera, & Domnam Elionorem Maça, & de Caſtellviſimo exhæredati nō ſunt, quia portionē illā licet minimam, loco completæ legitimæ accepiſſe videntur, ut conſiderat Carpzov. *in juriſp. forenſ. part.* 3. *conſtit.* 10. *definit.* 14. *n.* 7.
Quota enim legitimæ reducta eſt per forum 26
ad hanc minimam quinque ſolidorum ſummam, *for.* 52. *rubr. de teſtament.* ibi: *En aixi que ſi els leixaràn, ò inſtituibiràn, en alcuna part, ò quantitat gran, ò poca ſimpliciter, ò per llegitima, for.* 54. *eod.* licet ergo forus noſter non potuiſſet abſolutè tollere omninò legitimam filiis jure naturali debitam, ex ratione, text. *in §. ſed naturalia, inſtitut. de jure natural. gent. & civil.* Fachin. *controverſiar. lib.* 5. *cap.* 32. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. Sarmiento *lib.* 2. *ſelectar. cap.* 14. *num.* 6. Covarrub. 2. *part. de matrimon. cap.* 8. §. 6. Hodiern. *in l. hac edictali, quæſt.* 7. *num.* 22. & 23. Georgius Mundus *conſ.* 10. *num.* 383. *lib.* 2. Altograd. *conſ.* 56. *num.* 10. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 4. & *lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 136. Knipſchildt. *de fideicommiſſ. cap.* 6. *num.* 148. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 12. *definit.* 1. Anton. Gobius *conſultat.* 116. *n.* 19. Quamvis juſta concurrente cauſa, non eſt dubitandum, quod poteſt ſtatutum probabiliter tollere omnino legitimam filiorum ex *l. quiſquis, Cod. ad l. Juliam Majeſtatis, authent. ut cum de appellat. cognoſcenda. §. illud quoque capitulum.* Pichard. *in princip. tit. inſtitut. de hæreditatib. quæ ab inteſtat. deferuntur, num.* 62. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 36. D. Creſpì *obſervat.* 24. *num.* 10. Knipſchildt. *de fideicommiſſ. cap.* 6. *num.* 182.



182. Antunez *de donation. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 8. & *cap.* 25. *num.* 7. Cardinal. de Luca *de legitim. diſcurſ.* 1. *num.* 3. *diſcurſ.* 10. *num.* 17. & *diſcurſ.* 28. *num.* 21. Tamen potuit forus reducere portionem legitimę ad quantitatem ſupradictam, licet minimam, quia legitimæ quota, de jure civili eſt, & minui à ſtatuto, lege, aut Principe poteſt, Bald. *in l. Titio centum, in fin. num.* 6. *ff. de condit. & demonſtrat.* Graſus §. *legitima, quæſt.* 42. *num.* 5. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri, num.* 47. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 15. *cum ſequent.* Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 35. Amendol. ad Franchis *deciſ.* 63. *num.* 7. & 8. Don Melchior de Valentia *illuſtr. juris, lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. & 11. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 138. *num.* 26. Georgius Mund. *dict. conſ.* 10. *num.* 383. & 384. *lib.* 2. Paul. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 36. §. 1. *num.* 6. Gonzalez Telles *ad text. in cap. Raynutius, de teſtament. num.* 17. D. Creſpì *obſervat.* 24. *num.* 10. Antunez *de donat. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 7. Si ergo filii prædicti condignam portionem legitimæ habent, nequeunt conſiderari exhæredati, & abſque portione congrua legitimæ, ut illorum debita portio aliis acreſcat filiis.

Succedunt filii ab inteſtato Patri, æquis partibus, & portionibus: non enim in hæreditate
27 paterna debet unus filius majorem partem habere quam alius, & ut æqualitas iſta inviolabiliter inter filios ſervetur, collatio bonorum introducta eſt, *l. ut liberi, Cod. de collationib.* Duaren. *ad tit. ff. de collationib. cap.* 1. Petrus Gregor. Toloſan. *ſintagm. jur.* 3. *part. lib.* 46. *cap.* 8. *num.* 5. *cum ſequentib.* Treuler. *diſputat. ſelectar. vol.* 2. *diſput.* 17. *theſi* 1. Merlin. *de legitima, lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 9. Guiovagnon. *conſ.* 94. *num.* 28. Rota *deciſ.* 54. *part.* 5. *recentiſsimar.* Manſius *conſultat.* 155. *num.* 64. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtit.* 28. *definit.* 7. *num.* 6. & *part.* 3. *conſtitut.* 11. *definit.* 28. *num.* 2. & *definit.* 30. Dixi inter filios, quia collatio
27 nunquam habet locum, neque de illa tractandum eſt, niſi quando aſcendentibus ſuccedunt deſcendentes, *l. ut liberis, l. illam* 19. *l. à Patre* 10. *l. filiam cum fratribus* 16. *Cod. de collationib. l. final. ff. de collat. dotis,* Bald. & Jaſon. *in l. ſi emancipati, Cod. de collationib.* Marta *de ſucceſsion. legal. part.* 1. *quæſt.* 21. *artic.* 2. *num.* 26. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 6. *tit.* 20. *verſ. habet locum.* In ſuc-
28 ceſsione autem tranſverſalium inteſtata, nunquam habet locum collatio gloſ. Bald. Caſtrenſis, & communiter DD. *in dict. l. emancipati,* ubi etiam Jaſon. *n.* 30. Martha, & Corvin. *ubi proxim.* Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 11. *definit.* 8. Et declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 7. *Januarii* 1612. inter Eliſabetham Cla[illegible], & Eliſabetham Joannam Poas. Neque quando aſcendentes deſcendentibus ſuccedunt intrare collatio poterit, *l. ut liberis, Cod. de collationib. l. quoniam novella, Cod. de inofficioſ. teſtament.* ubi Bald. Cinus Alexand. & Jaſon. *in dict. l. ſi emancipati,* Marta, Corvin. & Carpzov. *ubi proxim.* Et multo minus poterit habere locum inter extraneos, etiam ſi liberi ſimul cum eis ſuccedant, *l. final. Cod. communia utriuſque judicii,* Jaſon. *ubi proxim. n.* 25. In Regno non poteſt habere locum collatio niſi in ſucceſsione inteſtata, nàm &
ſi juris communis regulis inſpectis, haberet 30
locum collatio inter filios ſuccedentes, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, *authent. ex teſtament. Cod. de collationib. novella* 18. *de collationib. cap.* 2. Pichard. *in §. quædam actiones, inſtitut. de actionib. ad text. in l. qui pater* 50. *ff. familiæ ærciſcun. artic.* 5. *num.* 1. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 6. *tit.* 4. *definit.* 4. Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. ſuccedit,* Michalor. *de fratrib. part.* 1. *cap.* 12. *n.* 5. Jure noſtro patrio inter filios ex teſtamento ſuccedentes, non habet locum col-
latio, niſi expreſsè mandetur à teſtatore fieri 31
*for.* 2. *rubr. de collat. bonor.* Solum inter ab inteſtato ſuccedentes poterit habere locum, *dict. for.* 2. *rubr. de collat. bonor. for.* 2. *rubr. de inteſtat.* Hujuſmodi collatio nihil aliud eſt, quam ponere filius, qui vult ſuccedere ab
inteſtato patri, aut matri, in cumulo bono- 32
rum hæreditariorum, illa bona, quæ habuit à patre, aut matre, de cujus ſucceſsione agitur, ut omnibus fratribus ſint communia, & quæ bona debeant conferri traditur, *in for.* 1. *rubr. de collat. bonor.* ſed de hiis latius dicam *cap.* 28. *de diviſione bonorum, à numero* 44.

Inteſtatæ matri, omnes illius filii æqua- 33
liter ſuccedunt, etiam ſi ex diverſis maritis fuerint, *l. cum aliis* 4 §. *ad maternas, Cod. de ſecundis nuptiis, l. penultim. Cod. ad S. C. Orfician. l.* 1. §. *ſed & vulgo, ff. ad S. C. Tertilian. princip. tit. inſtitut. de S. C. Orfician. authent. de nuptiis,* §. *nec illud, for. ſi alcuna fembra* 11. *rubr. ſi ſecundo nupſerit mulier,* Marta *de ſucceſsion. legal. part.* 1. *quæſt.* 5. *artic.* 2. *num.* 21. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 126. *num.* 6. Bonden *de jure controverſ. colluctat.* 28. *num.* 132. Bich. *deciſ.* 255. *num.* 9. & 10. & *deciſ.* 259. *num.* 11. Peutinger. *deciſ.* 280. *n.* 33. Antunez *de donationib. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 18. *num.* 21. *cum ſequent.* Anton. Gobius *con-*
*ſultat.* 98. *num.* 82. Non ſolum filii legitimi, 34
& naturales ſuccedunt matri, ſed ſimul cum illis ſuccedunt naturales filii, & ſpurii ab inteſtato matri non illuſtri de jure *l.* 1. §. *ſed*

& vulgo, ff. ad S.C.Tertilian. l. penultim. §. [illegible]. Cod. ad S.C.Orfician. §. noviſsimè, inſtitut. de S.C. Orfician. l. ſi qua illuſtris 5. Cod. ad Orfician. Gullerr. practic. lib. 2. quæſt. 104. Pichard. in dict. §. noviſsimè, inſtitut. de S.C. Orfician. Arnold. Corvin. in ſumma. Cod. lib. 6. tit. 57. verſ. ex quo, Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 9. num. 18. Antunez de donationib. tom. 2. part. 3. cap. 18. num. 73. Carol. Rota de privileg. mulier. cap. 3. ſpecial. 10. num. 65. In Regno, concurrentibus filiis legitimis, & naturalibus, non poſſunt matri ſuccedere ab inteſtato filii naturales, aut ſpurii, quia legitimi, & naturales per foros præferuntur in ſucceſsione inteſtata matris naturalibus filiis, aut ſpuriis, for. 1. & 3. rub. de inteſt. d. for. 11. rub. ſi ſecundo nupſerit mulier. Idem ſtabilitum videtur in Regnis Caſtellæ, per. l. 9. Tauri, ubi communitèr DD. videndus Pichard. ubi proxim. num. 4. deficientibus verò legitimis & naturalibus filiis, ſuccedent ab inteſtato matri illegitimi filii ſolum, & non matris fratres, aut conſanguinei, nam etſi, per for. 3. rubr. de inteſtat. ſtabilitum extet, quod filius naturalis non admittatur ad inteſtatam patris ſucceſsionem, niſi conſanguineis deficientibus, habebit locum hæc diſpoſitio, quando de patris ſucceſsione agitur, non verò quando de matris ſucceſsione tractatur, nàm forus prædictus contra juris regulas, reſpectu maternæ ſucceſsionis, editus, uti odioſus non debet extendi de caſu in quo loquitur ad alium diverſum caſum, ut ſapientiſsimè judicavit Senatus ſententia per Saboya, die 20. Septembris 1687. in favorem Monaſterii Incarnationis noſtræ urbis, & contra Don Hilarionem Mayor, & alios.

In donatione propter nuptias mulieri fa-
35 cta, aut dotis lucro, ſolum ſuccedere debent filii illius mariti, à cujus manu donatio, aut lucrum dotis profecta fuerunt, authent. ex teſtament. authent. uxore mortua, authent. nunc autem, Cod. de ſecundis nuptiis, for. 9. for. 11. rubr. ſi ſecundo nupſerit mulier, ibi: *Mas en la donaciò per nupcies, ço es lespoſalici, ol creix, lo qual hac de caſcu de aquells marits: lo fill, ò fills de aquell marit, del qual hac aquella donaciò per nupcies, ò ſpoſalici, ò creix ſuccebeixq̃, ò ſuccebeixquen, è hereten aixi com en los aitres bens de llurs pares.* for. final. eod. ibi: *La donacio per nupcies la qual haurà feita lo marit à la muller, torn als fills de aquell marit, de qui hac aquella donaciò, quant la muller ſerà morta.* Docent Anton. Gomez in l. 14. Tauri, num. 3. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 10. n. 60. Gutierr. practic. lib. 4. quæſt. 65. num. 5. Valaſc. conſultat. 16. num. 5. Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 89. num. 3. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæſt. 33. num. 9. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 1. num. 16. Merlin. deciſ. 534. tom. 1. & deciſ. 603. & 621. tom. 2. Capycius Latro deciſ. 22. lib. 1. Cardinal. de Luca de ſucceſſionib. diſcurſ. 36. num. 7. & 8. Triſtany deciſ. 3. n. 91. Mulier enim in iis bonis con-
templatione matrimonii à marito donatis, 36
ſolum quaſi uſufructuaria eſt, authent. ex teſtament. ubi Barboſ. Cod. de ſecundis nuptiis, authent. ſi tamen, Cod. eod. novel. 127. cap. 3. for. 9. rubr. ſi ſecundo nupſerit mulier, Arnold. Corvin. in ſumma Cod. lib. 5. tit. 9. de ſecundis nuptiis, verſ. ita quidem, & quando
ex illo matrimonio non ſuperſunt filii, ſucce- 37
dent in donationibus propter nuptias, & lucris dotalibus prædictis, proximiores mariti conſanguinei, excluſa penitus matre, & aliis mariti hæredibus, ut quid quid alitèr diſpoſitum fuerit, in authent. ex teſtamento, & authent. ſed & ſi quis, Cod. de ſecundis nuptiis, diſpoſitum nos habemus, in for. 9. rubr. ſi ſecundo nupſerit mulier. ibi: *La donaciò emperò per nupcies, ſino y haurà fills: reſtitubeixca, è reta, als pus proiſmes parents del primer marit.* Hæc intellige, quando maritus, tempo- 38
re matrimonii contracti, aut in ultima voluntate, non reliquerit, aut abſolutè dederit uxori totã proptèr nuptias donationẽ, aut aliquam illius partem, tunc enim quia mulier eſt domina relictæ partis, non erit reſervata liberis illius matrimonii tantum, aut mariti conſanguineis ſucceſsio, ſed regulanda eſt ac ſi fuerint bona propria ipſius mulieris, d. for. 9. ibi: *Si donchs per convinenſa que ſerà feyta del primer marit, en temps del matrimoni, ò en alcuna darrera voluntat de el marit no ſerà atorgada alguna coſa à ſes voluntats à la muller.* for. final. rubr. ſi ſecundo nupſerit mulier, ibi: *Si donchs expreſſament lo marit à la muller el temps del matrimoni feit, no donarà, ò atorgarà à les ſues voluntats tota donaciò feyta per nupcies, ò partida de aquella.* Et modus ſucce- 39
dendi prædictus habebit locum, ſive mater ad ſecunda convolaverit vota, ſive vidua permanſerit, nam omni in caſu ſuccedent filii ordine jam tradito, novella 127. cap. 3. Arnold. Corvin. ubi proxim.

Solum advertere debes, quod ſi ſecundo 40
nubat mater, integrè reſervare tenetur filiis matrimonii primi omnia illa, quę è liberali manu, munificentia, & liberalitate primi viri habuit, & illis frui ſolum vita filiorum durante, l. fœminæ, ubi communitèr DD. Cod. de ſecundis nuptiis, l. 2. Cod. de indicta viduitat. tolend. l. mater 5. C. ad S. C. Tertil. authent. de nuptiis, §. ſi vero expectet, Caſtill. de uſufruct. cap. 2. num. 9. Surd. deciſ. 99. num. 1. Altograd. conſ. 49. num. 1. lib. 2. Burat. deciſ. 82. num. 1. Capic. Latro deciſ. 22. lib. 1. Celſus deciſ. 72. num. 2. Actolin. reſolut. 6. num. 5. Anton. Gobius conſultat. 64. num 5.

Tri-



Triſtany deciſ. 3. num. 91. Non extantibus filiis, debet prædicta reſervatio fieri nepotibus, & univerſæ poſteritati, Graſus in §. ſucceſsio ab inteſtato, quæſt. 17. num. 8. Sanchez de matrim. lib. 7. quæſt. 89. ſub num. 12. Caſtill. de uſufruct. lib. 1. cap. 2. num. 12. Theſaur. quæſt. forenſ. 29. num. 14. lib. 1. Trentacinq. variar. vol. 1. lib. 3. reſolut. 5. num. 25. addent. ad Burat. deciſ. 82. num. 16. Celſus deciſ. 72. num. 20. & 21. Anton. Gobius dict. conſultat. 64. num. 2. Idem quod de matre diximus ſtabilitum reperitur in patre, aut
41 Avo, aliis que aſcendentibus ad ſecunda vota tranſeuntibus, nàm durante vita poterunt frui bonis à conjuge primo titulo lucrativo acquiſitis, poſt mortem autem ad filios, vel nepotes, aut ulteriores deſcendentes ſpectabunt, l. generaliter 5. Cod. de ſecundis nuptiis, gloſ. in dict. l. fœmine, §. illud, in verb. poſſeſsione delata ubi Azo in ſumma numer. 14. Bald. num. 6. Farinac. quæſt. 51. num. 8. Marin. reſolut. 278. n. 4. lib. 1. Caſtil. de uſufruct. cap. 2. num. 14. Cyriac. controverſ. 137. num. 8. Sadarin. reſponſ. 30. ex num. 31. Ciarlin. controverſ. 80. num. 5. & 6. Actolin. reſolut. 6. num. 7. Cardinal. de Luca de ſucceſsion. ab inteſtat. diſcurſ. 30. ſub num. 21. Anton. Gobius dict. conſultat. 64. numer. 7.
42 Et procedent iſta, etiam ſi conjux dederit conjugi ſuperſtiti facultatem liberè diſponẽdi de illis bonis, nám & ſi aliqui voluerint non teneri in hoc caſu conjugem reſervare proprietatem bonorum illius matrimonii filiis, Burſat. conſ. 211. ſub num. 10. Purpurat. conſ. 308. num. 2. Simon de Præt. conſ. 117. ex num. 31. Boſsius de matrim. cap. 11. num. 373. Certius tamen eſt, quod etiam in hoc caſu debent reſervari bona, ut docent Ripa in l. fœminæ, num. 26. Cod. de ſecundis nuptiis, Gabriel tit. de ſecundis nuptiis. concluſ. [illegible]. num. 11. Riminald. junior. conſ. 569. ex numer. 129. Federic. Scoto conſ. 12. in 1. dubio, tom. 2. lib. 4. Menoch. conſ. 14. num. 16. Peregrin. deciſ. 109. ſub n. 13. Trentacinc. variar. vol. 2. lib. 3. reſolut. 5. num. 16. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 89. num. 53. Theſaur. quæſt. forenſ. 29. num. 7. lib. 1. Ciriac. controverſ. 527. num. 41. Gratian. diſceptat. 862. num. 12. Marin, dict. reſolut. 273. num. 14. Anton. Gobius dict.
43 conſultat. 64. num. 66. Niſi facultas liberè, diſponendi fuerit data cum expreſsione caſus tranſeundi ad ſecunda vota, nàm tunc liberè poterit diſponere, Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 30. ſub num. 4 Boſsius de matrimon. cap. 11. ſub num. 373. Anton. Gobius conſultat. 67. num. 68. Et ad ſucceſsionis inteſtatæ materiam obſerva, quod ſi aliquis, teſtamento facto, inſtituerit hæredem de vita tãtum, & ei dederit ſubſtitutum, præmortuo ſubſtituto, non remanent bona libera penes inſtitutum, ſed ſpectant ad proximiores teſtantis, nàm & ſi aliqui tentare docuerint bona remanere libera penes inſtitutum hæredem in caſu iſto, ut poterit videri apud Menoch. conſ. 525. num. 5. Peregrin. conſ. 94. num. 6. lib. 5. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 277. num. 49. Certius eſt, quod apud hæredem inſtitutum durãte vita cum dictione illa tantum, non remanent bona libera, præmorientibus ſubſtitutis, ſed ſpectant bona ad proximiores teſtantis, quibus competit jus inteſtatæ ſucceſsionis, Cancer variar. tom. 3. cap. 20. & tom. 1. cap. 1. num. 84. Surd. conſ. 439. num. 21. Peregrin. de fideicommiſ. artic. 5. num. 17. Gratian. diſputat. 821. Fuſar. dict. quæſt. 277. num. 50. Fontanell. deciſ. 575. Caſanat. conſ. 32. Bellon. de jure accreſcen. cap. 17. q. 17. n. 337. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 2. §. unic. num. 21. Et declaravit Senatus ſententia per Caſes, die 14. Januarii 1629. in favorem Joannis Tarraſa certo nomine, & cõtra Michaëlem Martinez, & alia per Ferrera, die 4. Decembris 1647. inter Matheum Tenſa procuratorem Vincentiæ Cantellana, & contra hæredes Thomæ Garcia, & de Cantellana, & alia per Benavides, die 23. Junii 1662. in favorem Joſephi Ludovici Gomez mariti, & procuratoris Franciſcæ Glol, & de Gomez, & contra Joſephum Bellvis, & alios.

Conjux qui ad ſecunda convolavit vota,
nequit plus donare, aut teſtamento relinque- 44
re ſecũdo conjugi, quã dederit, aut relinquerit uni ex liberis primi matrimonii cui minus dederit, aut relinquerit dum tamen id quod filio relictum fuerit non ſit minus portione legitima, l. hac edictali, Cod. de ſecundis nuptiis, novel. 22. cap. 27. Magon. deciſ. 207. Theſaur. deciſ. 170. Franchis deciſ. 318. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 38. num. 31. Anton. Gabriel. com. opinion. tom. 3. lib. 3. tit. de ſecundis nuptiis, concluſ. 4. Benedict. Ægid. de privileg. honeſtat. artic. 6. num. 17. Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 88. num. 3. Marta de juriſdic. part. 4. caſu 181. Gratian. diſcept. 197. & 300. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 22. Caſtill. controverſiar. lib. 1. cap. 2. num. 41. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 5. num. 74. cum ſequent. Barboſ. ad text. in dict. l. hac edictali, num. 2. cum ſequent. Molino de ritu nuptiar. lib. 3. quæſt. 35. per tot. Mangil. de imputat. quæſt. 7. num. 52. & 53. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 13. num. 148. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 22. num. 84. Bich. deciſ. 293. num. 11. Carpzov. in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 45. definit. 17. Knifpchildt. de fideicommiſ. cap. 3. num. 64. Gonzal. Tellez ad text. in cap. final. de ſecund.

*cund. nuptiis*, *num.* 5. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 194. *num.* 10. *cum ſequent.* Peutinger. *deciſ.* 109. *num.* 1. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 300. *n.* 12. *cum ſequentib.* Triſtany *deciſ.* 3. *num.* 29. Et ita fuit à noſtro Senatu deciſum ſententia per Soto, *die* 28. *Junii* 1555. inter Martinum Joannem de Sayes, & Catharinam Peris, & alia per Arbizu, *die* 8. *Aprilis* 1580. inter Joannam Angelam Paſtor de Paredes, & Ludovicam Paredes, & de Mirò, & alia per Daza, *die* 22. *Maii* 1598 inter Joſephum Boſch, & Eliſabetham Joannam Navarro, & de Boſch, & alja per Alreus, *die* 22. *Decembris* 1631. in favorem Annæ Mariæ Salelles, & contra hæredes Matthæi Salelles, & alia per eundem, *die* 26. *Aprilis* 1637. inter Domnam Hieronymam de Caſtellvi, & de Balda, & Domnam Angelam de Caſtellvi monialem, & alia per Daza, *die* 10. *Martii* 1631. in favorem Franciſci Perez Pareja Curatoris Ildephōſi, Joſephi, Magdalenę, & Antonii Pareja, & contra Vincentium Gilabert, & alia per Alreus, *die* 21. *Julii* 1636. in favorem Vincentii Dolz patris, & legitimi Adminiſtratoris filiorum, & contra Elionorem Portales, confirmata alia per eundem, *die* 16. *Decembris* 1637. Idem extitit deciſum ſententia per Ferrera, *die* 28. *Februarii* 1648. in favorem nepotum Joannis Conca, & contra Annam Mariam Conca, & alia per Monzò, *die* 6. *Maii* 1649. in favorem Sebaſtiani Soler, Eliſabethæ Soler, & aliorum, & contra Catharinam Bañuls, & alia per Ferrera, *die* 11. *Februarii* 1672. in favorem Domnæ Eugeniæ Sanz, & contra Joannem Talens J. U. D. Curatorem Don Joſephi Aracil. Et in S. S. A. C. idem invenitur judicatum, ſententia per Franqueza, *die* 17. *Decembris* 1580. inter Petrum Fuſter, & Eliſabetham Soler. Quod habebit locum etiam ſi conjux ſolum inſtituatur hæres durante vita, ut judicatū fuit ſentētia per Daza, *die* 12. *Januarii* 1629. inter Vincentium Creſpo, & Vincentiam Funes, & de Creſpo. Sed ſi ſolum ſecundo conjugi uſusfructus relinquatur, & filii, aut nepotes prioris matrimonii inſtituantur hæredes, cum uſusfructus non cenſeatur juris intellectu perdurare ultra ſeptennium, & non excedat medietatem proprietatis bonorum, poterit ſecundus conjux illum habere, ut fuit deciſum ſententia publicata *in menſe Julii* 1684. inter Joſephum Sanchiz, & Don T. Puchades, referente Don Jacobo Madroño R. C. D.

Eodem modo ſi ex primo matrimonio non
45 ſuperſunt filii, ſed ſolum nepotes, habebit locum diſpoſitio, *dict. l. hac edictali*, & non poterit plus relinqui ſecundo conjugi, quā uni ex nepotibus primi matrimonii cui minus relictum fuerit, Bald. *conſ.* 140. *lib.* 2. Ripa *in l. fœminæ*, *num.* 8. *Cod. de ſecund. nuptiis*, Surd. *deciſ.* 73. *num.* 11. Barboſ. *ad text. in dict. l. hac edictali*, *num.* 9. Molino *de ritu nuptiarum*, *lib.* 3. *quæſt.* 35. *per tot.* Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 84. Et ita fuit à Senatu deciſum in dicta ſententia *diei* 21. *Julii* 1636. inter Vincentium Dolz Patrem, & legitimum Adminiſtratorem filiorum, & Elionorem Portales, & de Ferrer, confirmata in alia Aula, ſententia *diei* 16. *Decembris* 1637. Et idem judicatum extat in dicta ſententia, *diei* 10. *Martii* 1631. in favorem Franciſci Perez Pareja certo Curatorio nomine, & contra Vincentium Gilabert.

46 Filiis autem ſecundi matrimonii, rectè poterit conjux ſecundus plus relinquere, quam filiis primi matrimonii, nam eſtò multi docuerint non poſſe conjugem ſecundum plus relinqueri ſecundi matrimonii filiis, quam primi, ut poteſt videri apud Theſaurum *deciſ.* 170. Franchis *deciſ.* 434. Surd. *deciſ.* 171. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 3. *num.* 1. Regens Rovit. *deciſ.* 12. Marinis *lib.* 1. *reſolut.* 274. *num.* 2. Tamen certius eſt poſſe conjugem filiis ſecundi matrimonii plus relinquere, quam primi, quia ratio prohibitionis, *l. hac edictali* ceſſat in filiis, inter quos liberè poteſt conjux diſponere, quamvis ex diverſis matrimoniis procreati fuerint, *l. an aliis*, *Cod. de ſecund. nuptiis*, *authent. de nuptiis*, §. *final.* ita docent Bald. *conſ.* 22. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 112. *num.* 8. *lib.* 1. Paul. de Caſtro *conſ.* 64. *lib.* 1. Cancer *var. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 191. Gratian. *diſcept.* 219. *n.* 32. Reg. de Ponte *conſ.* 35. Ludoviſ. *deciſ.* 173. *n.* 143. Merlin. *de legitim. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 3. Hodiern. *ad text. in dict. l. hac edictali*, *quæſt.* 1. *num.* 26. Michalor. *de fratrib.* 3. *part. cap.* 13. *num.* 132. Cardinal. de Luca *de dote*, *diſcurſ.* 108. *num.* 6. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 91. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 219. *num.* 9. *cum ſequentib. & in obſervat.* 434. ad Franchis Triſtany *deciſ.* 3. *num.* 59. & 60. Et juxta hanc ſententiam judicavit Senatus, ſententia per Arbizu, *die* 5. *Februarii* 1577. inter Joannam Annam Burgues, & Eliſabetham Angelam Mirò, & alia per Daza, *die* 12. *Januarii* 1629. inter Vincentium Creſpo, & Vincentiam Funès, & de Creſpo. Et ab hac ſentētia non eſt recedendum, quamvis pro contraria deciſum extet ſententia per Dominguez, *die* 9. *Julii* 1512. inter Candiam Llopis, & de Ruviols, & illius hæredes, & Elizabetham Llanſol. Niſi vivente noverca, & illius cōtemplatione, & occaſione fraudandi legem, plus relinquatur filiis ſecundi matrimonii: hoc enim in caſu habebit locum prędictę legis diſpoſitio, non vero deficiente fraude, ut ju-



judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 22. *Decembris* 1631. in favorem Annæ Mariæ Salelles, & contra hæredes Matthæi Salelles, & alia per Ferrera, *die* 11. *Februarii* 1672. in favorem Domnæ Eugeniæ Sanz, & contra Joannem Talens I. V. D. curatorem Don Joſephi Aracil, ibi: *Licet quæſtio ſit ſępius agitata, num juris diſpoſitio, quæ prohibet conjugibus ad ſecunda vota migrantibus, in novum conjugem transferre pluſquam relinquerint uni ex filiis primi matrimonii locum habeat in donatione facta filiis ſecundi matrimonii, in eam tamen ſententiam receptiori calculo itum eſt, quod ſi in fraudem dictæ imperialis conſtitutionis, contemplatione ſcilicet ſecundi conjugis, potius quam amore filiorum, donatio in iſtos facta ſit, dictæ etiam prohibitioni, & diſpoſitioni ſubjaceat, contemplatio enim, fraudis ſuſpitionem inducit, cenſetur enim datum conjugi, &c.*

47 Secundus ordo ſucceſsionis inteſtatæ, aſcendentium eſt, extantibus enim deſcendentibus remotioris gradus, aſcendentes proximioris gradus non admittuntur ad inteſtatam ſucceſsionem, *authent. defuncto, Cod. ad S. C. Tertil. authent. in ſucceſsione, Cod. de ſuis, & legitim.* Anton. Gomez *variar. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. Rojas *de ſucceſsione*, *cap.* 29. *n.* 18. Cancer *variar. cap.* 1. *part.* 1. *num.* 2. Sed deficientibus deſcendētibus, admittūtur aſcendentes, hoc videlicet modo, pater, & mater primo loco, ſi ambo ſupervivunt, æquis partibus, & portionibus, dummodo defunctus fratres, aut ſorores non habeat ex utroque latere conjunctos, *dict. authent. defuncto, Cod. ad S. C. Tertil. authent. de hæred. ab inteſtat. venientibus*, §. 1. & §. *nulla*, & §. *conſequens*, *for.* 1. *rubr. de inteſtat.* ibi: *E ſi no ſeràn deſcendents, ço es nets, ò netes, ò beſnetes, ò altres pus juſants aquella heretat els altres bens tornen als aſcendents, ço es à ſaber primerament al Pare, è à la mare, ſi an dos ſeràn vius al temps de la mort del defunct.* Pariſius *conſ.* 60. *num.* 34. *lib.* 3. Socin. *conſ.* 25. *lib.* 3. Signorol. *conſ.* 256. Marta *de ſucceſsion. legal. tom.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 1. *num.* 4. Amato *variar. reſolut.* 10. *n.* 64. Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 3. & 4. *cum ſequentib.* Arnol. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 6. *tit.* 56. *verſ. ſi plures*, Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 10. *gloſſ.* 1. & *cap.* 11. *gloſſ.* 5. & 6. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 17. *definit.* 1. *num.* 1. *cum ſequent.* Peutinger. *deciſ.* 375. *n.* 7. Antunez *de donat. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 19. *num.* 3. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 2. *num.* 85. & *cap.* 3. *ſpecial.* 11. *num.* 30.
48 Torrecill. *ſobre las propoſiciones*, *tratado* 5. *de juſtit. conſultat.* 16. *num.* 7. Si vero tempore mortis filii ſolum ſupervixerit mater, aut pater, ſolus pater, aut mater ſupervivens admittitur ad inteſtatā filii ſucceſsionē, etiā quod extēt Avus, aut Avia ex prędefuncto parente, quia in ſucceſsione inteſtata aſcendētiū, ſolū admittitur ille, qui proximior eſt gradu, & remotiores non ſuccedunt reprę ſentando perſonam prædefuncti aſcendentis, nam in hac aſcendentium ſucceſsione non habet locum repræſentatio, *novel.* 118. *cap.* 2. *dict. authent. defuncto, Cod. ad S. C. Tertil. dict. for.* 1. *rubr. de inteſtat.* ibi: *Empero ſi el pare viurà tan ſolament, ò la mare viurà tanſolament al temps de la mort del defunct, à aquell ſol tornen, è ſien donats tots los bens de el defunct; lo qual pare, ò mare qui viurà al temps de la mort del fill, deu venir primer que el Avi, ni la Avia ſia de pare, ò mare, neque els altres aſcendents à la ſucceſsiò dels bens da aquell fill damunt dit.* Docent Alexand. *conſ.* 115. *vol.* 2. Tiraquell. *de retract. gloſſ.* 2. §. 14. *num.* 13. *in fin.* Capra *conſ.* 149. *in* 3. *dubit.* Bolognin. *in addit.* ad Matheſilan. *ſuper tract. de ſucceſsionib. ab inteſtat. artic.* 2. *num.* 39. Anton. Gomez *in l.* 6. *Tauri*, *num.* 6. Rojas *de ſucceſsion. cap.* 31. *num.* 30. Matiez. *in l.* 1. *gloſſ.* 2. *num.* 3. & *gloſſ.* 3. *num.* 12. & 13. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat.* Rimiuald. junior *conſ.* 497. *num.* 59. *lib.* 5. Graſus *receptar. ſententiar.* §. *ſucceſsio ab inteſtat. quæſt.* 22. *num.* 6. Ceſal. *conſ.* 431. *num.* 55. *lib.* 5. Molin. *de juſtit. & jure*, *tom.* 3. *diſput.* 626. *num.* 1. Robles *de repræſentat. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 6. *cum ſequent.* Marta *dict. quæſt.* 1. *artic.* 1. *num.* 6. Pichard. *in* §. *præferuntur* 3. *inſtitut. de S. C. Tertil. num.* 4. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 54. Coſta *de ſucceſsion. Regni*, *verſ. hinc infero*, *pag.* 178. Vela *diſſertat.* 11. *num.* 107. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 10. *gloſſ.* 2. & *de ſucceſsion. feudor.* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 33. & 34. Arnold. Corvin. *ubi proxim.* Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtit.* 17. *definit.* 8. Antunez *de donat. dict. part.* 3. *cap.* 19. *n.* 4.

Deficientibus patre, & matre, admittuntur ad inteſtatam nepotis ſucceſsionem, Avi, tam paterni, quam materni, ſub hac forma, 49
quod ſi Avus, & Avia materni concurrant, cum ſolo Avo, vel Avia paterna, non ſuccedēt in capita, ſed Avus paternus habebit tantam hæreditatis partem, quantam Avus maternus, & Avia materna habebunt, & ſi ſolus unus ex Avis concurrat paternis, aut maternis, excluſi erunt Proavi, & cæteri aſcendentes ut probatur, *ex dicta authent. defuncto, Cod. ad S. C. Tertilian. dict. novel.* 118. *cap.* 2. *dict. for.* 1. *rubr. de inteſtat.* ibi: *Empero ſi no haurà pare, ni mare, el temps que ell morrà tots los bens ſeus tornen als altres aſcendents ſobirants, ço es el Avi, è al Avia, ò al Beſavi, è à Beſavia tambè de pare, com de mare, è als altres aſcendents, que à ells ſeràn pus proiſmes en grau.* Docent Marta, & Arnold. Corvin. *ubi* pro-

*proxim.* Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 17. *definit.* 2. & 3.

50 In regno particulariter ſtabilitum habemus in ſucceſsione inteſtata minoris quindecim annorum, aut furioſi, aut alterius inteſtabilis, quod bona quæ pupillus, aut inteſtabilis habuit a patre, aut linea paterna, ſpectent ad proximiores pupilli, aut inteſtabilis ex parte patris, excluſa penitus matre à ſucceſſione inteſtata filii, ſolum illi legitima reſervata. In bonis autem ex materno genere pupillo obventis ſuccedit mater ab inteſtato, aut conſanguinei proximiores ex genere materno, deficiente matre: Et in bonis quæ neque ex paterna linea, vel materna, ſed aliūde habuit pupillus, vel inteſtabilis, proximiores indiſtinctè, ſive ex linea paterna, ſive materna ſuccedēt ab inteſtato *for.* 9. *for.* 10. 11. & 12. *rub. de inteſt.* Ita declaravit Senatus ſententia per Dehona, *die* 20. *Octobris* 1587. in favorem Alexis Simò, & contra Eliſabetham Annam Matheu, & alia per Daza, *die* 22. *Martii* 1602. inter Angelam Benedito, & Antoniā Benedito, & alios, & alia per Alreus, *die* 20. *Junii* 1617. inter Eugeniam Blanch, & Margaritā Eſteve, & Hipolitā Eſteve, idē fuit deciſū in S.S.A.C. ſententia per Caſanate, *die* 1. *Februarii* 1607. inter Maximianum Cerdán certo curatorio nomine, & Hieronymum, & Hyacinthū Aguilar. Et quod bona pupilli inteſtati ſpectent ad proximiores illius lineæ, à qua ei obvenerunt, judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 14. *Junii* 1622. inter Magdalenam Bolada, & de Thomas, & Margaritam Urchelles, & de Torrò. Et ſi proximior illius lineæ, religioſus fuerit proceſſus, ſuccedet in hoc caſu ex illius perſona Monaſterium capax bonorum in communi, ut judicatum extat ſententia per Alreus, *die* 10. *Octobris* 1619. inter Sororem Hieronymam Sancho Monialem poſeſſam Monaſterii de la Eſperanza, & Felicianam Sācho. Quoad pro-
51 ximitatem decernēdam debet attendi, juxta multorum opinionem, non ad primum ſtipitem, unde bona pupillo obvenerunt, ſed ad perſonam, à qua immediatè habuit pupillus bona, Cancer *variar. cap.* 1. *de ſubſtitut. num.* 45. Fontanell. *deciſ.* 52. & *deciſ.* 56. & deciſum extitit à Senatu ſententia per Caſes, *die* 14. *Junii* 1622. inter Magdalenam Bolada, & de Thomàs, & Margaritam Urchelles, & alios. Sed certius eſt ad primum ſtipitem attendi debere, ut probatur, *ex for. ultim. rub. de inteſtat.* ibi: *Puis aquells proiſmes parents ſien parents daquell de qui primerament vingueren los dits bens en lo primer pubil.* videndi Grivel. *deciſ.* 109. Surd. *deciſ.* 96. Ferrer *ſuper conſtitut. Los impubers, gloſſ.* 2. *num.* 10. & juxta hanc ſententiā, judicavit Senatus ſententia per Ferrera, pro Maſcarò, *die* 10. *Februarii* 1649. inter Syndicū Monaſterii Divę Catherinæ Senenſis, & Gaſparem Garivò, & alios. Idē fuit deciſū in S.S.A.C. ſentētia lata, *die* 1. *Mii* 1607. in favorem Luciæ, & Annæ Piguer, & contra DonHyacinthum Aguilar, regiſtrata, *in com. Valentiæ* 19. *fol.* 108. Confirmata alia *diei* 31. *Maii* 1608. regiſtrata *in com. Valentiæ* 10. *fol.* 126. idem extitit deciſum ſententia per Codorniu, *die* 4. *Decembris* 1623. in favorem Thomæ Hieronymi Navarro, & contra Federicum Portadora, regiſtrata *in com. Valentiæ* 3. *fol.* 174.

Si pupillo datus fuerit ſubſtitutus pupilla- 52
ris, ſuccedet iſte in bonis ſubſtituentis decedēte pupillo in pupillari ętate, ſed in bonis ex alia linea non ſuccedet ſubſtitutus, ſed proximior pupillo ex illa linea, aut genere à quo bona habuit; & ſi pupillus aliundè quā à linea paterna, aut materna aliqua habuerit bona, nō ſuccedet in illis ſubſtitutus, ſed proximior pupilli, ut diſpoſitum extat *in for.* 11. *rubr. de inteſtat.* & declaravit Senatus ſententia per Caſes *die* 14. *Junii* 1622. inter Magdalenam Bolada, & de Thomas, & Margaritam Urchelles. Non enim eſt extra rationem na-
turalem, quod illa bona, quæ à matre, aut 53
genere materno filiis, aut deſcendentibus obvenerunt ad matrem, aut genus maternum per inteſtatam revertantur ſucceſsionem, & quæ ex paterno genere ad patrem, & illius genus, ut probatur ex text. *in l. quod ſcitis,* §. *ſin autem, Cod. de boniſque liberis, l. ſanccimus, Cod. communia, de ſucceſsionib. leg. de emancipatis, Cod. de legitim. hæredib. princip. tit. inſtitut. per quas perſonas nobis acquiratur, l.* 4. *Cod. de ſecundis nuptiis,* Barthol. *in l.* 3. *Cod. de boniſque liberis,* & *in authent. itaque, Cod communia, de ſucceſsionib.* & *in l. poſt, ff. ſolut. matrimon.* Paul. de Caſtro *conſ.* 18. *num.* 4. *part.* 1. Roman. *in dict. l. poſt dotem.* Fulgoſ. *conſ.* 66. Abbas *conſ.* 75. Jaſſon *conſ.* 125. *col.* 4. *vol.* 2. Bolognet. *conſ.* 61. *col.* 1. Rubeus *conſ.* 79. Alexand. *conſ.* 168. *vol.* 7. *conſ.* 42. *col. final.* Vulterius *in princip. tit. inſtitut. de hæreditat. quæ ab inteſt. deferunt. num.* 36. Guido Pap. *conſ.* 30. & *ſingular.* 403. Benedict. *in cap. rainuntius, verb.* & *uxorem, num.* 637. Tiraquel. *de retract.* §. 14. *gloſſ.* 2. *num.* 12. Gabriel. *in ſuis commun. opinion. tit. de ſucceſsion. ab inteſtat. concluſ.* 3. Covarrub. *in tractat. de ſucceſsione ab inteſt. num.* 2. Bald. Novel. *de dote, col.* 14. Campeg. *de dote, part.* 3. *quæſt.* 161. Minſinger. *obſervat.* 55. *centur.* 6. Marta *de ſucceſsion. legal. part.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 1. *num.* 8. & 9. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 14. *definit.* 1. 2. & 5. Procedent à nobis tradita, non ſolum quando ex aſcendentibus paternis, aut maternis bona obvenerunt pupillo, ſed etiam ſi ex collateralibus ei obvenerint, nam proximiores ex illa linea ſuccedent ab inteſtato in illis bonis, Ferrer *in conſtitut. los impubers, gloſſ.* 2. *num.* 155. *cum ſequent.* Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 174. & deciſum extitit in S.S. A. C. ſententia per Codorniu, *die* 14. *Decembris* 1623. inter Thomam Navarro, & Federicum Portadora, regiſtrata *in com. Valentiæ* 3. *fol.* 174. Hæc intellige, filio in pupillari ætate decedente, tunc enim habebit locum vulgaris illa diſtinctio paterna, paternis, materna, maternis, de qua *in authent. itaque, Cod. communia de ſucceſsionib.* Secùs erit decedente filio majo-
54 ri quindecim annorum, tunc enim ſuccedet ei mater ab inteſtato indiſtinctè in omnibus bonis, nunc à genere paterno, vel materno, nunc aliunde obventis, *for.* 9. *rubr. de inteſtat.* ibi: *E ſi morrà menys de teſtament, paſſats los quince anys: Que romanguen los ſeus bens à la mare.* Neque recedas ab hac doctrina propter DD. dicta proximè relata, nam ve-
55 rius de jure eſt, decedenti ab inteſtato ſuccedere aſcendentem proximiorem in omnibus bonis ex linea materna, & paterna vel aliunde habitis, & non reddire materna bona ad maternum genus, & paterna, ad paternum, *novella* 118. *cap.* 2. Bald. *in authent. defunct. Cod. ad S.C. Tertilian.* Salicet. Fulgoſ. Paul. de Caſtro, & Alberic. *ibidem* Nicolaus de Ubald. *de ſucceſsion. ab inteſtat. part.* 2. *num.* 4. Anton. Gomez *in l.* 6. *Tauri, num.* 7. & 8. Forſter *de ſucceſsion. ab inteſtat. lib.* 3. *cap.* 1. *concluſ.* 4. Anton. Gabriel *tit. de ſucceſsion. ab inteſtat. concluſ.* 3. *num.* 3. Vazquez *lib.* 2. *de ſucceſsion. reſolut.* §. 13. *n.* 11. Anton. Faber. *in ſuo Cod. tit. de legitim. hæredib. definit.* 21. Arnold. Corvin. *in ſum. Cod. lib.* 6. *tit.* 56. *verſ. nec hoc caſu.*

Sed licet mater filio pupillo decedenti non
56 ſuccedat ab inteſtato, habet portionem legitimæ in omnibus illius bonis, prout quilibet alius aſcendens immediatus illa habet, & eſt triens omnium bonorum, *authen. defunct. Cod. ad S.C. Tertilian. authent. de triente,* §. 1. *authent. noviſsimè, Cod. de inofficioſ. teſtament. for.* 10. *rubr. de inteſtat.* ibi: *Lo pare, ò la mare, ò altres aſcendents que li ſobreviuràn hachen llegitima cumplida, ço es la tercera part de tots los bens de ay tal fill, ò filla.* Bald. *in authent. noviſsimè, quæſt.* 8. *Cod. de inofficioſ. teſtament.* Caſtrenſ. *conſ.* 286. *col.* 2. *lib.* 1. Oldrad. *conſ.* 123. Pancirol. *conſ.* 143. Petra *de fideicommiſ. quæſt.* 15. *n.* 133. Surd. *conſ.* 404. Theſaur. *deciſ.* 172. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 38. *num.* 13. Seſsè *deciſ.* 26. *num.* 78. D. Leon *tom.* 2. *in juris reſponſ. poſt deciſ.* 210. *num.* 127. & 128. Mareſcot. *var. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 1. Anton. Faber *de error. pragmatic. decad.* 11. *error.* 9. Mangil. *de imputat. quæſt.* 6. *à num.* 3. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 7. *per tot.* Dom. Creſpi *obſervat.* 24. *num.* 3. & 6. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 3. Baſeo *tom.* 2. *verb. legitimæ portio, n.* 9. [illegible] *tom.* 1. *lib.* 3. *part.* 6. *tractat.* 2. *docum.* 2. *n.* 8. Caponi *tom.* 4. *diſceptat.* 316. *n.* 5. & 6. Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 11. *n.* 3. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 11. *n.* 26. *cum ſequent.* Carol. Spadaz. *in theatr. viduil. diſquiſit.* 40. *n.* 19. Moſtazo *de cauſis piis, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 1. Torrecill. *ſobre las propoſiciones, tratado* 5. *de juſtit.* & *jure, conſultat.* 16. *n.* 5.

Si filius, aut deſcendens in pupillari ætate decedens ſubſtitutum habuerit, aut gravatus
fideicommiſſo reperiatur, non habebit pater, 57
aut immediatus aſcendens tantam legitimæ portionem, ſed minorem partem; filius enim gravatus, non obſtante gravamine, habet pro legitima tertiam bonorum partem, *d. authent. noviſsimè* 6. *de inofficioſ. teſtam.* quia non eſt hæſitandum quod filius ex bonis fideicommiſſo ſubjectis detrahit legitimam, tanquam æs alienum, *authent. de reſtitut.* & *ea quæ parit.* §. *quam ob rem, collat.* 4. *cap. rainuntius, cap. Raynaldus, de teſtament.* Jaſſon *in l. planè.* 34. §. *ſi duobus, num.* 26. *in fin. ff. de legat.* 1. Spino *in ſpecul. teſtament. gloſſ.* 9. *n.* 23. Menoch. *conſ.* 207. Boer. *deciſ.* 104. *n.* 8. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 8. *n.* 5. Fachin. *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 3. Mangil. *de imputat. quæſt.* 5. *per tot.* Merlin. *lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 2. *cum ſequent.* Bellon. *de jure acreſcendi, tom.* 1. *cap.* 6. *quæſt.* 10. *n.* 6. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 296. *n.* 14. Knipſchild. *de fideicommiſſ. cap.* 5. *n.* 19. & *cap.* 6. *n.* 148. Et judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 8. *Februarii* 1623. inter Chriſtophorum Livillò, & Syndicum Monaſterii Virginis Mariæ del Carme, & alia per Daça, *die* 23. *Februarii* 1623. Et ex triente iſto debent tres fieri partes, quarum
una ad matrem, aut patrem, vel aſcenden- 58
tem proximiorem pupilli pro legitima debetur, aliæ vero duæ partes ad proximiorem pupilli illius lineæ à qua bona ei obvenerunt ſpectabunt, *for.* 10. §. *pero ſi ay tal fill, rubr. de inteſtat.* Decedente verò filio majori quindecim annorum, non tertia trientis pars, ſed integer triens pro legitima ad matrem, vel aſcendentem proximiorem ſpectabit. Quod intelligere debes, ſuppoſitis terminis habi-
libus, videlicet caſu in quo non fuerit pro- 59
hibita legitimè detractio, quæ in Regno nunquam cenſetur prohibita niſi verbis claris, expreſsis, & ſpecificis prohibitio detractionis fiat, ut diſponitur in *for.* 36. *fol.* 13. *curiar. anni* 1604. ibi: *Item per llevar tota manera de ocaſiò de pleits, è letigis, ſia provebit, que de aſsi avant per ningun cas la llegitima*

ma ſe entenga haverſe probibit, ſi no ſerà ab paraules expreſſes, eſpecials, y eſpecifiques, y no per conjectures per molt urgents, y evidents que ſien. Facit doctrina Cardinal. de Luca de dote, diſcurſ. 33. n. 12. Et quod privatio legitimæ non aliter poſsit fieri, quam verbis expreſsis, & ſpecificis declaravit Senatus ſententia per Arbizu, die 4. Novembris 1573. inter Gaſparem Lloret, & Jacobum Pallas, & alia, die 26. Junii 1586. inter Don Hieronymum Eſtaña, & de Caſtellvi, & hæredes Annæ Moreno, & alia per Daça, die 23. Februarii 1623. & alia per Alreus, die 25. Auguſti 1631. inter Joſephum Raſtrojo Presbyterum, & Joannem Andream Nuñez J.U.D. & alia per Caſes, die 2. Maii 1634. inter Domnam Mariam Vives olim Sanz, & Domnam Conſtantiam, & Don Joſephum Sanz, & alia per Maſcarò, die 23. Martii 1651. in favorem Don Gaſparis Vidal, & contra Don Hyacinthum de Monpalau, & Servato. Et ſi privatio legitimæ ſolum fiat in ſecundo, vel ulterioribus gradibus, non cenſetus facta in primo gradu, neque extenditur privatio ad primum gradum, ut Senatus declaravit in dicta ſententia, diei 2. Maii 1634.

Quandò cum aſcendentibus concurrunt,
60 & reperiuntur tranſverſales defuncti, ut puta fratres, & ſorores ex utroque latere conjuncti, tunc proximior aſcendens, ſive pater ſit, aut mater, ſive Avus, & Avia paterni, aut materni ſuccedunt ſimul cum fratribus, aut ſororibus defuncti ab inteſtato, quæ ſucceſsio eſt in capita reſpectu fratruum, aut ſororum, & patris, aut matris, quilibet enim ex hiis habet æqualem portionem, reſpectu verò Avorum, ſi Avus, & Avia paterni fuerint aſcendentes proximiores, habebunt ſolum tantam partem quantam quilibet ex fratribus, & idem de Avo, aut Avia maternis, aut de Avo ſolo, aut avia paternis, aut maternis dicendum erit, authent. defunct. Cod. ad S.C. Tertilian. novel. 118. cap. 2. §. ſi vero, dict. for. 1. rubr. de inteſtat. ibi: E ſi aquell que morrà ſens teſtament haurà aſcendents, è collaterals, en aixi com ſon frares, è ſors, que ſeràn ab ell de un pare, è de una mare ſuccebeixquen è hacben los bens per eguals parts, ab aquells aſcendents, qui ſeràn pus proiſmes en grau, ab los quals aſcendents, è collaterals, &c. docent Barthol. Bald. & communiter DD. in dict. authent. defuncto, Graſus in §. ſucceſsio, quæſt. 23. n. 2. Calaneus in conſuetud. Burgund. rubr. 7. de ſucceſsion. §. 6. Forſter lib. 7. cap. 7. n. 1. Petrus Gregor. Toloſan. ſintagmat. juris, 3. part. lib. 45. cap. 9. n. 12. Donel. lib. 9. commentar. cap. 3. in fin. Robles de repreſentat. lib. 2. cap. 23. n. 21. cum ſequent. Marta de ſucceſsion. legal. part. 2. quæſt. 1. artic. 1. n. 16. cum ſequent. Barri de ſucceſsione inteſtat. lib. 18. tit. 2. n. 2. Caldas Pereyra lib. 2. receptar. ſententiar. quæſt. 43. n. 1. & 2. Mendes à Caſtro in l. cum oportet, 1. part. n. 50. Cod. de boniſque liberis, Giurba ad conſuetud. Meſſan. cap. 11. gloſſ. 3. à n. 6. Arnold. Corvin. in ſum. Cod. lib. 6. tit. 56. verſ. interventus, Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 14. n. 3. cum ſequentib. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 3. conſtit. 17. definit. 4. n. 1. & 2. Cardinal. de Luca de ſucceſsion. diſcurſ. 30. n. 6. Antunez de donationib. tom. 2. part. 3. cap. 19. n. 11. Anton. Gobius conſultat. 117. n. 2. Et hoc in caſu non ſolum ab in-
teſtato ſuccedent ſimul cum aſcendentibus 61
proximioribus fratres, & ſorores ex utroque latere juncti, ſed etiam filii prædefuncti fratris, aut ſororis ex utroque latere, repreſentando patris ſui perſonam, & percipient illam partem, quam pater ſi viviret perciperet: Nepotes autem, & cæteri deſcendentes non ſuccedent in hujuſmodi caſu, quia in illo repreſentatio non extenditur ultra filios, novella 127. cap. 1. authent. poſt fratres, Cod. de legitim. hæredib. dict. for. 1. rubr. de inteſtat. ibi: Ab los quals aſcendents è collaterals, com ſon frares, è ſors ſuccebeſquen lo fill, ò fills del frare qui ſerà mort: lo qual era frare de pare, è de mare de aquell qui mori ſens teſtament, lo qual fill, ò fills hacben aquella part dels bens de aquell qui mori ſens teſtament, la qual haguera llur pare ſi vixquès, el temps de la mort de ſon frare, qui ſens teſtament mori, docent Barthol. & Angelus in dict. authent. defunct. Cod. ad S. C. Tertilian. Nicolaus de Ubald. de ſucceſsion. ab inteſtat. in princip. n. 6. Forſter de ſucceſsion. ab inteſtat. lib. 7. cap. 5. Donel. lib. 9. commentar. cap. 3. Robles de repreſentat. dict. cap. 23. n. 21. & 22. Dom. Leon tom. 1. deciſ. 4. num. 36. Marta de ſucceſsion. legal. part. 2. quæſt. 1. artic. 2. Rojas in epithom. de ſucceſsion. cap. 29. Arnoldus Corvin. ubi proxim. Michalor. dict. cap. 14. num. 5. cum ſequent. Capic. Latro deciſ. 4. num. 1. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 3. conſtitut. 17. definit. 4. num. 3. & deciſ. Saxon. 165. ex n. 4. Bich. deciſ. 357. num. 1. Antonius Gobius conſultat. 117. num. 2. ita declaravit Senatus tus ſententia per Caſes, die 29. Novembris 1635. inter Don Joannem Sanz de Alboy, & Domnam Mariam Sanz de Alboy, ejus filiam. Et quod repreſentatio inter tranſverſales non habeat locum in Regno, niſi in caſu ſupra adducto, declaravit Senatus ſententia per Saboya, die 14. Auguſti 1674. in favorem Jacobi Morellà agricolæ, & contra Gertrudicem Morellà. Et quia tam novel. 127. cap. 1. Quam forus noſter volunt, quod filii fratrum ſuccedant ſimul cum fratribus, & ſororibus
defuncti, & proximioribus aſcendentibus, 62
ſequitur quod ſi fratres, aut ſorores ex utro-

que



que latere conjuncti non concurrerent, & extent, non ſuccedent filii fratruum ſimul cum aſcendentibus, imò pater, & mater, aut alii aſcendentes ſoli ſuccedent, ut obſervat Cujacius in dict. novel. 127. & alii adduct. ab Arnold. Corvin. in ſumma Cod. dict. tit. 56. verſ. ſed ut hoc. Capriol. de ſucceſsionib. ab inteſtat. lib. 3. num. 65. Barri de ſucceſsionib. ab inteſtat. lib. 18. tit. 2. ante num. 3. Chriſtineus deciſ. 194. ſub num. 1. vol. 1. Marin. reſolut. 216. ſub n. 2. lib. 2. Georgius allegat. 30. ſub n. 48. Ganavet. conſ. 5. à n. 31. Rovit. conſ. 23. ſub n. 31. lib. 1. Panſut. controverſ. 1. à n. 42. Carolus Antonius de Luca ad Franchi. poſt adnotat. ad deciſ. 149. n. 12. Anton. Gobius conſultat. 117. num. 42. Quamvis alii teneant, quod debent admitti ſimul cum aſcendentibus etiam non concurrentibus fratribus, aut ſororibus ex utroque latere conjunctis, Barthol. in authen. ut fratruum filii, Cynus in authent. defuncto, n. 4. Cod. ad S. C. Tertilian. Borgnin. deciſ. 25. n. 9. & 10. part. 4. Robles de repræſentat. lib. 2. cap. 23. n. 9. Marin. ad Reverter. deciſ. 418. à n. 4. Altimar. ad Rovit. conſ. 23. n. 6. lib. 1. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 3. conſtit. 17. definit. 4. n. 3. Cardinal. de Luca de ſucceſsionib. ab inteſtat. diſcurſ. 8. n. 11. Hæc omnia quæ diximus de ſucceſsione collateralium ſimul cum aſcendentibus, non habent locum, quando fratres, aut ſorores non ſunt ex eodem
63 patre, & matre, quia ſi ſolum ſint conſanguinei, aut uterini non ſuccedent ab inteſtato ſimul cum aſcendentibus proximioribus, ut probatur ex authent. de heredib. ab inteſtat. §. ſi igitur defunctus, & §. ſi verò, authent. ut fratruum filii, §. 1. Docent Bald. in authent. defunct. n. 8. C. ad S. C. Tertilian. Dinus in tractat. de ſucceſsionib. ab inteſtat. Nicolaus de Ubald. in ſimili tract. part. 1. n. 7. Boer. deciſ. 185. num. 2. Graſus in §. ſucceſsio, quæſt. 24. Robles de repræſentat. lib. 2. cap. 23. n. 27. Marta dict. part. 2. quæſt. 1. artic. 2. n. 3. Michalor. dict. cap. 14. n. 8. Carpzovius in juriſprud. forenſ. part. 3. conſtitut. 17. definit. 5.

64 Tertius ſuccedendi ordo collateralium eſt: deficientibus ergo deſcendentibus, & aſcendentibus inteſtati defuncti, ſuccedunt in Regno fratrer, tàm ex utroque latere conjuncti, quàm ex ſolo patre, aut matre nati, æquis partibus, & portionibus in capita, nam eſtò de jure extātibus fratribus, & ſororibus ex utroque latere conjunctis, fratres, aut ſorores uterini tantum, aut conſanguinei, ad inteſtatam fratruum ſucceſsionem non admitterentur, authent. ceſſante, authent. poſt fratres, Cod. de legitim. hæredib. novella 118. Vela diſſertat. 11. n. 107. Cyriac. controverſ. 353. & 417. Antonel. de tempore legal. lib. 1. cap. 46. n. 20. Fulgin. de jure emphiteut. tit. de contract. emphiteut. quæſt. 1. n. 9. Roxas de incompatibilit. part. 1. cap. 6. à n. 252. Carpzov. in juriſprud. forenſ. part. 3. conſtitut. 18. definit. 1. & definit. 8. tamen apud nos ſpecialiter ſtabilitum extat, quod ad ſucceſsionem inteſtatam fratris admittantur fratres, & ſorores uterini tantum, aut conſanguinei ad quæcumque bona ſimul cum fratribus, & ſororibus ex utroque latere conjunctis, prout ante novellas conſtitutiones ſupra traditas admittebantur, l. ſi quis, vel ſi qua, Cod. ad S. C. Tertilian. dict. for. 1. rubr. de inteſtat. ibi: E ſi aquell que morrà ſens teſtament, no haurà deſcendents, ò aſcendents, tots los bens de aquell defunct, de qualque part los hatja hagut, tornen per eguals parts als frares, que viuràn en temps de la ſua mort, ſia que tots aquells frares, è les ſors, ſien nats ab aquell defunct de un pare, ò de una mare, ò ſia que alcuns de aquells ſien nats ab ell de un pare, è de una mare, è alguns de un pare tanſolament, ò de una mare tanſolament, ò ſia que tots ſien nats ab lo defunct de un pare tanſolament, ò de una mare tanſolament. Ita fuit à Senatu deciſum ſententia per Alreus, die 21. Octobris 1623. inter Joannem Baptiſtam Gavaldà, & Eliſabetham Joannam Gavaldà, ubi etiam fuit judicatum quod inter domiciliatos in noſtro Regno debent obſervari leges Patriæ noſtræ quoad ſucceſsionem, etiam ſi bona in quibus ſucceditur fuerint in aliis Regnis poſsita. Solum
ſpecialiter in Regno conſtitutum reperitur, 65
quod ſimul cum fratribus, & ſororibus non admittantur ad inteſtatam fratris, vel ſororis ſucceſsionem filii prædefuncti fratris, aut ſororis, repræſentando perſonam patris, excluſa omni repræſentatione inter tranſverſales, quandò non ſimul cum aſcendentibus, ſed ſoli ſuccedunt: de jure enim admittuntur ad inteſtatam fratris prædefuncti ſucceſsionem fratres, & ſorores, ſimul cum prædefuncti fratris, vel ſororis filiis, qui repræſentationis jure illam hæreditatis portionem habent, quam habuiſſet prædefunctus pater ſi viveret, authent. ceſſante, Cod. de legitim. hæredib. novel. 118. §. reliquum eſt, Anton. Gomez in l. 8. Tauri, n. 18. Donel. lib. 9. commentar. cap. 3. Roland. à Valle conſ. 37. n. 13. lib. 2. Matienz. l. 5. tit. 8. lib. 5. tit. 14. & 17. Spino in ſpecul. teſtamentor. gloſſ. 1. n. 48. Cancer variar. part. 1. cap. 5. n. 7. Robles de repræſentat. lib. 2. cap. 21. Caſtill. controverſiar. lib. 3. cap. 19. Ayllon in addit. ad Gomez tom. 1. cap. 1. n. 28. Michalor. de fratrib. cap. 15. n. 16. Guzman veritat. juris, verit. 6. n. 6. cum ſequent. Cardinal. Otthobon. deciſ. 148. num. 6. Reynoſ. obſervat. 36. n. 3. Franciſc. Valaſc. Agouvea



de

*de juſtit. aclamat.* 2. *part. punct.* 1. §.4. *n.*55. Cardinal. de Luca *de fideicommiſſ. diſcurſ.*15. *ſub num.* 11. *& deciſ. Siciliæ, ſub num.* 319. Antunez *de donationib. tom.*2. *part.*3. *cap.* 19. *n.* 46. Sed in Regno concurrentibus fratribus, aut ſororibus ex utroque latere conjunctis, vel ex uno latere tantum prædefuncti inteſtati, non admittuntur ſimul cum illis ad inteſtatam ſucceſsionem filii præmortui fratris, neque inter collaterales repræſentatio datur, *dict. for.* 1. *rubr. de inteſtat.* ibi: *En aqueſt cas los nebots ne les nebodes daquell que mori ſens teſtament no venen à ſucceſsiò ab los frares, è ab les ſors de ell.* De ſimili conſtitutione in Saxonia teſtatur Carpzov. *in juriſpr. forenſ. part.*3. *conſtitut.*18. *definit.*3. Et quod non admittantur filii fratris, aut ſororis prædefuncti ad inteſtatam ſucceſsionem ſimul cum fratribus, aut ſororibus defuncti inteſtati, declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 16. *Decembris* 1610. inter Ludovicum Soler, & Michaëlem Hieronymum Soler, & alia per eundem, *die* 24. *Auguſti* 1627. inter Vincentiam Apariſi, & Monſerratam Llodrà, & alia per Saboya, *die* 14. *Auguſti* 1674. in favorem Jacobi Morellà Agricolæ, & contra Gertrudicem Morellà, ut docet D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 4. *n.* 33.

66 Fratribus, & ſororibus deficientibus admitti debent ad inteſtatam fratris ſucceſsionem filii fratruum, & ſororum, prædefunctorum, non in capita, ſed in ſtirpes: licèt enim multi voluerint fratruum filios non ſuccedere patruo in ſtirpes, ſed in capita, *l.* 5. §. *hæc hæreditas, ff. de ſuis, & legitimis, l.* 1. §. *ultim. ff. ſi pars hæreditat. petat.* Julius Paul. *lib.* 4. *ſententiar. tit.*8. §.19. Ulpian. *in fragment. tit.* 26. §.4. Cayus *lib.* 2. *inſtitut. tit.*8. §. *regulariter* 7. Theophil. *in* §. *hoc etiam, inſtitut. de legitim. agnator. ſucceſsion.* Harmenopol. *lib.* 5. *promptuar. juris civil. tit.* 8. *de hæredib.* §. 21. Azo *in ſumma Cod. de legitim. hæredib. num.* 11. Minſinger. *centur.* 3. *obſervat.* 95. Foreſt. *lib.* 8. *de ſucceſsion. ab inteſtat. cap.*3. *num.* 1. Coler. *deciſ.* 51. Theſaur. *deciſ.* 162. Cephal. *conſ.* 431. *vol.* 3. Morot. *conſ.* 1. Grivel. *deciſ. dolan.* 130. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 6. *tit.* 33. *de legitim. hæred. definit.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 2. *lib.*23. *tit.*32. Paſchal. *de patr. poteſt.*4. *part. cap.* 9. *num.* 14. *&* 16. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 19. *à num.* 81. Molfeſ. *ad conſuet. Neapolit.* 4. *part. tit. de ſucceſsionib. ab inteſtat. quæſt.* 37. Cujacius *conſ.* 4. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 6. *tit.* 58. *verſ. dividetur*, Gujovagnon. *conſ.* 24. *num.* 22. *& conſ.*25. *num.*4. *lib.*1. Sonsbech. *de feud. part.* 9. *num.* 111. Cenſal. ad Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 30. *fol.* 186. Fulgin. *de jure emphiteut. tit. de ſucceſsionib. quæſt.* 1. *ſub num.* 8. Burat. *deciſ.* 352. ubi Addent. Rovit. *conſ.*23. *num.* 28. Prato *obſervat.* 11. *per tot.* Berlich. *part.* 3. *concluſ.* 34. *n.* 26. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 18. *definit.* 3. *num.* 2. *cum ſequent.* Cardinal. de Luca *de fideicommiſſ. diſcurſ.* 19. *num.* 2. *& diſcurſ.*113. *num.*5. *& de ſucceſsionib. diſcurſ.* 1. *ſub num.* 1. *& diſcurſ.* 8. *num.* 10. *& diſcurſ.* 17. *num.* 6. Zarat. *deciſ.* 52. *n.* 2. Panſut. *controverſ.* 1. *&* 2. *per tot.* Belmont. *deciſ.* 44. *num.* 15. *& deciſ.* 45. *num.* 52. Carol. Anton. de Luca *in addit.* ad Franchi. *deciſ.* 24. *num.* 2. Anton. Gobius *conſultat.*117. *n.* 49. In Regno non poſſumus admittere opinionem iſtam, quia ſtabilitum eſt fra- 67
truum filios ſuccedere patruo in ſtirpes, & non in capita, *for.* 44. *fol.* 14. *curiar. anni* 1626. ibi: *Item los dits tres brazos ſupliquen à Voſtra Mageſtat ſia ſervit declarar lo fur primer de inteſtatis en la part ahon crida als colaterals en dita ſucceſsò, que ſe entenga que han de ſuccehir in ſtirpes, & non in capita.* Et hanc eſſe in puncto juris veriorem opinionem docent Acurſius *in authent. ceſſante, Cod. de legitim. hæredib. & in novel.* 118. *cap.* 3. Bald. *conſ.*293. *& conſ.*342. *lib.*2. Riminald. junior *conſ.* 526. *num.* 6. Joan. Andreas *in addit.* ad Speculat. *de ſucceſsion. ab inteſtat.* §. 1. *verſic. ſed an alii*, Antonius Gomez *in l.* 8. *Tauri, num.*12. Cephal. *conſ.*431. *n.*11. Gramatic. *deciſ.* 1. *num.* 6. Tiraquel. *de primog. quæſt.* 13. *num.* 3. Burſat. *conſ.* 170. *num.* 26. *vol.* 1. Covarrub. *de ſucceſsion. ab inteſtat. concluſ.*8. *n.*8. Clarus *de feud. quæſt.*75. Forſter *de ſucceſsion. ab inteſtat. lib.* 3. *ſub tit. de ſucceſsion. collateral.* Minſinger. *in* §. *hoc etiam, inſtitut. de legitim. agnator. ſucceſsion.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 31. *num.* 25. Menoch. *conſ.* 124. *num.* 89. *lib.* 2. Turret. *conſ.* 12. *num.* 4. *lib.* 1. Hondedeus *conſ.* 65. *num.* 4. *lib.* 2. & multi adduct. à Theſaur. *deciſ.* 162. *num.* 3. Cavalcan. *deciſ.* 24. *&* 25. *part.* 4. Cacheran. *conſ.* 138. *cum duobus ſequent.* Georgius *allegat.* 30. *num.* 41. Marta *de ſucceſsion. legal. part.* 3. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *num.* 27. Anton. Faber *in unic. forenſ. diſputat. poſita poſt ſuum tractat. de variis nummarior. debitorum ſolutionib.* Robles *de repreſentat. lib.* 2. *cap.* 26. Michalor. *de fratrib. part.*3. *cap.* 15. *num.* 9. Pereyra *deciſ.* 30. *num.* 14. Captiol. *de ſucceſſ. ab inteſtat. lib.* 3. *à num.* 24. Caldas *quæſtion. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 11. *ſub num.*27. Groſſ. *de ſucceſsion. ab inteſtat. annot.*32. *num.* 8. Franciſc. Valaſc. Agouvea *de juſtit. aclamat.* 2. *part. punct.* 1. §. 5. *per tot.* Antunez *de donat. tom.*2. *part.*3. *cap.*19. *num.*48. Et juxta hanc ſententiam, judicavit Senatus ſententia per Aireus, *die* 9. *Auguſti* 1625. inter Dominam Annam Vincentiam Ayerdi, Chriſtophorum Veyer, & alios. Sed non poſſum





omittere illud, quod in prædicto *for.* 44. di-
68 citur, nempè quod ſucceſsio inter collaterales in ſtirpes ſit, & non in capita, exceptis caſibus quibus per repræſentationem ſucceditur inter collaterales, ibi: *Que ſe entenga que han de ſuccehir in ſtirpes, & non in capita. Plau à ſa Mageſtat exceptat en los caſos, en que per fur, y ha repreſentaciò en la ſucceſsiò dels collaterals.* Probatur ergo ex foro, quod in caſibus quibus per forum datur repræſẽtatio in ſucceſsione collateralium, qui quidem caſus unicus eſt (ultra ſupra traditum de quo intelligo forum) videlicet concurrendi collaterales fratres cum aſcendentibus, & filiis prædefuncti fratris, ut docet D. Leon *dict. deciſ.*4. *num.*36. Succedit debet in capita, & non in ſtirpes, quod eſt repræſentationem tollere, quando in dict. *for.* 1. *rubr. de inteſtatis*, diſponitur quod hoc in caſu fratruum filii ſuccedant in ſtirpes, & non in capita, nam hoc eſt repræſentare, ſuccedere omnes patrem repræſentantes, ut illam habeant portionem, quam haberet pater ſi viveret; quo modo iſtæ contrarietates poterunt conſiliari? Sed ego judico Typographos erraſſe literã prædicti fori, & non poſſe rectum cenſum habere, aliter quam dicendo, quod collaterales ſuccedant in capita, & non in ſtirpes, exceptis caſibus in quibus per forum datur repræſentatio inter collaterales, in quibus ſucceſsio erit in ſtirpes, & non in capita, & ſi admittenda fuerit emmẽdatio iſta, debet amplecti prima opinio tenentium filios fratruum, & ſororum patruo ſuccedere in capita, & non in ſtirpes.

69 Poſt fratruum, & ſororum filios, ad inteſtatam admittuntur ſucceſsionem agnati, & cognati uſque ad decimum, aut ulteriorem gradum, qui proximiores fuerint defuncto in gradu, §. *ultim. inſtitut. de ſucceſsion. cognator*, §. *cæterum* 2. *inſtitut. de legitim. agnator. ſucceſsion. novel.* 118. *cap.* 3. §. *ſi verò, d. for.* 1. *rubr. de inteſtat.* ibi: *E ſi aquell que mori ſens teſtament no havia frares ne ſors: los bens ſeus tornen per eguals partides à aquells qui pus probiſmes ſeràn à ell, en aixi quels que ſeràn primers en grau vinguen primerament à la ſucceſsiò daquell.* Docent Donel. *lib.* 9. *commentarior. cap.* 4. Forſter *lib.* 3. *de ſucceſsion. ab inteſtat. cap.*10. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 30. Amaya *in l.*4. *num.*3. *Cod. de bonis vacantib. lib.* 10. Pichard. *in* §. *cæterum, inſtitut. de legitim. agnator. ſucceſsion.* Caſtill. *controverſiar. tom.* 7. *cap.* 41. *num.* 153. Solorzan. *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 41. D. Creſpì *obſervat.* 96. *num.* 13. Gonzal. Tellez *ad text. in cap.* 1. *de ſucceſsionib. ab inteſtat. num.* 4. Amiden. *de ſtil. datar. cap.* 15. §. 14. *num.*54. Antunez *de donat. part.*3. *tom.* 2. *cap.* 19. *num.*45. *cum ſequent.* Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 18. *definit.* 31. Anton. Gobius *conſultation.* 117. *num.* 29.

Conſanguineis deficientibus admittebatur ad inteſtatam viri ſucceſsionem uxor, &
uxoris, vir, *l.* 1. *Cod. unde vir, & uxor, l. final. Cod. Theodoſ. de legitim. hæredib. authent. præterea, C. unde vir, & uxor*, Borel. *de præſtantia Regis, cap.* 14. *num.* 19. Oſvald. ad Donel. *lib.* 9. *commentarior. cap.* 1. *lit.* K. Marta *de ſucceſsion. legal. tom.*1. *part.*3. *quæſt.* 12. *num.* 48. Amaya *in l. unic. Cod. de bonis vacantibus, num.*31. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap.* 1. *de ſucceſsionib. ab inteſtat. num.* 7. Arniſeus *de jurib. majeſtat. lib.*3. *cap.* 6. *n.* 18. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.*3. *conſtitut.* 18. *definit.* 31. *num.* 7. Carol. Spadaza *in theatr. viduil. diſquiſit.* 67. *numer.* 61. Antunez *de donationib. dict. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 19. *num.* 49. Conjuge deficiente ad fiſcum ſpectabant bona, *l.* 1. *&* 2. *ff. de ſucceſſorio edicto, l. filius* 114. §. *qui inteſtato* 2. *ff. de legat.* 1. *l. ſi hæredem* 10. *Cod. de inofficioſ. teſtam. l. penultim. Cod. de præpoſit. ſacr. Cubic. l. ſi vacantia* 4. *C. de bonis vacantibus, l. quod vivo, ff. de manummiſ. teſtam.* cum aliis adduct. à Gutierr. *practicar. lib.*2. *cap.*113. Caſtill. *dict. cap.* 41. *tom.* 7. *num.* 154. Amaya *in dict. l.* 4. *num.* 3. *&* 33. D. Creſpì *obſervat.* 96. *num.* 14. Don Franciſc. Ram. del Mançano *in prælect. ad tit. de adquirend. hæredit. cap.* 2. *n.* 2. Gonzal. Tellez *ubi proxim. num.* 5. In noſtro Regno, conſanguineis de- 71
functi non extantibus, debent aprehendi bona á judice ordinario loci, & duobus probis hominibus, & de illis debet invẽtarium confici, monerique debent conſanguinei, ſi fortè inelligatur ubi ſint, quod veniant ad aprehendenda defucti bona, & ſi intra duos annos non apparuerint conſanguinei, debent traddi bona naturali filio ex ſoluto, & ſoluta procreato, aut illius filiis, & deſcendentibus, nam licet filius naturalis de jure ſolum in ſubſidium ſuccedere poſsit patri in duobus unciis, *l. licet, Cod. de naturalib. liberis, authent. quibus mod. natural. efficiant. legitim.* §. *ſi quis autem, collat.* 7. *authent. detriente, & ſemiſ.* §. *conſideremus, collat.* 3. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *ſpecial.* 10. *n.* 63. Apud nos ſuccedet filius naturalis in univerſa patris hęreditate, ut declaravit Senatus ſẽtentia per Daça, *die* 22. *Decembris* 1627. inter Joachimum Navarro, & Michaelem Saburgada. Poſſunt enim in Regno naturales filii hæredes inſtitui à parentibus, & ſuccedere in fideicommiſsis, deficientibus filiis legitimis, & naturalibus, ut Senatus dixit ſententia per Saboya, *die* 29. *Auguſti* 1684. in favorem Joſephi Moros de Alcalà Notarii Procuratoris Monicæ Soler, & contra Salva-

torem Pujalt Presbyterum certo procuratorio nomine. Hæc de patris ſucceſsione inteſtata reſpectu naturalis filii intellige, nàm matri inteſtatæ ſuccedunt naturales filii, aut ſpurii cum prælatione omnium conſanguineorum, ut jam tradidi *n.* 34. Solum enim excluduntur naturales, vel ſpurii filii à ſuceſſione matris inteſtata à filiis legitimis, & naturalibus, ut pronunciavit Senatus ſententia per Daza, *die* 22. *Decembris* 1622. inter Joachimum Navarro Notarium, & Michaelem Saburgada, & alios. Ex adverſo autem pater non ſuccedit naturali filio, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, ut Senatus declaravit ſententia per Dominguez, *die* 11. *Maii* 1514. contra Guillermum Català patrem naturalem Joannis Català. Non extantibus naturali filio, aut illius deſcendentibus, ſuccedet ab inteſtato conjux ſuperſtes, *dict. for.* 1. 3. & 4. *rubr. de inteſtat.* Modo elapſum fuerit biennium, & non appareant aliqui defuncti conſanguinei, ut judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 27. *Julii* 1632. inter Napoleonem Conſtantin certo nomine, & Eufemiam Requena, & de Gandulfi. Conjuge non extãte debent tradi bona per curiã, & probos homines locis piis, & Religioſis, *dict. for.* 1. 3. & 4. *rubr. de inteſtat.* quæ loca pia, juxta for. 33. *curiar. anni* 1645. Hoſpitalia ſunt, ut optime docet D. Creſpì *obſerv.* 35. *numer.* 11.

72 Vidua non habens dotem, ſi abſque filiis communibus decedat maritus, habet quaſi ſucceſsionem inteſtatam in illius bonis in noſtro Regno, nám debent dari viduę ſeptuaginta morabatini pro quolibet milliario bonorum viri, ut cavetur *in for.* 14. *rubr. de arris, for.* 98. *fol.* 21. *curiar. anni* 1626. Et declaravit Senatus ſententia per Dehona, *die* 29. *Martii* 1586. inter Eliſabetham Font, & de Salvador, Don Carolum Salvador, Domnam Eſperantiam Salvador, & alios, & alia per Saboya, *die* 16. *Februarii* 1686. in favorem Joannis Vega Procuratoris Domnæ Agnetis Sans, & contra Don Iſidorum Tarrega certo curatorio nomine, referente Nobili, & erudito Senatore Don Dominico Matheu & Silva, R.C.D. Monteſianæ familiæ milite, actuario Medina. Si vero cum filio, aut filiis communibus maritus decedat, habet electionem vidua, aut petendi prædictam portionem, aut videndi ſimul cum filiis, & alimenta conſequendi, *dict. for.* 14. ibi: *E ſi roman fill, ò fills: que ſia en elecciò de ella ſi voldrà viure en los bens de el marit ab ells, ò demanar en los bens del marit aytant com dit es.* Ita declaravit Senatus in ſupradictis ſententiis, *diei* 29. *Martii* 1586. & *diei* 16. *Februarii* 1686. & indotatæ viduæ debent veſtes lugubres ab hæredibus mariti dari, ut deciſum extitit in dicta ſententia, *diei* 16. *Februarii* 1686.

Filii, & filiæ Religioſi profeſsi, & ex illorum perſonis Monaſteria, aut quilibet alii 73
conſanguinei profeſsi proximiores prædefuncti inteſtati, non ſuccedent ab inteſtato in Regno, cum non ſolum ab inteſtata ſucceſſione, ſed etiam à teſtamentaria excluſi videantur *per for. ſi alcu morrà* 5. *rubr. de inteſt.* ibi: *Los llochs Religioſos, nels Religioſos, en alcuns bens de pare, ni mare, ne dalcuns aſcendents, ne de fill, ne de net, ne dalcuns altres deſcendents, ni de frares, ni de ſors, ne dalcuns altres tranſverſals, en nenguna guiſa no venguen à ſucceſsiò ab teſtament, ò ſens teſtament.* Quod intelligi debet de ſucceſsione ſolum ad immobilia, nam prædictus forus ſolum intelligitur quando de ſucceſsione immobilium tractatur, non quando ſucceditur in mobilibus, nàm de hac ſucceſsione non loquitur forus, neque excluduntur Religioſi profeſsi, aut Monaſteria, ut optimè notant D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 156. *num.* 2. D. Creſpì *obſervat.* 35. *num.* 14. Licèt communiter DD. tradant, quod ſtatutum excludens Monachos à ſuc- 74
ceſsione ſit iniquum, & contra libertatem Eccleſiaſticam, Covarrub. *in cap. quamvis pactum, part.* 3. §. 2. *num.* 4. Menoch. *conſ.* 199. *num.* 23. Rodriguez *quæſt. regular. tom.* 2. *quæſt.* 77. *artic.* 3. Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 18. Marta *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 25. *per tot.* Ripa *in l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus, num.* 39. *ff. ad S. C. Trebel.* Alexand. *conſ.* 139. *vol.* 2. Cevall. *quæſt.* 123. Fermoſin. *ad text. in cap. in præſentia, de probat. quæſt.* 3. *num.* 16. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 42. Cardinal. de Luca *de legitim. diſcurſ.* 28. *num.* 12. *cum ſequent.* Tamen noſter forus excludens Religioſos profeſſos, & Monaſteria à ſucceſſione non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, nam etſi Religioſi profeſsi in aliqua 75
Religione capaci acquirendi, & habendi bona, ex illorum perſonis ſuccedant monaſteria, juxta juris regulas, tàm ex teſtamento, quam ab inteſtato, *l. Deo nobis* 6. §. *hoc etiam cognitum, Cod. de Epiſcop. & cleric.* Anton. Gomez *variar. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 20. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 38. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 22. *quæſt.* 4. Molin. *de juſtit. & jure, tractat.* 2. *diſput.* 179. Barboſ. *in l. ſi cum dotem, in princip. num.* 45. *cum ſequent. ff. ſolut. matrim.* Valaſc. *allegat.* 29. *num.* 112. *tom.* 1. Carena *reſolut.* 209. *num.* 3. Sanchez *ubi proxim. num.* 5. Barboſ. *ad text. in dict. l. Deo nobis, num.* 14. Botiller. *de ſucceſsion. ab inteſtat. cap.* 2. *theorem.* 71. *num.* 1. Fontanell. *deciſ.* 348. *num.* 26. Tondut. *reſolut. beneficial.* 137. *num.* 6. & *reſolut.* 197. *num.* 9. & *reſolut.* 199. *num.* 6. Pellizar



*in manual. regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 10. *cum ſequent.* Andreol. *controverſ.* 61. *num.* 13. D. Creſpì *dict. obſervat.* 35. *numer.* 35. Paul. Meli *obſervat.* 17. *num.* 17. & *allegat.* 30. *n.* 10 *lib.* 2. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. in*
76 *præſentia* 8. *de probat. num.* 13. 14. & 15. Aliter eſt quando Religio, aut Monaſterium incapax eſt habendi bona in communi, quia tunc Religioſi profeſsi pro mortuis omnino habentur quoad ſucceſsionem, & ex illorum perſonis Monaſteria, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſuccedere poſſunt, *cap. exivit, de verbor. ſignificat. in* 6. *Clementin. exivi*, vbi communitèr DD. *de verbor. ſignificat.* docent Surd. *de aliment. tit.* 3. *quæſt.* 1. *nu.* 44. Sanchez *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 5. Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 5. Barboſ. *ad text. in dict. l. Deo nobis, num.* 14. Molin. *de Hiſpanor. primog. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 73. Caſtill. *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 81. Pellizar. *dict. cap.* 7. *num.* 9 D. Creſpì *dict. obſervat.* 35. *num* 34. Cardinal. Delugo *de juſtit. & jure, diſput.* 7. *ſect.* 5. *num.* 98. Scalona *de teſtament. lib.* 6. *cap.* 3. *numer.* 1. *cum ſequent.*

Cum ergo Monaſteria regularium, & com-
77 munitates Eccleſiaſticæ, non poſsint acquirere in noſtro Regno immobilia bona abſque Regis licencia, & amortizationis privilegio, & indiſtinctè ſint quaſi incapacia acquirendi immobilia bona, *for. aquell.* 5. *for. eſtablim.* 6. *for.* 7. *for fem fur.* 9. *for.* 10. 11. & 12. *rubr. de rebus non alienand. privileg.* 17. *D. Jacobi* 1. *privileg.* 63. *D. Petri* 2. Belluga *in ſpecul. princip. rubr.* 14. §. *veniamus, numer.* 39. D. Leon *deciſ.* 77. & *deciſ.* 156. Delben. *de immunitat. part.* 1. *cap.* 8. *dubitat.* 11. D. Matheu *de regim. cap.* 3. §. 5. *num.* 112. *cum ſequent.* D. Criſpì *dict. obſervat.* 35. *numer.* 4.
78 Rectè, & abſque lęſione Eccleſiaſticæ libertatis potuerũt per forũ excludi à ſucceſsione immobiliũ, imo forus erit conformis iuris cõmunis diſpoſitionibus, quia ſuppoſita impoſſibilitate acquirendi immobilia, legitimè excludũtur Monaſteria ex Religioſorũ perſonis à ſucceſsione immobiliũ, cũ Monaſteria incapacia habendi bona in communi, excludantur à ſucceſsione, juxta juris regulas, prout jam vidiſti. Sed quia in capacitas iſta in Regno non eſt univerſalis, ſed coarctata ad bona immobilia, ſolum erit prohibitum perdictum forum 5. Monaſteriis ſuccedere ex perſonis Religioſorum in bonis immobilibus, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 3. *Junii* 1585. inter Monaſterium Sancti Chriſtophori, & hæredes Marci Antonii Andres, & alia per eundem, *die* 6. *Februarii* 1589. inter Franciſcum Roca, & Adminiſtratores Decani Roca, & alia per Alreus, *die* 10. *Decembris* 1626. inter Hieronymum Soler, & Michaelem Soler, & alios. In bonis verò mobilibus poterunt ſuccedere, non obſtante foro, cum eis non ſit prohibitum acquirere illa, D. Leon *dict. deciſ.* 156. *numer.* 2. D. Creſpì *dict. obſervat.* 35. *n.* 14.

Limita à nobis tradita quando Monaſterium tempore delatæ ſucceſsionis habuerit 79
privilegium amortizationis, & capacitatem à Rege inveniatur ad acquirendum bona immobilia, tunc enim ſuccedet ex perſona Religioſi profeſsi Monaſterium, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento in bonis immobilibus hæreditariis, modo privilegium amortizationis, & facultas acquirendi immobilia in eo data equivaleat hæreditariis bonis, Bellug. *in ſpecul. princip.* §. *veniamus, n.* 41. & ibi Camil. Borel. *lit. S.* D. Leon *dict. deciſ.* 156. *num.* 10. D. Matheu *dict. cap.* 2. §. 5. *n.* 112. D. Creſpì *dict. obſervat.* 35. *num.* 27. *cum ſequent.* & *obſervat.* 37. *per tot.* Et quod ex perſona Monachi ſuccedat Monaſterium capax bonorum in communi parentibus, & conſanguineis Monachi ab inteſtato, vel ex teſtamento, ſi tempore delatæ ſucceſsionis habeat amortizationis privilegium declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 29. *Novembris* 1574. inter Ludovicum Albero, & Monaſterium Sanctæ Claræ de Xativa, & alia per Caſes, *die* 7. *Septembris* 1627. inter Domnam Hieronymam de Caſtellvi curatricem Don Iſidori Pallas, & ſororem Joannam Pallas, & alia per Alreus, *die* 10. *Octobris* 1619. inter ſororem Hieronymam Sancho, & Monaſterium de la Eſperança extra mænia cõſtructum, & Felicianam Sancho, & alia per eundem, *die* 1. *Februarii* 1635. inter Syndicum Monaſterii Sanctiſsimæ Trinitatis in ſuburbiis conſtructi, & Joannem Baptiſtam, & Franciſcum Tachell, & alia per eundem, *die* 24. *Septembris* 1633. inter Monaſterium Virginis Marię de Mercede Civitatis de Oriola, & Eliſabetham Balleta: & ſi amortizationis privilegium fuerit ad acquirendum bona in minori ſumma, quam hæreditaria contenta in delata hæreditate, ſolum ſuccedet Monaſterium in illa parte bonorum quæ faciant valorem, & æſtimationem Regii privilegii amortizationis, ut docent D. Leon D. Creſpi, & D. Matheu locis proximè citatis, & declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 29. *Decembris* 1612. inter Hieronymum Dixar, & Domnam Eliſabetham Vilanova: & ſi Monaſterium ſolum habuerit amortizationis privilegium ad acquirendum titulo particulari, ut emptionis, non poterit virtute privilegii ſuccedere ab inteſtato, & acquirere virtute hujus cauſę univerſalis, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 29. *Novembris* 1574. inter Ludovicum Albert, & Monaſterium Sanctæ Claræ de Xativa. Si vero

80 ro Monaſterium tempore delatæ ſucceſsionis privilegium amortizationis non habuerit, & in inſtanti illo incapax fuerit, acquirit jus ſuccedendi immediatus proximior prædefuncti inteſtati, aut à teſtatore vocatus, & iſte ſolus abſque Monaſterio ſuccedet, etiam ſi poſt delatam ſucceſsionem amortizationis privilegium obtinuerit Monaſterium, quia non derogat Princeps juri tertii jam quęſito, privilegio ſuo, *l. 2. §. ſi quis à principe, ff. nequid in loco publico*, D. Leon *dict. deciſ.* 156. *num.* 13. D. Matheu *dict. cap.* 2. §. 5. *numer.* 112. & declaravit Senatus in dicta ſententia *diei* 29. *Novembris* 1574. licet Senatus ſententia per Ferrera, *die* 17. *Decembris* 1654. in favorem Conventus Puritatis, & aliorum, & contra Domnam Vincentiam, & Don Laurentium Villalba judicavit, quod inſtitutis pluribus hæredibus ſimul cum Monaſterio, ſi poſt teſtatoris mortem, ſed antea quam aliquis ex hæredibus hæreditatem adiret obtinuerit privilegium amortizationis Monaſterium, poterit virtute privilegii ſuccedere.

Limita etiam doctrinam à nobis traditam,
81 quando Religioſo, Monaſterio, aut Eccleſiæ aliqua bona immobilia relicta fuerint titulo particulari, nàm poterunt acquiri abſque privilegio amortizationis cũ onore evacuandi intra annum *fòr.* 5. *rub. de rebus non alienãd.* Oliva *cap.* 7. *num.* 8. & 32. *cum ſequent.* D. Leon *deciſ.* 77. *num.* 8. D. Matheu *dict.* §. 5. *num.* 112. D. Creſpì *dict. obſervat.* 35. *num.* 12. Et declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 11. *Octobris* 1613. inter Joannem Andream Sapuerta, & Magdalenam Vega. Titulo autem univerſali relicta non poterunt
82 acquirere, neque per momentum, aut cum onore evacuandi, abſque privilegio amortizationis, Belluga *dict. rubr.* 14. §. *Veniamus, num.* 39. D. Leon *dict. deciſ.* 156. D. Matheu *ubi proxim.* Niſi inſtitutio hæredis Monachi, aut Monialis fuerit facta de vita tantum, nàm tunc Monachus, & Monaſterium ex illius perſona ſuccedent abſque amortizationis privilegio, ut judicavit Senatus ſententia per Saboya, *die* 2. *Decembris* 1677. inter Domnam Franciſcam de Borja, & Don Petrum Artès. Idem erit dicendum ſi ſolus uſuſfructus fuerit Religioſo relictus, nàm abſque privilegio amortizationis poterit illum habere Monaſterium, durante vita naturali Monachi, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 24. *Decembris* 1612. inter Hieronymum de Ixar, & Eliſabetham Vilanova.

83 Limita tandem doctrinam iſtam, quando in ſucceſsione reperiatur qualitas excludens Monaſterium, aut Religioſum profeſſum, nam in majoratu, cui fuerit annexa dignitas Regni, Ducatus, Commitatus, Marchionatus, aut Baroniæ, non poſſunt ſuccedere Monachi, aut Moniales profeſsi, neque ex illorum perſonis Monaſteria capacia bonorum in communi, durante vita Monachi naturali, ſed admitti debet ſubſtitutus, ſive ſequẽs in gradu ſtatim ſecuta profeſsione, *gloſ. in cap. ſcripſit. verb. dignitate* 27. *quæſt.* 2. Molina, *de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 13. *à num.* 82. *uſque ad* 95. Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri n.* 66. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 7. *gloſſ.* 1. *num.* 6. *lib.* 5. *recopilat.* Mieres *de majorat. part.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 64. Molin. *tom.* 3. *de juſtit. & jure tract.* 2. *diſput.* 623. *num.* 3. & 4. Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 15. *à num.* 12. Caldas Pereyra *de nominat. emphiteut. quæſt.* 6. *n.* 14. Cancer. *variar. part.* 3. *cap.* 20. *num.* 330. Caſanat. *conſ.* 26. *ex num.* 8. Anguian. *de legib. lib.* 2. *controverſ.* 17. *num.* 9. Marta *de ſucceſsion. legal. part.* 3. *quæſt.* 13. *artic.* 1. *num.* 21. Flores Diaz de Mena ad Gamam. *deciſ.* 6. *verſ.* 5. Cabedo *deciſ.* 133. *num.* 7. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 51. Perez de Lara *de vita hominis, cap.* 30. *num.* 126. Addent. ad Molin. *de Hiſpanor. primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 94. Solorzan. *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 65. Roxas *de incompatibilit. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 97. Pellizar. *in manual. regular. tractat.* 8. *cap.* 7. *num.* 27. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. in præſentia* 8. *de probat. n.* 5. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 21. *cum ſequent.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. in præſentia, quæſt.* 5. *n.* 9. Fagnan. *ad text. in cap. tua in Eccleſiarum, de conſtitutionib. num.* 106. Idem erit in majo-
ratibus annexam habentibus juriſdictionem, 84
nàm licet Monaſterium ſit juriſdictionis capax, & Monachus, ſeu Monaſterium ex perſona Monachi poſsidere poſsit caſtra, oppida, & loca cum juriſdictione, *cap. Abbate ſane, de re judicat. in* 6. *cap. auditis, de præſcriptionib. cap. dilectus, de offic. ordinar. cap.* 1. *Qui feudum dare poſsint*, & non nulli voluerint poſſe Monaſterium ex perſona Monachi in tali majoratu ſuccedere, vita naturali Monachi durante, quia non eſt incompatibile primogenium, cui annexa eſt juriſdictio, cum Monachi, ſeu Monaſterii ſtatu, Rodrig. *tom.* 2. *quæſt. regular. quæſt.* 78. *artic.* 12. Anton. Gomez *in l.* 4. *Tauri, num.* 66. Marta *de ſucceſsion. legal. part.* 3. *quæſt.* 13. *art.* 7. *num.* 2. Cardoſ. *in prax. judic. verb. majoratus, num.* 17. Perez de Lara *de vita homin. cap.* 30. *num.* 12. Montealegre *in prax. lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. *à n.* 47. *uſque ad num.* 60. Pellizar. *in manual. regular. d. tract.* 8. *cap.* 7. *n.* 27. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 15. Certius tamen eſt non poſſe Monaſterium ex perſona Monachi in majoratu, cui ſolum annexa eſt juriſdictio ſuccedere, cum finis conſervandi inſtitutoris familiam cum ſplendo-

re,



re, ex annexione juriſdictionis oriens, non poſsint in Monaſterio adimpleri, ita docent Molin. *de Hiſpanor. primog. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 80. Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 12. Mieres *de major. part.* 2. *q.* 3. *num.* 8. Matienz. *in l.* 1. *num.* 18. *lib.* 5. *recopilat.* Flores Diaz ad Gamam *deciſ.* 6. *verſ. idem erit*, Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 65. Avendaño *in l.* 40. *Tauri, gloſſ.* 4. *n.* 10. Solorzan. *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 65. Roxas *de incompatib. part.* 7. *cap.* 5. *n.* 95. Gonzal. Tell. *ad text. in d. cap. in præſentia* 8. *de probat. n.* 5.

85 In majoratu petente nomen, & arma, juxta inſtitutionem in ſuccedentibus perpetuò, volunt multi quod Monachus, aut Monaſterium ex illius perſona ſuccedere poſsit, vita naturali Monachi durante, excluſo ſubſtituto, aut immediatè vocato, Rodrig. *in q. regul. tom.* 2. *q.* 78. *art.* 13. & *q.* 73. *part.* 12. Caldas Pereyra *de nominat. q.* 6. *n.* 15. Cabedo *deciſ. Portugal.* 133. & 101. Cevall. *q.* 193. Addent. ad Molin, *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 95. Theodor. Opingius *de jure inſignium. cap.* 16. *à n.* 65. Pellizar. *in manual. regul. tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 30. Sed certius eſt non poſſe ſuccedere Monaſterium ex perſona Monachi in tali majoratu, quia per Religioſos non poteſt adimpleri conditio deferendi nomen, & arma, & conſervandi familiam, ſed admitti debet immediatè vocatus ſtatim ſecuta profeſsione, Beroius *in cap. in præſentia, de probat. q.* 34. Ripa *in l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus, n.* 4. *ff. ad S. C. Trebel.* Alciat. *in l. Gallus*, §. & *quid ſi tantum, n.* 7. Ruſtic. *in l. cum Avus, lib.* 5. *cap.* 1. *in fin.* Jaſſon. *conſ.* 212. *vol.* 2. Molin. *de Hiſpanor. primog. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 95. Mieres *de major. part.* 2. *q.* 3. *à n.* 18. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 83. *n.* 45. Molin. *de juſtit. & jure, tom.* 2. *diſput.* 623. *n.* 4. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 230. Azor *inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8. *q.* 5. Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 15. *n.* 23. Flores Diaz de Mena ad Gamam *deciſ.* 6. *n.* 2. *concluſ.* 4. Alvarad. *de conjectur. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. Franchis *deciſ.* 29. *num.* 7. Mantic. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 12. *ex n.* 25. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 429. *n.* 55. Fontanel. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſſ.* 3. *part.* 3. *n.* 21. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 6. *tit.* 2. *definit.* 25. Caſtill. *controv. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 55. Pareja *ad text. in cap. in præſentia* 8. *de probat. num.* 77. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 28. Roxas *de incompatibil. par.* 7. *cap.* 5. *n.* 93. Fermoſin. *ad text. in dict. cap. in præſentia, quæſt.* 5. *num.* 8. Et ab hac ſententia non poſſumus in Regno recedere, quia juxta eam in S. S. A. C. judicatum fuit, teſte D. Leon *tom.* 3. *deciſ.* 31. *per tot.* & in ſententia publica, *die* 8. *Februarii* 1659. in favorem Don Gundiſalbi Ferdinandi de Ixar, & contra Don Onufrium Vincentium de Ixar, & in noſtro Senatu multoties fuit deciſum, quod licet fœminæ in majoratu petente delationem nominis, & armorũ poſsint ſuccedere; Religioſi profeſsi, & ex illorum perſonis Monaſteria, minimè, ut ſententia per Alreus, *die* 23. *Martii* 1630. inter Illuſtrem Domnam Mariam Roig Marchioniſsã de Villalor, & Fratrem Auguſtinum Roig, & Monaſterium Divi Auguſtini noſtræ Urbis, & alia per Caſes, *die* 30. *Auguſti* 1644. inter Domnam Franciſcam Tachell, & Conventum Monialium Santiſsimę Trinitatis in ſuburbis conſtructum, confirmata in S. S. A. C. cum aſſociatis ſentẽtia per Pueyo, *die* 20. *Septembris* 1661. In cæteris autem majoratibus, & fideicõmiſsis perpetuis poterit Monaſte-
rium ex perſona Monachi ſuccedere durante 86
vita naturali Monachi, excluſis ſubſtitutis, & vocatis, Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *à num* 72. & 95. Carol. Tapia *in authent. ingreſsi, verb. Sua, cap.* 16. *num.* 9. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri, num.* 66. Matienz. *in l.* 1. *gloſſ.* 1. *tit.* 7. *num.* 18. *lib.* 1. *recopilat.* Avendaño *in l.* 40. *Tauri, gloſſ.* 4. *num.* 13. Molin. *de juſtit. & jure, tom.* 3. *diſput.* 623. *num.* 3. Rodrig. *tom.* 2. *quæſt. regular. quæſt.* 78. *artic.* 12. *col.* 2. Spino. *in ſpecul. teſtamentor, gloſſ.* 12. *de legat. Monach. relict.* & *n.* 12. Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 16. Flores Diaz de Mena ad Gamã *deciſ.* 6. *verſ. ſexta concluſio*, Maſtrill. *deciſ.* 65. *n.* 3. & *deciſ.* 153. *n.* 25. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. de ſucceſsion. ab inteſtat.* 4. *part. quæſt.* 65. *n.* 21. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 56. Addent. ad Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 95. Roxas *de incompatibilit. part.* 7. *cap.* 5. *n.* 65. Pellizar. *in manual. regular. tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 27. *cum ſequent.* Gonzal. Tell. *ad text. in d. cap. in præſentia* 8. *de probat. num.* 5. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 15. *cum ſeqq.* Ita deciſum extitit à Senatu ſententia per Alreus, *die* 4. *Maii* 1620. inter Don Didacum Eſcrivà de Romanì, & Syndicum Monaſterii Divi Auguſtini. Et ut ſuccedat Monaſterium in majoratu, vel fideicommiſſo, vita naturali Monachi durantè, debet habere amortizationis privilegium tempore ſucceſsionis delatæ, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 8. *Julii* 1610. inter Peregrinum Català, & alios, & alia per Daza, *die* 8. *Februarii* 1609. inter Joannem Badia, & Monaſterium del Socors. Et ſi amortizationis privilegium non equivaleat bonis in fideicommiſſo recadentibus, ſuccedet Monaſterium in illa parte tantum equivalente amortizationis privilegio, ut deciſum extat ſententia per Alreus, *die* 24. *Decembr.* 1612. inter Hieronymum de Ixar, & Domnam Eliſabetham Vilanova.

Cle-

87 Clerici ſeculares ſive non habuerint beneficium Eccleſiaſticum, ſive illud habuerint, & reperiantur ordinati in ſacris, ſuccedent ab inteſtato parentibus, & conſanguineis, *dict. for. 5. rubr. de inteſtat.* Et hoc tàm in bonis mobilibus, quam immobilibus, quia Clericis non reperitur per forum impermiſſa acquiſitio bonorum immobilium, imo reperitur permiſſa, durante vita ad uſus proprios cum obligatione ſtandi in judicio illorum cauſa coràm judicibus ſęcularibus, & ſolvendi onera realia, & vicinalia, & cum
88 prohibitione nō alienandi illa in Eccleſiaſticos, ſed in laicos, aut quod Eccleſiaſtici in illis ſuccedant, *for. 15. for. 16. 17. 19. & 20. rubr. de rebus non alienan.* D. Matheu *de regim. cap. 2. §. 5. num.* 112. D. Creſpì *obſervat. 35. num. 6.* ſolum *in for. 246. curiar. anni* 1585. additum fuit quod Eccleſiaſtici poſſent bona immobilia alienare in alios Eccleſiaſticos, dum fieret alienatio ad uſus illorū proprios, & durante acquirentium vita, cum eiſdem obligationibus diſponendi in laicos, ut docet D. Creſpì *dict. obſervat. 35. n. 7.*

Ad inteſtatam Clerici ſucceſsionem admit-
89 tuntur de jure aſcendentes, aut illius conſanguinei ordine jam à nobis tradito, quibus deficientibus, ſuccedit ei Eccleſia, in qua miniſtrabat, *cap. 1. & cap. 3. de ſucceſsion. ab inteſtat. cap. cum tibi, de teſtament. cap. 2. de pœnis, cap. quicumque 12. q. 3. cap. ſi Epiſcopus, cap. ultimo 12. quæſt. 5. l. ſi quis presbyter, juncta authentica nunc autem, authent. licentiam, Cod. de Epiſcop. & Clericis, l. unic. Cod. Theod. de bonis Clericor.* Covarrub. *var. lib. 2. cap. 9. num.* 11. Burſar. *conſ. 43. num.* 48. Cavalcan. *deciſ. 1. num. 3. lib. 2.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. tit. 3. num.* 10. Fonerius *lib. 4. rerum quotidianar. cap. 7.* Carol. de Graſsis *de effectibus Clericat. effect.* 31. Barboſ. *ad text. in dict. l. ſi quis presbyter, Cod. de Epiſcop. & Cleric. num.* 3. Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 11. numer.* 13. Noguerol. *allegat.* 75. D. Creſpì *obſervat. 51. num.* 2. Thomas Valaſc. *allegat. 57. n.* 3. Gonzal. Tellez *ad text. in. dict. cap. 1. de ſucceſsionib. ab inteſtat numer.* 2. Antunez *de donat. tom. 2. part. 3. cap. 20. n.* 3. In noſtro
90 Regno admiſſum, & inveterata conſuetudine introductum habemus, quod Archiepiſcopus Valentinus ſuccedit ab inteſtato Clerico in bonis mobilibus, actionibus, & juribus Clerici, ut judicavit Senatus ſententia per Caſes *die 11. Auguſti* 1627. prout refert, & teſtatur, D. Crepi *obſervat. 51. num.* 1. Excluſis omnibus aſcendentibus, & conſanguineis inteſtati Clerici. In bonis autem
91 immobilibus ſuccedunt ab inteſtato, conſanguinei inteſtati Clerici proximiores, quibus inteſtata ſucceſsio jure communi debetur, Archiepiſcopo excluſo, *for. 11. rubr. de rebus alienis non alienan.* D. Creſpì *dict. obſervat. 51. num.* 4. Quando verò Clerici teſtamen- 92
tum faciunt, aut codicillos, & inſtituto hærede decedunt, ſuccedit eis teſtamentarius hæres indiſtinctè in omnibus bonis: licet enim diploma Pontificium fuerit expeditum, quo Eccleſiaſticis prohibebatur teſtare de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, *dict. for. 12. rubr. de rebus alien. non. alienan.* Tamen apud nos numquam hoc receptum fuit, ſed ſemper obſervatum, & in praxi admiſſum, quod de omnibus bonis teſtentur indiſtinctè Clerici, ut probat Pereyra *deciſ. 95. num.* 21. D. Creſpì *dict. obſervat. 51. num. 4. &* 5. Solum obſervatum video, quod Clerici in teſtamento ſo- 93
lent legare, & relinquere in Regno pileum, aut breviarium, aut aliam rem valoris exigui Archiepiſcopo pro omni, & toto jure legitimæ quod poteſt in illorom bonis habere, & abſque neceſsitate fit, nàm, & ſi aliqui voluerint defendere, quod quando Clericus, neque Eccleſiam, neque beneficium, neque conſanguineos habuerit, habet ſucceſſorem Epiſcopum, ut bona diſtrubuat in opera pia, & non in proprios uſus, *authent. de Eccleſiaſticis titul. §. ſi quis Epiſcopo, collat. 9. gloſſ. in cap. quia diverſitatem, de conceſsion. praben.* Abbas *in cap. 1. de ſucceſsion. ab inteſt. in fin.* Innocent. *in cap. inſinuata, qui Clerici, vel voventes,* Roxas *de ſucceſsion. cap. 34. num. 37. &* 38. Valaſc. *allegat. 37. num. 5. & 6.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. tit. 3. num.* 10. Fragoſ. *de regim. Chriſtian. reipublic. 1. part. diſput. 5. §. 2. num.* 1. Tamen doctrina iſta deſtituta eſt fundamento juridico, ut docent Covarrub. *variar. lib. 2. cap. 9. num.* 12. Sanchez *in decalog. cap. 20. num. 22. &* 25. Antunez *de donat. tom. 2. part. 3. cap. 20. num. 7. &* 8. Et quando admittenda eſſet, non probatur quod Clerico qui teſtamentum fecit, poſsit Epiſcopus ſuus ſuccedere, neque quod habeat jus aliquod legitimam petendi in bonis Clerici. Unde cum Archiepiſcopus non ſit ſucceſſor, neque à jure, neque à conſuetudine in Regno Clericorum teſtantium, neque habeat jus petendi legitimam in illius bonis, tenendum eſt, quo etiam ſi ei non relinquatur à Clerico in teſtamento legatum pro juribus legitimæ, ſed prætereatur, non habebit jus ſucceſsionis inteſtatæ in mobilibus Clerici, cum hæc non habeat locum ſucceſsione teſtamentaria exiſtente, neque habebit jus petendi legitimam in Clerici teſtantis bonis.

Monachis profeſsis non facientibus te- 94
ſtamentum ante profeſsionem emiſſam, & ab inteſtato decedentibus ſuccedit Monaſterium, ſi capax fuerit bonorum in communi, non enim poſſunt habere alium ſucceſſorem quam



quam Monaſterium, cum profeſsione ſecuta omnia bona, & jura profeſsi Monaſterio acquirantur, *authent. ingreſsi, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. authent. de Sanctiſsim. Epiſcop. §. illud quoque, authent. de Monachis, cap. quia ingredientibus 19. quæſt.* 3. Gutier. *Canonicar. lib. 2. cap. 1. n.* 20. Cenedo *Canonicar. lib. 1. q. 6. n.* 17. Peregrin. *var. lib. 6. num.* 69. Marta *de juriſdict. part. 8. caſu 95. num.* 8. Barboſ. *ad text. in dict. authent. ingreſsi, n. 2. cum ſequent.* Cyriac. *controverſ.* 144. Pegaſ. *reſol. forenſ. cap. 20. n.* 89. Altograd. *tom. 2. conſ. 37. num. 12. cum ſequent.* Hunnius ad Treuler. *vol. 2. diſput. 10. quæſt.* 10. Ægidius *in l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. part.* 4. Bordon. *in opere regular. moral. tom. 3. part. 2. reſolut. 55. n.* 13. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. in præſentia 8. de probat. num. 5. & ad text. in cap. 2. de teſtament. num.* 14. Gedeus *tom. 1. conſ.* 25. Hieronym. Garcia *in politic. regular. tom. 1. tract. 4. difficultat. 5. dubitat.* 5. Paſqualig. *in quæſt. moral. canon. centur. 2. quæſt. 120. num.* 5. Pellizar. *in manual. tract. 8. cap. 7. n. 3. &* 49. Tamburin. *de jure Abbat. tom. 3. diſput. 11. q. 4. num.* 44. Valenzuel. *conſ. 135. num.* 36. Antunez *de donat. tom. 2. part. 3. cap. 20. n.* 10. Et quod profitente Monacho in Religione capaci acquirendi, nullo teſtamento facto, ſuccedat ei Monaſterium univerſaliter in omnibus bonis, & juribus, & loco hæredis habeatur, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die 13. Auguſti* 1618. in favorem Alocii Camañes, & contra Monaſterium Vallis Chriſti, & alia per Caſes, *die 13. Aprilis* 1630. inter Lauram Fenollet, & Angelam Ruiz, & de Gil. Adeò quod ſi nobilis, aut privilegio militari fruens, vel Civis honoratus dotem retinens virtute privilegii militaris, aut quia ab uxore præmortua ei de vita relicta fuerit dos, profiteatur in aliqua religione, habebit Monaſteriū, vita naturali Monachi durante, dotem, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die 26. Junii* 1632. in favorem Monaſterii Divi Hieronymi de la Murta, & contra hæredes Eliſabethæ Joannæ Porcar, ibi: *Attentò etiam quod retentio dotis, tàm ex Privilegio maritali, quàm ex teſtamentaria diſpoſitione non omittitur per ingreſſum, & Religionis profeſsionem, cum potuerit penes Religionem durante vita Religioſi reſidere, nec quoad hoc idem operatur profeſsio quod mors naturalis, & conſequenter per profeſsionem emiſſam à Doctore Monterde, non venit caſus reſtituendæ dotis, quam ex privilegio militari, & ex diſpoſitione uxoris retinebat.* Unde ſi ingrediatur Monaſterium capax bonorum ille cui ſubſtitutio erat facta poſt mortē, non debet admitti ſubſtitutus ſtatim profeſſione ſecuta, ſed debet mors naturalis expectari, & interim acquiſita habebit bona Monaſterium, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die 8. Julii* 1610. inter Pelegrinum Català, & alios, & alia per eundem, *die 13. Maii* 1624. inter Stephanum Candel Clericum, & Doctorem Jacobum Salat, & ſi fuerit facta ſubſtitutio in caſu decedendi ſine filiis, acquiret Monaſterium, durante vita naturali Monachi hæredis inſtituti, hæreditaria bona, poſt mortem verò ad ſubſtitutos ſpectabunt, ut declaravit Senatus ſententia per Dehona, *die 6. Junii* 1585. inter Monaſteriū Divi Auguſtini, & Joſephum del Cāpo.

Si verò Monaſterium in quo Religioſus profiteatur fuerit incapax habendi bona in
communi, tunc profitente religioſo abſque 95
præambula teſtamentaria diſpoſitione, non ſuccedet ei Monaſterium, ſed conſanguinei, & proximiores, non expectata morte naturali, ſed ſtatim profeſsione ſecuta, Molina *de juſtit. & jure, tom. 1. diſput. 139. col.* 3. Leſſius *de juſtit. & jure, lib. 2. cap. 41. num.* 86. Sanchez *in decalog. lib. 7. cap. 25. n.* 21. Rebel. *de obligat. juſtit. part. 2. lib. 1. quæſt. 8. ſecc. 5. num.* 51. Sorb. *in compend. verb. hæreditas, in adnotat.* Pellizar. *in manual. regular. tract. 4. cap. 2. num.* 90.

Hæc intellige quando Religioſus ante
profeſsionem teſtamentum, aut codicillos 96
non fecit, & hæredē teſtamētariū nō inſtituit; tūc enim poterunt habere locū à nobis tradita, ſecùs erit quando ante profeſsionē teſtamentum, aut codicillos fecit, & hæredem inſtituit, quia tunc non ei ſuccedet Monaſterium, ſed inſtitutus hæres, *authent. nunc autem, Cod. de Epiſcopis, & Clericis,* ubi Barboſ. *num.* 3. Sanchez *in decalog. lib. 7. cap. 3. num. 9. & cap. 2. num.* 8. Pellizar. *in manual. regular. tract. 8. cap. 7. num.* 80. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap. 20. num.* 70. Ita declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die 13. Auguſti* 1618. in favorem Alocii Camañes, & contra Monaſterium Vallis Chriſti. Et hoc in caſu ſi Monaſterium, in quo profiteatur Religioſus,
incapax bonorum fuerit in communi, quia 97
per profeſsionē mundo moritur Monachus, effectū habebit teſtamentum, & acquiret hęreditatem hęres à die profeſsionis emiſſę, abſque neceſsitate expectandi mortem naturalem profeſsi, Rodrig. *quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 80. artic.* 1. Sanchez *in decalog. lib. 7. cap. 3. num.* 55. Bordon. *in opere regular. moral. tom. 3. part. 2. reſolut. 55. num.* 12. Pellizar. *in manual. regular. tract. 8. cap. 7. num.* 80. licet quod debeat expectari mors naturalis defendat Pegaſ. *reſolut. forenſ. dict. cap. 20. per tot.* Si autem Monaſterium capax fue- 98
rit bonorum in communi, aliud non diſponente teſtatore, non habebit effectum teſtamentum, durante vita naturali Monachi teſtantis, ſed bona hæreditaria poſt profeſsionem

nem Monaſterio acquiruntur durante vita naturali Monachi, & poſt illius mortem habebit effectum teſtamentaria diſpoſitio, & ſuccedet inſtitutus hæres, Navarro *tom.* 1. *conſ.* 2. *de regularib. num.* 54. Angel. *verb. hæreditas, num.* 22. *& verb. Religioſi, n.* 54. Tabiena *verb. hæreditas, quæſt. final. & verb. Religioſi, quæſt.* 35. Silveſter *verb. hæreditas,* 1. *quæſt.* 7. *num.* 10. Rodrig. *quæſt. regular. tom.* 2. *quæſt.* 80. *artic.* 1. Sanchez *in decalog. dict. lib.* 7. *cap.* 33. *num.* 55. Bordon. *d. reſolut.* 55. *num.* 11. Pellizar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 7. *num.* 80. Pegaſ. *dict. cap.* 20. *per tot.* licet Peyrinis *de prælat. quæſt.* 3. *cap.* 1. §. 8. *num.* 108. relatus à Bordon. *ubi proxim.* Defendat hoc in caſu ſtatim ſecuta profeſſione effectum habere teſtamentariam diſpoſitionem, quod non poteſt admitti, imo durante vita naturali Monachi hæres inſtitutus, non habebit hæreditaria bona, ſed Monaſterium, ut declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 23. *Decembris* 1611. inter Joſephum Rocamora, & Joannem Bort. Niſi caſu in quo Religioſus teſtator expreſsè ordi-
99 naverit quod haberet effectum ſua diſpoſitio ſtatim poſt profeſsionem, & non expectata morte naturali, nàm tunc inſtitutus hæres ſtatim poſt pofeſsionem ſuccedet, & habebit bona, ut docent Sanchez *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 54. Bordon. *dict. reſolut.* 55. *num.* 9. Pegas *dict. cap.* 20. *num.* 19. Et declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 4. *Maii* 1620. inter Don Didacum Eſcriva de Romani, & Syndicum Monaſterii Divi Auguſtini. Et ſi expreſsè ordinaverit Religioſus in teſtamento, quod ante pofeſsionem hæreditatem caperet hæres, & à die ingreſſus in Religionem haberet bona, non habebit effectum diſpoſitio non ſecuta profeſsione, cum uſque ad eam mundo mortuus non ſit, & ante morttem, neque adhuc ex voluntate teſtatoris, poteſt teſtamentum effectum habere, Docet Pellizar. *ubi proxim.*

100 Sed ſi religioſus profeſſus ante pofeſsionem emiſſam teſtamentum fecerit, & hæredem inſtituerit, effectumque habuerit teſtamentaria ſucceſsio ſtatim poſt profeſsionem ex voluntate ipſius teſtantis, & poſt profeſsionem Monacho aliqua hæreditas relicta fuerit, vel legatum, aut donatio facta ſit, poterit dubitari cui acquirantur hæc, Monaſterio videlicet, vel hæredi Monachi? Et cum Religioſus non habeat in manu auferre Monaſterio illa quę poſt profeſsionem ei ſupervenire poſſunt, imo etiam renuntiante ampliſsimè Monacho ante profeſsionē quibuſlibet juribus quæ ei obvenire poſſunt poſt profeſsionem, non poſsit præjudicium inferre Monaſterio in obveniendis Monacho poſt profeſsionem, Paſqualig. *Canonicar. quæſtion. centur.* 1. *quæſtion.* 14. *per tot.* Et ex alio capite quid quid Monacho relinquitur, vel donatur, & acquirit, Monaſterio acquirit, neque per inſtans in ſua perſona remanet, §. *ſi qua mulier, in authent. de Sanctiſ. Epiſcop.* §. *illud quoque, authent. de Monachis, authent. ingreſſi, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. ſi qua mulier, cap. quia ingredientibus* 19. *quæſt.* 3. Rodrig. *quæſtion. regular. tom.* 3. *q.* 29. *art.* 5. Frater Paul. Bert. Lucenſ. *in prax. criminal. regular. tit. cap.* 2. *num.* 17. Ricc. *collectan.* 1938. Paſqualig. *quæſtion. moral. centur.* 2. *quæſt.* 114. *num* 5. Noal. *de tranſmiſsione, caſu* 38. *num.* 28. Virgil. *de legitimat. perſonæ, cap.* 23. *num.* 14. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 33. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 20. *num.* 31. Pellizar. *in manual. tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 4. Roxas *de incompatibilit. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 88. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 55. *& tom.* 2. *diſput.* 22. *quæſt.* 18. *num.* 1. Et declaravit Senatus ſententia per Caſes, *die* 5. *Decembris* 1637. inter Syndicum Monaſterii de Senta Tecla, & adminiſtratores bonorum Decani Joſephi Corder: niſi expulſus à Monaſterio fuerit Religioſus, & habitum Clericalem aſſumpſerit, nàm tunc non Monaſterio, ſed ſibi acquirit, ut judicavit Senatus ſententia publicata, *die* 11. *Octobris* 1613. inter Patrem Andream Sapuerta, & Magdalenam Vega. Sequitur quod ea quę poſt profeſsionem Religioſo relinquntur, & donantur, non poterunt illius hæredi acquiri, ſed Monaſterio per Religioſum, Valeçuel. *conſ.* 175. *num.* 12. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 20. *num.* 34. Et hæc ſunt de mente Senatus, nàm ſententia per Caſes, *die* 23. *Decembris* 1633. inter Conventum Incarnationis, & hæredes Vincentii Gomez de là Torre, declaravit, quod ſi poſt profeſsionem aliqua ſupervenerint bona religioſo profeſſo, Monaſterio acquiruntur, etiam ſi ante profeſsionem teſtamentum feciſſet profeſſus, inſtituto alio hærede, & Monaſterio exhæredato. Confirmatur, quia juxta commune DD. placitum, ſi hæreditas, vel legatum Monacho profeſſo relinquatur, vel donatio fiat, Monaſterio immediatè acquiritur ei relictum, aut donatum, *cap. ſi religioſus, de elect. in* 6. *cap. in præſentia, de probat. cap. non dicatis, cap. nolo* 12. *quæſt.* 1. *cap. cum ad Monaſterium, cap. quod Dei timorem, de ſtatu Monachor. authent. ingreſſi, Cod. de Epiſcop. & Clericis, authent. de Monachis,* §. *illud,* Abbas *in dict. cap. in præſentia,* Covarrub. *in cap.* 1. *de teſtament. num.* 28. Guillerm. Benedict. *in cap. Raynutius, verſ. ſi abſque liberis, num.* 2. *de teſtament.* Spino *in ſpecul. teſtamentor. gloſſ.* 12. *num.* 17. Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 12. Tamburin. *de jure Abbat. tom.*



*tom.* 3. *diſput.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 41. Fermoſin. *ad text. in dict. cap. in præſentia, quæſt.* 2. *num.* 7. Fagnan. *ad text. in cap. tua nobis, num.* 23. *de teſtament.* Pellizar. *in manual. regular. tract.* 8. *cap.* 7. *ſect.* 1. *num.* 11. *& tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 193. Et adhuc ſi ipſe hæres inſtitutus à Monacho, aliqua ei reliquerit bona, Monaſterio acquiruntur, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 8. *Februarii* 1607. inter Joannem Badia, & Monaſterium del Socors.

Limita doctrinam iſtam ſi Religioſus ante
101 profeſsionem expreſsè diſpoſuerit de illis quæ ſperabat ſpe probabili, & conſiderabili in jure, ut de relictis ſub conditione, aut in diem, nam conditione, aut die evenientibus poſt profeſsionem, ſpectabunt illa ad hæredem ſcriptum, & non ad Monaſterium, ut docet Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 9. *& cap.* 2. *num.* 8. Et ita à Senatu reperitur deciſum ſententia per Alreus, *die* 13. *Auguſti* 1618. in favorem Alocii Camañes, & contra Conventum Vallis Chriſti. & alia per Caſes, *die* 13. *Aprilis* 1630. inter Lauram Fenollet, & Angelam Rius, & de Gil. Spes enim ſuccedendi probabilis ad hæredes tranſmittitur, & cadit in ea rectè diſpoſitio, ut judicavit Senatus ſententia publicata, *die* 24. *Julii* 1635. in favorem Antonii Bonet, & contra Bartholomęum Vilanova. Sed ſi non ex teſtamento deferatur hæreditas Monacho profeſſo, ſed ab inteſtato, & uti conſanguineo alicujus inteſtati defuncti, acquiret eam Monaſterium, vita naturali Monachi durante, & poſt illius mortem ſpectabit ad hæredem inſtitutū in teſtamento, ut mirabiliter ad intētum docet Sanchez *in decalog. dict. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 57. *& cap.* 9. *num.* 22.

Demùm licet juxta Conſilium Tridenti-
102 num *ſeſſ.* 25. *de regularib. cap.* 2. Religioſi profeſsi non ſolum habere non poſsint bona quoad proprietatem, ſed neque quoad uſumfructum, vel uſum, tamen conſuetudine generali in Regnis Hiſpaniæ admiſſum reperitur, quod Religioſi profeſsi de Prælati conſenſu habere poſsint redditus bonorum durante vita, Silveſter *in ſumma verb. Abbas, quæſt.* 3. *punct.* 7. Innocent. *in cap. inſinuante, qui Clerici, vel Monachi,* Cordub. *in tract. de redditib. Eccleſiaſt. quæſt.* 1. Joan. Andreas *in regul. non eſt obligatorium, de regul. jur. in* 6. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 9. *quæſt.* 12. Mirand. *in manual. prælator. tom.* 1. *quæſt.* 28. *artic.* 7. Suarez *tom.* 3. *de religion. lib.* 8. *cap.* 14. *ex n.* 12. Navarro *comment.* 2. *de regular. num.* 14. *&* 18. Sanchez *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 23. *n.* 5. Rodrig. *in compend. quæſtion. regular. reſolut.* 98. *n.* 7. Frater Joan. à Cruce *de ſtat. Religioſ. lib.* 1. *cap.* 3. *dubitat.* 2. Roderic. Accuuna. *in commentar. ad cap. relatum* 33. *num.* 6. *diſtinct.* 81. Diana *reſolut. moral. part.* 3. *tract.* 2. *de dubiis regular. reſolut.* 34. Hyeron. Cened. *en ſu pobreza Religioſa, duda* 10. *per tot.* Barboſ. *in collect. ad Conſil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *de regularib. cap.* 2. *numer.* 14. *& de poteſt. Epiſcop. allegat.* 103. *n.* 5. Fagundez *de precept. tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 13. Graph. *in deciſ. aureis, part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 53. Peyrin. *de Religion. tom.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 2. §. 1. Ricc. *part.* 4. *deciſ.* 345. *cap.* 5. *n.* 125. Tondut. *reſolut. benefic. part.* 1. *cap.* 96. *n.* 35. Bordon. *in oper. moral. tom.* 3. *reſolut.* 55. *n.* 38. *&* 39. Fermoſin. *ad text. in cap. in præſentia, de probat. quæſt.* 20. *n.* 1. Pellizar *in manual. regular. tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 194. Lezan. *tom.* 1. *quæſt. regular. cap.* 6. *n.* 24. Tamburin. *de jure Abbatiſſar. diſput.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 13. Et quod in Regno ex generali conſuetudine poſsint Religioſi, aut Religioſæ, durantæ vita, uſum habere bonorum, ſed non aliquid proprietatis, aut dominii, declaravit Senatus ſententia per Caſes, *die* 5. *Decembris* 1637. inter Syndicum Monaſterii de Senta Tecla, & adminiſtratores bonorum Decani Joſephi Corder, ubi etiam fuit dictū, quod poteſt monialis profeſſa cum licentia ſuperioris diſponere de redditibus bonorum, minimè verò de proprietatibus, quia Monaſterio acquiruntur. Unde ſi moniali, aut monacho legatum relinquatur annuæ quantitatis ea lege, quod Monaſterium nō ſe intromittat in illius exactionem; ſed quod ſolus Religioſus utilitatem legati percipiat, & in caſu ſe intromittendi Monaſterium revocetur legatum, cum capacitas in Religioſo reperiatur ad perceptionem annui redditus, non poterit Monaſterium ſe intromittere in exactionem legati, & adhuc ſi tempore mortis Religioſi aliquæ annualitates deberentur, non poterit illas exigere Monaſterium propter prohibitionem, ut declaravit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 8. *Julii* 1681. in favorem Joſephæ Siria, & contra Monaſterium Divi Auguſtini, referente M. Ludovico Paſtor, & Bertran. R. C. D. ſi autem Religioſo profeſſo relictum fuerit legatum cum conditione quod non ſolum uſus remaneat apud Religioſum, ſed etiam proprietas, & dominium, & omne jus, pro non ſcripta habebitur conditio remanendi dominium, & proprietatem penes Religioſum, & valebit legatum remanentibus redditibus penes Monachum, & proprietate acquiſita Monaſterio, Molina *de juſtit. & jure tom.* 1. *diſput.* 140. *col.* 7. Azor. *inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 10. *quæſt.* 3. Rodrig. *quæſt. regular. tom.* 2. *quæſt.* 125. *à n.* 2. Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 17. *n.* 1. Tondut. Fermoſin. Bordon. & Pellizar. *locis proximè cita-*

*citatis*, Lezan. *dict. cap. 6. n.* 34. Graſis *part.* 1. *deciſ. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 41. Tamburin *de jure Abbatiſſar. diſput.* 8. *quæſt.* 5.

Summariam dedi tibi notitiam univerſæ ſucceſsionis inteſtatæ, juxta leges Regni, ut
103 cum fundamento ſcire poſis quando obtinere debeas declarationem ſuccedendi ab inteſtato. Declaratio hujuſmodi ſucceſsionis obtinetur in praxi per uſum juriſdictionis voluntariæ, niſi aliquis præveniẽdo ſe opponat, & petat declarari ſucceſsionẽ inteſtatam ad illũ expectare, quia tũc debet per cõtẽtioſam juriſdictionem expediri declaratio citatis illo, aut illis qui ſuccedere prætendunt, & petunt, D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *n.*
104 33. Licet enim declarationes ſuccedendi ab inteſtato, in noſtra praxi, obtineantur per uſum juriſdictionis voluntariæ, D. Matheu *dict. n.* 33. & de ſimili praxi teſtatur Carol. Anton. de Luca *in prax. cap.* 12. *n.* 7. *verſ. hæres.* Et legitimè expediuntur abſque partis citatione, ut declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 8. *Octobris* 1619. inter Coſmam Ferrando, & Annam Decho; niſi poſt cęptum judicium, aut litis conteſtationem obtineri deſiderantur, nam tunc ſimiles declarationes ſuccedendi ab inteſtato, aut jure vinculi, aut aliæ, non poſſunt obtineri abſque nullitate ſine citatione partis, cum qua litigatur, ut declaravit Senatus ſententia per Maſcarò, *die* 20. *Novembris* 1659. inter Don Raymundum Sanz, & Monſerratum de Cruilles, & Don Didacum Sanz, & alia per Saboya, *die* 13. *Julii* 1686. in favorem Domnæ Claræ Abella, & de Perdiguer, & contra Don Thomam Angleſola, referente integerrimo Senatore Joanne Baptiſta Ortin, & Lloqui, Generoſo, R. C. D. Actuario Zamora; ad ſimilitudinem excutionis, quæ licet tàm de jure, quam in praxi ſolum obtineri debeat cum citatione debitoris, quando obtinetur, judicio petitionis hypothecariæ cõtra tertiũ intentato, & pendente, non poteſt obtineri abſque nullitate, niſi cum citatione illius tertii poſſeſſoris conventi, ut judicavit Senatus ſentẽtia per Saboya, *die* 24. *Decembris* 1686. in favorem Ignatii Caro, & contra Hieronymum Lluch, & Joſephum Cebrià Agricolas, referẽte dicto M. Senatore, Actuario Ferrer. Tamen non eſt novum in jure, quod præventione facta, ea quæ ſunt juriſdictionis volun- 105
tariæ in contentioſam tranſeant, Sanchez *de matrimon. tom.* 1. *diſput.* 19. *n.* 7. Larrea *tom.* 2. *allegat.* 90. *n.* 8. D. Creſpì *obſervat.* 15. *n.* 97. & expediri debeant citato præveniente, aut illo qui jus in ſucceſsione habere prætendit, *ex regul. text. in l. nam ita divus. ff. de adoptionib. l. de uno quoque. ff. de re judic. l. ea quæ, Cod. quo modo, & quando judex. Clementin.* Paſtoral. §. *cæterum, de re judicata.*

Las declaraciones de ſuceder ab inteſta- 106
„to ſe obtienẽ en los Tribunales de nueſtra „Ciudad, y Reyno, en eſta forma, què el mas „proximo, ò proximos pariẽtes del q̃ muriò „inteſtado, propone ſu libelo ante el Juez „ordinario, en el qual narra la muerte del „inteſtado, como muriò ſin hazer teſtamen„to, ſobreviviendole el pretendiente; que „por ſer hijo, ò hermano, ò primohermano, „es el mas proximo pariente de el prede„functo; concluyendo con pedir ſe reciba „ſummaria informacion de teſtigos para „probar todo lo referido: y conſtando de los „extremos neceſſarios, ſe declare tocarle la „ſucceſsion inteſtada, y dever ſer pueſto en „la poſſeſsion de los bienes hereditarios: to„do lo qual ſe haze ſin citacion de parte (no „aviendo prevencion) y ſe propone el li„belo en eſta forma.

IHS. F. T. Propoſant com millor pot, diu, que S. T. ſon pare es mort, y ha paſſat de la preſent vida en la altra, ſens haver fet teſtament, ni haver diſpoſt en altra manera de ſos bens, ſobrevivintli al temps de la ſua mort lo Propoſant fill unich, llegitim, y natural del dit F. T. ſon pare, hagut, y procreat del matrimoni que contractà ab S. T. mare del propoſant: per raho de lo qual es viſt haver ſuccehit jure ſucceſsionis ab inteſtato lo dit Propoſant, en tots los bens, y herencia que quondam foren del dit ſon pare.

Per tant, & alias omni meliori modo, &c. Requir li ſia rebuda una ſumaria informaciò de teſtimonis, à fi, y efecte de verificar, y probar lo de ſus dit, y conſtant per aquella de prædictis, aut ſaltim de neceſſariis pariter requir, ſia declarat haver ſuccehit lo dit Propoſant jure ſucceſsionis ab inteſtato, en tots los bens, y herencia que quondam foren del dit S. T. ſon pare, donantli la poſſeſsio dels bens hereditaris, ſi à nemine detinentur. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 5. *Maii* 1688.
*Recipiatur informatio.*
F. T. Aſſeſſor.

Pro-



107 Probari debet ſummaria duorum, vel trium teſtium informatione, defuncti inteſtati mors, & quod abſque teſtamentaria diſpoſitione deceſſerit, ſine neceſsitate citandi aliquem, quia hujuſmodi probationes ſummariè, & nemine citato in noſtra praxi fiunt, D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *num.* 33. De morte defuncti legitimè apparebit per ſummariam teſtium informationem, Carol. Anton. de Luca *in prax. civil. cap.* 12. *numer.* 7. *verſ. decretum*, Probatur enim mors legitimè per teſtes, Bich. *deciſ.* 251. *num.* 6. Zarat. *deciſ.* 15. *num.* 56. Et non aliter in praxi expediri ſolet declaratio inteſtatæ ſucceſsionis, niſi morte defuncti probata, duobus, aut pluribus teſtibus deponentibus vidiſſe mortuum illum de cujus ſucceſsione agitur, aut ſaltim uno deponẽte de viſu, & duobus de publica voce, & fama, & communi exiſtimatione. Et
108 hęc eſt praxis curię civilis Valentię inconcuſsè obſervata, ubi non dantur declarationes ſuccedendi ab inteſtato, niſi ſaltim unus ex teſtibus deponat vidiſſe mortuum illum, de cujus agitur ſucceſsione. Et hæc non deviant à jure, quia mors non præſumitur, niſi probetur, & illi qui in alicujus morte ſe fundat ad inteſtatam ſucceſsionem conſequendam incumbit onus probandi mortem, gloſ. & communiter DD. *in l.* 1. §. *ſi quis neget, ff. quemadmodum teſtament. aperian.* Cacheran. *deciſ.* 108. *num.* 5. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1073. *num.* 1. & 2. D. Leon *deciſ.* 72. *num.* 1. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 1. *num.* 33. Cardinal. de Luca *de emphiteuſ. diſcurſ.* 36. *num.* 16. & *de benefic. diſcurſ.* 22. *num.* 10. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 78. *n.*
109 10. Et juxta juris regulas, mors concludentèr probatur duobus teſtibus dicentibus vidiſſe vita functum, & tumulo mandari illum de cujus agitur ſucceſsione, Barthol. *in l.* 2. §. *ſed ſi dubitet. verſ. adivertendum tamen, ff. quemadmodum teſtament. aperiant.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1070. *num.* 2. Duran *deciſ.* 38. *num.* 2. Rota *deciſ.* 187. *n.* 4. & 6. *part.* 6. *recentiſsimar.* Paul. Meli *obſervat.* 136. *n.* 13. Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.* 4. *gloſſ.* 1. *num.* 2. & 6. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 17. *definit.* 14. Et cum etiam probetur mors per famam plublicam, & cõmunem exiſtimationem, probabitur proculdubio mors unico teſte de viſu, & duobus de cõmuni exiſtimatione deponentibus, nàm licet in cauſis gravibus ad mortem probãdam non ſufficiant teſtes de communi exiſtimatione deponentes, Maſcard. *d. concluſ.* 1070. *num.* 5. Surd. *conſ.* 530. *num.* 35. Burat. *deciſ.* 260. *num.* 2. & *deciſ.* 459. *num.* 4. Coccin. *deciſ.* 98. *num.* 3. Andreol. *controverſ.* 6. *ſub num.* 3. Tamen ſemiplenam faciunt probationem, Peña *deciſ.* 643. *n.* 10. & 11. & *deciſ.* 650. *num.* 1. & *deciſ.* 683. *num.* 2. Paul. Meli cum multis *dict. obſervat.* 136. *n.* 18. Et juncta hac ſemiplena probatione cum alia ſemiplena unici teſtis de viſu, remanebit probata concludentèr mors.

Probabitur etiam pleniſsimè mors, quoad
noſtrũ inſtitutum, ex partita extracta à libro 110
mortuorum illius Eccleſiæ in qua ſepultus fuit ille de cujus ſucceſsione agitur, hæc enim eſt relevantiſsima mortis probatio, ut docẽt Imola *conſ.* 110. *in fin.* Gregor. XV. *deciſ.* 78. *num.* 2. & *deciſ.* 85. *num.* 5. Rota *deciſ.* 321. *num.* 3. & *deciſ.* 629. *num.* 4. & *deciſ.* 700. *num.* 4. *part.* 4. & *deciſ.* 605. *num.* 4. *part.* 2. *recentiſsimar.* & *deciſ.* 45. *num.* 1. *part.* 5. *recentiſsimar.* Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 29. *num.* 75. & *deciſ.* 251. *n.* 41. Bich. *deciſ.* 143. *num.* 1. & *deciſ.* 402. *num.* 4. Zarat. *deciſ.* 92. *num.* 9. & 11. Peutinger. *deciſ.* 294. *num.* 3. Et obitus primi conjugis probabitur verè per matrimonium conjugis ſecundi, ut docet Otthobon. *dict. deciſ.* 251. *num.* 62. *cum ſequent.* Probabitur etiam mors, quoad effectum conſequendi inteſtatæ ſucceſsionis declarationem, conjecturalitèr, ſi cadaver reperiatur alicujus divagantis majoris ſexaginta annorum, & habeatur pro cadavere illius, de cujus ſucceſsione agitur, nã præſtita cautione debet dari ſucceſsionem prætendenti bonorũ poſſeſsio propter mortis conjecturam, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 12. *Aprilis* 1626. inter Annam Godes, & de Claret, & Joannam Mariam Piechac. Eodem modo probabitur
præſumptivè mors, ſi ille de cujus ſucceſsio- 111
ne agitur abſens fuerit à Regno per ſpatium triginta annorum, & ignoretur ubi fuerit, tũc enim poterit expediri declaratio ſucceſsionis inteſtatę & illius virtute dari poſſeſsio bonorum, præſtita cautione reſtituendi illa, ſi abſens aparuerit, aut hæredem fecerit teſtamentarium, ut refert deciſum à noſtro Senatu, D. Leon *dict. deciſ.* 72. *per tot.* Et deciſſionem noſtri Senatus adfert, Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 78. *num.* 10. Et ut obtineatur ſucceſsio præſtita cautione in abſentię caſu, non eſt præciſſa triginta annorum abſentia, ſed ſufficiet viginti annorũ abſentia, ut judicavit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 22. *Decembris* 1668. in favorem Joannis Chriſoſtomi Jordà Heremitæ, & cõtra Adminiſtratores bonorũ Joãnæ Baptiſtæ Marco, & de Jordà. Sed hęc non poſſunt habere locũ quando bona penes tertium titulo poſsidentem, aut ſucceſsionem prætendentem reperiuntur, nàm tunc non probabitur rectè mors conjecturalitèr, & per abſentiam, ſed debet concludentèr probari, abſque eo quod ſufficiat cautio, ut judicavit

Qq Se-

Senatus ſententia per Ferrera, *die* 23. *Decembris* 1648. inter Franciſcum Llazer Notariũ, procuratorem Leonardæ Barrachi, & Juſtinianum [illegible] Cerna Generoſum, confirmata in S. S. A. C. referente Nobili Regente Don Petro Villacampa. anno 1651. Ultra mortẽ debet probari per ſummariã teſtiũ informationem, ad expediendam declarationem inteſtatæ ſucceſsionis, quod defunctus teſtamentũ, aut codicillos non fecerit, quia dum ſperatur ſucceſsio teſtamẽtaria, nõ eſt locus legitime, *l. quamdiu, cum vulgat. ff. de adquir. hæredit.* Et declaravit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 20. *Decembris* 1660. in favorem Vincentiæ Bas, & contra Joan-
112 nem Amargos, & alios. Sed quia hec negativa eſt vaga, & indeterminabilis, ſufficiet quod teſtes dicant neſcire, aut intelligere, quod teſtamentum fecerit, aut alitèr diſpoſuerit de bonis ſuis, pro ut ita in praxi fit. Demùm probari debet conſanguinitas, & proximitas gradus per ſummariã teſtium informationem, nàm cum ſucceſsio fundetur in conſanguinitate, & gradus proximitate, debet probari ab illo qui ſuccedere prætendit, Decius *conſ.* 156. *num.* 6. Covarrub. *variar. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 16. *à num.* 1. Menoch. *conſ.* 321. *n.* 6. Maſcard. *de probat. concluſ.* 41. *numer.* 21. Barboſ. *ad text. in cap. licet ex quadam, de teſtib. n.* 7.

Gradus cõſanguinitatis computandi ſunt,
113 juxta jus civile, nã & ſi quando de matrimonio agitur, juxta jus canonicũ debeant computari, quando de ſucceſsione agitur facienda venit computatio juxta jus civile, *for.* 6. 7. *&* 8. *rubr. de inteſtat.* Covarrub. *in* 4. *decret.* 2. *part. cap.* 6. §. 6. *num.* 8. Sanchez *de matrim. tom.* 2. *lib.* 7. *diſput.* 50. *num.* 8. Garcia *de benefic.* 7. *part. cap.* 16. *à num.* 25. Cevall. *quæſt.* 398. Mieres *de majorat. part.* 2. *quæſt.* 7. *à num.* 1. Matienz. *in l.* 7. *gloſſ.* 5. *num.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat.* Eſcobar. *de ratiocin. comput.* 23. D. Leon *deciſ.* 4. *n.* 16. Fontanell. *deciſ.* 12. Andreol. *controverſ.* 168. D. Creſpì *obſervat.* 97. *num.* 5. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. quod ſuper,* 5. *de conſanguinit. & affinitat. num.* 8. Cardinal. de Luca *de ſucceſsion. diſcurſ.* 17. *num.* 12. *&* 13. Antunez *de donat. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 19. *num.* 44. Carol. Anton. de Luca *de linea legal. artic.* 30. *de linea canonic. num.* 11. *& artic.* 33. *& lib.* 1. *artic.* 29. *num.* 7. *&* 9. *& in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 77. *numer.* 6. cum aliis à me adduct. *in præltud. nu.* 150. Gra-
114 dus debent probari teſtibus, aut aliis legitimis probationibus hoc modo, quod uſque ad quartum gradũ debet quilibet gradus ſeparatiũ, & diſtinctè probari, Maſcard. *de probat. concluſ.* 410. *num.* 18. Cardinal. de Luca *de jure patronat. diſcurſ.* 60. *num.* 34. Zarat. *deciſ.* 39. *num.* 5. *& deciſ.* 73. *num.* 44. Et in his terminis intelligenda eſt doctrina, Baldi poſt Innocent. *in cap. ſeries, num.* 1. *&* 3. *de teſtib.* Cepol. *conſ.* 43. *num.* 3. *&* 4. Decius *conſ.* 321. *n.* 6. *&* 7. Maſcard. *ubi proxim. n.* 21. Eſcobar. *de nobilit. proban. quæſt.* 14. *artic.* 2. *num.* 102. Noguerol. *allegat.* 25. *n.* 290. Ultra quartum vero gradum probatur
115 ſufficientèr conſanguinitas, quoad ſucceſsionis effectum, per teſtes bonæ famæ, & opinionis deponentes de auditu, & generalitèr de conſanguinitate, Maſcard. *ubi proxim. n.* 11. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtit.*
116 18. *definit.* 29. In noſtra praxi ſufficiet probare per ſummarium teſtium informationem conſanguinitatem generalitèr, & indifinitè, nàm etiam ſi certus non probetur gradus, ſufficiet generica probatio, modo dicatur prætendentem ſucceſsionem eſſe in quinto, aut alio gradu, probando indifinitè conſanguinitatem, ut docet Lara *de aniverſar. & capellan. artic.* 43. *num.* 65. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 43. *num.* 65. Eſcobar. *de nobilit. proban. quæſt.* 14. *artic.* 2. *n.* 96.

117 Probada la muerte por la ſumaria informacion de teſtigos, la conſanguinidad, y „demas requiſitos explicados, ſe paſſa à hazer la declaracion de la ſuceſsion ab inteſtato, con una ſentencia que la ſubſcribe el „Juez, y ſe acoſtumbra formar de eſta ſuerte.

XPS. Attes, y conſiderat que per los dichos, y depoſicions dels teſtimonis en lo preſent proces, y cauſa produhits, y donats conſta, y apar F.T. eſſer mort, y aver paſſat de la preſent vida en la altra, ſens aver fet teſtament, ni altra ultima diſpoſiciò, ſobrevivintli al temps de la ſua mort, com huy en dia, F.T. ſon fill llegitim, y natural hagut, y procreat del matrimoni que contractà ab la quondam S.T. è no altres fills, ni deſcendents algũs llegitims, y naturals, loque ha conſtat ab ſuficient numero de teſtimonis, y per lo conſeguent averſe è deures de provehir, y declarar ut infra: Id circo, & alias, juſtitia ſic ſuadente, pronuncia, ſentencia, y declara lo dit F. T. jure ſucceſsionis ab inteſtato aver ſuccehit, y ſuccehir en tots los bens, drets, y herencia que quondam foren de el dit F.T. ſon pare, y que ſia poſſat en poſſeſsiò de dits bens, ſi à nemine detinentur, quod providet omni meliori modo, &c. Lata, &c.

Vt. F. T. Aſſeſſor.

Abuſus



118 Abuſus ſanè reperitur in aliquibus curiis inferioribus noſtræ Civitatis, & Regni, pernitioſus, & à practicis illiteratis uſitatus, capiẽdi poſſeſsionem bonorum hæreditariorũ occupatã à tertiis poſſeſſoribus non citatis illis, & inauditis, judicando licere hæredi virtute declarationis ſuccedendi obtentæ, occupare bonorum poſſeſsionem, non ſolum ſi à ne-
119 mine detinentur, ſed etiam ſi detineantur: & ut error iſte exterminetur à praxi, pro regula tenendum eſt, quod ſi bona hæreditaria à nemine poſsideantur, aut detineantur, poterit hæres virtute declarationis obtentæ, aut propria auctoritate, aut judicis auctoritate ingredi poſſeſsionem bonorum hæreditariorum, Barthol. *in l. final. Cod. de edict. Divi Adriani tollend. num.* 16. & ibi Bald. *num.* 6. Zuchar. *num.* 311. Perſonal. *de adipiſcend. poſſeſsion. num.* 244. Joſephus Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 69. Socin. *conſ.* 75. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *de adipiſcend. remed.* 4. *num.* 458. Cavalcan. *deciſ.* 45. *in addit. num.* 12. *&* 13. Cacheran. *deciſ.* 43. *num.* 5. Nevizan. *conſ.* 82. *n.* 29. Meres *de majorat. part.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 3. Ponte *conſ.* 20. *num.* 21. *cum ſequent.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 48. *n.* 25. Valaſc. *conſultat.* 191. *& in prax. partition. cap.* 3. Barzius *deciſ.* 46. *num.* 42. Surd. *conſil.* 160. *num.* 4. Caſtill. *controverſiar. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 61. Flores Diaz de Mena *variar. quæſt.* 4. *num.* 52. Argel. *de adquirend. poſſeſsion. quæſt.* 16. *artic.* 2. *num.* 24. Garcia *de benefic.* 6. *part. cap.* 2. *n.* 142. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſsim. part.* 2. *cap.* 34. *n.* 92. Dom. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 6. *n.* 38. *&* 39. Carolus Anton. de Luca *in prax. civil. cap.* 3. *num.* 12. Ita declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 30. *Junii* 1609. inter Vincentium Arechua, & Magdalenam Arechua. Et hæc facultas expreſsè datur in declarationibus iſtis, nam ſemper interponitur clauſula capiendi bonorum hæreditariorum poſſeſsionem, ſi à nemine detinentur, & quamvis hæc omitteretur clauſula, ſemper intelligitur, ut Senatus judicavit in dicta ſententia *diei* 3. *Junii* 1609.

120 Quando autem hæreditariorum bonorum poſſeſsio occupata reperitur, nequit hoſpite inſalutato, ut ſolet dici, ingredi hæres poſſeſſionem bonorum, ſed debet proponere inſtantiam, aut miſsionis in poſſeſsionem, aut petitionis hæreditatis, vel reivindicationis coram judice competente, & citato poſſeſſore, debet poſſeſsionem bonorum petere, tanquam hæres, & audiri poſſeſſor debet, & ſententia declarari an debeat in poſſeſsionẽ mitti, vel nè, iniquum enim eſſet privare de facto poſſeſsione ſua poſſeſſorem, imò debet procedi cauſa cognita, & illo citato, *l. qui deſtinavit* 24. *ff. de reivindic. for.* 11. *rubr. de præſcription.* docent Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limitat.* 6. *membr.* 6. *num.* 53. Marſilius *in l. de unoquoque, num.* 145. *ff. de re judicat.* Pariſius *conſ.* 31. *num.* 29. *lib.* 24. Perſonal. *ubi ſupra num.* 247. *&* 250. Ponte *conſ.* 1. *num.* 1. 2. *&* 3. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 48. *num.* 19. *&* 35. Valaſc. *in prax. partition. dict. cap.* 3. Parlador. *rerum quotidianar. cap.* 6. *per tot.* Caſtill. *dict. cap.* 24. *num.* 65. *cum ſequent.* Poſthius *reſolut. civil.* 8. *&* 11. *num.* 6. *&* 7. Salgad. *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 8. *num.* 61. Thomat. *deciſ.* 16. *num.* 3. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 5. *num.* 66. Pechii *de aquæduct. tom.* 1. *cap.* 6. *quæſt.* 9. *num.* 102. Et ſi de facto apprehenſa fuerit poſſeſsio bonorum hæreditariorũ in ſupradicto caſu, nullius erit momenti, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 9. *Decembris* 1624. inter Antonium Zahera, & Angelam Bruſca, & de Galbi, & alia per eundem *die* 8. *Martii* 1608. inter Eliſabetham Foix, & Doctorem Eſteve, & alia per eundem *die* 23. *Julii* 1631. inter Franciſcum Hieronymum Arboleda, & Magdalenam Gargallò. Neque acquiret poſſeſsionem, aut aliquod jus occupans illam prædicto modo, neque privatus erit poſſeſsione ſua poſſeſſor, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 3. *Junii* 1609. inter Vincentiam Arechua de Fornets, & Coſmam Vicent Cu-
ratorem Magdalenæ Arechua. Quæ omnia 121
procedent, non ſolum ſi tertius bonorum poſſeſſor juſtus fuerit, ſed etiam ſi injuſtè poſsideat, nàm debet citari, & non eſt ei auferenda poſſeſsio abſque citatione, *l. meminerint, Cod. unde vi, l.* 1. §. *neceſſario, ff. ſi ventris nomine, l. cum fundus, l. colonus, ff. de vi, & vi armat.* Peregrin. *dict. artic.* 48. *n.* 18. Caſtillo *dict. cap.* 24. *num.* 68. *&* 69. Leon. *de præparat. judicior. part.* 2. *præparat.* 19. *num.* 15. Fermoſin. *ad text. in cap. in literis, de reſtit. ſpoliator. quæſt.* 1. *num.* 28. Thomat. *dict. deciſ.* 16. *num.* 10. Poſthius *reſolut. civil.* 37. *n.* 11. *&* 12. *& poſt tractat. de manutenend. deciſ.* 26. *num.* 9. Pegaſ. *dict. cap.* 5. *num.* 67. Non enim prætextu injuſtæ poſſeſsionis debet hæres propria auctoritate capere poſſeſsionem occupatam hæreditariorum bonorum, inaudito poſſeſſore, ut multi inconſideratè faciunt, Tiraquell. *in tract. le mort fay ſit le vif. in præfat. declarat.* 8. Argel. *de adquirẽd. poſſeſsion. quæſt.* 18. *artic.* 2. *n.* 5.

Dixi poſſe in caſu occupatæ poſſeſsionis, 122
hæredem intentare hæreditatis petitionem, ſed quia non omni in caſu actio iſta proponẽda venit, non erit extra propoſitum explicare quando, & quomodo intentanda ſit. Indubitatum enim eſt hæredes teſtamentarios, vel legitimos hæreditatem adeuntes, & poſſeſſionem bonorum non adipiſcentes, hæreditatis petitionẽ intentare poſſe, quæ nihil aliud

eſt quam petere declarari ſe eſſe hæredes, & quod hæreditas ab aliquo pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſeſſa reſtituatur, l. regulariter 9. l. licet minimam 10. ff. de petit. hæredit. Donel. lib. 19. commentar. cap. 12. Paz in prax. 3. tom. cap. 6. §. 11. n. 1. Petrus Gregor. Toloſan. ſintagmat. juris, part. 3. lib. 46. cap. 7. per tot. Tepat. variar. ſententiar. tom. 2. tit. 514. Covarrub. practicar. cap. 12. Mirandulan. in tract. de petit. hæredit. latiſsimè, Uveſembec. in paratild. ad tit. Cod. de petit. hæredit. num. 4. Anton. Gomez in l. 45. Tauri, num. 66. cum ſequent. Franciſc. de Barri de ſucceſsionib. teſtati, ac inteſtati, lib. 11. tit. 14. per tot. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 18. Pichard. in §. actionum, inſtit. de actionib. quæſt. 30. num. 3. cum ſequent. Barboſ. ad rubric. tit. Cod. de petit. hæredit. Mendez in prax. Luſitan. 1. & 2. part. lib. 4. cap. 8. §. 14. Leotard. de uſuris, quæſt. 35. n. 1. cum ſequentib. Amaya obſervat. lib. 3. cap. 2. n. 1. Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 3. tit. 21. de petit. hæredit. definit. 8. Leyta in prax. finium regundor. cap. 6. num. 33. cum ſequent. Larrea tom. 1. deciſ. 39. num. 17. Arnold. Corvin. in ſumma Cod. lib. 3. tit. 31. de petit. hæredit. verſ. eſt enim, Pegas reſolut. forenſ. cap. 3. n. 550. cum ſequent. Fermoſin. ad text in cap. 2. de libelli oblat. quæſt. 1. num. 28. cum ſequent. Gonzal. Tellez ad text. in dict. cap. 2. de libel. oblat. num. 6.

123 Dicitur petitio hæreditatis actio realis, quia in rem datur, l. ſed ſi lege 25. §. petitio, ff. de petit. hæredit. l. nec ullam 13. §. final. cum l. ſequent. ff. eod. Pichard. dict. quæſt. 30. num. 7. Amaya dict. lib. 3. obſervat. cap. 2. num. 1. Arnold. Corvin. ubi proxim. Fermoſin. ad text. in cap. 3. de foro competenti, quæſt. 3. num. 3. Dicitur in rem dari, quia poſſeſſor neque ex aliquo contractu, vel quaſi contractu obligatus reperitur ad dandum, vel faciendum, ſed ſolum convenitur ratione ejus quod poſsidet, ut ſcilicet reſtituat, Pichardo ubi proxim. dict. n. 7. Amaya ubi proxim. Arnold. Corvin. verſ. eſt actio in rem. Appellatur etiam mixta actio, l. hæreditatis 7. Cod. de petit. hæredit. §. quædam, inſtitut. de actionib. Paz in prax. dict. tom. 3. cap. 6. §. 11. num. 2. Covarrub. practicar. cap. 12. in princip. Donel. lib. 19. commentar. cap. 12. Nicolaus Bellon. ſuppatat. lib. 2. cap. 3. Parlador. rerum quotidianar. lib. 1. cap. 1. §. 11. num. 7. Barboſ. ad text. in dict. l. 7. Cod. de petit. hæredit. n. 3. Arnold. Corvin. ubi proxim. verſ. vocatur, Fermoſin. ad text. in dict. cap. 3. de foro competen. quæſt. 4. num. 8. Non quia rigoroſè ſit actio mixta, nam in ſui ſubſtantia non habet naturam perſonalis actionis, imò tota eſt realis, Pichard. ubi proxim. num. 12. cum ſequent. Bellonus ubi proximè. Barboſ. ubi proximè, num. 4. Sed quia aliquando per accidens aliquid habet perſonalis actionis petitio hæreditatis, propter præſtationes perſonales, vel uti earum, quæ poſſeſſor à debitoribus hæreditariis exegit, aut ab illis quibus res hæreditarias vendidit, l. & ſi lege 25. §. petitio 18. l. item veniunt 20. cum l. ſequent. ff. de petit. hæredit. Pichard. ubi proxim. Donel. lib. 19. commentar. cap. 12. in princip. ubi Oſvald. lit. A. Arnold. Corvin. ubi proxim. Montealegre in prax. civil. 1. part. cap. 9. num. 318. Fermoſin. ad dict. cap. 3. de for. competent. quæſt. 3. num. 9. Quidquid in contrarium tentare & adhuc defendere voluerit Doctiſsimus Amaya dict. lib. 3. obſervat. cap. 2. numer. 8. cum ſequentib.

Datur petitionis hereditatis remedium he- 124
redibus univerſalibus pro corpore illo univerſali hæreditatis conſequendo, & ideo dicitur hoc judicium, univerſale, l. 1. ff. de rei vindicat. l. item videndum, §. ultim. cum l. ſequent. ff. de petit. hæredit. Paz. in prax. dict. tom. 3. cap. 6. §. 11. num. 2. Pichard. ubi proxim. num. 4. Amaya dict. lib. 3. obſervat. cap. 2. num. 4. Larrea dict. deciſ. 39. num. 17. Fermoſin. ad text. in cap. 2. de libel. oblat. quæſt. 1. num. 28. Arnold. Corvin. dict. tit. 31. lib. 3. verſ. eſt univerſalis, Gonzal. Tellez ad text.
in dict. cap. 2. de libel. oblat. Hæreditas enim 125
eſt quid univerſale, quia ſucceſsio eſt in univerſum jus defuncti, l. hæreditas 62. ff. de regul juris, l. nihil 24. ff. de verbor. ſignificat. l. hæres 37. ff. de adquirend. hæredit. l. ſi ex re 28. §. ultim. ff. de ſtipulat. ſervor. l. Seia 73. ff. de evictionib. l. 1. §. 1. ff. de except. rei judic. cum aliis tradit. à Duaren. ad tit. ff. de adquirend. hæredit. cap. 6. Donel. lib. 7. commentar. cap. 10. Anton. Faber. lib. 8. conjecturar. cap. 19. & de errorib. decad. 27. error. 1. Amaya dict. lib. 3. obſervat. cap. 2. num. 4. Don Melchior de Valencia illuſtr. juris, lib. 2. tract. 4. cap. 1. num. 14. Joſeph à Santolaria in ſuis interpretat. ad text. in l. ejus qui 41. ff. de rebus credit. interpretat. 5. §. 2. num. 6. Et univerſale corpus iſtud continet in ſe bona, jura, & actiones, commoda quæ, & incommoda, l. 3. in princip. ff. de bonor. poſſeſ. l. hæreditat. 119. ff. de verbor. ſignificat. l. hereditatem 23. ff. mandati, l. in bello 12. §. 1. ff. de captivis, l. non enim 18. ff. ad S. C. Tertillian. l. apud Julian. 3. §. ultim. ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur cum aliis adduct. à Don Hieronym. de Oroz de apicib. juris, lib. 4. cap. 11. num. 10. Joſeph à Santolaria ad text. in l. Mævius 66. §. fundo, ff. de legat. 2. inter-
pretat. 13. num. 2. Sed nihil intereſt an hæres 126
pro parte licet minima fuerit, nam petitio hæreditatis datur non ſolum hæredi univerſali, ſed hæredi pro parte l. 1. 2. & 3. l. licet, 10. ff. de petit. hæredit. Paz. in prax. dict. §. 11.



11. num 6. Pichard. dict. quæſt. 30. num. 6. Arnold. Corvin. dict. lib. 3. tit. 31. verſ. datur. Hæres autem pro parte quamdiu cohæredes vivunt, aut adire hæreditatem poſſunt, univerſam non poteſt petere hereditatem, ſed partem illam pro qua eſt hæres, Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 3. tit. 20. de petit. hæredit. definit. 3. Fontanell. de pact. nup. gloſſ. 9. part. 5. clauſ. 4. num. 136. Carol. Anton. de Luca in animadverſ. ad Gratian. cap. 78. num. 5.

Ex quibus infertur quod ſi aliquis fuerit in-
127 ſtitutus hæres, in quota bonorum, aut in re certa, dato univerſali cohærede, non poterit hoc remedium petitionis hæreditatis proponere, nàm cum illud legatariis non competat, & ſimiles hæredes pro legatariis habeantur, non debet illis hoc remedium dari, neque aliis petentibus aliquam rem titulo particulari, l. ſiquis ſervum. §. final. cum l. ſequent. ff. de legat. 2. Jaſon in dict. §. actionum, inſtitut. de actionib. num. 193. Paz. in prax. 3. tom. cap. 2. §. 11. num. 7. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 45. num. 20. Larrea dict. deciſ. 39. n. 17. Arnold. Corvin. ubi proxim. verſ. eſt univerſalis. Et quia in multorum ſententia, legitima
128 eſt quota bonorum, quoniam liberis non debetur, niſi alieno ære prius deducto, l. Papinianus, §. 4. ff. de inofficioſ. teſtam. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 101. num. 59. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 36. num. 2. Coſta de facti ſcientia, & ignorant. centur. 2. diſtinct. 93. num. 16. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 1. Defendunt multi hæreditatis petitionem non dari pro legitima, Angel. in dict. l. Papinian. §. conditioni, ff. de inofficioſ. teſtament. Salicet. in l. ſiquis in ſuo, & in l. ſcimus, in princip. Cod. de inofficioſ. teſtament. Alexand. in l. final. num. 6. Cod. de edict. Divi Adriani Tollend. & ibi Jaſon. num. 7. & Zuccard. num. 196. Curcius Senior conſ. 13. ad fin. Gaylus obſervat. 120. part. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 37. num. 152. Marta de ſucceſsion. legal. part. 1. quæſt. 25. art. 9. num. 1. cum ſequent. Sed verius eſt dati fi-
129 lio pro legitima hæreditatis petitionem, ſi in illa inſtitutus reperiatur, l. 2. §. ſi quarta, ff. famil. erciſcund. Bald. in l. ſiquis in ſuo, col. 2. & in l. non eſt, Cod. famil. erciſcund. Angel. in l. quiſquis, Cod. ad l. Juliam majeſtat. Cravet. conſ. 312. Corneus conſ. 289. lib. 4. Cuchus in rubr. legitima eſt quota bonorum, num. 17. Graſus in §. legitima, quæſt. ultim. num. 1. Surd. de aliment. tit. 3. quæſt. 1. num. 32. Spino in ſpecul. teſtament. gloſſ. 34. num. 11. Oliban. de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 43. n. 7. Merlin. de legitim. dict. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 2. & lib. 5. tit. 4. quæſt. 4. per tot. Fontanell. tom. 2. deciſ. 574. num. 16. Quod
130 habebit locum etiam ſi ſupplementum legitimę ſolum petatur, quamvis adverſus tertios poſſeſſores petitio inſtituta fuerit, Bald. in d. l. ſi quis in ſuo, Cod. de inofficioſ. teſtament. Corneus conſ. 148. num. 4. lib. 4. Merlin. de legitim. dict. lib. 5. tit. 4. quæſt. 4. num. 4. & 5. Contraria autem opinio procedet, quan-
do filius in legitima inſtitutus non fuerit, hoc 131
enim in caſu rectè excluſus erit à petitione hæreditatis, & agere debebit actione ex teſtamento, Salicet. in dict. l. ſi quis in ſuo, in fin. Cod. de inofficioſ. teſtam. Merlin. de legitim. dict. lib. 5. tit. 4. quæſt. 4. num. 3. Neque obſtat ratio à DD. adducta, quia etſi legitima quoad actiones paſsivas in multorum ſententia ſit quota bonorum, quoad jura activa, actiones, & commoda, quota dicitur hæreditatis, Bald. in l. final. num. 38. Cod. de edict. Divi Adrian. Tollen. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 15. num. 25. cum ſequent. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 159. Surd. conſ. 341. num. 25. & 26. lib. 3. Merlin. de legitim. dict. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 9.

Poſſunt hæreditatis petitionem intentare, tàm hæredes ab inteſtato, quàm ex teſtamen-
to, l. 1. 2. & 3. ff. de petit. hæredit. Achiles 132
Perſonal. in tract. de petit. hæredit. num. 547. Paz in prax. d. tom. 3. cap. 6. §. 11. num. 6. Aſcan. Clemens de patr. poteſt. effect. 13. Pichard. dict. quæſt. 30. num. 20. Amaya dict. lib. 3. obſervat. cap. 2. num. 15. Arnold. Corvin. in ſumma Cod. dict. lib. 3. tit. 31 verſ. datur, & nihil intereſt an hæredes jure civili fuerint, ſive jure prætorio bonorum poſſeſſores, vel an per ſe facti fuerint heredes, vel per alium, ut per ſervum, aut filium, l. ſi ſer. pro hæredes 9. l. ſi putas 6. l. filius familias 10. ff. de petit. hæredit. Pichard. & Corvin. ubi proxim. Idem erit in hærede hæredis, nam iſte pro hærede habetur, l. final. Cod. de hæredib. inſtituend. l. ſi hæredem 10. Cod. de petit. hæredit. Jaſon in dict. §. actionum, num. 209. Paz dict. cap. 6. §. 11. num. 6. Pichard. dict. quæſt. 30. num. 20. Amaya dict. lib. 3. obſervat. cap. 2. num. 15. Datur etiam ſubſtituto vulgariter, aut pupillariter, & fideicommiſſario univerſali facta reſtitutione re, aut verbo, quia hæredis loco habetur, l. 1. & per tot. tit. ff. de fideicommiſſ. hæredit. petit. l. 24. ff. de petit. hæredit. Gabriel. conſ. 46. lib. 1. Cephal. conſ. 761. num. 9. Simon de Pret. de interpret. ultimar. voluntat. fol. 530. num. 65. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 45. num. 19. cum ſequent. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 611. num. 8. Arnold. Corvin. ubi proxim. Argel. de adquirend. poſſeſſ. diſputat. 8. artic. 3. num. 14. Hæreditatis emptores poſſunt intentare hoc hæreditatis pe-
titionis remedium, l. 2. §. cum quis 18. ff. de 133
hæredit. vel action. vendit. Sed non illis competit petitio hæreditatis directa, ſed utilis ex æquitate, leg. qui patres 54. ff. de petit. hæreditat. quia hæredes remanent hæredes

etiam hæreditate vendita, *leg. 2. in fin. ff. de
hæredit. vel action. vendit. l. ei qui ſolvendo* 88.
*ff. de hæredib. inſtituend.* Feudum ſive tranſla-
134 tum fuerit [illegible] hæreditario jure, ſive in
extraneum virtute pacti, poteſt peti hæredita-
tis petitione, juxta gloſſ. *in l. item videndum,
§. final. in verb. jura, ff. de petit. hæredit.* &
ibi Angel. Barthol. *in l. ut jus jurandi, §. ſi li-
beri, ff. de operis libertor.* Mareſcot. *variar. lib.
2. cap.* 141. *per tot.* Succeſſoribus in majorati-
bus Hiſpaniæ non eſt hæſitandum competere
remedium iſtud petitionis hæreditatis, ſi vir-
tute inſtitutionis in teſtamento factæ univer-
ſaliter ſuccedant in majoratu, cum hæredes,
& ſucceſſores ſint in univerſum jus, ut docet
Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 14.
*per tot.*

135 Debet hæreditatis petitio intentari, aut
coram judice ordinario loci domicilii rei cõ-
venti, aut in loco judicis ubi res hæreditariæ
fuerint, vel earum major pars, *l. unic. Cod. ubi
de hæredit. l. unic. Cod. ubi in rem actio, for.
unic. rubr. ubi de hæredit.* ibi: *En aquell lloch
hon ha ſon domicili, ço es en ſon alberch aquell
qui es demanat, ò ſi en aquell lloch on les coſes
de la heretat ſon es aquell qui es demanat, aqui
deu eſſer determenat lo pleit de tota la heretat,
ò llà hòn la machor part de la heretat ſera.* Docet
Felin. *ad text. in cap. 3. de foro competent. num.*
14. Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, num.* 151.
Cujacius *lib. 5. obſervat.* 19. Donell. *lib.* 17.
*commentar. cap. 17. & cap.* 19. Molin. *de Hiſ-
panor. primogen. lib. 3. cap. 13. num.* 73. Par-
lador *diferent. 11. num. 6.* noſter Morlà *in
juris empor. tom. 1. tit. 2. in præiud. num.* 148.
Montealegr. *in prax. Civil. 1. part. cap. 9. n.*
318. Barboſ. *ad text. in dict. l. unic. Cod. ubi
de hæredit.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. 3. de
for. competen. quæſt. 3. num. 9.* Actio enim pe-
titionis hæreditatis realis eſt, ut jam diximus,
& hujuſmodi reales actiones, ut reivindica-
tio, & aliæ, poſſunt moveri non ſolum in lo-
co domicilii rei, ſed in loco ubi res, aut illa-
rum major pars fuerint, ideoque ſolet dici ra-
tione rei ſitę reum ſortiri forum, *l. unic. Cod.
ubi de poſſeſſ. l. hæres 19. §. 1. & 2. leg. quod
legatur 38. ff. de judiciis, l. ſi res 10. cum ſe-
quent. ff. de reivindicat. leg. unic. Cod. ubi fi-
deicommiſſ. cap. ſanè 3. cap. final. de for. compe-
tent. for. lactor 3. rubr. ubi in rem actio*, Bar-
boſ. *in dict. l. hæres 19. §. 1. & in dict. l. quod
legatur*, Surd. *conſ. 168. num.* 11. Farinac. *conſ.*
71. *num. 7. lib.* 1. Trentacinc. *variar. lib. 2.
tit. de actionib. reſolut. 4. per tot.* Vulteyus *in
leg. 2. Cod. de juriſdict.* Carleval. *de judiciis,
tom. 1. diſput. 2. quæſt.* 3. Fermoſin. *ad text.
in dict. cap. 3. de for. competent. quæſt.* 1. Gon-
zal. Tellez *ad eund. text. num. 4. cum ſequent.*
Et actor actione reali agens eligere poterit,
aut locum domicilii rei conventi, aut lo-
cum ubi res ſita fuerit, argum. text. *in l. ſi res
mobilis, cum leg. ſequent. ff. de reivindicat. leg.
unic. Cod. ubi de hæredit.* Anton. de Matthæi
*de prorrogat. juriſdict. num.* 75. Graſſus *tom. 1.
com. opinion. lib. 3. tit. 15. num.* 8. Barboſ. *ad
text. in dict. l. unic. Cod. ubi in rem actio, num.*
10. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap. 3. de
for. competent. num.* 9.

Non competit, neque intentari poteſt actio
petitionis hæreditatis, niſi contra actualem re- 136
rum hæreditariarum poſſeſſorem, aut illum,
qui dolo deſiit poſſidere, *l. nec ullam 13. §.
14. ff. de petit. hæredit. leg. 4. leg. regulariter 9.
Cod. de petit. hæredit.* Pichard. *dict. quæſt.* 30.
*num.* 23. Arnold. Corvin. *dict. lib. 3. tit. 31.
verſ. cum oporteat*, præſupponit enim adverſa-
rium poſſeſſorem, hæreditatis petitio, Pere-
grin. *de fideicommiſſ. artic. 48. num.* 28. Argel.
*de legitim contradictor. quæſt. 11. artic. 4. n. 66.*
Sed non contra omnem poſſeſſorem datur,
ſed ſolum contra illum, qui res hæreditarias
poſſidet pro hærede, aut pro poſſeſſore, *l. pro
hærede 13. l. regulariter 9. l. licet 10. ff. de pe-
tit. hæredit.* Covarrub. *practic. cap.* 12. Anton.
Gomez *in l. 45. Tauri, num.* 66. Paz *in prax.
dict. tom. 3. cap. 6. §. 11. n.* 8. Donell. *lib. 19.
commentar. cap.* 12. ubi latiſsimè Oſvald. Pe-
regrin. *de fideicommiſſ. art. 45. num. 21. cum
ſequent.* Pichard. *dict. quæſt. 30. num.* 23. Anton.
Faber *in ſuo Cod. lib. 3. tit. 21. de petit. hære-
dit. definit.* 8. Arnold. Corvin. *ubi proxim.
verſ. competit.* Larrea *deciſ. 39. num.* 17. Et ut
intentetur non eſt neceſsè quod reus omnes 137
hæreditarias poſſideat res, aut majorem par-
tem, nam ſufficiet quod poſſideat rem licet
minimam, ut adverſus illum petitio hæredita-
tis detur, *l. regulariter 9. cum l. ſequent. ff. de
petit. hæredit.* Covarrub. Gomez, & Paz *ubi
proxim.* Pichard. *dict. num.* 23. Arnold. Cor-
vin. *ubi proxim.* Gonzal. Tellez *ad text. in cap.
cum dilectus 6. de cauſa poſſeſsionis, & pro-
priet. num.* 8. Pro hærede poſſidere dicitur,
qui putat ſe eſſe hæredem illius de cujus hæ-
reditate agitur, *l. pro hærede 11. ff. de petit. hæ-
redit.* Pichard. *dict. quæſt. 30. n.* 24. Arnold.
Corvin. *ubi proxim. verſ. pro hærede.* Pro poſ-
ſeſſore dicitur poſſidere, qui nec ullum poſ-
ſeſsionis ſuæ titulum allegans, vel allegare
valens, hæreditarias poſſidet res, & nullum
ſuæ poſſeſsionis titulum allegare poteſt, niſi
ipſamet poſſeſsio, *d. l. pro hærede 11. §. 1. cum
l. ſequenti, ff. de petit. hæredit. l. qui interroga-
tus 11. ff. eod.* Pichard. *dict. quæſt. 30. num.* 25.
Arnold. Corvin. *dict. tit. 31. verſ. pro poſ-
ſeſſore.*

Contra illum autem qui titulo ſingulari, & 138
particulari, ut emptionis, donationis, aut
legati res poſſidet hæreditarias, ſive univer-
ſali, qui non ex hæreditate fluat, nequit hære-
ditatis petitio intentari, *l. 2. l. 7. Cod. de petit.
hæ-*



*hæredit.* Covarrub. *practic. cap. 12. num.* 2. Min-
ſinger. *in §. actionum, inſtitut. de actionib. num.*
112. Petr. Gregor. *ſintagmat. juris, lib. 46.
part. 3. cap. 7. n.* 20. Donell. *lib. 19. comment.
cap. 12. col.* 10. Gallin. *in commentar. ad tit. de
verbor. ſignificat. lib. 9. cap. 24. num.* 8. Mo-
lin. *de juſtit. & jure, tract. 2. diſputat. 246.
num.* 14. Paz *in prax. dict. tom. 3. cap. 6. §. 11.
num.* 9. Menoch. *de adipiſcend. remed. 1. num.*
61. Cacheran. *deciſ. 56. num.* 1. Fachin. *con-
troverſiar. cap.* 4. Parlador *rerum quotidianar.
lib. 1. cap. 1. §. 11. per tot.* Pichard. *d. quæſt.*
30. *num.* 34. Barboſ. *ad text. in dict. l. hæredi-
tat. petitionem 7. Cod. de petit. hæredit. num. 1.
cum ſequent.* Amaya *lib. 3. obſervat. cap. 2. num.*
19. Peregrin. *de fideicommiſſ. d. art. 45. n.* 22.
Mareſcot. *variar. dict. lib. 2. cap. 142. num.* 9.
Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. qui alio ti-
tulo*, Larrea *deciſ. 39. num.* 17. Argel. *de ad-
quirend. poſſeſſ. quæſt. 1. art. 5. num.* 16. Rota *in
recentiſsimar. part. 2. deciſ. 671. num.* 1. Honde-
deus *conſ. 22. num. 18. lib.* 2. Fulgin. *de jure
emphiteut. tit. de diverſ. quæſt. quæſt. 13. n.* 4.
Utili autẽ hæreditatis petitione, juxta aliquo-
rum ſententiam, poteſt agi contra titulo poſ-
ſidentem, quamvis non directa, Hondedeus
*dict. conſ. 22. n.* 34. Fulgin. *dict. quæſt. 11. n.*
11. Debet ergo agi reivindicatione contra
titulo particulari poſſidentem, Pichard. Cor-
vin. & Larrea *ubi proxim.* Sed reivindicatio,
& petitio hęreditatis poterũt ſimul intentari,
ut docet Faber *in ſuo Cod. dict. lib. 3. tit. 21.*
139 *definit.* 4. Contra illum qui poſt teſtatoris
mortem de cujus hæreditatę agitur titulum
habuit particularem volunt aliqui hæreditatis
petitionem non competere, Alexand. *in l. fi-
nal. col. penultim. Cod. de edict. Divi Adriani
Tolend. & conſ. 186. col.* 2. Gabriel. *conſ.* 31.
Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 45. num.* 25. Et
hæc opinio ſequenda eſt per text. *in l. 2. Cod.
de petit. hæredit.* Quamvis contrarium vellint,
Bald. *in d. l. final. in 9. & 11. opoſicion.* Afflict.
*deciſ. 119. num.* 6. Cravet. *conſ.* 277. Menoch.
*de adipiſcend. remed. 1. num.* 62. Hondedeus
*dict. conſ. 22. n. 10. & 11.* Fulgin. *de jure em-
phiteut. dict. quæſt. 13. n.* 7. Quandò titulus ſu-
perveniſſet poſt poſſeſsionem, rectè hæredita-
tis petitione contra poſſidentem ageretur, *l.
ſi rem, & precium, ff. de petit. hæredit.* Salicet.
*in d. l. final. col. ultim.* Peregrin. *dict. art. 45. n.
25. in fin.* Contra illum vero, qui titulum
adeptus fuit ab illo qui hæreditatis petitio-
ne poterat conveniri, intentari poterit hære-
ditatis petitio, nè ſit melioris conditionis,
quàm ille à quo titulum habuit, Hondedeus
*dict. conſ. 22. n.* 15. Rota *part. 2. recentiſsimar.
deciſ. 33. in fin.* Fulgin. *dict. quæſt. 13. num.
8. & 9.*

140 In hoc petitionis hæreditatis judicio debet
probare agens ſe hæredem eſſe, Ramon. *conſ.*
22. *num.* 24. Et principaliter petere, quod
declaretur hæreditatẽ jure ſubſtitutionis, vel
ab inteſtato, aut alio jure ad ſe pertinere, *l. ex
diverſo, §. 1. ff. de reivind*[illegible]*et minimam*
10. *§. 1. ff. de petit. hæredit.* Paz *in prax. d. cap.
6. §. 11. n.* 4. Amaya *d. lib. 3. obſervat. cap. 2.
num. 15. & 16.* Pichard. *dict. quæſt. 30. num.* 3.
Arnold. Corvin. *ubi ſupra, verſ. è contrario*, Fer-
moſin. *ad text. in cap. 2. de libell. oblat. quæſt. 1.
num.* 28. Gonzal. Tellez *ad eund. text. num.* 6.
Deinde probare debet reum conventum ac-
tualiter poſſidere hæreditarias res, aut ali-
quam rem ex hæreditariis, quia, ut jam dixi,
hoc judicium ſupponit reũ poſſidere. Ultimò
probare debet illas res poſſeſſas, quarum oc-
caſione petitio hæreditatis proponitur, eſſe
hæreditarias, id eſt recadere in hæreditate il-
la, vel quia temporis morte ſub dominio
erant teſtatoris, aut quia eas poſſidebat teſta-
tor uti dominus, nam ad petitionem hæredi-
tatis ſufficit quod verificetur poſſeſsio ſive de-
tentio in teſtatore, aut perſona illa de cujus
hæreditate agitur, *l. regulariter, in princip. l.
item videndum, §. final. l. non tantum, ff. de pe-
tit. hæredit. l. hæreditas, Cod. eod.* Corneus *conſ.*
18. *lib.* 3. Aretin. *conſ. 104. col.* 4. Peregrin. *de
fideicommiſſ. dict. art. 45. num.* 19. Mareſcot. *va-
riar. dict. lib. 2. quæſt. 141. num. 4. & 5.* Et li-
cet ſemper melius ſit, ſi poſsibile fuerit, pro-
bare poſſeſsionem de tempore obitus, ſuffi-
ciet quod probetur poſſeſsio, ſive detentio
in vita teſtatoris, nam præſumitur talis poſſeſ-
ſio continuata uſque ad obitum, ex regul.
text. *in l. ſive poſſidetis, Cod. de probat. l. id
quod noſtrum, de regul. juris*, Menoch. *de præ-
ſumptionib. lib. 6. præſumpt. 62. à num.* 2. Pere-
grin. *de fideicommiſſ. d. art. 45. n.* 20. Poſthius
*de manutenend. obſervat. 17. num.* 9. Suelves
*conſ. 9. centur. 1. num.* 10.

Peti debet in libello petitionis hæreditatis,
quod agens declaretur hæres, & quod reus 141
reſtituat hęreditatẽm, aut illius partem, ſi uni-
verſaliter illam habet, aut res, vel rem ad il-
lam hæreditatem pertinentes, *l. 5. l. 9. Cod. de
petit. hæredit. gloſſ. in l. 1. ff. de edendo*, Co-
varrub. *practicar. dict. cap. 12. num.* 1. Paz *in
prax. dict. cap. 6. §. 11. n.* 5. Anton. Faber *in ſuo
Cod. d. lib. 3. tit. 21. definit.* 4. Amaya *d. lib. 3. ob-
ſervat. cap. 2. num.* 5. Uveſembec. *ad tit. Cod.
de petit. hæredit. num.* 12. Fermoſin. *ad text. in
cap. 2. de libell. oblat. quæſt. 1. num.* 29. Non
tamen eſt neceſſe quod ſingulæ res ſpeciali-
ter deſignentur in libello, ſed ſufficiet in diſ-
curſu litis oſtendere reum conventum poſ-
ſidere unam, aut plures res ad hæreditatem
ſpectantes, *l. defenſionis, Cod. de jure Fiſci,
lib. 10. leg. ſi hæreditatem 4. ff. de petit. hæredi-
tat.* Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, num.* 166.
Mirandulan. *de petit. hæredit. ſub tit. de adi-
piſcend. poſſeſſ. num.* 547. Fermoſin. *d. q. 1. n.* 30.
Gon-

Gonzal. Tellez *dict. num.* 6. & in hoc potiſſimè difert petitio hæreditatis à reivindicatione in qua requiritur, ut dixi *cap.* 12. *num.* 99. Quod res vindicanda ſpecialiter deſignetur in libello. Demum peti debet in libello hujus actionis, quod reus condemnetur ad reſtituendos fructus hæreditatis poſſeſſæ, aut rei
142 particularis ad hæreditatem pertinentis, quia hæreditatis, aut rei hæreditariæ poſſeſſor, ſi bonam habuerit fidem, debet condemnari ad reſtituendos fructus perceptos ex hæreditate, vel hæreditaria re poſt litis conteſtationem, & ſi fuerit malæ fidei poſſeſſor, ad perceptos, & qui percipi potuerunt, tàm ante litem motam, quàm poſt litis conteſtationem, *l. ancillarum* 27. §. 1. *l. ſi poſſeſſor.* 50. *ff. de petit. hæredit. l. & ſi lege* 25. §. *conſuluit, ff. eod. l.* 1. & 2. *Cod. de reivindicat.* Petrus Gregor. Toloſan. *ſintagmat. juris, part.* 3. *lib.* 46. *cap.* 7. *num.* 21. Molin. *de juſtit. & jure, diſputat.* 246. *num.* 9. & 12. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 3. *q.* 10. *num.* 19. Cujacius ad Papinian. *in l. hæres* 14. *de petit. hæredit.* Barboſ. *ad text. in l.* 1. *Cod. de petit. hæredit. num.* 6. & 7. Leotard. *de uſuris, q.* 35. *num.* 1. *cum ſequent. & q.* 86. *num.* 30. Anton. Faber. *in ſuo Cod. dict. lib.* 3. *tit.* 21. *definit.* 8. Arnold. Corvin. *ubi ſupra, verſ. hæredi.* Et quod condemnari debeat reus in hoc judicio ad fructus perceptos à die mortis teſtatoris, judicavit Senatus ſententia per Berbegal, *die* 29. *Januarii* 1609. in favorem Franciſci Serezola, & contra Rodericum Perez.

El heredero ab inteſtato, ò ex teſtamento,
14 „ que deſea intentar la accion de peticion de „ herencia, deve proponer ſu libello, narrando las cauſas por las quales es heredero, y „ concluir pidiendo ſe declare aver ſucedido „ en aquella herencia, y deverſele dar como „ à heredero la poſſeſsion de los bienes hereditarios que poſſee el adverſario, mandandole adaquel dexar vacua, y expedita la „ poſſeſsion, y condenandole en la reſtitucion „ de frutos de bienes hereditarios. Lo que podrà intentar qualquier fideicomiſſario, „ ſubſtituto, ò ſucceſſor en Mayorazgo, proponiendo el libelo en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. ſuplicant com millor pot diu, que el quondam S. T. en ſon ultim, y darrer teſtament, rebut, y publicat per T. Notari en T. de T. mes, y any, inſtituhi en hereu ſeu univerſal à F. T. ab pacte, vincle, y condiciò, que en cas de morir ſens fills llegitims, y naturals, de llegitim, y carnal matrimoni nats, y procreats, ſucchehis lo Suplicant en la Baronìa de T. y demès bens recahents en dita herencia: ſe ha ſeguit que lo dit primer hereu ha mort, y ha paſſat de la preſent vida en la altra, ſens haver deixat fills alguns llegitims, y naturals, y de llegitim, y carnal matrimoni nats, y procreats, per lo qual ab declaraciò feta per la Cort del Juſticia en les cauſes civils de la preſent Ciutat, ſe ha declarat haver ſuccehit lo Suplicant jure ſubſtitutionis en la dita Baronìa, y demès bens recahents en dita herencia, y ſent aixi que la ſucceſsiò ſobredita li toca al Suplicant de juſticia, ha paſſat F. T. ab pretext que ſerìa hereu teſtamentari del dit primer hereu, à ocuparſe de la poſſeſsiò de dita Baronìa, y demès bens hereditaris recahents en lo dit vincle; è com lo Suplicant ſia hereu jure ſubſtitutionis del dit S. T. y com à tal ſe li deu manar entregar la poſſeſsiò de dita Baronìa, y demès bens recahents en dita herencia.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. & utendo remedio quo magis expediat ſuplica, es mane declarar, que per aver mort ſens fills llegitims, y naturals lo dit F. T. primer hereu, ha ſuccehit lo Suplicant jure ſubſtitutionis en tots los bens, drets, y herencia que quondam foren del dit S. T. y en dita Baronìa: manantli al dit S. T. deixe vacua, y expedita infradecem la poſſeſsiò de dita Baronìa, y demès bens recahents en dita herencia, y donantlay al dit Suplicant; y aixi mateix condemnant al dit S. T. en haver de entregar, y donar al Suplicant tots los demès bens recahents en dita herencia, dels quals ſe ha ocupat, juntament ab los titols, fruits, y emoluments que ha percebut, y ha pogut percebre, y que la preſent es mane evocar à eſta R.A. y cometre à hu dels Nobles, eo Magnifichs D.D.R.C. qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die* 11. *Maii* 1688.
*Intimetur addicendum.*
F. T.





Terminatur judicium petitionis hæredita-
144 tis ſententia, qua declarari debet actorem eſſe hæredem, & ei dandam eſſe bonorum hæreditariorum poſſeſsionem quam reus conventus occupat, ſimul cum fructibus. Et ſi hæres ille putativus ad reſtitutionem hæreditariarū rerum condemnatus, credens ſe eſſe hæredem, legata ſolverit, aut æs alienum defuncti dimiſſerit, debet ei ab hærede vero ſolvi omne illud quod hæreditatis cauſa expenderit, neque ante ſatisfactionem cogi poterit ad reſtitutionem rerum hæreditariorum, imò retentionem habebit totius hęreditatis, quouſque ei fuerit ſatisfactum, *l.* 4. & 5. *Cod. de petit. hæredit. for. ſi alcu poſſebeix* 3. *for. ſi alcu ſerà poſſebidor* 4. *rubr. de petit. hæreditat.* Barboſ. *in l. divortio,* §. *final. part.* 2. *num.* 5. *ff. ſolut. matrim.* Maſtrill. *deciſ* 10. *numer.* 10. Merlin. *de legitima, lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 13. Barboſ. *ad text. in dict. l. de hæredit.* 5. *Cod. de petit. hæredit.* Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 3. *tit.* 31. *verſ. uterque deducitur.*
145 Poſt triginta annos non poteſt iſta intentari actio, quia præſcribitur ſpatio triginta annorum petitionis hæreditatis actio, ut docent communiter DD. per text. *in l. final. C. de edict. Divi Adrian. Tolend.* Menoch. *lib.* 1. *conſ.* 78. *à num.* 19. *uſque ad* 24. Gaylus *obſervat. lib.* 2. *cap.* 120. *num.* 16. Donell. *in l. final. Cod. de edict. Divi Adrian. Tolend. num.* 10. Caſtill. *controverſiar. lib.* 5. *cap.* 94. *num.* 15. Argel. *de adquirend. poſſeſſ. quæſt.* 1. *art.* 5. *n.* 14. Ciarlin. *controverſiar. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 43.

## CAPUT XXVII.

## DE DECLARATIONE *ſuccedendi jure vinculi.*

### SUMMARIUM.

1 *Succeſſores jure vinculi, aut ſubſtitutionis, adveniente vocationis caſu, ſolent in Regno obtinere declarationem ſuccedendi, ubi de ejus utilitate.*

2 *Declarationem ſupradictam ſuccedendi habentes, admittuntur in Regno ad omnia peragenda tanquam ſucceſſores. Et eis datur mandatum de immittendo, ſi à nemine bona poſsidentur.* 3.

4 *Succeſſoribus prædictis non debet facile dari bonorum poſſeſsio, ſi ſperatur alius prætendens ſucceſsionem. Idem erit ſi appareat aliquis contradictor, & quid fieri debeat.* 5.

6 *Petens declarationem ſuccedendi jure vinculi, debet probare vinculum loqui de illo.*

7 *Fideicommiſſum, aut vocatio ſolum probatur per teſtamentum, aut inſtrumentum, in quo fuit conſcriptum. In noſtra praxi incluſio in vinculo probatur, aut per ſummariam teſtium informationem, aut per inſtrumentum.* 8.

9 *Filiatio quomodo probetur, remiſsivè.*

10 *Conditionis eventus, aut ſuccedendi caſus, debet probari per ſummariam teſtium informationem.*

11 *Conditiones plures copulativè appoſitæ fideicommiſſo, debent omnes adimpleri, ut caſus ſucceſsionis eveniat.*

12 *Conditiones alternativæ non eſt neceſſè, quod omnes adimpleantur, ſed ſufficit alterius adimplementum. Limita ſi inter alternativas appoſita fuerit conditio ſi ſine liberis, nam tunc omnes debent adimpleri, & quare.* 13. *Declara procedere etiam caſu in quo adimpleatur conditio ſi ſine liberis, nam alia ex alternativis non adimpleta, non admittitur ſubſtitutus.* 14

15 *Subſtitutus, aut fideicommiſſarius vocatus poſt alicujus mortem, excluditur per filios primi vocati, etiam ſi de illis nulla fuerit facta mentio, quia conditio ſi ſine liberis ſemper intelligitur. Intellige in deſcendente, ab aſcendente gravato, ſecus in aſcendente à deſcendente gravato, aut in collaterali, quia in iis non intelligitur conditio ſi ſine liberis.* 16.

17 *Conditio tacita ſi ſine liberis, idem operatur, quam expreſſa.*

18 *Filii poſsiti ſub ſimplici conditione, non cenſentur vocati.*

19 *Pater habens filios poſsitos ſub ſimplici conditione, poteſt liberè alienare, quia filii non ſunt vocati, & nequeunt filii poſt patris mortem alienata revocare.*

20 *Filii poſsiti ſub duplici conditione, in Regno cenſentur vocati, & quibus aliis conjecturis vocatio inducatur, remiſsivè.*

21 *Praxis, & libellus ad obtinendam declarationem jure vinculi, ubi ſententia.*

22 *Nemo invitus compellitur agere in judicio.*

23 *Diffamatus poterit compellere diffamantem, ut deducat in judicio jus contra diffamatum. Idem erit in quolibet dicente actionem habere, aut jus in alicujus bonis.* 24.

25 *Judicium diffamationis appellatur in noſtra praxi jactantiæ judicium, & quando habeat locum.*

26 *Diffamationis judicium non intentatur à non intereſſato, & non habet locum quando diffamans juſtam habuit diffamandi cauſam.*

27 *Agens diffamationis judicio, debet diffamationem probare, & quo modo. In noſtra praxi non eſt neceſſe quod probetur.* 28.

29 *Praxis, & libellus ad agendum diffamationis judicio.*

30 *Diffamanti aſsignatur terminus decem dierum in noſtra praxi, ut actionem in judicio proponat, quam habere prædicat. Elapſis decem diebus, an audiri debeat diffamans.* 31. *Defenditur quod audiri debet, dummodo non fuerit ſententia declaratum, non habere actionem illam diffamationis.* 32.

33 *Praxis, & libellus ad imponendum ſilentium perdurabile diffamanti non proponenti actionem intra decem dies.*

34 *In judicio diffamationis, actor eſt diffamans, & diffamatus reus, & ideo debet ſuſcipi coram judice diffamati. Et ſi fuerit Clericus diffamans, tenetur movere judicium coram judice diffamati etiam Laico.* 35.

36 *Succeſſor majoratus non poteſt vivente poſſeſſore agere, ut declaretur poſt illius mortem ad ſe ſpectare majoratus bona. Limita ſi poſſeſſor ſe jactaret dicendo quod bona ſunt libera, aut quod poſt ejus mortem non ſpectant ad immediatum ſucceſſorem, aut quod nullum jus habet in illis.* 37.

38 *Praxis, & libellus ad ſuſpiciendum judicium diffamationis in caſu jactantiæ poſſeſſoris bonorum majoratus.*

1 SUCCESSORES majoratus, vel fideicommiſsi, ut quilibet vocati ſub conditione, aut in diem, per fideicommiſſum, vulgarem, pupillarem, aut aliam ſubſtitutionem, conditione adimpleta, ſub qua reperiuntur vocati ad ſucceſsionem, aut adveniente die, ſolent obtinere in curiis judicum ordinariorum Civitatis noſtræ, & Civitatum, & Villarum Regni, & in curia gerentis Vices Generalis Gubernatoris, declarationes ſuccedendi jure vinculi, per uſum voluntariæ juriſdictionis, ut de praxi teſtatur, D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. *6. num.* 35. *cum ſequentib.* Quæ declarationes utiliſsimæ ſunt, nam per eas, tàm in judicio, quàm extra judicium de
2 ſucceſsione apparet, & ſi contradictore negotium careat, admittuntur qui eas obtinent ad omnia gerenda, & peragenda, tanquam ſucceſſores, D. Matheu *dict.* §. *6. num.* 36. Et virtute hujuſmodi declarationum conceditur mandatum de immittẽdo in poſſeſsionem bonorum, ſi à nemine detineantur bona, cujus virtute occupat ſucceſſor bonorum poſſeſſionem nemine citato, juxta doctrinam Bar- 3
thol. *in l. final. Cod. de edict. Divi Adrian. tollend.* & juxta diſpoſita *in dict. l. final. & fori los bereus* 41. *rubr. de teſtament.* D. Matheu *ubi proxim. num.* 38. Dixi ſi à nemine detineantur, nam ſi poſsidentur, aut detinentur ab aliquo, non debet immitti fideicommiſſarius in poſſeſsionem, niſi citato poſſeſſore illo, ut judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 19. *Januarii* 1627. inter Alfonſum de Caſtro, & Franciſcum de Pardo, & alia per Alreus, *die* 9. *Decembris* 1624. inter Antonium Sahera, & Angelam Bruſca, & de Galbi.

Sed quia poſſeſsionis commodum magni momenti eſt, §. *commodum, inſtitut. de interdictis*, ubi communiter DD. Pegaſ. *reſol. fo-* 4
*renſ. cap.* 3. *num.* 107. & non facile debet dari etiam quando à nemine occupata reperiuntur bona, ſi factum eſt ambiguum, & ſperatur alius ſucceſsionem prætendens, Lancell. *de attentat. part.* 3. *quæſt.* 19. *in fin.* Stayban. *variar. reſolut. cap.* 41. *per tot.* Quando judici conſtat ex diſpoſitione ipſa, cujus virtute prætenditur ſucceſsio, aut aliter, ad ſucceſſionem alium habere jus, qui abſens eſt, aut impeditus deducere illud, non debet ſceleriter procedere ad prædictam declarationem ſuccedendi jure vinculi dandam, & multò minus ad immittendum in poſſeſsionem bonorum hæreditariorum declarationem petentem, imò ſpectare debet, an contradictor appareat qui ſucceſsionem prætendat, aut miſſionem in poſſeſsionem, & expeditionem ſuſpendere, ut à Senatu refert practicatum, D. Matheu *dict.* §. *6. num.* 41. & 42. Apparente autem alio ſucceſsionem prætendente, &
petente immiſsionem non debet dari locus, 5
ut poſſeſsio occupetur, etiam ſi vacua fuerit, ſed unuſquiſque ex prętendentibus debet judicialiter immiſsionem petere, & formatur unum ex judiciis duplicibus, *l.* 2. *in princip. & l. final. ff. de interdict.* §. *duplicia, inſtitut. de interdict.* In quo quilibet ex litigantibus ſuſtinet actoris, & rei ſimul vices, *l. in litibus, ff. de judiciis*, §. *tertia diviſio, inſtitut. de interdict.* Dom. Creſpì *obſervat.* 29. *num.* 193. D. Matheu *de regim. cap.* 11. §. 5. *n.* 76. & §. *6. n.* 42. & 43.

Non aliter obtinentur declarationes ſucce-
dendi jure vinculi, niſi aliquibus probatis 6
per ſummariam teſtium informationem. Primò enim debet probari vocatio, fideicommiſſum, aut vinculum, & comprehenſum reperiri agentem in tali vinculo ſubſtitutione, aut fideicommiſſo, Socin. Senior *conſ.* 62. *n.* 6. *lib.* 3. & *conſ.* 7. *num.* 2. *lib.* 4. Decian. *reſponſ.* 12. *num.* 1. *lib.* 1. Pancirol. *conſ.* 94. *n.*



*num.* 27. Cephal. *conſ.* 113. *num.* 5. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 1. *num.* 12. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1342. Marzar. *in epithom. de fideicommiſ. quæſt.* 1. Cavalcan. *deciſ.* 17. *num.* 52. *part.* 3. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 82. *num.* 11. Menoch. *conſ.* 85. *num.* 39. & 50. Peregrin. *conſ.* 36. *num.* 2. *lib.* 1. & *de fideicommiſ. artic.* 11. *num.* 37. Intrigliol. *de ſubſtitutionib. centur.* 3. *quæſt.* 75. *num.* 58. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 615. *per tot.* Ramon *conſ.* 22. *n.* 24. Argel. *de adquiren. poſſeſſ. quæſt.* 8. *artic.* 35. *num.* 52. & 53. Andreol. *controverſ.* 433. *num.* 26. & *controverſ.* 63. *num.* 18. Manfrella *in obſervat.* ad Capyc. Latr. *obſervat.* 108. *à num.* 1. Triſtany *deciſ.* 30. *num.* 81. Cum ergo ſucceſsionem prætendes dicat ſe vocatum eſſe, debet verificare de illo loqui fideicommiſſum, nam qui vult admitti, ut talis, debet eſſe talem probare, Pacian. *de probat. lib.* 2. *num.* 2. Ramon *dict. conſ.* 22. *num.* 24. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.*
7 18. *definit.* 28. Fideicommiſſum, vinculum, ſubſtitutio, aut vocatio debet probari per teſtamentum, codicillos, aut inſtrumentum, in quo continetur, edendo, & exhibendo ſucceſſor teſtamentariam diſpoſitionem tempore faciendi declarationem, *l. final Cod. de edict. Divi Adrian. tolend.* Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 43. *num.* 2. Argel. *de adquirend. poſſeſſ. quæſt.* 3. *artic.* 16. *num* 19. Paul. Meli *poſt obſervat. deciſ.* 86. *num.* 17. Incluſio
8 autem in vocationibus fideicommiſsi, mayoratus, aut vinculi debet probari per ſummariam teſtium informationem, aut per inſtrumenta quibus conſtet agentem eſſe de vocatis ad ſucceſsionem. Filiationes, & gradus
de fideicommiſ. 3. part. quæſt. 61. Molin. de Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 14. per tot. Spino in ſpecul. teſtamentor. gloſſ. 19. num. 60. Paz in prax. tom. 3. §. 3. num. 2. Cenedo ad decretales, collectan. 10. Gama deciſ. 6. num. 6. Peregrin. de fideicommiſ. artic. 41. num. 4. Gutierr. conſ. 13. num. 1. Sarmiento ſelectar. lib. 7. cap. 6. num. 6. Molin. de juſtit. & jure, diſput. 639. Barboſ. in l. non poteſt videri, ff. de judiciis, ex num. 12. Pereira deciſ. 129. num. 1. Seſsè deciſ. 115. ex num. 35. Roſentall de feudis, cap. 9. num. 2. concluſ. 83. num. 18. Maſtrill. deciſ. 108. ex num. 3. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 607. num. 1. cum ſequent. Montealegre in prax. lib. 1. cap. 2. num. 65. Et judicavit Senatus fideicommiſſarium non poſſe obtinere declarationem ſuccedendi, poſſeſſore vivente, ſententia per Alreus, die 26. Maii 1632. inter Egregiam Comitiſſam de Sinarcas curatricem filii ſui, & Egregium Comitem de Sirat, licet non deſint qui contrarium tueantur, ut Meres de majoratib. in initio, 2. part. ex n. 571. Camil. de Medic. conſ. 148. Gratian. diſcept. 456. ex num. 95. Caſtill. deciſ. 17. per tot. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 50. num. 32. & alii. Tamen adhuc primam ſequendo opinionem, quando poſſeſſor bonorum majoratus, aut fideicommiſsi dicit, & prædicat majoratus bona eſſe libera, & poſſe tanquam libera alienare, aut ſub hoc prætextu illa ceperit alienare, vel ſcripturam majoratus raſerit, cancellaverit, ſeu deleverit, vel quidquam aliud ſimile fecerit, cujus cauſa diffamatus remanſerit in ſua ſpe proximè ſuccedendi immediatus ſucceſſor, poterit iſte actionem proponere adverſus ſucceſſorem, ut declaretur poſt poſſeſſoris mortem ad illum ſpectare ſucceſsionem bonorum majoratus, ut declaratione iſta remaneat abſque diffamatione immediatus ſucceſſor, & cum omni ſua ſpe, & jure, Roderic. Suares dict. allegat. 4. Molin. de Hiſpanor. primogen. dict. lib. 3. cap. 14. num. 32. Fab. de Anna conſ. 11. num. 7. lib. 1. Meres de majorat. part. 2. in princip. num. 63. Covarrub. var. lib. 1. cap. 18. num. 8. Petra de fideicommiſ. quæſt. 10. num. 11. Jacobus Simancas de majorat. lib. 1. cap. 28. Gutierr. conſ. 13. num. 1. verſ. 2. & allegat. 4. Valaſc. conſ. 184. num. 10. Peregrin. de fideicommiſ. artic. 41. ex num. 3. D. Leon tom. 1. deciſ. 35. per tot. Garcia de nobilit. gloſſ. 47. ex num. 16. Menoch. conſ. 38. n. 36. Pereyra deciſ. 129. num. 2. Maſtrill. deciſ. 18. ex num. 13. Fuſar. de ſubſtitut. dict. q. 307. num. 6. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 5. num. 27. Camil. de Medic. conſ. 148. ex num. 2. Et declaravit Senatus ſententia per Alreus die 9. Junii 1610. inter Don Joannem Vallterra, & Don Michaelem Vallterra, & alia per eundem, die 28. Maii 1622. inter Michaelem Joannem Peris, & Joannam Annam Matamoros, & dicta ſententia diei 26. Maii 1632. inter Egregiam Comitiſſam de Sinarcas filii ſui curatricem, & Egregium Comitem de Sirat, in qua etiam deciſum fuit, quod ſi poſſeſſor ipſe majoratus non diffamaverit, ſed tertius, non erit diffamatio iſta ſufficiens, ut agi poſsit vivente poſſeſſore, quia non à tertio ſed ab illo debet, ortum habere diffamatio.

Quando el ſuceſſor, y actual poſſehedor de 38
„los bienes de mayorazgo, ò fideicomiſſos „ſe jacta diciendo que los bienes ſon libres, „y puede hacer de ellos los que le pareciere, „puede el inmediato ſuceſſor, à quien deſ„pues de los dias del poſſehedor, toca la ſu„ceſsion, hacer ſu inſtancia, y obtener ſu de„claracion de q̄ le toca la ſuceſsion muer„to el poſſehedor, proponiendo para eſte „efecto ſu libello en eſta forma.

*EXCELENTISSIM SENYOR.*

F. T. Suplicant com millor pot diu, que S. T. actual ſucceſſor, y poſſehedor dels bens recahents en lo vincle inſtituhit per lo quondam S. T. es jacta, y ſe ha jactat dient publicament, que el ſobredit vincle havia yà expirat, y que deſpues de ſos dies no tocava la ſucceſsiò ni al ſuplicant, ni à altra perſona, ſino es que tenia tots los ſobredits bens lliures, y que podia diſpondre de aquells à ſes voluntats, agenantlos y tranſportantlos, ſegons ab tot effecte ne ha tranſportat alguna part de aquells; E com lo dit vincle, y fideicomis no hacha expirat, per quant (*Aqui ſe han de poner las cauſas de la duracion del vinculo*) ans be deſpues de la mort del dit F. T. li toca la ſucceſsiò en los bens del dit fideicomis al ſuplicant, y pera que quede ſens la nota que ſe ha ocaſionat de dita jactancia, li convinga al ſuplicant obtindre declaraciò, de que poſt mortem del dit F. T. li toca la ſucceſsiò en dits bens, y fideicomis.

Per tant & aliàs omni meliori modo, &c. Et utendo remedio quo magis expediat ſuplica, es mane declarar, que deſpues dels dies del dit F. T. poſſehidor, y actual ſucceſſor en dit fideicomis, ſucceheix, y deu ſuccehir en tots los bens recahents en aquell lo ſuplicant, y per eſta cauſa no te lliures los bēs lo dit S. T. ni els pot lliurement agenar, vendre, ni tranſportar, y que la preſent

ſent es mane evocar à eſta R.A. y cometre à hu dels Nobles, eo Magnifichs D. D. R. C. qui eam, &c. Et licet, &c.

Evocata, &c. Altiſsimus, &c.

*Jeſus Maria Die* 21. *Maii* 1688.
*intimetur ad dicendum.*
F. T.

## CAPUT XXVIII.

## *DE DIVISIONE BONOrum hæreditariorum, vel communium.*

### SUMMARIUM.

1 *Communio plerumque diſcordias parit, propter quod nemo invitus compellitur in communione perſeverare. Amplia etiam ſi pactum juratum, vel contractus de non dividendo facta reperiantur.* 2.

3 *Teſtator non poteſt diſponere quod hæredes perpetuo in communione vivant, ſecus ad tempus.*

4 *Jus provocandi ad diviſionem rei communis, non eſt preſcriptibile.*

5 *Diviſio quid ſit, & ad quid inducta.*

6 *Diviſio de jure fit hoc modo, quod natu major ſcindit partes, & natu minor eligit unam ex partibus, & etiam per ſortes.*

7 *Primus dividendi modus in Regno eſt quando teſtator aſsignat, & facit partes in teſtamento. Vel ſi jubet quomodo fieri debeat diviſio, aut ſi perſonas aſsignet, quæ illam faciant, nàm diſpoſitioni ſtandum eſt, & an hoc in caſu teneantur de evictione inter ſe cohæredes.* 8.

9 *Secundus modus dividendi eſt quando cohæredes, vel ſocii communi conſenſu partes faciant, & ex conventione quilibet ſuam accipit partem, & hoc in caſu tenentur dividentes de evictione, etiam ſi nihil de illa actum fuerit.* 10.

11 *Minor, aut Eccleſia non poſſunt diviſionem conventionalem bonorum facere ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus. Et an minor vigintiquinque annorum, & major viginti poſsit diviſionem iſtam facere in Regno ſinè conſenſu patris, aut propinquorum.* 12.

13 *Diviſio conventionalis validè fit de jure, aut cum inſtrumento publico, aut ſine illo. In Regno tenentur cohæredes diviſionem conventionalem facere, ſub nullitate, cum inſtrumento publico.* 14.

15 *Tertius modus dividendi eſt arbitrio judicis, aſsignando iſte portiones bonorum cuilibet ex hæredibus. Et in hac diviſione judiciali debetur evictio.* 16.

17 *Diviſiones bonorum non faciebant per ſe prætor, aut Præſes, ſed magiſtratus dabant judices diviſſores.*

18 *Magiſtratus ordinarii, cum de omnibus cognoſcere non potuiſſent, dabant judices, ut de aliquibus cognoſcerent.*

19 *Judices diviſſores, & partitores quomodo nominentur in noſtra praxi, & quam poteſtatem habeant, ubi formula nominationis, & commiſsio.*

20 *Judices diviſſores an debeant nominari periti, vel imperiti, & quam poteſtatem, & juriſdictionem habeant, ubi de poteſtate, & juriſdictione judicum pedaneorum, & qui fuerint iſti.*

21 *Diviſio fit inſtantibus hæredibus, & exhibito bonorum inventario.*

22 *Praxis petendi diviſionem bonorum ubi libellus.*

23 *Æſtimari debent bona per peritos à partibus electos, aut à judicè in contumaciam partium, ut diviſio fiat.*

24 *Hæreditaria bona non aliter debent dividi, quam deductis ære alieno teſtatoris, legatis, & prælegatis.*

25 *Æqualitas debet ſervari in bonorum diviſione, & ſi res dividenda commodam patiatur diviſionem æqualiter debet dividi. Si commodè non poteſt dividi, adjudicari debet uni ex cohæredibus, cum hoc quod alteri cohæredi reficiat in pecunia aliam æſtimationis partem.* 26. *Optio in hoc caſu datur habenti majorem partem, & ſi æquales partes habuerint cui detur.* 27.

28 *Socius poſsidens rem communem invitat in Regno ad licitandum, & debet vendi res cui magis offert precium.*

29 *Socius offerens juſtum valorem rei licitatæ præfertur, juxta aliquos, extraneo majus offerenti precium, ſed certius eſt ſolum præferri offerendo idem pretium.*



30 *Communis res poteſt locari, & quomodo. Mercedes locationis dividuntur inter ſocios pro portionibus in re habitis.*

31 *Socius locare volens communem rem alteri perſonæ, quam alius vult ſocius, non auditur, ſi offert minus conductor pro rei conditione, quam conductor alterius ſocii. Si idem pretium offerant conductores, præfertur ille qui conductionem habet à ſocio majorem partem in re habente.* 32. *Et ſi æquales habeant partes, magis honeſtus conductor, aut dives præferri debet.* 33. *Et quando æqualiter ſunt honeſti quis præferendus ſit?* 34.

35 *Individua dicitur res non ſolum quando tota periret, ſi divideretur, ſed ſi diminueretur valor, & æſtimatio ex diviſione.*

36 *Servitutes indiviſibiles ſunt, etiam quo ad uſum. Feudum dividuum eſt, etiamſi habeat juriſdictionem.* 37.

38 *Marchionatus, Comitatus, & feuda regalem dignitatem habentia, indiviſibilia ſunt, etiam quo ad comoditatem, & excercitium juriſdictionis. Idem tene de majoratibus Hiſpaniæ.* 39.

40 *Debitorum nomina ipſo jure inter cohæredes dividebantur lege* 12. *tabularum. Hodie adjudicantur nomina, & quaſi dividuntur, ſicuti cætera hæreditaria bona, & quomodo.* 41.

42 *Fructuum ex rebus hæreditariis perceptorum ab aliquo ex hæredibus debet haberi ratio in judicio familiæ erciſcundæ. Item de rebus ſubſtractis, venditis, aut conſumptis, & de qua culpa teneatur hæres.* 43.

44 *Collatio inducta eſt, ut æqualitas ſervetur inter filios cohæredes, & habet locum de jure, tam in ſucceſsione inteſtata, quam ex teſtamento. In Regno non habet locum in ſucceſsione ex teſtamento, niſi pater, aut mater expreſsè diſpoſuerint quod fieret collatio.* 45.

46 *Collatio non habet locum inter aſcendentes ſucceſſores, collaterales, aut extraneos.*

47 *Conferenda veniunt bona, quæ filius habet à patre donata, ſive cauſa matrimonii, aut alias à patre profecta fuerint. Caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia minimè.*

48 *Nepotes in ſucceſsione avita tenentur conferre illaque ex Avi ſubſtantia, de cujus ſucceſsione agitur, habuerunt. In collationem non veniunt quæ filius, aut nepos habuit, ut ſe alleret, vel ad emendos libros.* 49.

50 *Diviſio fieri debet coram judice ſocii, aut cohæredis provocati ad diviſionem, nominando iſte judices diviſſores: aut coram judice ubi bona dividenda, aut major illorum pars ſita ſunt.*

51 *Praxis faciendi diviſiones, ubi formula ſententiæ diviſionis bonorum.*

52 *Appellari poteſt à ſententia diviſsionis bonorum.*

53 *Sententia non tribuit titulum tranſlativum dominii, niſi in judiciis familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum.*

54 *Inſtrumentum publicum de diviſione an fieri debeat, lata diviſionis ſententia; negativè reſolvitur.*

55 *Diviſione facta in judicio familiæ erciſcundæ, iterum non poteſt agi hoc univerſali judicio, ſed ſolum particulari communi dividundo, ut res quæ supereſt indiviſſa dividatur. Niſi hæreditas extrajudicialiter fuerit diviſſa, nàm poterit agi poſtea judicio familiæ erciſcundæ.* 56.

57 *Diviſſa præſumuntur bona ſi ſocii, aut cohæredes per decennium inter præſentes illa poſſederint diviſſa, aut per viginti annos inter abſentes. Idem in Regno tenendum, non obſtante foro.* 58.

59 *Diviſio fraudulenter, aut per errorem facta, debet reſcindi, non obſtantibus quibuſlibet renuntiationibus in illa interpoſitis. Et ſi in parte erronea, aut fraudulenta fuerit, debet retractari, & iterum fieri pro illa parte, quia poteſt diviſio pro parte valere, & pro parte non.* 60.

61 *Diviſio bonorum erronea non nocet minoribus, qui tempore diviſionis tales erant, etiam ſi jurata fuerit cum ampla jurium renuntiatione, & decreto roborata exiſtat.*

62 *Diviſio ex falſa cauſa debet retractari. Et ſi à cohærede, ſocio, aut alio qui talis non eſt fiat, retractanda erit.* 63. *Diviſio facta bonorum tamquam communium, quæ communia non erant, etiam debet retractari.* 64.

65 *Diviſio per ſortes facta an prætextu erroris, vel læſionis retractari poſsit.*

66 *Diviſio conventionaliter facta non reſcinditur prætextu læſionis, niſi læſio fuerit ultra dimidiam. In judiciali ſufficit quod in ſexa parte læſio contingat.*

67 *Error, aut fraus poterat de jure allegari contra diviſionem intra triginta annos. In Regno ſolum allegari poteſt intra triennium.*

De

1 DEclarationibus ſuccedendi ab inteſtato, vel jure vinculi obtentis, ſolent cohæredes hæreditaria bona pro indiviſo poſsidentes ad diviſionem venire, quia communio plerumque parit diſcordias, *l. cum pater, §. dulciſsimis, ff. de legat. 2. l. in re communi, ff. de ſervitutib. Urbanor. prædior. l. qui neque 8. in fin. ff. de rebus eorum, l, ſi non ſortem 26. §. ſi certum. ff. de condict. indebiti, cap. ex tenore, 10. de ſententia excommunicat.* Simon de Præt. *conſ.* 199. *num.* 16. Menoch. *de arbitrar. caſu* 164. *n.* 4. Anton. Pichard. *in §. quædam actiones 20. inſtitut. de actionib. ad text. in l. 1. ff. famil. erciſcund. num.* 1. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 3. *tit.* 37. *commun. dividund. verſ. datur*, Card. Otthobon. *deciſ.* 96. *num.* 11. Gonzalez Tellez *ad text. in cap.* 1. *de Parochiis, & alien. Parochian. num.* 2. & ut diſcordiæ evitentur nemo invitus in communione detineri debet, *l. in communione, ultim. Cod. commun. dividund. for.* 1. *& ultim. rubr. commun. dividund.* Roland. *conſ.* 84. *num.* 1. Neguzan. *de pignorib. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 42. Maranta *in ſpecul. part.* 4. *diſtinct.* 17. *num.* 4. Barboſ. *ad text. in dict. l. ultim. num.* 2. *cum ſequentib.* Cardinal. Otthobon. *dict. deciſ.* 96. *num.* 8. Adeò quod ſi pactum reperiatur factum de
2 vivendo in communione perpetua, & de non dividendo per mille annos, aut per omne vitæ tempus communem rem, cum per tale pactum liberum impediatur arbitrium, non erit habenda de illo conſideratio, ſed ad diviſionem poterit, illo non obſtante, deveniri, *l. in hoc judicium* 14. *§. ſi conveniat, ff. communi dividund. d. l. ultim. Cod. commun. dividund.* ubi Bald. *for. ſi convinenſa* 2. *rubr. commun. dividund.* ibi: *Si convinenſa ſerà feita entre alcuns compañons, que hachen coſa comuna que nul temps aquella coſa communa ſia partida: aital convinenſa, no hatje valor.* Alexand. *in dict. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, num.* 5. *& conſ.* 18. *num.* 1. *lib.* 2. Socin. Senior *conſ.* 278. *n.* 10. *lib.* 2. Roman *conſ.* 13. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 87. *num.* 77. Cardoſ. *in prax. judic. verb. diviſio, num.* 11. Morquech. *de diviſion. bonor. lib.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 16. Barboſ. *ad text. in d. l. ultim. num.* 2. *&* 3. Filicius *de ſocietat. cap.* 32. *num.* 35. *& cap.* 39. *num.* 68. *&* 71. Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. unde*, Cardinal. Otthobon. *dict. deciſ.* 96. *num.* 14. 15. *&* 16. Quod procedet etiam ſi pactum, aut contractus fuerint juramento vallati, Alexand. *conſ.* 18. *num.* 1. *vol.* 2. Gutierr. *de jurament. confirmator. part.* 1. *cap.* 58. *per tot.* Arnold. Corvin. *ubi proxim.*

3 Idem erit dicendum ſi teſtator diſpoſuerit, quod hæredes ab eo ſcripti perpetuo in communione viverent, & quod hæreditatem non dividerent ſub pęna applicãdi portionem provocantis ad diviſionem cæteris cohæredibus, nam nullius momenti erit diſpoſitio quoad hæc, ſi prohibitio non dividendi fuerit perpetua, ut Docent Roland. *conſ.* 84. Tepat. *variar. ſententiar. tom.* 2. *tit.* 551. *cap.* 16. *in princip.* Cardoſ. *in prax. judic. verbo diviſio, n.* 11. Morquech. *de diviſion. bonor. dict. lib.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 19. Barboſ. *ubi proxim.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 707. Arnold. Corvin. *ubi prox.* Michalor. *de fratrib. part.* 2. *cap.* 43. *n.* 7. *cum ſequent.* Si verò ad tempus limitatum juſſerit teſtator quod hæredes in cõmunione perſiſtant, debet illius diſpoſitio ſervari, ſicuti etiam ſervari debet pactum inter communionem habentes factum de perſiſtendo in communione per ſpatium temporis limitatum, *l.* 4. *ff. de conditionib. inſtitution. for.* 1. *rubr. commun. dividund. dict. for.* 2. *eod.* ibi: *Empero ſi ſerà feita cõvinenſa, que en trò à cert temps aquella coſa que ſerà communa no ſia partida, que aquella cõvinenſa hatja valor.* Decius *conſ.* 264. *& conſ.* 441. *num.* 2. *&* 3. Ruin. *conſ.* 34. *n.* 10. *lib.* 1. Barboſ. *ubi proxim. num.* 3. Fuſar. *d. quæſt.* 707. Morquech. *de diviſion. bonor. dict. lib.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 19. Michalor. *dict. cap.* 43. *num* 3. *&* 28. Et eſt tam privilegiata hæc libertas provocandi ad diviſionem rei commu-
nis, quod ſi uterque ex ſociis rem poſsideat 4
communem, poſſunt nõ obſtãte qualibet poſſeſsione triginta, aut mille annorum petere diviſionem, & ad illam provocare, quia hujuſmodi libertas dividendi impreſcriptibilis eſt, & nullus tẽporis curſus poteſt excludere ſocium, aut cohæredem à diviſione rei communis poſſeſſæ facienda, *l. unus* 3. *Cod. in quibus cauſis ceſſet long. temp. præſcrip.* Jaſſon *in d. §. quædam, inſtitut. de actionib. numer.* 31. *& ibidem*, Gomezius *num.* 24. Surd. *conſ.* 260. *num.* 5. *&* 21. Honded. *conſ.* 59. *num.* 54. *lib.* 1. Bucafer. *conſ.* 99. *num.* 6. *lib.* 1. Balb. *de præſcript.* 4. *part. quæſt.* 13. *numer.* 2. Gratian. *diſceptat.* 905. *num.* 14. Pichard. *in dict. l.* 1. *ff. famil. erciſcund. num.* 10. Felicius *de ſocietat. cap.* 39. *num.* 8. Cardinal. Otthobon. *dict. deciſ.* 96. *num.* 9. *&* 10.

Ad ſedandas rixſas, & diſcordias, que oriun- 5
tur ex cõmunione, nullum remedium aptius, quam diviſio, *dict. l. cum pater, §. dulciſsimis, ff. de legat.* 2. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap.* 1. *de Parochiis, num.* 2. Quæ nihil aliud eſt, quam reciproca inter fratres rerum communium computatio, Anton. Gobius *conſultat.* 7. *n.* 14. De jure fieri poteſt diviſio hoc modo,
quod ex poſsidentibus rem communem, ma- 6
jor natu dividat illam rem, & ſcindat, ſeparetque partes equalitèr, & minor natu eligat unam ex partibus factis, *l.* 1. *Cod. de his qui ſe deferunt, lib.* 10. *l.* 2. *Cod. de metatis, & epidemeticis, l.* 2. *Cod. quando & quibus quarta, cap.* 1. *de Parochiis, & Parochian.* ibi: *Ita ut ille di-*

*vi-*



*vidat qui amplius temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat.* Divus Auguſtin. relatus à Bald. *in leg. ſi major, Cod. commun. dividund. lib.* 16. *de Civitat. Dei, cap.* 20. *commemorando diviſionem Abraæ, & Loth*, ibi: *Hinc fortaſſe effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum eſt, major dividat, & minor eligat.* Anton. de Butr. *in dict. cap. de Parochiis, num.* 6. & ibidem Ancarran. *n.* 2. Covarrub. *practicar. cap.* 40. *n.* 3. Tiraquel. *de jure primogenitur. quæſt.* 60. *n.* 40. Valaſc. *de partitionib. cap.* 22. *n.* 1. Minſinger. *lib.* 4. *obſervat. cap.* 37. Gratian. *diſceptat.* 160. *n.* 18. *cum ſequentib.* Cujacius *lib.* 13. *obſervat. cap.* 24. *& in leg.* 2. *Cod. quando, & quibus*, Barboſ. *ad text. in dict. cap.* 1. *de Parochiis, n.* 2. Stephan. Durantius *quæſt.* 37. Pined. *tom.* 1. *Monarchiæ, lib.* 2. *cap.* 2. *§.* 1. Manſin. *de triplici juris collat. lib.* 1. *cap.* 20. Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. communia utriuſque judic. definit.* 4. Arniſeus *de jure Reipublic.* 2. *part. relection. cap.* 2. *ſect.* 8. *n.* 277. Regens Latr. *deciſ.* 28. *per tot.* Guillerm. Forner. *lib.* 5. *rerum quotidianar. cap.* 22. Bronchorſt. *miſſellanear. centur.* 1. *aſſertion.* 53. Gonzalez Tellez *ad text. in cap.* 1. *de majorit. & obedientia, n.* 11. *& ad text. in dict. cap.* 1. *de Parochiis, n.* 2. Fagnan. *ad eundem text. n.* 5. *cum ſequentib.* Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 160. *n.* 12. Et modus iſte dividendi non practicatur in Regno, ſed benè poteſt practicari, quia æquiſſimus eſt, conſcribendo inſtrumentum de conventione, & de diviſione facta à majori natu, & de electione partis à minori natu. Alius dividendi modus eſt per ſortem, *l.* 4. *&* 5. *ff. familiæ erciſcundæ, leg.* 2. *Cod. quando, & quibus quarta pars, l. ſi duobus, Cod. communia de legat. §. familiæ, inſtitut. de officio judic.* Jaſſon *in leg.* 1. *n.* 39. *ff. ſi certum petatur*, Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 36. Barboſ. *ad text. in dict. cap.* 1. *de Parochiis, n.* 3. Regens Latr. *deciſ.* 28. ubi Gizz. *n.* 18. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap.* 1. *de Parochiis, n.* 2. Fagnan. *ad eundem text. n.* 10. Carol. Anton. de Luca *in obſervat.* ad Franchis *obſervat.* 676. *n.* 8. *& in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 160. *num.* 12. Et modus iſte dividendi parum admiſſus eſt in praxi noſtra, licet fieri ſoleat in aliquibus Regni partibus, & practicari debet hoc modo, quod cohæredes, aut ſocii, aut per ſe faciant partes, aut per tertium electum, conſcribendo inſtrumentum publicum de partibus factis, & jam diviſione partium facta, in cedulis ſeparatis debent deſcribi partes, & in urnam mitti, unde extrahi debent exprimendo quod pars primo loco extracta, ſit talis ſocii, & ſecunda alterius, & ſic deinde, & de extractione debet etiam confici publicum inſtrumentum, quod erit probatio, & titulus diviſionis per ſortem factæ.

Sed frequentius in noſtra praxi triplici 7
modo dividi ſolent hæreditaria bona, & communia pro indiviſo poſſeſſa. Primò dividi ſolent ab ipſo teſtatore in teſtamento aſsignando iſte cuilibet ex hæredibus ſcriptis partem bonorum hæreditariorum. Et hoc cautè ab agricolis ſolet fieri ad excuſandam præſtationem laudemii ex diviſione conventionali, vel judiciali debiti: Hæc enim diviſio à teſtatore facta primum ſibi vindicat locum in hac materia, & ei omninò ſtandum eſt, & nequit aliter dividi, dummodò filii, & deſcendentes, non fuerit in legitima leſi, *l. quotiens inter* 10. *l. ſi cogitatione* 21. *Cod. familiæ erciſcund. leg. ſi filia* 20. *§. ſi pater* 3. *l. ſi pater familias* 33. *leg. ſi parte* 39. *§. pater* 5. *ff. familiæ erciſcund.* Barthol. *in leg.* 1. *n.* 9. *ff. de offic. procuratoris, Ceſſar.* Palacios Rubios *ad rubr. de donat. inter §.* 69 *n.* 10. Dueñas *regul.* 249. Ayora *de partit. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 9. Valaſc. *de partit. cap.* 25. *n.* 25. Barboſ. *ad text. in dict. leg. quotiens* 10. *Cod. familiæ erciſcund. n.* 1. *cum ſequent.* Morquech. *de diviſione bonor. lib.* 4. *cap.* 3. Pichard. *ad text. in dict. leg.* 1. *ff. famil. erciſcund. n.* 64. Fachin. *controverſiar. lib.* 6. *cap.* 68. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 3. *tit.* 36. *verſ. ſi defunctus*, Amato *variar. part.* 2. *reſolut.* 77. *n.* 40. Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 39. *n.* 1. Carolus Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 234. *n.*
12. Idem erit tenendum ſi teſtator jubeat quo- 8
modo facienda diviſio ſit, aut ſi nominet, & aſsignet perſonas, quæ diviſionem faciant, nam voluntas, & juſſus teſtatoris ſervari deber, & adimpleri, Alvar. Valaſc. *de partitionib. cap.* 21. Morquecho *de diviſion. bonor. lib.* 4. *cap.* 3. Carolus Anton. de Luca *ubi prox.* Et quia hujuſmodi diviſiones à teſtatore, aut juſſu teſtatoris factæ, vim prælegati habent, non tenentur inter ſe cohæredes de evictione pro rebus evictis, *l. cum pater, §. evictis*, ubi Barthol. *ff. de legat.* 2. *gloſ.* Barthol. Bald. & communiter DD. *in leg. ſi familia, Cod. famil. erciſcund.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 52. *n.* 72. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 118. *n.* 1. Caballin. *de evict. §.* 4. *n.* 51. Surd. *conſ.* 117. *n.* 25. *lib.* 4. Valaſc. *de partit. cap.* 37. *à n.* 8. Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 31. *n.* 12. *cum ſequent.* Barboſ. *ad text. in dict. l. ſi cogitat* 21. *Cod. famil. erciſcund. n.* 4. Amato *dict. reſolut.* 77. *n.* 40. *cum ſequent.* Guzmàn *de evictionib. quæſt.* 33. *n.* 7. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 599. *n.* 1. *cum ſeqq.* Michalor. *de fratrib. dict. part.* 3. *cap.* 39. *n.* 1. *&* 2. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian *dict. cap.* 234. *n.* 12.

Secundò ſolet fieri diviſio bonorum hære- 9
ditariorum, vel communium in noſtra praxi, ſe conveniendo, & concordando hæredes, aut

 ſo-

ſocii, & arbitrio ſuo diviſionem faciendo, & partibus ſciſis, capiendo ex conventione quilibet ex illis partem, & iſte dividendi modus eſt legitimus, & vindicat ſibi locum defuncto non dividente, leg. arbitro 57. ff. famil. erciſcund. l. cum putarem 36. in fin. ff. eod. leg. cum proponas 21. Cod. de pactis, for. 4. & 5. rubr. famil. erciſcund. Amato dict. reſolut. 77. num. 14. cum ſequentib. Pichard. ubi ſupra, n. 67. Arnold. Corvin. ubi proxim. verſ. defunctio. Michalor. dict. cap. 39. num. 3. cum ſequentib. Valeron de tranſactionib. tit. 3. quæſt. 4. num. 21. Carol. Anton. de Luca ubi proxim. n. 1. Modus iſte dividendi eſt veluti tranſactio quædam inter cohæredes, aut ſocios facta, l. cum proponas 21. Cod. de pact. Oddus in leg. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat. in 5. quæſt. principal. Valeron. ubi proxim. Et quia
10 diviſio iſta conventionalis valdè ſimilis eſt permutationi, aut ſaltim vices permutationis obtinet, & adhuc emptionis, l. 1. Cod. communia utriuſque judic. Pichard. ubi proxim. num. 69. Michalor. dict. cap. 39. num. 4. & ex iis contractibus debetur evictio, leg. 1. cum vulgat. Cod. de rerum permutat. Tenendum eſt, quod ex hac diviſione conventionali, ad invicem obligati remanebunt cohæredes de evictione pro rebus evictis, l. ſi fratres, Cod. communia utriuſque judicii, l. ſi familiæ, Cod. familiæ erciſcund. for. ſi los hereus 7. rubr. famil. erciſcund. Docent Barthol. in dict. leg. qui Romæ, §. duo fratres, quæſt. 12. Ayora de partit. part. 3. quæſt. 9. num. 19. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 52. num. 53. Pereyra de empt. & vendit. cap. 3. num. 9. & 10. Barzius deciſ. 96. num. 41. Mantic. de tacit. & ambig. convention. lib. 6. tit. 21. num. 16. & 17. Valaſc. de partitionib. cap. 37. Valenzuel. conſ. 11. num. 2. Sances de diviſion. bonor. lib. 1. cap. 8. Guzmàn de evictionib. quæſt. 33. Barboſ. ad text. in dict. leg. ſi familia 14. Cod. famil. erciſcund. num. 2. cum ſequent. Amato dict. reſolut. 77. n. 14. cum ſequent. Michalor. dict. cap. 39. n. 3. Carol. Anton. de Luca dict. cap. 234. num. 1. Quod habebit locum etiam ſi in diviſione nulla fuerit evictio promiſſa, nam ex natura ipſius diviſionis veniet, & tenentur ad invicem cohæredes de evictione, etiam ſi de illa nihil actum fuerit diviſionis tempore, Gratian. diſceptat. 234. num. 4. Valaſc. de partit. cap. 33. num. 2. Fachin. controverſ. lib. 6. cap. 68. Amato, Michalorio, & Carol. Anton. de Luca ubi proxim. Si verò diviſionis tempore inter cohæredes actum fuerit, quod de evictione non teneantur, erit ſervanda conventio, gloſſ. in dict. l. ſi familiæ 14. Cod. famil. erciſcund. Anton. Gomez variar. tom. 2. cap. 2. num. 34. Pereyra de empt. & vendit. cap. 31. num. 11. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 118. num. 13. Ayora de partit. quæſt. 9. num. 19. & 20. Valaſc. de partitionib. cap. 37. num. 7. Morquecho de diviſion. bonor. lib. 1. cap. 8. num. 4. Guzmàn de evictionib. quæſt. 33. num. 9. Barboſ. ubi proxim. num. 6. Michalor. dict. cap. 39. num. 7. Gratian. diſcept. 234. num. 9. Amato dict. reſolut. 77. num. 36. Quibus autem in caſibus habeat, vel non habeat locum evictio iſta, docent Guzmàn dict. quæſt. 33. Amato dict. reſolut. 77. per tot. Michalor. dict. cap. 39. & Carol. Anton. de Luca dict. cap. 234.

11 Ex quibus infertur diviſionem bonorum communium non eſſe faciendam ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus, quandò inter cohæredes, aut ſocios conventionaliter dividentes aliquis reperitur minor, Socin. Senior conſ. 254. num. 2. lib. 2. Decian. reſponſ. 15. num. 44. lib. 1. Ludoviſ. deciſ. 473. n. 5. cum ſequent. Ciarlin. controverſ. 118. num. 13. & 14. Groſſ. de contractib. minor. inſpect. 3. quæſt. 24. ex num. 3. Anton. Gobius conſultat. 7. n. 1. Idem erit dicendum ſi inter conventionaliter dividentes Eccleſia, univerſitas, aut quælibet perſona minoris fruens privilegio reperiatur, nam non erit facienda diviſio immobilium bonorum abſque decreto, Navarr. conſ. 9. de rebus Eccleſ. alienand. vel non, Urceol. de tranſactionib. quæſt. 23. num. 12. Omnibus enim ſupradictis perſonis impermiſſa reperitur alienatio immobilium bonorum abſque decreto, & aliis ſolemnitatibus, ut docui, cap. 12. & cap. 14. Pariter ergo debet eis impermitti bonorum diviſio, cum alienationis nomine veniat, & dominium trasferatur per diviſionem, Gama deciſ. 300. num. 4. Pereyra de reſolut. emphiteuſ. cap. 5. num. 43. Cardinal. Thuſc. practicar. tom. 1. lit. A. concluſ. 257. num. 7. Laſarte de decima vendit. cap. 20. num. 45. Valaſc. conſultat. 53. num. 4. Barboſ. de appellat. verbor. appellat. 14. num. 6. & ad text. in leg. 1. Cod. communia utriuſque judicii, num. 3. Morquecho de diviſion. bonor. lib. 1. cap. 2. num. 14. & 37.

12 Infertur etiam quod ſi inter diviſionem conventionalem facientes in regno, reperiatur minor vigintiquinque annorum, & major viginti annorum, non poterit diviſio conventionalis celebrari ſine nullitate, niſi concurrente conſenſu, & firma patris, ſi minor vigintiquinque annorum habuerit patrem, aut duorum proximiorum, ſi patrem nō habuerit, quia in Regno ſimiles minores non nupti nullum contractum celebrare poſſunt, vel conventionem, aut obligationem facere ſine ſolemnitate prædicta, for. final. rubr. de reſtitut. minor. for. 63. §. item que alcun menor, rubr. de jure emphitheut. for. 127. fol. 24. curiar. anni 1626. D. Leon tom. 1. deciſ. 94. n. 2. cum ſequent. Dom. Creſpì obſervat. 17. n. 2. cum aliis à me adductis in cap. 12. num. 54. cum ſequent. Et non



non eſt hæſitandum, quod in diſpoſitionibus foralibus ſupra adductis comprehenſa eſt diviſio. Primò quia diviſio vices obtinet emptionis, leg. 20. §. 3. ff. famil. erciſcund. l. 1. Cod. communia utriuſque judicii, ibi: Diviſionem prædiorum vicem emptionis obtinere placuit, & adhuc emptio eſt, leg. communi 7. §. ſi debitor, ff. communi dividund. ibi: Quia creditor per adjudicationem emit. Pichard. ad text. in dict. leg. 1. ff. famil. erciſcund. num. 69. Donell. ad leg. 2. num. 21. Cod. de reſcindend. vendit. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 61. Valaſc. conſultat. 53. num. 4. Pereyra de reſolut. emphiteuſ. cap. 5. num. 34. & cap. 8. num. 7. Barboſ. ad text. in dict. leg. 1. Cod. communia utriuſque judicii. Secundò quia diviſio verus contractus permutationis eſt, ut probat Pichard. ubi proxim. aut ſaltim vices permutationis obtinet, ut tradidi num. 10. Tertiò quia alienationis nomine venit diviſio, ut in ipſo num. 10. docui. Quartò quia diviſio quaſi contractus eſt, ſi inſpiciatur illius origo, §. tertio, & §. quarto, inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contractu. Quintò nam dividentes conventionaliter adinvicem obligati remanent de evictione, ut etiam dixi. Ultimò quia diviſio nequit ſine ſolemnitate forali fieri, ut tradunt DD. adducti, num. 10. Ergo cum diviſio conventionalis verè contractus ſit, & per eam obligentur dividentes, certiſſimum erit, quod abſque ſolemnitate forali non poterunt minores vigintiquinque annorum diviſionem conventionalem celebrare, cum eis impermittatur contractus quoſlibet inire, inter quos non eſt dubitandum comprehenſam eſſe diviſionem.

13 De jure valebat diviſio conventionalis, & poterat fieri, aut cum ſcriptura, aut ſine illa, leg. non ideo 12. Cod. familiæ erciſcund. ibi: Non ideo diviſio inter te, & fratrem tuum (ut proponis) facta, irrita habenda eſt, quod eam ſcriptura, ſecuta non eſt. Gotofred. in notis ad text. in leg. 17. Cod. de pact. Cardoſ. in prax. judic. verbo diviſio, num. 9. Barboſ. ad text. in dict. leg. non ideo 12. Cod. famil. erciſcund. num. 1. & 2. Arnold. Corvin. in ſumma Cod. lib. 3. tit. 36. verſ. Quæ.
14 In noſtro Regno de diviſione conventionali debet conſcribi, & fieri, prout ſemper in noſtra praxi fit, inſtrumentum publicum, ut expreſsè jubetur in for. ſi alcuna diviſiò 4. rubr. famil. erciſcund.: ibi: Si alcuna diviſiò, ò particiò de heretat, ſerà feita entre Frares, ò altres perſones: volem que ſia feita ab publica eſcriptura. Et quamvis in foro non irritetur diviſio aliter facta, quam per inſtrumentum publicum, ſufficit quod forus neceſſitatem inducat faciendi illam cum inſtrumento publico, ut non aliter abſque nullitate fiat, nam cum detur forma certa faciendi diviſionem, ad unguem, & ſpecificè obſervari debet, & ſi contra formam datam fiat, nullius momenti erit, leg. cum contra, Cod. ſi venditor pignoris, leg. Mævius, l. qui hæredi, ff. de conditionib. & demonſtrat. leg. 1. & 2. Cod. quando provocare non eſt neceſsè, Gratian. diſcept. 691. num. 33. Cencius de cenſibus, quæſt. 15. num. 2. Burat. deciſ. 437. num. 7. Facit etiam quod in foro jubetur diviſionem fieri cum inſtrumento publico, & hoc ſufficit, ut ſi abſque inſtrumento publico fiat nulla ſit diviſio, quia omne quod fit contra diſpoſitum in foris, nullum remanet, & inutile eſt, Molin. in reportor. verb. fori, pag. 155. Bardaxi in for. unic. quod extranei à Regno, num. 4. Seſsè de inhibitionib. cap. 11. num. 9. D. Matheu de regim. cap. 13. §. 3. num. 33.

15 Tertiò celebratur diviſio bonorum hæreditariorum, tàm de jure, quàm in noſtra praxi, judicis arbitrio: quandò enim à teſtatore bona hæreditaria non fuerint diviſa, & cohæredes, aut ſocii non convenerint in diviſione facienda, adiri debet judex qui arbitrio ſuo hæreditatem, & communia bona dividet, aſſignando portiones cuilibet ex cohæredibus, leg. 1. 2. & 3. leg. officio 26. ff. famil. erciſcund. leg. ad officium 3. Cod. commun. dividund. leg. in ipſius 5. leg. ſi qua 7. leg. ſi diviſionem 15. leg. filiæ 18. leg. cogitatione 21. Cod. familiæ erciſcund. §. ſi familiæ, inſtit. de officio judic. for. ſi diviſiò 5. rubr. famil. erciſcund. Anton. Gomez var. tom. 2. cap. 2. num. 33. Valaſc. de partit. cap. 9. per tot. Ayora de partitionib. part. 1. cap. 1. à num. 11. Barboſ. ad text. in dict. leg. officium, 3. Cod. communi dividund. num. 2. & 3. Morquecho de diviſione bonor. lib. 1. cap. 11. Pichard. ubi ſupra num. 67. Menoch. de præſumptionib. dict. lib. 3. præſumpt. 118. n. 19. & 20. Amato variar. dict. reſolut. 77. num. 39. Arnold. Corvin. dict. lib. 3. tit. 36. verſ. quod ſi, Michalor. dict. cap. 39. part. 3. de fratrib. num. 3. Carol. Anton. de Luca in animadverſionib. ad Gratian. cap. 234. num. 11. & cap. 324. n. 2. Et quia factum judicis dividentis, eſt factum partis, & habetur pro facto partis, leg. ſi plus, vel minus, §. ſi jura, ff. de evictionib.
16 Tenendum eſt quod ſicuti in diviſione conventionali à partibus facta habet locum evictio, ut probavimus, ita habebit locum in diviſione bonorum hæreditariorum; aut communium à judice facta, leg. ſi familiæ 14. Cod. familiæ erciſcundæ, Jaſſon in §. quædam, num. 50. inſtitut. de actionib. Anton. Gomez variar. tom. 2. cap. 2. num. 33. Cardoſ. in prax. judic. verb. diviſion. num. 13. Valaſc. de partit. cap. 37. à princip. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 52. num. 54. Pereyra de empt. & vendit. cap. 31. num. 9. Caballin. de eviction. §. 4. n. 51. Morquecho de diviſion. bonor. lib. 1. cap. 8. num. 3. Guzmàn de evictionib. quæſt. 33. Barboſ. ad text. in dict. leg. ſi familiæ 14. Cod. fa-

*familiæ erciſcund. num.* 2. *cum ſequent.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 599. *num.* 19. Amato *dict. reſolut.* 77. *num.* 39. Mangil. *de evictionib. quæſt.* 114. Michalor. *dict. cap.* 39. *num.* 6. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *dict. cap.* 234. *num.* 11.

17 Diviſionem, & partitionem hæreditariorum bonorum non faciebant per ſe Prætor, aut Preſes Provinciæ, ſed hujuſmodi magiſtratus judices dabant diviſores ad hæreditatem dividendam, qui erant veluti arbitri, *l. ſi diviſionem* 15. *Cod. famil. erciſcund.* ibi: *Arbiter familiæ erciſcundæ judicio vobis datus, communionem inter vos finiri providebit*, *leg. in ipſius* 5. *leg. ſi qua* 7. *Cod. eod.* ibi: *Prætor, vel Preſes Provinciæ, ejus rei diſceptator conſtitutus, vel judex familiæ erciſcundæ judicio aditus*, *l. filiæ* 18. *Cod. eod.* ibi: *Per arbitrum dividendæ hæreditatis præcipias adjucari ſæpè reſcriptum eſt*, *leg. ad officium* 3. *Cod. communi dividund.* ibi: *Ad officium arbitri, qui inter te, & fratrem tuum pro dividendis bonis datus fuerit.* Tractant de iis arbitris judicibus ad diviſionem datis, Valaſc. *de partitionib. cap.* 9. Morquecho *de diviſion. bonor. lib.* 1. *cap.* 11. Barboſ. *ad text. in dict. leg. ad officium* 3. *num.* 6. Arnoldus Corvin. *ubi ſupra, verſ. quod ſi.*

18 Magiſtratus ordinarii cum propter occupationes magnas de omnibus cognoſcere non potuiſſent, dabant, & nominabant judices, ut de aliquibus controverſiis cognoſcerent, & notionem haberent, *leg. generaliter* 9. *ff. de officio Præſid. l. ultim. Cod. ubi, & apud quem. Novel.* 82. Et hujuſmodi judices dati dicebantur Pedanei, vel Delegati, aut Speciales, aut Arbitri, *ut in leg.* 1. *&* 4. *Cod. de pedaneis judicib. l.* 5. *l.* 13. §. 1. *leg. apertiſsimi* 16. *Cod. de judiciis, l. ultim. ff. de officio prætor. leg.* 1. *Cod. de ordin. judicior. leg.* 1. §. 1. *ff. ex quib. cauſ. major. leg. ait prætor, ff. de jure jurand.* Aulus Gel. *noctium atticar. lib.* 11. *cap.* 44. PanciroI. *variar. lib.* 1. *cap.* 33. Donell. *lib.* 24. *commentar. cap.* 1. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 3. *tit.* 9.

19 In praxi noſtra inviolabiliter obſervantur diſpoſitiones juris communis ſupra adductæ, nam magiſtratus ordinarii, & Juſtitiæ in cauſis civilibus Civitatum, & Villarum Regni, nominant judices iſtos diviſores, & partitores, D. Matheu *de regim. cap.* 4. §. 2. *num.* 50. Et tribuunt eis juriſdictionem, & poteſtatem ad diviſionem faciendam. Solum differentia invenitur in illo, quod de jure ipſi magiſtratus, cohæredibus inſtantibus, hos nominabant judices, in praxi verò quælibet pars ſuum nominat judicem diviſorem in judicis præſentia, & non ineptè, quia, ut dixi, ſunt judices iſti, veluti arbitri, & non eſt ignotum quod à partibus eligi, & nominari debent, ex ratione text. *in leg. hac edictali*, §. *bis illud*, *Cod. de ſecundis nuptiis.* ibi: *Juſtis preciis, æſtimatione habita per eos quos utraque pars elegerit.* Et ſi conſideremus judices diviſores eſſe peritos, etiam à partibus rectiſsimè eliguntur, quia ex conſuetudine à partibus nominantur, & eliguntur periti, Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 99. 101. *&* 117. Scacc. *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 373. Ciarlin. *controverſiar. part.* 1. *cap.* 75. *num.* 1. Cyriac. *controverſ.* 395. *num.* 21. Fermoſin. *ad text. in cap. propoſuiſti* 4. *de probat. quæſt.* 4. *num.* 8. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 24. §. 5. *num.* 9. Eodem modo nominant Scribam partes, & ſi diſcordant, in perſona nominanda, judex ordinarius illum nominat, & ſolet ſemper nominari ſcriba illius Curiæ. Et etiam nominat judex judicem diviſorem, quando aliqua ex partibus contumax fuerit, & neque comparuerit in curia, neque nominaverit, nam in illius contumaciam poterit judex pro illa parte contumaci nominare judicem diviſorem, & Scribam, ex regul. text. *in* §. *ſin autem, inſtitut. de ſatiſdatione tutor.* Menoch. *de adipiſcend. remed.* 5. *num.* 163. Pacian. *dict. cap.* 47. *num.* 99. *cum ſequentib.* Fermoſin. *dict. quæſt.* 4. *num.* 8. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 115. Pacion. *dict. cap.* 24. §. 5. *num.* 10. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 228. *num.* 5.

Si los Coherederos no ſe convienen en la „ diviſion de los bienes hereditarios, ſe paſſa „ à hacer la diviſion de aquellos judicialmen„ te, para lo qual la parte que la deſea hacer, „ hace aſsignacion ante el Juſticia, y Juez Or„ dinario à la parte renitente para el otro dia „ à la hora de la Audiencia, en donde com„ pareciendo las partes manda el Juſticia nom„ bren Juezes Diviſores, y Partidores, y Eſ„ crivano, para dividir los bienes heredita„ rios, y paſſa cada una de las partes à nom„ brar ſu Juez, y ſi ſe convienen, à nombrar „ las dos uno, y tambien Eſcrivano, ò à vezes „ ſin eſta ſolemnidad comparecen las partes „ de bien à bien, y ſe continùa el nombra„ miento. Y en todo caſo con una proviſion „ en eſta forma.

Die XXI. Maii M.DC.LXXXVIII. Lo Juſticia en lo Civil de la preſent Ciutat de Valencia, aconſellat del Noble F. T. D. en drets altre de ſos ordinaris Aſſeſſors, preſents, y ohits à F. T. de una, y à S. T. de altra hereus del quondam S. T. ſon pare, Auditis, &c. Provìdet que les dites parts nomenen Jutges Diviſors, y partidors, y Eſcrivà pera dividir, y partir igualment entre

dits



dits hereus los bens que recahuen en dita herencia. Et incontinenti les dites parts ad invicem nomenen en Jutges Diviſors, y Partidors, ço es lo dit F. T. à S. T. Doctor en drets, y lo dit S. T. à F. T. Doctor en drets; & etiam nomenen en Eſcrivà à F. T. Notari. E lo dit Juſticia los dona tot lo poder, &c. Et pro his expediatur commiſsio. *Recepit Sanchis Notarius pro Scriba.*

Regiſtrata in libro mandatorum, & emparatum Curiæ Civilis Valentiæ ſub dicto Kalendario.

En execucion de eſta proviſion, y nombra„ miento de Juezes Diviſores, ſe deſpacha co„ miſsion dirigida à los Juezes nombrados, y „ Eſcrivano para que hagan la diviſion en„ tre los herederos, y eſta comiſsion ſola„ mente la firma el Eſcrivano de la Corte, „ y la ſella con ſu ſello, y ſe deve concebir „ en eſta forma.

De Nos lo Noble F. T. Juſticia de cauſes Civils de la preſent Ciutat, è Jutge Ordinari de aquella, à F. T. y S. T. Doctors en dret S. y H. diem à v.ms. com en lo procès, y cauſa de diviſiò, y particiò que ſe enten portar, y tractar entre parts de F. T. de una, y S. T. de altra hereus del quondam F. T. pare de aquells, ſiau eſtats nomenats per dites parts en Jutges Diviſors, y Partidors pera dividir, y partir los bens de la herencia del quondam F. T. dividint, y partint igualment entre els dits hereus los bens que recahuen en dita herencia, è à voſaltres ſia eſtada donada facultat, ple, y baſtant poder. Per ço hos diem, y manam, que viſtes, y ohydes les parts, y examinada la dita cauſa, modo quo ſupra, com confiam, fatau prompta, y expedient juſticia, car pera dit effecte hos donam tot lo poder, &c. Datis Valentiæ die XXI. Maii M.DC.LXXVIII.

*Hieronymus Sanchis Notarius pro Scriba.*

20 Judices iſti diviſores ſolent eligi multoties ex utriuſque juris Doctoribus, multoties ex Notariis, & aliquando ex civibus, ſed debet curari, ut non nominētur imperiti, & idiotæ, qui munus ſuum dividendi non poſsint rectè explere, argum. text. *in l.* 3. *Cod. finium regundor. l. penultim. Cod. de judiciis.* Habent judices iſti diviſores juriſdictionem, & ſuam proferunt adjudicationis ſententiam, quia etſi de jure prædicti judices pedanei (qui ad humiliora negotia à magiſtratibus dabantur, *l. final. Cod. de pedan. judicib. leg. Cod. Theod. de officio Rector. Provin.* ubi Jacob. Gothofred. Et pedanei dicebantur quia ad prætoris, & magiſtratus pedes ſedebant, *l.* 3. §. 1. *l.* 4. *ff. de tutorib. & curatorib. l. ſi quis* 38. §. *judices, ff. de pœnis, l.* 1. §. *item, ff. depoſiti, l. ſancimus* 15. *Cod. de judiciis*) juriſdictionem non haberent, ſed ſolum notionem, *l. ait prætor* 5. *ff. de re judicat. leg. penultim. ff. de confeſſ. l. generaliter* 9. *ff. de offic. præſid. l. ultim. Cod. ubi & apud quem, Novel.* 82. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 3. *tit.* 23. *verſ. magiſtratus*, Gonzal. Tellez *ad text. in cap.* 1. *de offic. & poteſt. judic. delegat. n.* 5. Et ideo dici ſolet peritos iſtos diviſores, & calculatores ſententiam ferre non poſſe ſuper juris dubiis, Ayora *de partitionib. cap.* 4. *num.* 24. Gabriel. *conſ.* 45. *num.* 19. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 8. *num.* 24. *&* 25. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 101. *num.* 16. *&* 17. Tamen apud nos, judices iſti diviſores, virtute juriſdictionis mandatæ, cognoſcunt in hoc judicio familiæ erciſcundæ de omnibus incidentibus, & ſuam proferunt ſententiam adjudicando bona cohæredibus pro portionibus hæreditariis, quia in commiſsione, & delegatione eis ſpecialiter datur poteſtas audiendi partes, condemnandi, aut abſolvendi, & ſua ſententia adjudicationem faciendi, quia virtute ſolius notionis non poterant judices dati ſententiam proferre, *l.* 1. *Cod. de pedaneis judicib. l. ſi diviſionem* 15. *leg. filiæ* 18. *Cod. familiæ erciſcund.* Solum exequi ſententiam non poterunt, *l.* 2. *Cod. de juriſdict.* Niſi ſpecialiter executio demandata eſſet, *l. final. Cod. de judiciis*, Gonzal. Tellez *ad text. in cap.* 1. *de offic. & poteſt. judic. delegat. num.* 14.

Judicibus diviſoribus nominatis, ut ad di- 21
viſionem bonorum hæreditariorum procedatur, debet à cohæredibus, vel cohærede, coram illis peti, quod dividantur bona, & pro portionibus hæreditariis cohæredibus adjudicentur: actio enim familiæ erciſcundæ ſolum ſuſcitari poteſt à cohæredibus portionem hæreditariam habentibus, ut diximus, quia ſingularis ſucceſſor non habens hæreditarium jus, ut emptor, non poteſt judicium iſtud fa-



mi-

miliæ erciſcundæ ſuſcitate, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 14. *Decembris* 1634. inter Gaſparem Barberà de Guzmàn, & Balthaſarem, Gaſparem, & Seraſinum Barberà. Debet etiam exiberi inventarium factũ de bonis hæreditariis, quia nequit commodè diviſio fieri, niſi probata per inventarium exiſtentia bonorum hæreditariorum, & illis oſtẽſis, ut notant Ayora *de partitionib. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 15. & 16. Pichard. *in dict. l.* 1. *ff. familiæ erciſcund. n.* 36. Guzmàn *veritat. jur. veritat.* 26. *num.* 37. In inventario continentur omnia bona hæreditaria, jura, & actiones, *leg. final. Cod. de jure deliberand.* Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 42. Spino *de teſtament. gloſſ.* 35. *num.* 32. Borel. *in ſumma deciſ.* 3. *tom. tit.* 19. *num.* 82. Valaſc. *de partit. cap.* 8. *num.* 43. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 9. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *num.* 15. Caſtill. *lib.* 8. *de aliment. cap.* 30. *num.* 30. *cum ſequentib.* Et eſt inventarium caput, & fundamentum ſuper quo bonorum diviſionis materia cadit, cum etiam ſit omnium rationum caput, ut notant Barthol. & Imola *ad text. in l. cum tale, §.* 1. *ff. de conditionib. & demonſtrat.* Ayora ad intentum *dict. cap.* 1. *num.* 16. Si inventarium bonorum non reperiatur factum debet aliter oſtendi, & per cohæredes judicibus diviſoribus manifeſtari qualia, & quanta ſint hæreditaria bona, ut poſsint judicium ſuum facere, & dividere, quia cum diviſio de bonis hæreditariis debeat fieri, non poterit recadere non oſtenſis bonis; quia non entis nullæ ſunt qualitates, *l. ejus qui in Provincia, verſ. quoniam, ff. ſi certum petatur, l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re judicat. l.* 1. *ff. de hæredit. vel action. vendit.*

Eſtas diviſiones de bienes hereditarios ſe
22 „acoſtumbran hacer mas corrientemente, „entregando los herederos los inventarios, „y teſtamento al Eſcrivano de la diviſion, ſin „hacer inſtancia judicial delante los Jueces „diviſores, pero no ſerà deſacertado el practicar como lo he viſto hacer, y he practicado, el proponer ſu inſtancia judicial preſentando inventarios, y teſtamento, y narrar „lo que conduce para que con mas rectitud „ſe haga la diviſion, pues importa dar à entender à los Jueces de què modo, y de què „partes ſe deve hacer, y en eſte caſo no ay „inconveniente para que ſe proponga à inſtancia de todos los herederos, ò de uno ſolo una peticion en eſta forma.

IHS. F.T. altre dels hereus del quondam F.T. propoſant com millor pot diu, que pera poderſe paſſar à fer la diviſiò, y particiò dels bens recahents en la herencia del quondam F. T. per v. ms. los Jutges Diviſors, y Partidors nomenats per les parts, en viſta dels actes que es preſentaràn ſe ha de premeditar, y preſupoſar lo ſeguent.

Primerament, que el quondam F. T. en ſon ultim, y darrer teſtament rebut per F. T. Notari en T. de T. mes, y any, y publicat per lo mateix Notari en T. de T. mes, y any, de que fa preſentaciò ſi & in quantum ſub num. 1. inſtituhi en hereus ſeus univerſals à F. T. y al propoſant ſos fills per iguals parts y es deixà 100. lliur. per la anima, y feu T. llegat.

Secundo ſe ha de ſupoſar, que lo dit F. T. y el propoſant feren inventaris de tots los bens recahents en dita herencia rebuts per dit Notari en T. de T. mes, y any, dels quals pariter fa preſentaciò, ut ſupra, ſub num. 2.

Tertiò ſe ha de ſupoſar, que dels bens mobles inventariats ſe feren Almonedes, y haventſe venùt en public encant, ſen tragué la cantitat de 400. lliures, ſegons conſta per los actes de almonedes, de que fa fe, ut ſupra, ſub num. 3. y de la dita cantitat fonch pagat lo bè de la anima, ſegons conſta per la difiniciò de que pariter fa preſentaciò, ut ſupra, ſub n. 4. y foren pagats T. llegats ab que noy ha bens mobles alguns en eſta herencia que dividir, ni partir.

Ultimament ſe ha de ſupoſar, que els bens que recahuen en eſta herencia ſon (*Aquì ſe podràn nombrar los bienes*) los quals han eſtat apreats per los experts nomenats per les parts, ço es T. heretat en T. y T. heretat en T. ab que la diviſiò ſe ha de fer adjudicantli al propoſant bens en cantitat de T. y al altre hereu en T. cantitat.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir, ſia feta la diviſiò, y particiò de dita herencia, y bens hereditaris recahents en aquella en la ſobredita conformitat, y igualtat. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. die* 28. *Maii* 1688.
*intimetur.*
F. T. alter ex judi[illegible]
diviſoribus.

*Jeſus M. die* 28. *Maii* 1688.
*intimetur.*
F. T. alter ex judicibus,
diviſoribus.

Tam-



Tambien ſe podrà practicar eſto miſmo „proponiendo las miſmas razones que en la „inſtancia ſobredicha, y preſentando los autos en un auto de comparendo, que ſiempre ſerà mas acertado, haciendole en eſta „forma.

Die XXX. Maii M.DC.LXXXVIII.

Comparent en lo preſent Tribunal, y davant lo Eſcrivà de aquell F.T. altre dels hereus del quondam S. T. com millor pot diu, que pera poderſe paſſar à fer la diviſiò, y particiò dels bens recahents en la herencia del quondam F. T. per v. ms. los Jutges Diviſors, y Partidors nomenats per les parts, en viſta dels actes que es preſentaràn, ſe ha de premeditar, y ſupoſar lo ſeguent.

Primerament. (*Aqui ſe han de poner todas las razones que ſe han propueſto en la inſtancia, y las que convinieren, y concluirſe en eſta forma.*)

Per ço, & aliàs com millor pot diu, que la diviſiò, y particiò de dita herencia, y bens hereditaris recahents en aquella es deu fer ab la igualtat, y conformitat ſobredita. Per ſer aixi, &c. Requirint, &c. *Recepit F. T. Notarius, & Scriba.*

Non poterunt aliter rectè dividi hæredita-
23 ria bona, niſi prius æſtimata fuerint per peritos bonorum æſtimatores ab ipſis patribus electos, *leg. Mævius* 53. §. *arbiter, ff. famil. erciſcund. leg. ſi quis* 6. *§. fundus, ff. communi dividund. l. ad officium* 3. *Cod. eod. l. hac ædictali* 6. §. *his illud, Cod. de ſecund. nuptiis,* Ayora *de partitionib. part.* 1. *cap.* 3. *per tot.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 123. *num.* 3. Petrus Sanz *de diviſ. bonor. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. *cum ſequent. & lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 3. Barboſ. *ad text. in cap.* 1. *de Parochiis, num.* 3. *in fin.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 86. Pichard. *in dict. leg.* 1. *ff. familiæ erciſcund. num.* 38. Guzmàn *veritat. jur. veritat.* 26. *n.* 37. Eliguntur periti regulariter ab ipſis partibus, Scacc. *de judiciis, lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 373. Ciarlin. *controverſiar. part.* 1. *cap.* 75. *num.* 1. Pacion. *de locato, cap.* 24. *§.* 5. *n.* 9. Sed diſcordantibus partibus, aut incontumaciam alicujus ex nominare debentibus, à Judice nominatur peritus pro cõtumacis parte, *§. ſin autem, inſtitut. de ſatiſdat. tutor.* Menoch. *de adipiſcend. remed.* 5. *num.* 163. Cyriac. *controverſ.* 395. *num.* 21. Fermoſin. *ad text. in cap. propoſuiſti, de probat. quæſt.* 4. *n.* 8. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 228. *num.* 5. Et peritus à Judice nominatus, eandem habebit poteſtatem, & idem poterit facere, quam à partibus nominati, quia in his, judicis factum reputatur partis factum, *l. ſi plus, vel minus, §. ſi jura, ff. de evictionib.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 52. *num.* 54. Amato *dict. reſolut.* 77. *num.* 39. In noſtræ Civitatis, & Regni tribunalibus, periti æſtimatores reperiuntur electi ad omnes æſtimationes bonorum faciendas, qui proculdubio poterunt adhiberi, ut bona hæreditaria æſtiment. De valore autem bonorum debent relationem facere periti in poſſe Scribę cauſæ, quia in actis referre debent, *dict. l.* 3. *Cod. finium regundorum, cap. judicante* 9. *de præſcriptionib.* D. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 2. *num.* 239. Et omni in caſu, ut eorum relationi poſsit ſtari, debent illam facere cum juramento, Angel. *in leg. jusjurandum* 3. *Cod. de teſtib.* Jaſon *in leg. admonendi, ff. de jure jurando, in* 2. *lectura, num.* 237. ubi Ripa *num.* 196. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1174. *n.* 51. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 74. *à num.* 95. Fermoſin. *ad text. in cap. propoſuiſti* 4. *de probat. quæſt.* 4. *num.* 6. Pacion. *de locat. cap.* 24. §. 5. *n.* 34. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 228. *n.* 8.

Facta bonorum æſtimatione, & verificato
valore cujuſcumque hæreditariæ rei, anteaquam diviſio hæreditariorum bonorum fiat, æs alienum deduci debet, & hæreditaria debita ex bonorum æſtimatione detrahenda ſunt, *l. Mævius* 52. §. *arbiter, ff. familiæ erciſcund.* Pichard. *in dict. l.* 1. *ff. familiæ erciſcund. n.* 40. Ayora *de partitionib.* 1. *part. cap.* 7. *n.* 1. *cum ſequent.* Valaſc. *de partitionib. cap.* 25. *per tot.* Morquecho *de diviſione bonor. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 54. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 3. *tit.* 36. *verſ. his debet* Eodem modo deducenda, & detrahenda ſunt legata, prælegata, donationes, & omnia illa quę particulariter à teſtatore relicta fuerunt, *l. item labeo* 22. *ff. familiæ erciſcund. leg. ſi donationes,* 3. *C. de collationib. l.* 2. *l.* 4. *l.* 7. *l. penultim. Cod. familiæ erciſcund.* Ayora *de partit. dict. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. Valaſc. *de partit. cap.* 8. *num.* 52. Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. debet Judex.* Dividenda enim in hoc judicio ſunt hęreditaria ſolum bona, & non dicuntur hæreditaria bona, niſi illa quæ remanent deducto ære alieno, *l. Papin.* 8. §. *quarta autem, ff. de inofficioſ. teſtament. l. mulier* 73. *ff. de jure dotium, l. ſi quis ſervum* 8. §. *final. cum l. ſequent. ff. de legat.* 2. *l.* 2. §. *illud, ff. de collat. bonor. l. final. ff. de uſufruct. l. non poſſunt* 11. *ff. de jure fiſci, l. final.* §. *ſin autem æs alie-*

num,

num, Cod. de boniſque liberis, leg. ſubſignatum, 39. §. bona, ff. de verbor. ſignificat. §. cum autem, inſtitut. de lege falſidia, Mexia in tractat. taxæ panis, concluſ. 2. num. 94. Gutierr. practicar. lib. 3. quæſt. 43. num. 17. cum ſequent. Pichard. ubi proxim. num. 39. Barboſ. axiom. 37. num. 1. Noguerol allegat. 40. num. 21. Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 24. num. 117. Unde ſi mariti hęreditas reſtituere debeat dotem alteri ex hæredibus mariti, in diviſionis judicio debet prius detrahi dos, & tanquam æs alienum adjudicari portio bonorum illi correſpondens hæredi habenti jus exigendi dotem, ut judicavit Senatus ſententia per Daça, die 1. Junii 1630. inter Eliſabetham Arbo, & de Daroqui, & Joſephum Gutierrez.

25 Debent judices diviſores aliquas præoculis habere regulas, ut non ineptè diviſionem faciant. Prima ergo regula eſt, quod æqualiter diviſio fiat; & hæredibus adjudicentur bona æqualiter pro portionibus hæreditariis, l. lege 14. Cod. de legitim. hæredib. leg. ut liberis 17. Cod. de collat. l. inter filios 11. Cod. familiæ erciſcund. leg. 1. in princip. ff. de ſuis, & legitim. leg. 10. Cod. familiæ erciſcund. for. 3. rubr. familiæ erciſcund. Paz in prax. 3. tom. cap. 1. §. 6. n. 14. Anton. Gomez var. tom. 1. cap. 1. n. 2. Minſinger. centur. 4. obſervat. 37. Pichard. ubi proxim. n. 64. Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 3. tit. 25. definit. 4. Barboſ. ad text. in cap. inter filios 11. Cod. familiæ erciſcund. Morquecho de diviſion. bonor. lib. 1. cap. 8. & cap. 11. num. 28. Michalor. de fratrib. cap. 38. n. 17. & 18. Arnold. Corvin. ubi proxim. verſ. æqualitatem, Cardin. Otthobon. deciſ. 123. num. 21. Nihil enim magis accomodatum eſt judicio diviſionis, quàm æqualitatem ſervare, & quod partes inter cohæredes hæreditariorum bonorum ſint æquales, l. 3. C. communia utriuſque judicii, Bardell. conſ. 58. num. 91. Muta deciſ. 53. n. 5. Cyriac. controverſ. 191. num. 28. & controverſ. 478. num. 49. cum ſequentib. Ciarlin. controverſ. 118. num. 10. Knipſchildt. de fideicommiſſ. cap. 8. num. 156. Garguiar. Junior conſ. 74. num. 19. lib. 1. Baron. de effectib. minor. ætat. effect. 18. num. 50. Anton. Faber conſultat. 7. num. 5. Et ſi hæreditariæ res commodam diviſionem patiantur, cujuſcumque rei hæreditariæ debent fieri æquales partes, & adjudicari hæredibus æqualis æſtimatione, ſed ſi ex partibus factis hæreditariæ rei majorem æſtimationem habuerit una, quam alia, debet gravari, & compelli hæres ille cui majoris valoris pars adjudicatur ad refundendum in pecunia cohæredi valorem illum ſuperabundantem, quē habet rei pars, l. 2. §. penultim. l. inter cohæredes 44. §. 2. ff. familiæ erciſcund. §. ſi familiæ, inſtitut. de officio judic. Paz in prax. d. 3. tom. cap. 1. §. 4. n. 14. Ayora de partitionib. tit. 1. cap. 1. num. 14. Valaſc. de partitionibus, cap. 22. num. 13. Amato reſolut. 77. num. 8. Pichard. ubi proxim. num. 66. Arnold. Corvin. dict. tit. 36. verſ. quæ dividi.

26 Si hæreditaria res commodam non patiatur diviſionem, vel quia omninò periret, & deſtrueretur ſi divideretur, ut Ancilla, aut equus, vel quia ſi omninò non periret magnam diminutionem ſui valoris pateretur, poteſt fieri diviſio, & adjudicatio multis modis. Primò poteſt fieri adjudicando omnem individuam rem uni ex cohæredibus, condemnando, & gravando illum, ut in pecunia tradat, & reſtituat cohæredi dimidium valoris rei, l. item labeo 22. §. familiæ, leg. ſi famil. ff. familiæ erciſcund. leg. ad officium, Cod. communi dividund. §. ſi familiæ, & §. eadem, inſtitut. de officio judic. Decian. conſ. 15. num. 38. lib. 1. Capic. deciſ. 306. Valaſc. de partition. cap. 22. num. 13. Amato dict. reſolut. 77. num. 8. Olea de ceſſion. jurium, tit. 3. quæſt. 2. num. 32. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 38. n. 30.
27 Et in hoc caſu ſi unus ex cohæredibus, aut ſociis in re illa indiviſibili majorem habuerit partem, debet ei dari optio ſi voluerit rem ſuo juſto valore, reficiendo cohęredi in pecunia partem illam valoris, quam habuerit, leg. ſancimus, §. nè autem, C. de donationib. Capic. deciſ. 36. num. 1. Urſil. ad Afflict. deciſ. 13. num. 6. cum ſequent. Valaſc. de partitionib. cap. 22. num. 3. Ceſſar. Barzius deciſ. 100. n. 10. & 12. Barboſ. ad text. in l. 3. Cod. communi dividund. n. 10. Morquecho de diviſion. bonor. lib. 2. cap. 10. num. 7. Fontanell. de pact. nuptialib. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. num. 81. Michalor. dict. cap. 38. n. 31. Si equales habuerint partes, erit juſtum, quod Judex rem indiviſibilem adjudicet cohæredi, aut ſocio, qui juxta illam rem habuerit prædia contigua, & poſſeſsiones, argum. text. in leg. quicumque, Cod. de omni agro deſerto. lib. 10. Capic. deciſ. 42. num. 1. & 2. Ceſſar. Barzius deciſ. Bonon. 100. num. 17. Capic. Latr. deciſ. 28. num. 8. Fontanell. de pact. nuptial. dict. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. n. 40. Olea de ceſsion. jur. dict. tit. 3. quæſt. 2. n. 32. Sed ſi inter cohæredes, aut ſocios reperiatur Eccleſia, aut fiſcus, æquales portiones habentes, debet eis dari optio, per text. in l. edicto, in princip. l. Senat. §. Senat. ff. de jure fiſci, l. 1. Cod. de his qui ſe deferunt, lib. 10. cap. 1. de Parochiis, probat Fontanell. ubi proxim. num. 43. & 44.

28 Secundò poterit res non admittens diviſionē cōmodā dividi inter cohæredes, aut ſocios, per licitationem, & iſte eſt primus modus agēdi in Regno judicio communi dividūdo, nam ſocius poſsidens indiviſibilem rem ſimul cum alio, poteſt illum cogere ad licitandum, & licitatione facta inter cohæredes, aut ſocios plus danti, & offerenti concedi, & adjudi-

cati



cati debet res, ut in pecunia reficiat alterius ſocii, aut cohæredis portionem, leg. 1. leg. ad officium 3. Cod. communi dividund. for. can alcuna, rubr. commun. dividund. ibi: *Que lla donchs ſia feita licitaciò: ço es encant entre aquells compañons ſobre aquella coſa comuna, è aquell compañò que mes è donarà conſeguesque, è haje aquella coſa, è do la part del preu al altre compañò que lin tañerà.* Capicius deciſ. 36. num. 1. Franchis deciſ. 160. num. 4. Ceſſar Barzius deciſ. 100. num. 10. & 12. Cancer variar. lib. 3. cap. 13. num. 9. Intrigliol. conſ. 12. num. 15. Anton. Faber in ſuo Cod. tit. commun. dividund. definit. 3. & tit. communia utriuſque judicii, definit. 14. Dom. Leon tom. 1. deciſ. 117. per tot. Valaſc. de partit. cap. 22. num. 9. Hermoſill. in leg. 3. gloſſ. 6. num. 100. tit. 4. part. 5. Capyc. Latr. conſultat. 28. num. 9. Valaſc. conſultat. 114. num. 7. Barboſ. ad text. in dict. leg. 3. Cod. commun. dividund. num. 10. Thoro in vot. deciſ. 95. per tot. Fontanell. dict. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. num. 75. Ricc. collectan. 201. Amato dict. reſolut. 77. num. 9. Olea de ceſſion. jurium, dict. tit. 3. quæſt. 2. num. 32. Michalor. dict. cap. 38. num. 32. Hoc ſolum procedet, quando res commodam non patitur diviſionem, tunc enim erit licitationis caſus, & ſocio, vel cohæredi majus offerenti preciū, debet communis res relinqui, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 29. Novembris 1618. inter Joannem Vergada, & Guillermum Gallart, & alios, & alia per eundem, die 29. Novembris 1619. inter eaſdem partes: Non tamen impermittitur ſocio alienare partem prædictæ rei communis, non ſolum in conſocium, ſed etiam in extraneum, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 30. Martii 1634. inter Villam de Capdet, & Balthaſarem Vil..
29 Et in hac materia licitationis rei communis individuæ, magna prærrogativa muniuntur ſocii, aut cohæredes, nam illis licitantibus, & juſtum rei precium offerentibus, non admittuntur extranei licitatores, etiam ſi majus offerant precium, quia ſi in licitatione ſocius, aut cohæres juſtum offerant precium pro communi re, præferri debent, etiam majus offerente precium extraneo, Baldus in dict. leg. ad officium 3. num. 4. Cod. communi dividund. Covarrub. variar. lib. 3. cap. 14. num. 6. Valaſc. de partit. cap. 22. ſub num. 10. Intrigliol. conſ. 12. num. 16. Barboſ. ad text. in dict. leg. 3. num. 12. Amato dict. reſolut. 77. num. 11. Olea de ceſsion. jurium, dict. tit. 3. quæſt. 2. num. 33. Quæquidem doctrina licet mihi nunquam placuiſſet, certiſsimum tamen eſt, quod extraneis licitatoribus idem offerentibus precium, præferuntur ſocii, aut cohæredes, Olea ubi proxim. Sociis vero non licitantibus, aut juſtum non offerentibus precium, admitti debent extranei ad licitandum, ut rectè probatur ex text. in d. leg. ad officium 3. Cod. communi dividund. Valaſc. de partit. cap. 11. num. 4. & 5. Amato d. reſolut. 77. num. 10. Olea ubi proxim.

30 Tertiò poterit rei individue diviſio fieri, aut potius juris intellectu cenſebitur facta, quando cohæredes, aut ſocii, conveniunt in locatione rei communis, nam licet unus ex ſociis abſque interventu alterius ſocii, nō poſſit rem communem locare, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, die 10. Martii 1620. inter Antonium Datos del Caſtillo, & Guiamontem Eixarch, ſi omnes ſocii, aut cohæredes conveniunt, poterit locari res, ad hoc ut emolumenta, & locationis mercedes inter hæredes pro portionibus hæreditariis dividantur, aut inter ſocios pro portionibus habitis in communi re, leg. communi, §. cum de uſufructu, ff. communi dividund. Roderic. Xuarez in leg. quoniam in priorib. limitat. 11. dubitat. 2. num. 8. Anton Gomez variar. lib. 2. cap. 3. num. 14. Valaſc. de partit. cap. 22. num. 13. & 14. Morquecho de diviſion. bonor. lib. 1. cap. 2. Amato reſolut. 77. num. 13. Olea de ceſsion. jurium, dict. tit. 3. quæſt. 2. num. 32. Qandò communis res ſolita fuit locari, poterit unus ſocius, invito altero ſocio, locare illam ad uſum deſtinatum, Menoch. de arbitrar. caſu 442. num. 2. Caroc. de locat. part. 3. de re commun. num. 4. Evia Bolañ. in Curia Philip. §. teſtamento, num. 7. & §. viage, num. 2. Ayllon. ad Gomez part. 2. cap. 3. num. 15. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 36. num. 1. & 2. Et ex eadem ratione poterit ſocius, invito alio ſocio, rehedificare, aut reficere rem communem ad uſum deſtinatum, ut judicavit Senatus ſententia per Berbegal, die 30. Martii 1609. inter Guiomarem, & Franciſcum Eixarch, & Domnam Magdalenam de Aragò.

31 Sed ſi ambo ſocii, aut cohæredes conveniant in locatione rei communis, ſed unus locare vellit uni perſonæ, & alios alteri, non erit extra propoſitum inquirere cui debeat communis res locari: & ad veram reſolutionem quatuor debent conſiderari caſus. Primus eſt, ſi alter ex conductoribus offerat majus precium, & iſte proculdubio debet præferri, Menoch. de arbitrar. caſu 442. num. 6. Michalor. dict. cap. 36. num. 14. & 15.
32 Secundus erit, ſi æqualem mercedem offerant ambo conductores, & hoc in caſu ſi alter ex ſociis majorem habeat partem in re, præferri debet conductionem habens rei ab iſto ſocio, & ab habentibus conductionem à ſociis, aut dominis majorem partem habentibus in re, argum. text. in leg. ſanccimus, §. nè autem, Cod. de donationib. Et quod debeat ſtari locationi factæ à majore dominorum parte, abſque eo quod à locatione poſsint dice-

de

dere minorem habentes partem, declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 4. *Januarii* 1628. inter Bernardum Bodi, & Angelam Deiçate, confirmata in alia Aula, ſententia per eundem, *die* 6. *Maii* 1628. Tertius caſus
33 erit, ſi æquales habentibus partes in re communi ſociis, aut cohæredibus, æqualis penſio à conductoribus offertur, & in hoc caſu præferri debet conductor ille qui magis honeſtus eſt, *l. non aliter*, *ff. de uſu*, *& habitat.* Socin. *conſ.* 58. *lib.* 4. Menoch. *ubi proxim. num.* 5. Michalor. *dict. cap.* 36. *num.* 6. Dicitur magis honeſtus, quo ad inſtitutum noſtrum, magis dives, & qui pautiores habet in familia, qui filios parvulos non habet, qui poſsint inferre domui locandæ damnum, & qui officium, aut exercitium habet minus damnoſum domui, Michalor. *dict. cap.* 36. *n.* 15. Ultimus caſus
34 erit, ſi æquales habentibus partes ſociis, ejuſdem honeſtatis eſſent ambo conductores, & tunc, juxta aliquorum Regnorum conſuetudinem, immittuntur conductorum nomina in pixidem, & extractus præfertur, Caroc. *de locat. dict. part.* 3. *num.* 15. Michalor. *ubi prox. num.* 11. Sed apud nos hoc non uſitatur, imò judico debere judicem ſe interponere in hoc caſu ad ſcandala vitanda, & locationem facere, aut cogendo ſocios, aut in caſu noluntatis locando ipſe judex, aut utendo alio prudentiali medio, Barthol. *in leg. hujuſmodi*, *§. ultim. ff. de legat.* 1. Menoch. *ubi proxim. num.* 9. Michalor. *dict. cap.* 36. *num.* 10. Ipſe autem ſocius, aut cohæres poterit in communi domo habitare abſque neceſsitate ſolvendi mercedis locationis partem correſpondentem parti in re illa habitæ, ut declaravit Senatus ſententia per Berbegal *die* 18. *Maii* 1607. inter Joannem Baptiſtam Oliver, Franciſcum Oliver, & Michaelem Oliver, & alia per Daza, *die* 1. *Junii* 1630. inter Eliſabetham Arbo, & de Daroqui, & Joſephum Gutierrez.

Dicuntur res indiviſibiles quoad inſtitutum
35 noſtrum, non ſolum illæ, quarum ſubſtantia deſtrueretur, & periret ſi dividerentur, ut furnus, ſervus, bos, equus, & ſimilia, *leg. ſi imaginem* 12. *ff. de auro*, *& argent. legat.* *§. ſi familiæ, inſtitut. de offic. judic. leg.* 1. *&* 2. *Cod. commun. dividund. leg. Pomponius* 8. *ff. de rei vindicat. cap. afferte, de præſumpt. for. can alguna* 3. *rubr. commun. dividud.* ibi: *O Servu*, *ò Sarraby*, *ò Mul*, *ò Cavall*, *ò ſell*, *ò qualque altra coſa que de ſa natura ſens mort, ò pichorament de ſi, no rep diviſiò, ò particiò en ſi.* Bald. *in leg. Sabinus*, *§. ſi de veſtibulo*, *ff. commun. dividund.* Cabedo *deciſ.* 108. *num.* 8. *part.* 1. Barboſ. *ad text. in dict. leg.* 3. *Cod. commun. dividund. numer.* 8. Fontanell. *de pactis nuptialibus clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 72. Michalor. *de fratrib. dict. part.* 3. *cap.* 38. *num.* 28. Valentia *Illuſtr. juris*, *lib.* 2. *tractat.* 4. *cap.* 3. *n.* 5. Sed etiam illæ, quarum ſubſtantia omninò non periret, ſed minus valerent ſi dividerentur, ut domus, Caſtellum, & fundus, *leg. ſancimus*, *§. nè autem*, *Cod. de donationib. leg.* 1. *C. commun. dividund. dict. for.* 3. *rubr. commun. dividund.* ibi: *O encara Caſtell, Caſa, Camp, que à vegades profitoſament no pot eſſer partit.* Decian, *reſponſ.* 15. *num.* 38. *vol.* 1. Cabedo *dict. deciſ.* 108. *num.* 8. *part.* 1. Gutierr. *de jurament. confirmator. part.* 1. *cap.* 58. *num.* 6. Cravet. *conſ.* 644. *num.* 1. Ceſſar. Barzius *deciſ.* 100. *num.* 11. Barboſ. *ad text. in dict. leg.* 3. *Cod. commun. dividund. num.* 8. Fontanell. *ubi proxim.* Michalor. *dict. cap.* 38. *num.* 29. Debet etiam individua judicari res, quandò diviſio ad injuriam alterius ex conſortibus fieret, ut docent Jaſſon *in §. quædam*, *n.* 59. *inſtitut. de actionib*, Ceſſar Barzius *dict. deciſ.* 100. *num.* 11. Barboſ. *ubi proxim.* Fontanell. *dict. gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 78. Si vero domus, aut fundus comodam admitteret diviſionem, poterit dividi: & regula generalis erit ad omnes caſus, quod ſi domo, aut fundo diviſis, non poſsit ex diviſionis partibus haberi tanta utilitas, quãta haberetur, ſi diſtinctę, & ſeparatæ partes non fuerint, debet dici fundus, aut domus individua; ſi vero tanta utilitas ſperari poſſet ex partibus diviſis, quanta ſperari poterat ex partibus unitis, dividuus erit fundus, aut domus, *leg. quid autem*, *§. final. cum leg. ſequent. ff. de indiem addictione*, *leg. ſi quis aliam*, *ff. de ſolutionib.* Barthol. *in leg. ſi non ſortem*, *§. ſi centum*, *ff. de condiction. indebit.* Barboſ. *ad text. in dict. leg.* 3. *num.* 8. Fontanell. *ubi proxim. num.* 77.

Servitutes, & prædiorum jura, indiviſibilia 36
etiam ſunt, quia illarum eſſentia, & natura partium expers omninò eſt, *l. pro parte* 11. *l.* 17. *ff. de ſervitutib. leg.* 2. *leg. ut pomum* 8. *§. ultim. ff. eod. leg. hæredes* 25. *§. an ea ſtipulatio*, *ff. familiæ erciſcund. leg. legata* 14. *in fin. ff. de adimend. legat. leg. una eſt via* 18. *leg. ſi unus* 19. *ff. de ſervitutib. ruſticor. prædior. l.* 1. *§. ſi uſusfruct. leg. bis qui quadringenta* 80. *§. final. ff. ad leg. falſidiam.* Eguinar. *de individuis*, *lib.* 2. *cap.* 2. Donell. *lib.* 11. *commentarior. cap.* 9. Anton. Govean. *ad tit. ff. ad leg. falſid. in dict. leg.* 1. *§. ſi uſusfruct.* Anton. Faber *in rational. ad text. in l. pro parte* 11. *ff. de ſervitutib.* Theſaur. *deciſ.* 71. *num.* 1. Valentia *Illuſtr. juris*, *lib.* 2. *tract.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. Fontanell. *dict. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 73. Adcò quod illarum uſus, etiam individuus eſt, *dict. leg. die* 17. *ff. de ſervitut.* ibi: *Quia uſus eorum individuus eſt.* Solum uſusfructus excipitur, qui cum habeat comoditatis partes, quæ dividi, & ſecari poſſunt, omni conſideratione dicitur dividuus, *leg. uſusfructus* 5. *leg. ſi mihi, & tibi* 49. *leg. etiam* 43. *ff. de uſufruct. leg.* 1. *§. ſi uſusfruct. l. ſed uſusfructus* 81. *ff. ad leg. falſid. l. commun.* 7. §.



*§. ſed ſi*, *ff. commun. dividund. leg.* 1. *ff. de uſufruct. acreſcend. leg. Pomponius* 29. *ff. quibus mod. uſusfruct. amittat.* Barthol. Angel. & Caſtrenſis *in dict. leg.* 1. *§. ſi uſusfructus*, Cepol. *de ſervitutib. lib.* 10. *cap.* 10. Cujac. *lib.* 7. *quæſt. Papinian. in dict. leg. uſusfructus* 5. Valentia *dict. cap.* 7. *num.* 34. *cum ſequentib.* Fontanell. *ubi proxim.* Feudum autem ex natura ſua diviſibile eſt, *cap.* 1. *§. omnes filii*, *ſi de feudo fuerit controverſia*, *cap.* 1. *§.* 1. *de bis qui feudum dare poſſunt*, Roderic. Suarez *in l. quoniam in priorib. ampliat.* 11. *dubitat.* 2. *n.* 3. Cephal. *conſ.* 617. *n.* 49. Giſan. *de jure feudor. cap.* 4. *num.* 21. *&* 22. Roxas *de incompatibilit. part.* 8. *cap.* 3. *n.* 25. Salcedo *in theatr. bonor. gloſſ.* 32. *n.* 27. Etiam ſi juriſdictionẽ habeat, nam etſi juriſdictio quid incorporale ſit, & individuum, & ejus ſubſtantia dividi nequeat, *l.* 1. *§. & barum*, *l.* 4. *§. Cato, verſ. ab omnibus*, *ff. de verbor. obligat. l. ſi bis qui quadringenta* 8. *§.* 1. *ff. ad l. falſid.* Exercitium tamen juriſdictionis, aut fructus comoditas diviſionem admittit, Barthol. *in l. tutores*, *ff. de adminiſtrat. tutor.* Bald. *in dict. cap.* 1. *§. præterea ducatus*, *num.* 2. *de probibit. feud. alienat.* Molin. *de juſtit. & jure*, *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 15. Lanar. *conſ.* 59. Montan. *de feudis*, *§. præterea ducatus*, *num.* 66. Georgius *allegat.* 40. *num.* 35. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 12. Caſtill. *tom.* 5. *cap.* 128. Theodor. Reinfing. *de regim. ſecular. lib.* 1. *clauſ.* 4. *cap.* 17. *ex num.* 17. Salcedo *in theatr. bonor. gloſſ.* 32. *num.* 24.

38 Limita à nobis tradita, in feudis regales habentibus Dignitates Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus, nam etſi aliqui voluerint hujuſmodi feuda diviſibilia eſſe, Rudinger. *lib.* 1. *de jure feudor. cap.* 51. *num.* 4. Scarder. *de feudis*, *part.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. Gregor. Obrech. *de jure feudor. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 35. Certius eſt dignitates iſtas, etiam quoad commoditatem, exercitium juriſdictionis, aut uſumfructum, indiviſibiles eſſe, quia in diſpendium familiæ, & boni publici detrimentum redundaret diviſio, *cap. Imperialem*, *§. præterea Ducatus*, *de probibit. feud. alienat. per Federic. cap. licet devoto*, docent Bald. *in cap. cum omnes*, *n.* 6. *de conſtitut.* Gabriel de Bell. *de feud. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 11. *&* 12. Caſſanat. *conſ.* 30. *n.* 13. *& conſ.* 45. *num.* 130. Caſtill. *controverſ. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 73. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 385. *n.* 6. Merlin. *de legitim. tit.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 2. *ex n.* 2. Giurb. *de feudis*, *§.* 1. *gloſſ.* 11. *n.* 2. *cum ſequent.* Menoch. *conſ.* 163. *n.* 21. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 120. *n.* 13. *&* 20. Knipſchiltd. *de fideicommiſſ. cap.* 6. *n.* 326. Joan. Salgad. de Araujo *de lege Portugal. diſcurſ.* 2. *n.* 44. River. *de ſucceſsion. Portugal. part.* 1. *n.* 13. Arniſeus *lib.* 2. *de Republic. cap.* 2. *ſect.* 7. *n.* 6. Theodor. Reinfing. *de regim. ſecular. lib.* 1. *clauſ.* 4. *cap.* 17. *n.* 10. *&* 11. Salcedo *in theatr. bonor. dict. gloſſ.* 32. *n.* 26. Addent. ad Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 1. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. licet, de voto*, *n.* 2. Dom. Creſpì *obſervat.* 117. *n.*
78. Idem dicendum eſt de majoratibus Hiſ- 39
paniæ, nam indiviſibiles ſunt, & eſt contra naturam illorum diviſio, Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 7. *cum ſequent.* Mier. *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 1. *n.* 98. Intrigliol. *de feud. quæſt.* 39. *centur.* 1. Paz *de tenuta*, *cap.* 85. *n.* 93. Caſtill. *controverſ. tom.* 6. *cap.* 159. Dom. Leon *deciſ.* 60. *n.* 38. *& n.* 4. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 25. *à n.* 19. *& deciſ.* 33. *n.* 15. Giurb. *de ſucceſsion. feudor. §.* 1. *gloſſ.* 8. *n.* 42. Joan. Franciſc. Marſian. *diſputat. forenſ. tom.* 1. *diſputat.* 48. *n.* 17. Vela *diſſertat.* 49. *n.* 42. *tom.* 2. Maldonad. *in addit.* ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 7. *cum ſequent.* Roxas *de incompatibilit. part.* 8. *cap.* 3. *n.* 25.

Secunda regula principalis in hac diviſio- 40
nis materia erit, quod hæreditaria nomina dividantur, & adjudicentur hæredibus juxta illorum bonitatem, quia etſi, lege duodecim tabularũ, debitorum nomina ipſo jure æqualiter inter hæredes diviſa remanebant, *l. pacto* 26. *Cod. de pact. leg. ea quæ in nominib.* 6. *leg. licet* 23. *Cod. familiæ erciſcund. leg.* 2. *Cod. de hæreditar. actionib. leg.* 1. *Cod. ſi unus ex plurib. hæredib. leg.* 1. *Cod. de exceptionib. leg.* 1. *Cod. ſi certum petatur*, qua propter communiter ſoleat dici, quod hæreditaria nomina non indigent hominis judicio, ut dividantur, cum ipſo jure illorum diviſio facta remaneat, *dict. l.* 6. *Cod. familiæ erciſcund.* Jaſſon *in §. quædam*, *n.* 47. *inſtitut. de actionib.* Boer. *deciſ.* 57. *n.* 3. Rebuf. *de exceptionib. n.* 956. Donell. *lib.* 18. *commentar. cap.* 15. Valaſc. *de partit. cap.* 2. *n.* 39. Barboſ. *ad text. in dict. leg.* 6. *Cod. familiæ erciſcund.* Morquecho *de
diviſion. bonor. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. Tamen, 41
ne debitor pluribus judiciis vexetur invitus, contra regul. text. *in leg. cum bii* 8. *§. cauſæ*, *ff. de tranſactionib. leg. in commodato* 17. *§. duabus*, *ff. commodati*, *leg. poteſt* 27. *ff. de legat.* 1. Debet judex diviſor adjudicare uni ex cohæredibus unum nomen, & alteri aliud ex officio ſuo pro ſolido, & non erit hoc, nomina, & actiones dividere, *leg. planè*, *ff. familiæ erciſcund.* Neque facit, quod hęc nomina ipſo jure æqualiter inter hæredes diviſa remanent, nam etiam dominium rerum hęreditariarum æqualiter, & pro portionibus hæreditariis in hæredes trãsfunditur, & tamen hoc nõ tollit, ut tota una hæreditaria res adjudicetur uni ſoli hæredi, gravando illum, ut reſtituat æſtimationem alterius partis rei cohæredi ſuo, ut ſatis ad intentum notat Pichard. *in dict. leg.* 1. *ff. fa-*

mi-

*miliæ erciſcund. num.* 16. Judex vero in adju-
dicatione nominum debet præoculis habere
illorum bonitatem, & valorem, nam iniquum
eſſet, & contra juſtitiam æqualitatis in hoc ju-
dicio ſervandæ, quod uni inexigibile nomen
daretur, & alteri, nomen adjudicaretur opti-
mum, & exigibile. Quod ego practicavi & fe-
ci in diviſione bonorum hæreditariorum An-
dreæ Hernandez, ubi multa nomina debito-
rum reperiebantur, nam ex nominibus opti-
mis, & exigibilibus, equalem partem adjudica-
re cuilibet ex hæredibus: ex nominibus minus
idoneis, etiam æqualem partem adjudicavi, &
ex nominibus infructuoſis debitorum non
ſolvendo, etiam æqualem partē dedi, ut æqua-
litas ſervaretur, per text. *in leg. bona quæcum-
que* 8. *Cod. famil. erciſcund. leg. hæredes ejus* 25.
*§. judex* 20. *ff. eod.*

42 Tertia principalis regula erit, quod in hoc
diviſionis judicio habeatur ratio fructuum, &
emolumentorum, etiam bona fide à cohæredi-
bus perceptorum, ex hęreditariis rebus, quam-
vis percepti fructus conſumpti fuerint, nam
æqualiter dividendi ſunt quatenus ex eis fa-
ctus fuerit cohæres locupletior, *leg. illud* 43. *ff.
de petit. hæreditat. l.* 2. *ff. famil. erciſcund. leg.
non eſt ambigendum* 9. *Cod. eod. l. item veniunt*
22. *§. fructus, & §. eos, Cod. de petit. hæredit.
l.* 1. *Cod. eod. l. fundus* 52. *leg. non ſolum* 57. *ff.
familiæ erciſcund. leg. cohæredibus* 17. *Cod. eod.*
Covarrub. *variar. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 6. Alexan-
der *conſ.* 7. *num.* 8. *lib.* 2. Valaſc. *de partit.
cap.* 13. *num.* 15. Barboſ. *ad text. in dict. l. non
eſt ambigendum* 9. *num.* 2. *&* 3. Pichard. *ubi
ſupra, n.* 23. *&* 24. Arnold. Corvin. *in ſum-
ma Cod. lib.* 3. *tit.* 36. *verſ. verſantur*, Leo-
tard. *de uſuris, quæſt.* 35. *num.* 28. Et quod
debeant dividi fructus, declaravit Senatus ſen-
tentia per Daza, *die* 1. *Junii* 1630. inter Eliſa-
betham Arbò, & de Daroqui, & Joſephum
43 Gutierrez. Simili modo de rebus abſtractis,
conſumptis, vel venditis ab hærede, haberi de-
bet ratio in hoc judicio, ut probatur ex text.
*in leg.* 3. *leg. incerti* 19. *l.* 10. *Cod. familiæ erciſ-
cund. l. tres fratres* 35. *ff. de pact. leg. ultim. §.
idem, ff. de condict. indebiti, leg. inter cohæredes*
44. *§.* 2. *ff. familiæ erciſcund. num.* 2. Arnold.
Corvin. *ubi proxim.* Leotard. *dict. quæſt.* 35.
*n.* 34. Et tenentur cohæres, aut ſocius rem
communem habentes in hoc judicio familiæ
erciſcundæ, aut communi dividundo, de dolo
lata & levi culpa, non vero de leviſsima, & ca-
ſu, *l.* 25. *§. non tantum, & item culpæ, l.* 4. *l. puto*
16. *§.* 16. *ff. famil. erciſcund. l. communis* 26. *ff. cō-
mun. dividund. leg. ſi major* 4. *Cod. eod.* Rebuf.
*de exception. num.* 496. Cujacius *lib.* 24. *ob-
ſervat. cap.* 27. Laſart. *de decima vendit. cap.*
11. *num.* 5. Felicius *de ſocietat. cap.* 40. *num.*
26. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 3. *num.* 535.
44 Ut æqualitas inter filios ſervetur in hære-
ditatis diviſione, inducta fuit collatio, *l. ut li-
beris, Cod. de collat.* De jure filii, & nepotes, &
ulteriores deſcendentes, ſive ab inteſtato ſuc-
cederent, ſive ex teſtamento, conferre tenen-
tur, & incumulo bonorum hæreditariorum
ponere omnia illa bona, quæ à parentibus,
Avis, vel aliis aſcendentibus, de quorum ſuc-
ceſsione agitur, habuerunt, ut omne æqualiter
dividatur: habuit enim collatio noviſsimo ju-
re locū, tàm inter filios ab inteſtato ſucceden-
tes, quàm ex teſtamento, *authent. ex teſtamen. C.
de collat. Novell.* 18. Saport. *de collat. cap.* 2.
Pichard. *in §. quædam actiones, inſtit. de action.
ad text. in l. qui pater* 50. *ff. famil. erciſcund. ar-
tic.* 5. *n.* 1. Anton. Faber *in ſuo C. lib.* 6. *tit.* 4.
*definit.* 4. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.*
6. *tit.* 20. *verſ. ſuccedit*, Michalor. *de fratrib.
part.* 1. *cap.* 12. *num.* 5. Jure autem noſtro pa-
trio, ſolū habet locū collatio quandò filii, aut
nepotes ſuccedunt ab inteſtato, *for.* 2. *rubr. de
collat. bonor. for.* 2. *rubr. de inteſt.* Quandò verò
ex teſtamento ſuccedūt, non habet locū colla- 45
tio, niſi pater, aut mater, de cujus ſucceſsione
agitur, expreſsè diſpoſuerit, & ordinaverit,
quod filii conferant quod ex bonis teſtantis
habuerint, *dict. for.* 2. *rubr. de collation. bonor.*
ibi: *E ſi lo pare, ò mare morràn ab lo teſtament,
è los dits fill, ò fills ſuccebirà, ò ſuccebiràn al
pare, o à la mare ab teſtament: no ſien tenguts de
tornar, è comunicar en part ab los altres frares,
è ſors, ço que haurà, ò hauràn haut dels bens de
aquell aqui ſuccebiràn ab teſtament, ſi donchs lo
teſtador en ſon teſtament, ò altra darrera volun-
tat que feu de els dits bens expreſſament no hau-
rà declarat, è dit que tal fill fos tengut de comuni-
car los bens donats ab los altres frares, ò ſors.*
Dixi collationem eſſe faciendam inter fi- 46
lios, nepotes, aut deſcendentes ab inteſtato
ſuccedentes, quia inter aſcendentes ſucceden-
tes ab inteſtato deſcendentibus, non habet lo-
cum collatio, ut docent Bald. *in rubr. C. de col-
lat. num.* 1. *& in leg. quoniam Novell. Cod. de
inofficioſ. teſtament.* Pichard. *ubi proxim. artic.*
2. *num.* 6. Michalor. *de fratrib. part.* 1. *cap.* 15.
*num.* 3. *&* 4. Neque in ſucceſsione collate-
ralium admitti debet collatio, ut docent Gloſ.
*in leg.* 1. *Cod. de legitim. hæredib.* Anton. Go-
mez *in leg.* 29. *Tauri, num.* 9. *illat.* 14. Boer.
*deciſ.* 302. *num.* 3. Valaſc. *de partit. cap.* 12.
*num.* 33. *poſt lib.* 2. Anton. Faber *in ſuo Cod.
lib.* 6. *tit.* 4. *definit.* 1. D. Leon *tom.* 2. *deciſ.*
164. *num.* 9. Pichard. *ubi prox. num.* 21. Mi-
chalor. *de fratrib. dict. part.* 1. *cap.* 15. *n.* 16.
Et declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die*
2. *Januarii* 1612. inter Eliſabetham Clariana,
& Eliſabetham Joannam Pons. Et inter ex-
traneos multò minus poterit habere locum
collatio, ut ſatis probatur, *ex l. unic. Cod. com-
munia utriuſque judicii*, Gloſſ. & communiter
DD. *in leg. ſi emancipati* 26. *Cod. de collat.* Sa-

port.



port. *de collat. cap.* 4. *num.* 68. Anton. Gomez
*in l.* 29. *Tauri, num.* 9. & ibidem Caſtell. *num.*
10. Valaſc. *de partit. cap.* 12. *num.* 32. Men-
chaca *de ſucceſsion. creat. lib.* 2. *§.* 19. *num.* 26.
*&* 27. Barboſ. *ad text. in dict. l. final. Cod.
commun. utriuſque judicii, num.* 5. Pichard.
*dict. artic.* 2. *num.* 10. Michalor. *dict. cap.* 15.
*num.* 16. An de jure communi quando extra-
nei ſuccedunt ſimul cum filiis, conferre te-
neantur, vide Pichard. *ubi prox. num.* 11.
In collationem veniunt omnia bona quæ
47 pater, aut mater, vel aſcendens, de cujus ſuc-
ceſsione agitur donavit filiis, & eis profecta
fuerunt ex patris, vel aſcendentis ſubſtantia,
etiam ſi contemplatione matrimonii habue-
rint illa, vel alia de cauſa, *l. ut liberis* 10. *§.
emancipatis, Cod. de collat. l. final. Cod. eod. l.*
1. *&* 2. *ff. de collat. bonor. for.* 2. *rubr. de col-
lat. bonor.* Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. d.
lib.* 6. *tit.* 20. Fachin. *controverſiar. lib.* 5. *cap.*
77. Pichard. *ubi ſupra, artic.* 3. *per tot.* Man-
gil. *de imputat. quæſt.* 45. *& quæſt.* 39. Mer-
lin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 20. Micha-
lor. *de fratrib. dict. part.* 1. *cap.* 17. *cum ſequent.*
Et quod teneantur filii conferre quæ pater eis
donavit contemplatione matrimonii, aut ma-
trimonio conſtante, declaravit Senatus ſentē-
tia per Daza, *die* 1. *Junii* 1630. inter Eliſa-
betham Arbò, & de Daroqui, & Joſephum
Gutierrez. Bona autem adventitia, vel caſ-
trenſia, vel quaſicaſtrenſia non veniūt in col-
lationem, quia proprietas illorum ad patrem
non ſpectat, *l. filiæ, verſ. quin autem, l. ultim.
Cod. de collat. l.* 1. *§. nec caſtrenſe cum § ſeqq.
ff. de collat. bonor. for.* 1. *rubr. de collat. bonor.*
ibi: *Mas ſi ell de ſa art, ò de ſa ſciencia, ò per
ſa bona ventura, è no ab la coſa de el pare alcuna
coſa guañarà: no ſia tengut aquella coſa de tor-
nar en part, ne de partir ab ſos frares, ni ab ſes
ſors.* Pichard. *ubi proxim.* Arnold. Corvin.
*ubi ſupra, verſ. proinde*, Merlin. *de legitim. lib.*
2. *tit.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 1. *&* 2. Michalor. *de
fratrib. dict. part.* 1. *cap.* 22. *num.* 1. *cum ſe-
quent.* Pari modo ſi tractetur de ſucceſsione
48 Avi, aut Aviæ, tenetur nepos conferre omnia
quæ ipſe, & illius pater habuerunt ab Avo,
aut Avia, de cujus ſucceſsione agitur, *l. illam,
Cod. de collat. for.* 2. *rubr. de inteſtat.* ibi: *E
aquell ſia tengut de comunicar, è tornar en comu,
ço que ſon pare, ò ell hauràn haut dels bens del
dit Avi, ò Avia*, Alexand. *in l. in quartam, col.
penultim. ff. ad l. falcid.* Anton. Gomez *in l.*
29. *Tauri, num.* 41. Pichard. *ubi prox. n.* 42.
Michalor. *dict. part.* 1. *cap.* 21. *num.* 12. Et quod
nepotes ex filia dotata avo ſuccedētes ab in-
teſtato, teneantur conferre dotem, quam ma-
ter habuit ex bonis Avi, declaravit Senatus
ſententia per Daza, *die* 8. *Maii* 1623. inter
Gaſparem Rovira, & Vincentium Mulet.
49 Solum illa quæ pater filio donavit ſtudii cau-
ſa, & ad emendos libros, vel ut ſe aleret,
dum operam litteris dabat, non tenetur filius
conferre, *l. quæ pater* 50. *ff. famil. erciſcund.
l.* 1. *ff. eod. for. ſi l pare* 9. *rubr. famil. erciſcun.*
ibi: *Sil pare à ſon fill emancipat, ò no emanci-
pat, ço es que ſerà en ſon poder, ò no, è ſerà en
eſtudi per rabo dapendre, ei pare li darà alcuna
coſa, è li farà ſos obs, ço que li haurà donat, no
li deu eſſer compiat en part de la heretat, que
deu haver.* docent Gloſſ. *in l. filiæ* 18. *Cod. fa-
mil. erciſcund.* Anton. Gomez *in l.* 29. *Tauri,
num.* 16. *&* 17. Menchac. *de ſucceſsion. reſo-
lut. lib.* 2. *§.* 19. *num.* 30. Julius Clar. *in §.
donatio, quæſt.* 8. *num.* 6. Vital. Hemaus *de col-
lat. quæſt.* 18. *ſub num.* 22. Orat. Lut. *de pri-
vileg. Scholar. privileg.* 22. Ayora *de partit.
part.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 29. Garcia *de expenſis,
cap.* 4. *num.* 6. Valaſc. *de partit. cap.* 13. *num.*
151. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrimon. part.* 7.
*num.* 28. Gratian. *diſceptat.* 50. *à num.* 24. Pi-
chard. *ubi proxim. artic.* 3. *num.* 60. Barboſ. *ad
text. in dict. l. filiæ* 18. *num.* 12. *cum ſequent.*
Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 7. *num.* 31. *cum ſe-
quent.* Mangil. *de imputat. quæſt.* 32. *num.* 12.
*&* 13. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.*
22. *num.* 1. Michalor. *de fratrib. dict. part.* 1.
*cap.* 26. *per tot.* Arnold. Corvin. *ubi proxim.*
Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gra-
tian. *cap.* 231. *num.* 8.
Demum poterit etiam dividi res commu-
nis particularis pro indiviſo ab aliquibus poſ- 50
ſeſſa, ſi diſcordent ſocii, & conventionali-
tèr non dividant, judicis auctoritate per no-
minationem judicis diviſoris, & partitoris,
*l. ad officium* 3. *Cod. communi dividund.* Et
in diviſione iſta obſervari debent ipſe regulæ
à nobis adductæ ad diviſionem hæreditatis
faciendam, quas repetere nimis moleſtum
foret. Solum advertere debent provocantes
ad diviſionem judicio familiæ erciſcundæ,
quod proponere debēt hoc judicium, aut co-
ram judice cohæredis provocati, aut majoris
partis cohæredum, ex regula quod in proprio
foro domicilii rei conventi hæc faciē da ſunt,
per regul. text. *in l. final. C. ubi in rem actio.
l. unic. Cod. ubi de poſſeſsion. l. quod legatur*
18. *ff. de judiciis*, aut coram judice loci ubi hę-
reditaria bona dividēda reperiuntur, aut ma-
jor bonorum pars, *l. unic. Cod. ubi de hæredi-
tate agi opporteat, for. unic. rubr. ubi de hære-
dit. agi opporteat.* Docent Morquecho *de di-
viſion. bonor. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot.* Barboſ. *ad
text. in l. etiam ſi* 2. *Cod. communia utriuſque
judicii, num.* 6. Regula enim juris eſt quod
judex competens ſit ille in cujus territorio
bona litigii ſita ſunt, & dicitur forum ſorti-
ri ratione rei ſitę, *l. unic. Cod. ubi in rem actio,
l. hæres* 19. *§.* 1. *&* 2. *l. quod legatur* 38. *ff.
de judiciis, l. unic. Cod. de fideicommiſſ. petit.
l. ſi res* 10. *cum ſequent. ff. de reivindicat. cap.*

Tt 3.

3. *cap. final. de foro competent.* cum aliis adduct. à Carleval. *de judiciis, tom.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 3. Arnold. Vinius *lib.* 1. *ſelectar. cap.* 18. & declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 5. *Octobris* 1635. inter Martinum de Ortiz, & Joannem de Aranda. Idem erit dicendum de ſocio rem particularem communem habente, nam ſi provocare ad diviſionem deſiderat, judicem adire debet domicilii ſocii provocati, aut judicem loci, ubi res dividenda reperitur: & ſi diviſiones fiant coram judice non habente juriſdictionem prorrogabilem erunt nullæ, & ſemper reſcindi poterunt, ut notant Valaſc. *de partit. cap.* 39. *à princip.* Barboſ. *in d. l.* 1. *num.* 6.

51 Preſentados los inventarios, y hecha ma„nifeſtacion, y oſtenſion de los bienes he„reditarios en el proceſſo de diviſion, y he„cha averiguacion cierta de el valor que tie„nen, ò por la eſtimacion que han hecho los „peritos de la Corte, ò los nombrados por „las partes, ò averiguado el valor de otra „manera, ſe paſſa à concluir el pleito de di„viſion, y la hazē los Juezes diviſores, y par„tidores, promulgando ſu ſentencia, en la „qual adjudican à los herederos los bienes „por ſus juſtos precios, ſeñalando à la parte „de cada uno de aquellos los bienes neceſ„ſarios, para que tenga cumplimiento, y en„tera ſatisfacion de la parte de herencia que „tiene, y en bienes que comodamente no ad„miten diviſion, ſe pueden adjudicar à uno „de los herederos, condenandole à reſtituir „en dinero à ſu coheredero, aquella parte del „valor que no le toca en la coſa adjudicada, „y la ſentencia ſe publica por el Eſcrivano, y „ſe deve hazer en eſta forma.

XPS. Ates, y conſiderat, que la preſent cauſa es de diviſiò, y particiò dels bens recahents en la herencia del quondam F. T. el qual diſponguè en ſon ultim, y darrer teſtament rebut per F. T. Notari, en T. de T. mes, y any, y publicat per lo mateix Notari en T. de T. mes, y any, inſtituhint hereus ſeus univerſals, æquis partibus, & portionibus à F. T. y S. T. ſos fills. Attenent etiam, que ſegons reſulta per los inventaris preſentats en procès, recahuen en dita herencia los bens ſeguents. Primo una caſa ſituada, y poſada en la preſent Ciutat Parroquia de T. en lo carrer de T. que afronta, &c. la qual ha eſtat eſtimada per los experts nomenats per les parts, en 600. lliur. Item dos caſiſades de terra ſituades (*Aqui con eſte orden ſe han de ir poniendo todos los bienes que ſe han de dividir con ſus juſtas eſtimas*) los quals bens ab igualtat dehuen ſer dividits, donant à caſcu dels ſobredits hereus iguals parts, ſegons lo dit Teſtador ho diſpongué: idcirco, & alias, Pronunciàm, ſentenciàm, y declaràm que la diviſiò, y particiò dels bens de la dita herencia ſe ha, y deu fer, ſegons la fem en la forma ſeguent.

Primerament à la part del dit F. T. adjudicàm, y donàm la caſa ſobredita ſituada, y poſada en la preſent Ciutat, en T. Parroquia, carrer de T. que afronta, &c. en preu, y eſtimaciò de les dites 600. lliur. Item, li adjudicàm, y donàm (*Aqui ſe han de poner los demàs bienes ſitios que ſe dieren à eſta parte con el miſmo orden.*) Item, li adjudicàm de els bens mobles ſobredits, un llit de camp, ab ſon parament de domaſch carmeſi, per preu de 60. lliu. Itē, una dotſena de cadires de vaqueta per T. preu, en que foren eſtimades (*Y en eſte orden ſe han de poner los demàs bienes muebles.*)

Y à la part del dit S. T. altre dels dits hereus adjudicàm, y donàm, dos caſiſades de terra poch mes, ò menys, ò allo que es ſituades, y poſades en la horta de la preſent Ciutat, partida de T. que afronten, &c. en preu, y eſtimaciò de 800. lliur. en que per los dits experts han eſtat apreades. Item, una caſa ſituada, &c. (*Aqui ſe han de poner con el miſmo orden, los bienes que ſe ſeñalaren, y dieren à eſta parte, y ſi acaſo tuvieren mas valor los adjudicados à alguna de las partes, y no admitieſſen comoda diviſion, para que las partes queden iguales, deve ſer condenado el heredero, que à ſu parte tuviere bienes en mas eſtimacion, à rehazer en dinero à ſu coheredero, aquella parte de valor que tuvieren mas los bienes en eſta forma.*) Y per quant lo dit F. T. à la ſua part, ſols te bens en preu, y eſtimaciò de 1000. lliur. y los que ſe li han adjudicat à la part del dit S. T. ſegons ſon juſt valor, importen 1200. lliur. pues no admet comoda diviſiò la caſa ſobredita que ſe li ha adjudicat, que es ahon ſe troba lo excès de lo que li toca à la ſua part, condemnàm al dit F. T. en que li hacha de donar, y pagar al dit S. T. ſon cohereu la cantitat de 100. lliur. moneda reals de Valencia infra decem, la qual diviſiò, y particiò fem ab totes les clauſes de tranſlaciò de domini, ceſsiò de drets, eviccio ſimple, expreſſa, y pac[illegible]mada, y altres, en ſemblants diviſions, y particions apoſar acoſtumades, y à ninguna de las parts condemnam en les deſpeſes, lo que dividim, ſentenciam, y declaràm, ſalvo jure recti calculi, & omni meliori modo quo poſſumus. Lata, &c.



Vt. F. T. alter ex judicibus diviſoribus.

Vt. F. T. alter ex judicibus diviſoribus.

Lata hujuſmodi ſententia, ſi arbitri diviſo-
52 res iſti gravamen in ea inferant alicui ex cohæredibus, aut ſociis, non eſt dubitandum quod appellari poterit à ſententia iſta, ut in terminis docet Ayora *de partit. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 17. & 18. ſemper enim permiſſa cenſetur appellatio, quando non reperitur prohibita, *cap. ſuper eo* 12. *cap. conſuluit* 18. *cap. bonæ* 51. *cap. ad audientiam* 54. *de appellat.* cum aliis adduct. à Fragoſ. *tom.* 2. *de regim. lib.* 8. *diſputat.* 24. §. 8. *num.* 134. & §. 10. *per tot.* Chriſtineus *tom.* 1. *deciſ.* 18. *per tot.*
Si à ſententia diviſionis non appelletur, & in
53 rem judicatam tranſeat, habent cohæredes, aut ſocii, virtute ſententiæ, titulum tranſlativum dominii bonorum aſsignatorum, & virtute ſententiæ partitionis efficiuntur domini, nam etſi in aliis judiciis nunquam dominium rei tranſlatum cenſeatur virtute ſententiæ, Acurſius *in l. inter* 55. *verſ. dominium, ff. de reivindic. & in l. exceptis* 28. *ff. de except. rei judic.* Cujac. *in notis ad inſtitut. in* §. *ultim. de offic. judic.* Donel. *lib.* 27. *commentar. in l. ſi quis ab alio* 13. §. *final. ff. de re judic.* Fachin. *lib.* 1. *controverſiar. cap.* 62. Pichard. *in* §. *final. inſtitut. de offic. judic. num.* 6. & 7. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. cum aliquib.* 6. *de ſentent. & re judic. num.* 5. In judiciis familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorū, per ſententiā adjudicationis acquiritur cohæredibus, aut partibus dominium bonorum ipſo jure, §. *final. inſtitut. de offic. judic.* ibi: *Id ſtatim ejus fit, cui adjudicatum eſt.* Ulpian. *in fragment. tit.* 19. *verſ. adjudicatione,* Cujac. *in notis, ad dict. tit.* 29. Anton. Concius *lib.* 1. *diſputat. cap.* 12. Otthoman. *lib.* 6. *obſervat. cap.* 23. Petrus Gregor. Toloſan. *ſintagmat. juris,* 3. *part. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 10. Pichard. *ubi prox. num.* 7. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 5. *n.* 55. Arnold. Corvin. *dict. lib.* 3. *tit.* 36. *verſ. res adjudicatæ,* Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap.* 6. *n.* 2.
54 Neque ſententia adjudicationis extante, neceſſè erit, quod de diviſione, & adjudicatione inſtrumentum conſcribatur publicum, pro ut aliqui Notarii illud facere, & recipere ſolent in executionem ſententiæ adjudicationis, nam etſi in foro 4. *rubr. familiæ erciſcund.* diſpoſitum extet quod de diviſione inſtrumētum publicum conficiatur, & ut probavi *num.* 14. Nullius momenti erit diviſio, ſi abſque inſtrumento publico fiat; hoc intelligendum eſt quando conventionaliter fit diviſio, non vero quando judicialiter, & mediante ſententia fit, nam non erit opus inſtrumento publico, cum non poſsit plus operari, quam ipſa ſententia. Non tamen erit inutile ſi factum fuerit de cohæredum conſenſu in executionem ſententiæ, firmantibus ipſis cohæredibus, & convenientibus in adjudicatione, cum nihil eis poſsit obeſſe plura documenta habere, quibus de diviſione facta appareat.

Diviſione in hoc familiæ erciſcunde judicio ſemel facta, etiam ſi aliquæ res manſerint 55
indiviſſæ, iterum agi non poteſt judicio univerſali familiæ erciſcundæ, *l. ſi filia nupta* 20. §. 4. *ff. famil. erciſcund.* Bald. *in leg.* 1. *Cod. familiæ erciſcund. n.* 3. Jaſon *in* §. *quædam, inſtitut. de actionib. n.* 49 Padilla *in leg. ſi poſt diviſionem, n.* 4. *ff. de juris, & facti ignorantia,* Valaſc. *de partit. cap.* 2. *n.* 35. Barboſ. *ad text. in l.* 1. *Cod. famil. erciſcund. n.* 2. & 3. Pichard. *ad text. in dict. l.* 1. *ff. familiæ erciſcund. n.* 73. Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 3. *tit.* 36. *verſ. non competit.* Solum ut res quæ diviſſa non fuit dividatur, poterit agi judicio communi dividundo gloſſ. *in l.* 1. *Cod. familiæ erciſcund.* Valaſc. Barboſ. & Pichard. *ubi proxim.* Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. Ideo.* Hoc procedet quando judicia-
liter hæreditas diviſſa fuit, nam ſi extrajudi- 56
cialiter hæreditaria bona diviſſa fuerint, pro rebus non diviſis, poterit etiam poſt diviſionem agi judicio univerſali familiæ erciſcundæ, *dict. leg.* 1. *Cod. familiæ erciſcund.* Valaſc. *de partit. cap.* 39 *n* 65. Barboſ. *ad text. in dict. leg.* 1. *n.* 3. Pichard. *ubi proxim. n.* 76.
Si quilibet ex cohæredibus per ſpatium decennii poſsideat partem diviſam, & ſeparatam 57
bonorum hæreditariorum, lapſo decennio, non poterit iterum agi ad diviſionem, quia inter præſentes, facta præſumitur diviſio inter cohæredes, aut ſocios partes bonorum diviſas poſsidentes, & inter abſentes per lapſum viginti annorum, gloſſ. *in l. penultim. verſ. ſi major, Cod. communi divi lund.* [illegible] Maſcard. *de probat. concluſ.* 526. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 60. *n.* 3. Balb. *de præſcriptionib.* 1. *part.* 3. *p.* 5. *q.* 10. *n.* 39. Ayora *de partit. part.* 3. *quæſt.* 3. *n.* 111. Coler. *de proceſſib. executivis, part.* 1. *cap.* 3. *n.* 40. & 41. Gama *deciſ. Luſitan.* 146. & *deciſ.* 322. *n.* 5. Valaſc. *de partit. cap.* 38. *à n.* 6. Cardoſ. *in prax. judic. verb. diviſio, n.* 14. & *verbo* fra-

frater, num. 2. Daniel. Moller. ſemeſtr. lib. 2. cap. 27. Achiles de Graſ. deciſ. 198. Flores de Mena variar. quæſt. 23. num. 44. Morquecho de diviſion. bonor. lib. 1. cap. 12. per tot. Barboſ. ad text. in l. ſi major, Cod. commun. dividund. num. 7. & 8. Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. num. 116. cum ſequent. In Regno non videtur hoc poſſe
58 admitti, quia ut ſæpe diximus, diviſio debet fieri, & probari per inſtrumentũ publicũ, dict. for. 4. rubr. famil. erciſcund. Et hujuſmodi requiſitum, nequit adimpletum conſiderari per temporis lapſum, neque ſuppleri poteſt. Sed contrarium judico tenendum, nam extante ſtatuto de diviſione facienda, & probanda per inſtrumentum publicum, præſumitur, & probatur per lapſum temporis diviſio, eodem modo, ac ſi oſtenderetur inſtrumentum de diviſione. Docent Gamma deciſ. 321. num. 5. Fontanell. ubi proxim. n. 117.

Si diviſio facta reperiatur fraudulenter, & doloſè, & læſus fuerit aliquis ex cohære-
59 dibus, aut ſociis, detecta fraude, læſione, aut errore, poteſt contra diviſionem iri, non obſtantibus quibuſlibet renuntiationibus, & pactis, etiam juratis in diviſionis inſtrumento appoſitis, l. majorib. 3. Cod. communia utriuſque judiciis, Gratian. diſcept. 324. n. 1. Anton. Faber in ſuo C. lib. 3. tit. 27. definit. 3. Mangil. de evictíon. q. 116. Rota deciſ. 148. part. 11. recentiſsim. n. 3. & 4. Andreol. controv. 56. n. 18. Carol. Anton. de Luca in animadv. ad Gratian. cap. 324. n. 1. Et quod diviſio erronea non inferat præjudicium, imò quod retractari debeat, declaravit Senatus ſententia per Caſes, die 1. Februari 1631. inter Michaelem Muñoz Presbyterum, & Hieronymam Muñoz, & de Molina. Et ſi ſolum pro parte erronea, aut doloſa fuerit diviſio, debet retractari, & em-
60 mendari, iterumque pro parte errata fieri, leg. ſi poſt diviſionem, ubi Bald. & cæteri Scribentes Cod. de juris, & facti ignorantia, Nata conſ. 501. n. 90. Menoch. conſ. 91. ex n. 26. & conſ. 320. n. 11. cum ſeqq. Bertazold. conſ. civil. 58. n. 49. Buccafer. conſ. 1. num. 62. Mangil. de evictíon. q. 116. per tot. Gargiar. Junior conſ. 74. n. 15. & 16. lib. 1. Rota deciſ. 148. n. 3. part. 11. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 18. circa contract. n. 57. Anton. Gobius conſultat. 7. n. 8. Poteſt enim diviſio bonorum plura continens capita, & pro parte ſuſtineri, & pro parte impugnari, Socin. conſ. 25. lib. 4. per tot. Surd. conſ. 101. n. 28. Urceol. de tranſact. quæſt. 97. n. 17.

Majori ex cauſa diviſio bonorum erronea,
61 non nocebit minoribus qui diviſionis tempore tales erant, Fachin. controv. lib. 8. cap. 36. verſ. excipio, Buccafer. conſ. 1. n. 64. Groſſ. de contract. min. inſpect. 1. q. 11. per tot. Chriſtineus deciſ. 179. ante n. 12. part. 2. Anton. Gobius d. conſultat. 7. n. 10. Etiam ſi diviſionis obſervantia, cum ampliſsima juſium renunciatione, & juramento, corroborata fuerit, nam ſemper retractabitur, ſi erronea appareat, Socin. Senior conſ. 25. n. 13. lib. 4. Gratian. diſcept. 788. n. 10. Manent. conſ. 137. à n. 89. & 90. Muta deciſ. 53. n. 8. Mangil. de evictíon. q. 116. n. 1. & per tot. Gargiar. Junior conſ. 74. n. 29. Rota deciſ. 148. n. 5. part. 11. recentiſsim. Belmont. deciſ. 44. n. 44. Anton. Gobius d. conſult. 7. n. 12. Amplia procedere etiam ſi ſuper diviſione judicis decretum interpoſitum fuerit, quia, erronea apparente, ſemper veniet retractanda, Socin. Senior conſ. 33. n. 6. lib. 4. Menoch. d. conſ. 91. n. 55. cum ſeqq. Muta deciſ. 53. n. 9. Gargiar. Junior conſ. 57. n. 35. lib. 2. Aldobrandin. conſ. 15. ſub n. 1. lib. 2. Valeron. de tranſact. tit. 1. q. 6. n. 7. & 9. Anton. Gobius conſult. 7. n. 13.

Pariter ſi diviſio facta fuerit ex falſa cauſa,
retractanda erit, l. 3. Cod. communia utriuſque 62
judicii, Ancarran. conſ. 291. ſub n. 3. & 4. Menoch. conſ. 91. n. 50. Muta deciſ. 53. n. 4. Manent. conſ. 137. n. 43. Andreol. controv. 366. n. 5. Anton. Gobius conſultat. 7. n. 15. Unde ſi di-
viſio facta fuerit à cohærede, ſocio, aut alio 63
qui talis non eſt, retractari debet, l. ſi poſt diviſionem, C. de juris, & facti ignorant. Decian. reſponſ. 51. n. 25. lib. 2. Bertazold. conſ. civil. 28. num. 46. Manent. deciſ. 20. ex n. 2. Gargiar. Junior d. conſ. 74. n. 17. & 18. lib. 1. Palma conſult. 30. n. 89. Anton. Gob. d. conſult. 7. n. 18. Et quod diviſio ab aliquo facta, tãquã cohærede, qui cohæres non eſt retractari debeat, declaravit Senatus ſententia per Caſes, die 1. Februarii 1631. inter Michaelem Muñoz Preſbyterum, & Hieronymam Muñoz, & de Molina. Idem erit tenendum ſi reperiantur bona
diviſa tamquam communia, quæ communia 64
non ſunt, nec fuerunt, Caſtrenſis in l. final. §. idem quæſitum, in fin. ff. de condict. indebiti. Nata conſ. 77. n. 12. Manent. deciſ. 13. n. 12. & deciſ. 24. ſub n. 2. Gratian. diſcept. 487. n. 6. & 7. Cyriac. controverſ. 198. n. 24. Muta deciſ. 53. ſub n. 4. Baron. de effect. minor. ætat. circa contractus, effect. 18. n. 58. Anton. Gobius dict. conſultat. 7. n. 17. Li-
mitant doctrinam ſupra à nobis adductam 65
multi, quando diviſio per ſortes reperitur facta, quia hoc in caſu, neque prætextu erroris, aut læſionis poterit retractari, Merlin. Pignatel. part. 1. controverſ. 57. num. 25. cum ſequent. Beſold. conſ. 85. num. 3. part. 2. Andreol. controverſ. 265. n. 3. Baron. de effect. minor. ætat. circa contract. effect. 18. n. 56. Sed verius eſt quod etiam ſi diviſio bonorum per ſortes facta fuerit, retractari poterit prætextu erroris, aut læſionis, Gizzarel. deciſ. 57. per tot. & ibi Addentes Ciarlin. controverſ. 118. num. 25. cum ſequent. Chriſtineus deciſ.





179. ſub num. 11. lib. 2. Valeron. de tranſact. tit. 6. quæſt. 2. num. 37. Anton. Gobius conſultat. 7. n. 7.

Solum remanet advertere, quod ut diviſio
66 reſcindatur leſionis cauſa, debet reperiri leſio ultra dimidiam juſti valoris, argum. text. in l. 2. Cod. de reſcindend. vendit. l. 1. Cod. communia utriuſque judic. Covarrub. variar. lib. 2. cap. 3. Ayora de partit. 3. part. quæſt. 10. Pinel. in leg. 2. part. 2. cap. 1. ex num. 1. Cod. de reſcinden. vendit. Valaſc. de partit. cap. 39. num. 9. Barboſ. ad text. in leg. majorib. 3. Cod. communia utriuſque judic. Pichard. in dict. leg. 1. ff. famil. erciſcund. num. 68. Anton. Faber in ſuo Cod. dict. lib. 3. tit. 27. definit. 3. Et Senatus noſter, ſententia per Caſes, die 17. Octobris 1622. inter Soterium Sanz, & alios, & Hyacinthum Sanz, declaravit læſionem ultra dimidiam juſti valoris concurrere debere & ita per judicem declarari, ut diviſio reſcindatur inter fratres facta hæreditariorum bonorum, quamvis ut reſcindatur diviſio per arbitratores facta, ſufficere læſionem in ſexta parte, doceant Valaſc. dict. cap. 39. num. 10. Barboſ. ubi proxim. n. 8. Et obſervatum habe quod etiam ſi diviſio facta fuerit judicis authoritate, ſi erronea appareat reſcindi, & retractari poterit, Valaſc. dict. cap. 39. n. 13. Menoch. conſ. 91. num. 26. Barboſ. ubi prox. num. 3. Rota deciſ. 148. num. 5. part. 11. recentiſsimar. Andreol. controverſ. 56. num. 20. Carol. Anton. de Luca in animadverſionib. ad Gratian. cap. 324. num. 3. Et ut non ignores 67
quo in tempore, læſio, error, aut fraus contra diviſionem allegari poteſt, ſingulariter obſerva, quod licet de jure communi intra triginta annos allegari, & deduci poſſet contra diviſionem, læſio, fraus, aut error, Anton. Faber in ſuo Cod. tit. 27. lib. 3. definit. 7. per tot. In noſtro Regno ſolum intra triennium allegari & deduci poteſt, elapſo enim triennio præſcripta remanet actio ad impugnandam diviſionem, prætextu fraudis, erroris, aut læſionis, for. ſi diviſio 5. rubr. famil. erciſcund ibi: *Si donchs engany, ò errada, no era eſtada al temps de la particiò: E açò ſia demanat dins tres anys, è no pus.*

## CAPUT XXIX.

## *DE HÆREDE BENEficiato, hæreditariarum rerum rationem reddente.*

### SUMMARIUM.

1 *HÆres tenebatur antiquitùs, ex hæreditatis additione, creditoribus ultra vires hæreditarias. Legatariis autem, minimè, & quare.* 2.

3 *Hæres adiens cum beneficio inventarii, non tenetur ultra vires hæreditarias, neque quoad legatarios, neque quoad creditores. Si inventarium non facit ad omnia tenetur, & extra vires hæreditarias, tàm jure civili, quàm Canonico, & quid reſpectu fideicommiſſariorum.* 4.

5 *Hæredes plures adeuntes abſque inventario, an teneantur pro portionibus hæreditariis, aut inſolidum.*

6 *Inventarium non facere, aut non rectè facere idem eſt. Perfici intra tres menſes debet inter præſentes.* 7. *Inter abſentes poteſt intra annum confici.* 8. *Tempus an debeat computari à die ſcientiæ delatæ hæreditatis, vel à die additionis.* 9. *Nequit à judice prorrogari, ſed à Rege, & currit, etiam ſi tempore additionis proteſtetur hæres, quod tempus ei non currat ad conficiendum inventarium.* 10. *Extra tempus factum nullius momenti eſt.* 11.

12 *Inventarium debet fieri de jure citatis creditoribus, legatariis, & aliis intereſſatis. In Regno abſque alicujus citatione fit.* 13. *Conſuetudini ſtandum eſt in confectione inventarii, & quomodo apud nos fiat.* 14.

15 *Bona omnia debent in inventario deſcribi, tàm mobilia, quàm immobilia, jura, & fructus, & ſi in pondere, numero, aut menſura conſiſtant, debent poni ponderata, menſurata, aut numerata. Hoc modo poſita, probatum habet hæres, quod non erant majoris ponderis, menſuræ, aut numeri.* 16.

17 *Hæres omitens doloſè deſcribere aliqua bona, tenetur juxta aliquos ad pœnam duplicati valoris. Sed quod amittat inventarii beneficium defenditur.* 18.

19 *Hæres ex perſona defuncti conveniri nequit intra novem dies datos ad lugendum defunctum. Adiens cum inventario, non debet intra tempus conficiendi inventarium conveniri.* 20. *Et quando conveniri poſsit.* 21.

22 *Hæres non juvatur beneficio inventarii quatenus ſuppetunt vires bonorum hæreditariorum. De propriis vero non tenetur.* 23.

24 *Hæres adiens cum inventario conſervat*

actiones quas habet contra defunctum, & illius hæreditatem cum ſua prioritate. Si abſque inventario adeat, confunduntur actiones, & amittuntur. 25. Ex additione cenſetur hæres ſatisfactus de credito per imaginariam ſolutionem. 26. Et licet teneatur rationem reddere de fructibus bonorum hæreditariorum, non tenetur de parte fructuum correſpondenti credito immaginariè ſoluto, rationem reddere. 27.

28 Hæres abſque inventario, poteſt reivindicationem intentare contra hæreditaria bona, quia jus dominii non confunditur. Hypothecæ jura an confundantur, & actio realis amittatur per additionem abſque inventario factam. 29.

30 Hypothecæ jura non poſſunt reperiri ſine obligatione perſonali, cui adjiciuntur. Sicuti fidejuſſoria obligatio adjicitur principali obligationi propter majorem creditoris ſecuritatem, ita, & hypotheca. 31. Acceſſorium naturam ſequitur principalis cui adjicitur, & principali extincto, corruit acceſſorium 32.

33 Extincta obligatione perſonali, poteſt remanere hypotheca ſola.

34 Præſcripta actione perſonali per ſpatium triginta annorum, remanet hypotheca, quæ non præſcribitur hoc tempore.

35 Actione perſonali confuſa, per additionem hæredis gravati, hypotheca remanet, cum eveniente reſtitutionis caſu detur hæredi bonorum retentio virtute hypothecæ.

36 Hypothecaria actio ſola poteſt cedi, abſque eo, quod actio perſonalis cedatur.

37 Hypotheca à principio nequit introduci ſine perſonali obligatione: Sed introducta, poteſt conſervari ſine abligatione perſonali.

38 Per additionem abſque inventario, non ſolum confunduntur actiones perſonales, ſed hypothecæ jura, & cùr.

39 Hæres ſine inventario, non tenetur ultra vires hæreditarias, quando ſtatus hæreditatis eſt certus, & quando dicatur certus. Debet hæres teſtibus, aut alio legitimo modo probare quantitatem, & valorem bonorum. 40. Contrarium multi tenent defendentes non poſſe juvari remedio ſupradicto, etiam verificatis iis. 41. Præſumptio juris, & de jure datur contra hæredem abſque inventario adeuntem, quæ non recipit probationem in contrarium. 42.

43 Hæres abſque inventario, non tenetur ultra vires hæreditarias, quando omnia bona hæreditaria ſunt immobilia, & ceſſat fraudis præſumptio.

44 Monaſterium ſuccedens ex perſona Monachi, non tenetur ultra vires hæreditarias, etiam ſi non fecerit inventarium.

45 Hæres decocti inventarium non faciens, an ultra vires teneatur hæreditarias, & quomodo probetur hæreditatem non eſſe ſolvendo.

46 Hæres adiens abſque inventario non tenetur ultra vires hæreditarias, ſi teſtator inventarium, aut aliquam deſcriptionem bonorum fecerit. Neque minor, ſi tutor, aut curator inventarium fecerit, & quid de donatario univerſali inventarium non faciente. 47. Inventarium à cohærede, aut quolibet tertio factum, hæredi prodeſt. 48.

49 Hæres hæredis petitur inventarii beneficio reſpectu hæreditatis hæredi primo relictæ, de cujus bonis fuit inventarium factum, quia inventarii beneficium eſt in rem ſcriptum, & ad hæredes tranſmiſſibile.

50 Ceſſionarius hæredis gaudet beneficio inventarii. Eccleſia, aut pia cauſa, non tenetur ultra vires hæreditarias, etiam ſi inventarium non fecerint. Idem habet ceſſionarius Eccleſiæ. 51.

52 Hæres abſque inventario, an teneatur ultra vires hæreditarias in Regnis, ubi proceditur ſola facti veritate attenta.

53 Beneficium inventarii non habent de jure hæredes utentes jure deliberandi. In Regno etiam ſi jure deliberandi utantur, habent beneficium inventarii. 54.

55 Hæredes antiquitus inſtituebantur cum cretione, ideſt aſſignato certo tempore à teſtatore ad deliberandum, an hæreditatem voluerint. Cretio non habebat locum in hæreditatibus legitimis, neque in omnibus ex teſtamento, & quomodo, & à quibus ſublata fuit. 56.

57 Jus deliberandi à quibus concedebatur de jure, & quod temporis ſpatium ad deliberandum dabatur. In Regno tres menſes dantur, & à quo tempore computentur, ſi hæres fuerit præſens, aut extra Regnum. 58.

59 Elapſo tempore ad deliberandum dato, non adeunte hærede, vel repudiante, habebatur tamquam adita hæreditas, & quid jure antiquo. In Regno elapſis tribus menſibus habetur pro repudiata. 60. Legata vero, & alia relicta particularia, elapſis tribus menſibus, & in perpetuum peti poſſunt. 61. Legata, an triginta annorum tempore præſcribantur, ubi reſolutio 62.

63 Hæres adiens abſque inventario, ſolum ex quaſicontractu remanet obligatus actione



actione perſonali ultra vires hæreditarias; bona autem illius propria non remanent hypothecata pro debitis hæreditarriis.

64 Teſtator poteſt remittere hæredi inventarii confectionem in legatariorum, & fideicommiſſariorum præjudicium, non vero in præjudicium creditorum. Tenetur tamen hæres aliquam bonorum deſcriptionem facere. 65. In hoc caſu non tenetur ultra vires hæreditarias reſpectu legatariorum, & fideicommiſſariorum, reſpectu verò creditorum aliter erit. 66.

67 Hęrrs non aliter potitur beneficio inventarii, quam ratione hęreditariorum bonorum reddita, probando hęreditatem exauſtam eſſe. De fructibus hęreditariorum bonorum poſt additionem perceptis, non tenetur, juxta multorum opinionem, rationem reddere hęres. 98. Contrarium defenditur, & ſequi debet in Regno. 69.

70 Mobilia bona debent ęſtimari, ut recta illorum ratio poſſit reddi, & an ęſtimatio poſſit fieri de valore quem habebant tempore hęreditatis aditę. Si non extant, quo modo ęſtimari poſſint. 71. De quibus bonis mobilibus non teneatur hęres rationem reddere, ubi quando pręſumantur conſumpta. 72.

73 Ratio hęreditariorum bonorum non rectè reditur, niſi incontinenti probetur plus ab hęrede expenſum, quam acceptum hęreditarię rei. Debet etiam probari ſolutiones fuiſſe factas, non teſtium depoſitionibus, ſed inſtrumentis, & quare. 74. Ut ſolutiones rectè dicantur, neceſsè eſt, quod de exiſtentia crediti ſoluti conſtet, & quomodo conſtare debeat. 75.

76 Hęres ſciens anteriores creditores adeſſe, non juvatur beneficio inventarii, reſpectu ſolutionis poſterioribus creditoribus factę. Si ignoraverit aliter erit. 77.

78 Pecunia ſoluta creditori chyrographario, non poteſt evocari à creditoribus chyrographariis ęquale privilegium habentibus. A creditoribus verò hypothecariis, vel habentibus hypothecam anteriorem poterit evocari, juxta opinionem multorum. 79. Contrarium verius probatur. 80. Limita ſi extaret pecunia. 81. Limita etiam quando dolo, & fraude ſolatio poſteriori creditori fuerit facta. 82. Eodem modo limita ſi cum cautione ſolutionem creditor poſterior reciperet. 83. Aut ſi judicis auctoritate ſolutio fuerit ſecundo creditori facta. 84.

85 Hæres cum inventario an teneatur, ſi non extet in hęreditate pecunia, ſolvere credita, & legata in pecunia, vel ſufficiat, quod bona ipſa ęſtimata inſolutum det, & quid in noſtra praxi fieri ſoleat. 86.

87 Hæres ſe obligans ad ſolvenda legata, aut debita hęreditaria, non tenetur ultra vires hęreditarias. Limita ſi renuntiaverit beneficio inventarii, aut ſe obligaverit ex propria perſona, & inſolidum. 88. An renuntians omni legum auxilio, cenſeatur inventarii beneficio renuntiaſſe. 89.

90 Hęres poteſt exceptionem inventarii opponere, non ſolum ſi conventus fuerit, ſed etiam ſi condemnatus exiſtat, & in ipſa ſententię executione. Propoſita exceptione, executio juris pateſt proſequi, executio vero facti in bonis propriis hæredis, minimè. 91. Libello rationis bonorum hęreditariorum judici oblato, decernitur quod nihil innovetur reſpectu capiendi bona hęredis propria pro hęreditariis debitis. 92.

93 Sententia jndicis intervenire debet ſuper exceptione inventarii ab hęrede propoſita, approbando, vel reprobando rationem hęreditariorum bonorum. Sententia iſta nocet non ſolum creditoribus cum quibus exceptio diſcuſa fuit, ſed etiam non citatis. 94.

95 Praxis, & libellus ad proponendam rationem hęreditariorum bonorum.

96 Separationis bonorum remedium creditoribus hęreditariis indulgetur, ut in ſuis creditis minus privilegiatis pręferantur in bonis hęreditaris, hęredis creditoribus. Datur legatariis, creditoribus in diem, & ſub conditione. 97.

98 Separatio debet intentarii intra quinquennium à die hæreditatis aditę.

99 Separatio bonorum non datur de jure creditoribus hæredis, & quare.

100 Separationis remedium an ſit hodie neceſſarium hęredi cum inventario adeunti. Negativa proponitur. Hęredis creditores poterunt nunc ſeparationem intentare. 101. Separationem eſſe intentandam à creditoribus hęreditariis oſtenditur, non obſtante inventarii beneficio; & quid reſpectu hęredis. 102.

103 Separatio poteſt intentari, & proponi, non obſtante quod hęres non fecerit inventarium.

104 Praxis, & libellus ad judicium ſeparationis bonorum ſuſcipiendum.

An-

1 ANTIQUITUS hæredes adeuntes hæreditatem, creditoribus hęreditariis ultra vires hæreditarias, & ex proprio patrimonio ſuo tenebantur, *leg. quæ dotis, ff. ſolut. matrimon. l. iſtæ, & l. final. C. de jure deliberand. leg. 3. §. final. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſion. eatur, l. ſi quis 5. §. hæres, ff. de obligat. & actionib. §. extranes autem 5. inſtitut. de hæredum qualitat. §. hæres, inſtitut. de obligationib. quæ ex quaſicontract.* ubi communiter DD. notant Coſta *in cap. ſi pater, vero. Trebelianicę, num. 10. de teſtament. in 6.* Pichard. *in dict. §. extraneis autem, num. 4.* 2 Legatariis autem non tenebatur hæres ultra vires hæreditarias, nec de proprio patrimonio poterat ad legatorum ſolutionem compelli, ſed tantum juxta hæreditatis metas, *l. 1. §. ſi is qui 17. ff. ad S. C. Trebel. l. ſed cum ea 15. ff. de jure codicillor. leg. filius familias, 114. §. apud Marcellum, ff. de legatis 1.* Pichard. *ubi proxim.* Don Joſeph de Retes *opuſculor. lib. 2. ad lib. ſingular. quęſt. ſcevolę in l. ultim. ff. ad l. falcidiam, num. 7.* ad præſtanda legata tenebatur hæres virtute quaſicontractus, quem gerebat hæreditatem adeundo, & actio ex quaſicontractu iſto legatariis, & fideicommiſſariis quærebatur, *l. ſi quis abſenti, §. hæres quoque, ff. de obligat. & actionib. §. heres, inſtitut. de obligat. quę ex quaſicontract.* Ulpian. *in fragment. tit. 24. §. antea quam 19.* Retes *in opuſcul. ad text. in leg. uxorem 41. §. ſcevola 13. ff. de legat. 3. n. 1.* Joſeph à Santolaria *in ſuis interpretat. interpretat. 15. ad text. in l. poſtquam 5. ff. ut legatorum, num. 6.* Ad hæreditaria debita non tenebatur hæres hujus quaſicontractus ratione, ſed ex obligationibus, & contractibus à teſtatore factis, & celebratis, transfuſis in hæredem actionibus paſsivis, quibus defunctus tenebatur, *l. 2. C. de hęreditar. actionib. leg. 2. §. ex iis, l. in executione 85. §. pro parte, ff. de verborum obligat.* probat Pichard. *in §. hęres quoque, inſtitut. de obligat. quę ex quaſicontract.*

Hæc omnia, ut dixi, antiquitus in viridi 3 erant, ſed Imperator Juſtinianus hæredibus conſulens, & ut abſque ullo periculo hæreditates adire poſſent, ſalubre beneficium inventarii eis induſit, ut jam de cætero neque ad credita ſolvenda defuncti, prout antiquitus, neque ad legata præſtanda, ultra vires hæreditarias, & de propriis bonis tenerentur, facto, & conſcripto legitimè inventario, *l. ſcimus, ultima, §. & ſi præfatam, cum multis, §§. ſequentibus, Cod. de jure deliberand. §. ſed noſtra benevolentia, inſtitut. de hęredum qualit. & differen. authent. de hęredibus, & falcid. cap. 2.* Monticul. *de inventario, quęſt. 232. num. 1.* Phanucius *de inventario, quęſt. 243. in princip.* Carleval. *de judiciis, tom. 2. tit. 3. diſput. 9. n. 13.* Fontanella *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 5. num. 43. & deciſ. 46. & 47.* Theſaur. *quęſtion. forenſ. lib. 3. quęſt. 82.* noſter Trullench *in decalog. lib. 7. dubitat. 11. cap. 18. num. 6.* Duran. *deciſ. 1. num. 3.* Coccin. *deciſ. 151. num. 28.* Peña *deciſ. 1025. n. 2. & deciſ. 1447. num. 2.* Gargiar. *tractat. variar. part. 2. cap. 4. num. 11.* Andreol. *controverſ. 27. num. 32.* Otthobon. *deciſ. 47. num. 1. & deciſ. 105. num. 5.* Urceol. *de tranſaction. quęſt. 80. num. 7. 8. & 9.* Franciſc. de Angel. *de confeſſ. lib. 2. q. 78. num. 12.* Carol. Anton. de Luca *in prax. cap. 15. num. 9. & cap. 72. num. 12.* Triſtany *deciſ. 20. num. 14.* Et quod hæres cum inventario, nequeat in bonis propriis conveniri pro legatis, vel creditis hæreditariis, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die 19. Novembris* 1625. inter Don Michaelem Martinez Paſqual, & Don Hieronymum Paſqual.

Sed ſi hæredes inventarii beneficium con- 4 temnentes, hæreditatem abſque inventario adierint, non ſolum erunt obnoxii creditoribus hæreditariis ultra vires hæreditarias, ut antiquitus, prout probatur ex text. *in l. final. §. ſin vero 12. Cod. de jure deliberan.* Sed etiam legatariis, & fideicommiſſariis, *authent. de hęredibus, & falcid. cap. 2. §. ſi vero non fecerit*, ibi: *Si verò non fecerit inventarium, ſecundum hanc figuram, ſicut prędiximus, non retinebit falcidiam, ſed complebit legatarios, & fideicommiſſarios; licet purè ſubſtantię morientis tranſcendat menſuram legatorum datio.* Docent Anton. Gomez *in l. 3. Tauri, ex num. 120.* Ayora *de partitionib. cap. 8. numer. 15.* Morquecho *de diviſione bonor. cap. 1. part. 1. n. 10. & 11.* Carleval. *de judiciis, dict. tom. 2. tit. 3. diſput. 9. num. 13.* Salgad. *in labyrint. part. 2. cap. 1. num. 7.* Seſsè *deciſ. 88. n. 24.* Cyriac. *controverſ. 24. num. 5. & 6.* Caſtill. *de aliment. cap. 30. num. 10. cum ſequent.* Pegas *reſolut. forenſ. cap. 11. num. 48.* Trullench. *in decalog. dict. lib. 7. cap. 18. dubitat. 11. n. 6.* Hoeiern. *lib. 1. controverſiar. cap. 5. n. 7.* Queſad. & Pilo *diſſertat. 13. n. 6. & 5.* Sperel. *deciſ. 163. n. 5.* Rocco *tom. 2. reſponſ. 97. num. 15.* Manſius *conſultat. 48. num. 5.* Otthobon. *deciſ. 47. num. 2. & 4.* Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap. 264. num. 1. & in prax. cap. 72. numer. 12.* Et Senatus, ſententia per Alreus, *die 31. Maii* 1623. inter Don Gaſparem Attès, & creditores illius matris declaravit, hæredem abſque inventario adeuntem teneri inſolidum, & ultra vires hęreditarias alimenta præſtare teſtatoris filiis. Quæ omnia procedunt non ſolum de jure civili, ſed de jure canonico, Rota *deciſ. 72. num. 49. part. 2. diverſor.* & apud Salgad. *poſt labyrint. deciſ. 17. num. 20.* Andreol. *controverſ. 101. num. 13.* Licet contrarium voluerint, Sperel. *deciſ. 135. num. 20.* Carol.



Carol. de Graſsis *de effectib. Clericat. effect. 2. num. 253.* Genuenſ. *in practicis, quæſt. 474.* Reſpectu fideicommiſſariorum univerſalium non tenetur hæres abſque inventario, juxta multorum ſententiam, ultra vires hæreditarias, Cancer *var. part. 1. cap. 2. n. 8. & part. 3. cap. 2. num. 75.* Bellon. *conſ. 99. num. 24.* Triſtany *deciſ. 20. num. 16.* Et adhuc multi 5 defendere voluerunt, quod ſi plures fuerint hæredes adeuntes abſque inventario, quilibet teneretur inſolidum ad debita hæreditaria ſolvenda, per text. *in dict. l. final. §. ſin vero, & §. ſin autem, Cod. de jure deliberand.* Covarrub. *var. lib. 3. cap. 3. ſub num. 2.* Capyc. Latr. *deciſ. 13. num. 6.* Merlin. *de pignorib. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. n. 56.* Balthaſar de Angel. ad Gizzarel. *deciſ. 50. ſub n. 7.* Poſthius *poſt tractat. de ſubhaſtat. deciſ. 236. num. 1.* Urceol. *de tranſactionib. quæſt. 80. numer. 19.* Contrarium tamen in praxi admiſſum habemus, & ſolum pro portionibus hæreditariis conveniuntur hæredes ſine inventario adeuntes, per text. *in l. pro hæreditariis 2. Cod. de hæreditar. actionib. leg. unic. §. videamus, Cod. de rei uxoriæ action. l. ea quæ nominibus, ff. famil. erciſcund. leg. ſi pacto ſucceſſorum, Cod. de pactis, l. ſi ab eo, Cod. de negotiis geſt. l. 2. §. incertam, ff. de prætor. ſtipulationib. l. licet, Cod. ad leg. falcid. for. 1. rubr. ſi certum petatur*, Bich. *deciſ. 574. num. 16.* Urceol. *conſultat. forenſ. lib. 1. conſultat. 40. num. 24. & in 2. apendice ad eandem conſultat. num. 1. & 2. & de tranſactionib. quæſt. 80. num. 19.* Valeron *de tranſactionib. tit. 5. quæſt. 8. num. 4.* Dom. Leon *tom. 1. deciſ. 73. num. 1.* Et quod non niſi pro portionibus hæreditariis debeant conveniri hæredes, declaravit Senatus ſententia per Caſes, *die 2. Decembris* 1630. inter Doctorem Gregorium Tudela, & hæredes Joſephi Maſcardo, & alia per Saboya, *die 13. Auguſti* 1681. in favorem Elenæ Berenguer, & de Rico viduæ, & contra hæredes Joannæ Mariæ Rico, referente Doctiſsimo Senatore Donato Sanchez de el Caſtellar R. C. D. Concurrentibus duobus, aut pluribus hæredibus non poteſt unus ex illis abſque alio inventarium facere, quamvis à teſtatore poteſtas plena mandata fuerit cuilibet ex hæredibus omnium gerendorum, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die 1. Februarii* 1618. inter Hieronymum, & Franciſcum Ciurana, & Ginoveſiam Calderò.

Inventarium legitimè debet fieri, ut re- 6 levet, paria enim ſunt inventarium non facere, aut non rectè facere, vel nulliter facere, Argel. *de adquirend. poſſeſſ. quæſt. 8. artic. 35. num. 939.* Gizzarel. *deciſ. 46. num 6.* Meli *obſervat. 53. num. 16. & obſervat. 131. num. 16.* Gratian. *diſceptat. 532. num. 10.* Rojas *deciſ. 330. num. 12.* Bonden. *colluctat. 1. num. 99. & colluctat. 42. num. 65.* Caſtald. *conſultat. 23. num. 20.* Leone *in præparat. juris, part. 2. præparat. 9. num. 14.* Rota coram Priolo *deciſ. 30. num. 29.* Dunnozzet. *deciſ. 161. num. 4.* Conciol. *de hæredit benef. artic. 1. n. 432.* Cardinal. de Luca *de hæredib. diſcurſ. 21. n. 3.* Anton. Gobius *conſultat. 122. num. 13.* Et ut legitimè fiat aliqua requiruntur. Primò enim requiritur, ſi inventarium fiat inter præſentes, quod initietur intra triginta dies com- 7 putandos à die notitiæ delationis hæreditatis, & quod intra ſexaginta dies perficiatur, *dict. leg. final. §. ſin autem, Cod. de jure deliberand.* Pichard. *in §. ſed noſtra benevolentia, inſtitut. de hæredum qualitat. n. 6.* Dom. Leon *deciſ. 107. num. 11. tom. 1.* Bayo *in prax. lib. 1. cap. 24. num. 40.* Noſter Iranzo *in prax. proteſtat. cap. 72. num. 11.* Qui dicit deberi apud nos inventarium fieri intra tres menſes, quia ita diſponitur, *in for. 6. rubr. de repudiat. hæreditat.* Sed fallitur, nam in foro nihil aliud dicitur, niſi quod inventarium fiat, juxta rationem naturalem, ut optimè notat, D. Leon *dict. deciſ. 107. num. 19. & 20.* Sed quamvis *in dict. §. ſin autem* ordinetur, quod intra triginta dies initietur inventarium, & intra ſexaginta alios dies perficiatur, communiter admiſſum extat, quod etiam ſi poſt triginta primos dies non initietur, dummodo intra tres menſes perficiatur, validum, & ſolemne ſit inventarium, Guido Pap. *deciſ. 571.* Valaſc. *conſultat. 52. num. 8. tom. 1.* Cancer *variar. tom. 2. cap. 2. de inventario, num. 20.* Petrus Gregor. *ſintagmat. jur. lib. 46. cap. 3. num. 9.* Spino *in ſpecul. teſtamentor. gloſſ. 35. de confection. inventar. n. 26. 27. & 28.* Theſaurus *quæſtion. forenſ. lib. 1. cap. 10. num. 16. & 17.* Morquecho *de diviſion. bonor. lib. 1. cap. 1. num. 3. 4. & 5.* Borel. *in ſumma deciſ. tit. 19. de inventario hæredis, num. 13. uſque ad 21.* Dom. Leon *dict. deciſ. 107. n. 25.* ubi refert à Senatu deciſum, Iranzo *in prax. proteſtat. dict. cap. 72. n. 12.* Caſtill. *de aliment. lib. 8. cap. 30. n. 27.* Pichard. *in dict. §. ſed noſtra benevolentia, num. 6.* Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæſt. 173. n. 1.* Inter abſentes 8 datur annale tempus ad conficiendum inventarium, ut ſi abeſſet hæres à loco ubi res hæreditariæ fuerint, *l. final. §. ſin autem, Cod. de jure deliberandi*, ibi: *Sin autem à locis in quibus res hæreditariæ, vel maxima pars earum poſita eſt, hæredes abeſſe contigerit: tunc eis unius anni ſpatium à morte teſtatoris numerandum damus ad hujuſmodi inventarii conſummationem. Et in §. donec 11. ejuſdem legis*, ibi: *Donec tamen inventarium conſcribitur, vel ſi res præſtò ſint intra tres menſes, vel ſi abfuerint intra annale ſpatium.* Donel. *lib. 7. commentar. cap. 3.* Pichard. *in §. ſed noſtra benevolentia 7. inſtitut. de hæred. qualit.* Raguell. in

*in commentar. ad deciſion. Juſtinian. lib. 6. ad l. ultim. Cod. de jure delib.rand.* Arnold. Corvin. *lib. 6. tit.* 30. *verſic. incubari.*

Trimeſtre ſupradictum debet, juxta mul-
9 torum ſententiam, computari à die obitus teſtatoris, vel ſcientiæ delatæ hæreditatis, ut notant adducti per Cyriac. *controverſ.* 127. *n.* 3. *cum ſequent.* Merend. *controverſiar. lib.* 21. *cap.* 16. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *ſub n.* 2. Gizzarel. *deciſ.* 42. *ſub n.* 7. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 15. Verius tamen eſt computandum eſſe tempus iſtud ad inventarium conficiendum, à die aditionis hęreditatis, & apprehenſionis bonorum hæreditariorum, dummodo hæres per dolum, & fraudem aditionem non differret. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 2. *ſub n.* 5. Gratian. *diſceptat.* 563. *n.* 27. Cyriac. *dict. controverſ.* 127. *n.* 5. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 6. *tit.* 11. *de jure acreſcendi, definit.* 9. Cavaler. *deciſ.* 310. *n.* 6. Baltaſar. de Angel. Ad Gizzarel. *dict. deciſ.* 42. *n.* 3. ibique Didacus de Mari *n.* 1. Roxas *deciſ.* 330. *n.* 11. & 12. Capic. Latr. *deciſ.* 129. *n.* 4. 15. & 16. Cardinal. de Luca *de hæredib. diſcurſ.* 21. *n.* 5. Conciol. *de hæred. benefic. artic.* 21. *n.* 4. 6. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 15. Cerro *deciſ.* 47. *n.* 4. Et tempus præ-
10 dictum currit, etiam ſi hæres aditionis tempore proteſtetur, & dicat, prout in noſtra praxi fit, quod ei non currat tempus ad conficiendum inventarium, quia proteſtatio in iis quæ pendent a juris diſpoſitione nihil operatur, Iranzo *in prax. proteſtat. dict. cap.* 72. *n.* 11. 12. & 13. Neque tempus ſupradictum a judice aliquo prorrogari poteſt, ſed ſolum à Rege, Pichard. *ubi prox.* Valaſc. *d. conſult.* 52. *n.* 9. Caſtill. *ubi prox. n.* 28. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 11. *n.* 58. Si autem intra tempus prædictum inventarium non perficiatur, ſed poſt
11 tempus fiat, ut perficiatur, nullius momenti erit, neque aliquid operabitur, Merlin. *de legitima, lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *ſub n.* 4. Marius Antonin. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 8. *n.* 18. Duran. *deciſ.* 387. *n.* 25. Roxas *deciſ.* 276. *n.* 7. Cyriac. *controverſ.* 127. *à numer.* 11. Guizzarel. *deciſ.* 42. *n.* 26. & 27. ibique Balthaſar de Angel. *num.* 2. Capic. Latr. *deciſ.* 129. *per tot.* Conciol. *de hæred. benefic. artic.* 1. *n.* 405. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *num.* 16. Et quod inventarium non factum intra trimeſtre ſupradictum, non proficiat, neque illius virtute poſsit ratio reddi bonorum hæreditariorum, declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 3. *Januarii* 1629. inter creditores hæreditatis Hieronymi Sarzola, & Sebaſtianum Sarzola. Nihil intereſt quod tempore aditionis hæreditatis omittat hæres dicere, quod adit cum beneficio inventarii, nam etiam ſi hoc non dicatur, poterit hæres uti inventarii remedio, dummodo poſtea illud faciat intra prædictum tempus, Cyriac. *controverſ.* 127. *n.* 10. Peutinger. *deciſ.* 304. *n.* 2. & *deciſ.* 328. *n.* 15. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 10.

Secundò requiritur in confectione inven- 12
tarii, quod citentur creditores hæreditarii, legatarii, aliique intereſſe habentes, ut videant quomodo hæres inventarium facit, *dict. l. final. Cod. de jure deliberand.* Valaſc. *conſultat.* 52. *n.* 4. Borel. *in ſumma deciſion. tit. de inventar. hæred. à num.* 90. Roland. *conſ.* 73. *lib.* 2. Gratian. *diſceptat.* 767. *num.* 4. *cum ſequent.* Pichard. *in §. ſed noſtra benevolentia, num.* 7. & 8. & ibidem Minſinger. *inſtitut. de hæred. qualitat.* Caſtill. *de aliment. cap.* 30. *n.* 26. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 31. *arbitrium tutel. definit.* 8. *n.* 2. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 11. *n.* 53. Leone *in præparat. judic. part.* 2. *præparat.* 9. *n.*
24. In noſtro Regno, juxta conſuetudinem, 13
inventarium ab hærede fit abſque citatione, creditorum, vel legatariorum, aut alterius perſonæ, adhibito ſolum publico tabelione, & tribus, aut duobus teſtibus, Dom. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 107. *num.* 23. Et idem quod apud nos, in omni Hiſpania obſervatur reſpectu conficiendi inventarium, Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianar. cap. final.* 4. *part.* §. 1. *n.* 8. Noguerol *allegat.* 19. *num.* 102. Et de hac conſuetudine in Luſitania, teſtatur Valaſc. *conſultat.* 52. *num.* 22. *ad fin.* & *conſultat.* 87. *num.* 1. & 2. & de Catalonia tradunt Cancer *variar. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 66. *cum ſequent.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 2. *num.* 45. Unde licet ad rectam inventarii confectionem de jure neceſ- 14
ſarium ſit judicis decretum, ſubſcriptio hæredis, & alia plurima, in noſtro Regno non erit neceſſe quod hæc interveniant ad rectam inventarii confectionem, ſed ſufficiet facere illud coram Notario, & teſtibus, adhibito prout ſolet in illius exordio venerandæ crucis ſigno, & juxta hanc conſuetudinem inconcuſsè obſervatam inventarium debet fieri, abſque eo quod ſit neceſſarius alterius ſolemnitatis interventus, quia in confectione inventarii ſemper ſtari debet conſuetudini, Bald *in l. final. num.* 13. & ibi Jaſon *num.* 5. *Cod. de jure deliberan.* Capic. *deciſ.* 101. *num.* 3. Parlador. *rerum quotidianar. cap. final.* 4. *part.* §. 1. *num.* 8. Valaſc. *conſultat.* 52. Gutierr. *de tutell.* 2. *part. cap.* 1. *n.* 82. *cum ſequent.* Morquecho *de diviſion. bonor. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. Amendola ac Franchis *deciſ.* 124. Carpio *de executorib. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 24. Cavaler. *deciſ.* 508. *n.* 7. Rota *deciſ.* 331. *n.* 14. *p.* 5. *recentiſsim.* Leone *in præparator. judic. part.* 2. *præparat.* 9. *num.* 15. & 16. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 15. *n.* 6.

Te-



Tertio requiritur, quod hæres deſcribat, &
15 ponat omnia hæreditaria bona in inventario: probat enim negativam exiſtentiam aliorum bonorum inventarium præter illa quæ deſcripta inveniuntur, Decian. *reſponſ.* 76. *num.* 2. *lib.* 3. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 40. Gratian. *diſceptat.* 720. *num.* 6. 7. & 8. Marta *vot.* 178. *per tot.* Rota *deciſ.* 510. *num.* 2. *part.* 5. *recentiſsimar.* Manſius *conſultat.* 51. *num.* 50. *cum ſequent.* Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 40. Debent etiam in inventario poni hæreditatis fructus tempore additionis percepti, & pendentes, quia hoc in beneficium creditorum cedit, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 2. *Septembris* 1632. inter creditores Don Alfonſi Zanoguera, & Don Bernardinum Zanoguera, & ex eadem cauſa, in fine inventarii adnotari debent bonorum hæreditariorum inſtrumenta, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 7. *Aprilis* 1624. inter Vincentiam Clua, & Joannem Clua Clericum. Si bona hæreditaria fuerint immobilia, debent deſcribi in inventario cum duobus confinibus, & modo quo ea cognoſci poſsint; jura, cum expreſsione inſtrumẽtorum, ut judicatum fuit in Tribunali Regiæ Viſitationis Domus Deputationis noſtri Regni, ſententia publicata per Coſmam Puig Notarium Regiæ Viſitæ, *die* 6. *Octobris* 1660. in favorem Procuratoris Fiſcalis, & contra Don Franciſcum Roca, & Ferrer Militem Monteſianæ Familiæ. Si verò bona fuerint mobilia, debent in inventario deſcribi cum ſignis certis, & indubitatis, ut in ſupradicta Regia ſententia Viſitationis cautum habetur. Et ſi in pondere conſiſtant bona, quia non rectè poſſunt deſcribi in inventario, niſi prius ponderentur, *l. quod ſæpè* 35. *§. in his, ff. de contrahend. emption.* Debent inventarii tempore ponderari, & ponderata deſcribi; ſi in numero conſiſtant, numerari, ſi in menſura, menſurari, aut ſi jocalia fuerint præcioſa, debent æſtimari, & ita æſtimata deſcribi, alitèr enim nullius momenti erit inventarium, & illius virtute non poterit hæres rationem rectam hæreditariorum bonorum reddere, imo tenebitur ultra vires hęreditarias, Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 51. Anton. Faber. *in ſuo Cod. tit.* 11. *de jure deliberand. lib.* 6. *definit.* 25. & *de errorib. pragmat. tom.* 1. *decad.* 2. *error.* 7. *num.* 15. & 16. Ciriac. *controverſ.* 294. *num.* 19. Andreol. *controverſ.* 242. *num.* 3. & 4. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 153. *num.* 18. Ita declaravit Senatus ſententia per Benavides pro Ferrera, *die* 8. *Novembris* 1656. in favorem Marcelæ Forner, & de Febrer, & contra Don Franciſcum Roca, & alia per Saboya pro Benavides, *die* 3. *Julii* 1670. in favorem Joannis Baptiſtæ Puidat, & cõtra Eutimiam Ivars, & de Zapata, referente Nobili Don Carolo Vallterra Monteſianæ Familiæ Milite, tunc R. C. D. nunc autem Regiam Cancellariam Regente. Idem fuit deciſſum in ſupradicta ſententia Regia Viſitationis. Et ſi in aliqua Regni parte conſuetum foret non inventariare bona mobilia, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt modo ſupradicto, non eſſet ſervanda conſuetudo, Nata *conſ.* 575. *n.* 19. Abbas *conſ.* 253. *num.* 7. Carol. Anton. de Luca *dict. cap.* 153. *num.* 18. Quamvis non deſint tenentes ſervandam eſſe ſimilem conſuetudinem, Hodiern. *controverſ.* 5. Rota apud Farinac. *deciſ.* 99. & alii adduct. à Carol. An-
ton. de Luca *ubi proxim.* Ex adverſo autem ſi 16
bona mobilia fuerint inventariata cum pondere, numero, vel menſura, habebit pro ſe hęres præſumptionem quod illam menſuram, pondus, aut numerum habebant, vel æſtimationem, & non amplius, & ſi intereſati dixerint alia fuiſſe bona, vel majoris ponderis, menſurę, vel æſtimationis fuiſſe, incumbet eis probandi onus, Barthol. *in l. ſi conſtante* 25. *in princip. ſub num.* 7. *ff. ſoluto matrim.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 16. Ciriac. *controverſ.* 5. *num.* 34. & 35. Manſius *conſultat.* 329. *à num.* 4. Joſeph. Mel ad Guizzarel. *deciſ.* 56. *num.* 15. Tranchedin. *conſultat.* 58. *num.* 10.

Si ergo hæres doloſè omiſerit deſcribere 17
aliqua bona in inventario, non amittit inventarii beneficium, neque ultra vires hæreditarias tenetur, juxta opinionem multorum, ſed ſolum punitur pœna reſtituendi duplicatum valorem rei non inventariatę, per text. *in l. ultim. §. licentia, Cod. de jure deliberan.* Odofred. Oldrad. Cinus, Fulgoſ. Alexand. Imola, Corneus, & Jaſſon *in dict. §. licentia,* Barthol. *conſ.* 154. *num.* 8. *lib.* 1. Alexand. Denevo *conſ.* 38. *numer.* 18. Guillel. Benedic. *in cap. Raynucius, verb. mortuo itaque teſtatore, num.* 402. *de teſtament.* Bellon *conſ.* 30. *n.* 6. Benincacius *de paupertat. quæſt.* 9. Decian. *conſ.* 49. *num.* 56. *lib.* 2. Villalob. *com. opinion. verb. hæres, num.* 8. Porcell. *de inventar. cap.* 3. *num.* 6. Roland. à Vale *de inventario.* 4. *part. utilitat.* 3. §. *quid ſi hæres, verſ. quid dicendum*, Roman. *conſ.* 276. *num.* 8. Monticul. *de inventario, num.* 154. Joan. Coraſ. *de inventario, num.* 24. Cavalcan. *de tutore, & curat. num.* 107. Dioniſius Pontan. *in comment. ad conſuetud. bleſenſ. tit.* 2. *artic.* 5. *de inventar. quæſt.* 7. Menoch. *conſ.* 471. *per tot.* Farinac. *fragment. criminal. part.* 2. *lit. H. tit. hæres ommittens in inventario ſcribere aliquas res hæreditarias, num.* 21. & 22. Burſat. *conſ.* 325. *num.* 115. *vol.* 3. Borel. *in ſumma deciſ. tit. de inventario hæred. ex num.* 90. Franciſc. Ferrer *ad conſtitut. Catalon.* 1. 2. *tempore, de-*

*cla-*

*clarat.* 4. *num.* 55. *cum ſequent.* Rendin. *in promptuario receptarum ſententiarum*, *tit.* 56. *de inventario*, *num.*5. Flores de Mena ad Gamam *deciſ.*122.*fol.*56. *pag.* 1. Valaſc. *de partit. cap.*8. *num.*36. Ayora *de partit. cap.* 2. *n.* 21. Caſtill. *lib.* 8. *de aliment. cap.* 30. *n.* 39.

18 Certius tamen eſt amittere in caſu iſto, invētarii beneficium hæredem, & ultra vires hæreditarias teneri, ut docent Gloſa *in §. ſanccimus, in authent. de hæredib. & falcid. verb. non fortè, & in §. ſi vero, verb. lucrari*, Barthol. *in l. ultim. §. cum igitur, num.* 3. *Cod. de jure deliberandi, & in l. Paulus, in fine, ff. ad l. falcid.* ubi Angel. Roman. *in l. ſi prius, ff. de novi operis nuntiat.* Abbas *conſ.* 73. *n.* 8. *lib.* 2. Guido Pap. *conſ.* 42. *num.* 4. *& in tract. de inventario, num.* 5. Nata *conſ.* 574. *num.* 16. Cephal. *conſ.* 314. *num.* 24. *lib.* 3. Phanuc. *de invent.* 3. *part. n.*53. Cravet. *conſ.*348.*n.*46. Hondedeus *conſ.* 34. *per tot. lib.* 1. Fachin. *controverſ. lib.*4. *cap.*37. Graſſus *in §. inventarium. num.* 12. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 9. *num.* 96. Thuſc. *practicar. tom.* 3. *lit. I. concluſ.* 349. *num.* 41. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 9. *num.*11. *& tom.*2. *cap.* 2. *de inventario, n.* 51. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *q.* 10. *num.* 26. *&* 27. Gratian. *diſceptat.* 34. *num.* 6. Cevall. *quæſt.* 411. *num.* 2. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 6. *tit.* 11. *de jure deliberan. definit.* 20. A qua ſententia non debemus recedere in Regno, quia ita à graviſsimo Senatu noſtro multoties judicatum fuit, & præcipuè, ſententia per Ferrera, *die* 8. *Novembris* 1656. in favorem Marcelæ Ferrer, & de Febrer, & contra Don Franciſcum Roca. Si verò non doloſè, ſed propter ignorantiam, aliquæ hæreditariæ res inventariatæ non fuerint, non tenetur iis pœnis hæres, ſed poteſt impunè intra tres menſes à die ſcientiæ addere prædictas res inventario, & multo melius ſi tempore conficiendi invētarium proteſtatus fuerit hæres de inventariando res omnes hæreditarias, ſi ad illius notitiam pervenerint, Intrigliol. *deciſ.* 14. *num.* 34. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.*7. *gloſſ.* 3. *part.* 2. *num.*54. noſter Iranzo *in praxi proteſtat. cap.*72. *num.* 7. Leone *in præparat. juris, part.* 2. *præparat.* 9. *num.* 29. *&* 30. Et nunc quod de proteſtatione loquimur obſerva, quod licet hæres deſcribere debeat in inventario inter hæreditaria bona debitum ipſius hæredis, Amato *reſolut.*56. *num.* 7. non debet deſcribere bona propria ipſius hæredis, & ſi illa defacto ponat, abſque ulla proteſtatione, ſatis præjudicatus remanebit, nam cum inventarium probet, omnia bona deſcripta, hæreditaria eſſe, ſaltim in præjudicium cōficientis illud, quamvis non ita contra tertium, *l. chyrographis, ff. de adminiſtrat. tutor. l. final.*, *Cod. arbitrium tutelæ*, Cancer *variar.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 7. *&* 8. Maſcard. *de probat. concluſ.*939. *num.*1. Capyc. *deciſ.* 107. *num.* 11. Gratian. *diſceptat.* 765. *num.* 59. *& diſceptat.* 766. *num.* 6. Iranzo *in prax. proteſtat. cap.*72. *numer.*1. Et hæres inventariando bona, confiteatur eſſe hæreditaria, Celſus *deciſ.* 337. *num.* 2. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.*2. *quæſt.*78. *num.*17. Si hæres in inventario deſcribat bona propria, videtur fateri, illa eſſe hæreditaria, aut donare, Morquecho *de diviſion. bonor. lib.*1. *cap.* 1. *num.* 40. *cum ſequent.* Cancer *d. cap.* 2. *num.* 10. Gratian. *diſceptat.* 71. *num.*8. Iranzo *in prax. proteſtat. dict. cap.*72. *num.*3. Niſi tempore inventariandi proteſtetur hæres dicendo, non intendere res proprias in inventario deſcribere, nec ſibi in aliquo præjudicare, non enim cenſetur tunc donare bona, Iranzo *ubi proxim. num.*4.

19 His animadverſis non eſt prætermittendum, hæredibus in judicio à creditoribus hæreditariis, vel legatariis conventis, tres dari exceptiones. Prima eſt ſi cōveniatur hæres intra primos novem dies à morte defuncti computandos, nàm cum hoc novendiale tempus à jure detur hęredibus ad lugendum defunctum, nequeunt conveniri intra illos ex perſona defuncti, ſed oppoſita exceptione iſta repelli debet agens, *§. ſanccimus in authent. ut cum, de appellat. cognoſcend. collat.* 8. *ſeu Novel.* 115. *cap.* 5. *in fin. authent. ſed neque, Cod. de ſepulcro violato*, ibi: *Sed neque, ante novem dies ab obitu numerandos, ulla prorſus fiat moleſtia, adverſus quemlibet ex perſona defuncti, l.*15. *tit.* 13. *part.* 1. *l.* 13. *tit.* 9. *part.*7. docent Azo *in ſum. tit. de præſcriptionib. fol.* 11. Barthol. *in dict. l. ultim. §. donecb, num.* 1. *Cod. de jure deliberand.* Roderic. Suarez *in l. poſt rem, in declarat. legis Regni, extentione* 5. *num.* 3. *& limitat.* 9. Baeza *de inope debitore, cap.* 6. *num.* 15. Gutierr. *de juram. confirmator.* 2. *part. cap.* 4. *numer.* 18. Gregor. Lopez *in dict. l.*15. *gloſſ.*2. *& in dict. l.*13. *gloſſ.* 3. Cujacius *tom.* 1. *oper. de præſcriptionib. & terminis, cap.*6. Azeved. *in l.* 12 *num.*117. *tit.*21. *lib.* 4. *recopilat.* Carleval. *de judiciis*, *tom.* 2. *tit.* 3. *diſputat.* 9. *numer.* 8. Bayo *in prax. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 18. Quod procedit nulla habita conſideratione de invētario, nam etiam ſi inventarium non fecerit hæres, vel abſque inventario adierit hæreditatem, habebit exceptionem iſtam, Carleval. *ubi proxim.*

20 Secunda exceptio competens hæredi convento à creditoribus hæreditariis, legatariis, aut fideicommiſſariis eſt, quod durante tempore ad conficiendum inventarium pręfixo, non poſsit contra eum in judicio agi, cum durante tempore denegatur licentia creditoribus, & legatariis, vocandi in judicium hæredem, *l. final. §. donecb* 11. *Cod. de jure deliberand.* ibi: *Donecb tamen inventarium conſcribitur: vel ſi res præſtò ſint intra tres menſes, vel ſi abfuerint intra annalle ſpatium ſecundum anteriorem diſtinctionem, nulla erit licentia, neque creditoribus, neque legatariis, vel fideicommiſſariis, eos vel inquietare, vel ad judicium vocare, vel res hæreditarias quaſi ex hypothecarum authoritate, vindicare.* Docent Barthol. & communiter DD. *in dict. l. ultim. §. donecb*, Anton. Gomez *in l.* 64. *Tauri, num.* 5. Paz *in prax.* 1. *tom.* 4. *part. cap.* 1. *num.* 40. Spino *in ſpecul. teſtamentor. gloſſ.* 35. *num.* 46. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianarum*, *cap. final. part.* 5. §. 1. *numer.* 28. Dueñas *regul.* 267. *limitat. ultim.* Roland. *de inventario*, *part.* 4. *in* 4. *utilitat. n.* 5. Phanuc. *de inventario, part.* 4. *n.*5. Gutierr. *de jurament. confirmator.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 19. Porcell. *de inventario*, *cap.* 4. *num.* 9. Cevallos *quæſt.* 608. *& quæſt.* 814. *ex num.*1. Azin. *in prax.* §. 31. *cap.* 2. *ampliat.* 16. *principal. limitat.* 1. Fachin. *controverſ. lib.* 6. *cap.* 27. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynut. verb. mortuo itaque teſtatore*, *el* 1. *num.* 399. Azeved. *in leg.* 19. *num.* 25. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat.* Rodrig. *de execut. cap.* 4. *num.* 5. Bardell. *conſ.* 58. *num.* 31. Mauſon. *de cauſis executiv. quæſt.* 5. *ampliat.* 14. *num.* 48. Carleval. *de judiciis*, *dict. tom.* 2. *tit.* 3. *diſputat.* 9. *num.* 9. Cyriac. *tom.* 3. *controverſ.* 499. *num.* 11. Merlin. *de pignorib. lib.*4. *quæſt.* 173. *num.* 1. Leone *in præparator. juris, part.* 2. *præparat.*9. *num.* 33. *&* 34. Tondut. *de prævent. judicial. part.* 1. *cap.* 31. *num.* 12. *cum ſequentib.*

21 Limita aliquibus in caſibus regulam à nobis traditam, in quibus poteſt conveniri hæres tempore ad conficiendum inventarium durante. Primò enim ſi conveniatur pro relictis ad pias cauſas, Tiraquell. *privileg. piæ cauſæ, privileg.* 24. Secundò ſi conveniatur pro reſtitutione uſurarum, aut aliis concernentibus animam defuncti, & exonerationem conſcientiæ, Alexand. *in dict. §. donecb*, Roland. *de inventar. quæſt.* 141. *quarta eſt utilitas, num.* 1. Roderic. Suarez *ubi proxim. num.* 5. Gutierr. *dict. cap.* 4. *in fin.* Phanuc. *de inventar. quæſt.* 241. *ex num.* 2. Cevall. *ubi proxim.* Tertiò ſi conveniatur reivindicatione, aut actione hypothecaria, quia ſolum reſpectu perſonalium actionum conveniri nequit, Porcell. *de inventario*, *quæſt.* 5. *num.* 9. Roland. *de inventario, quæſt.* 141. Franchis *deciſ.* 352. *num.* 2. *&* 4. Mauſon. *de cauſis executiv. quæſt.* 5. *ampliat.* 14. *num.* 49. *& ampliat.* 16. *num.* 1. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 9. *gloſſ.* 5. *num.* 24. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 4. *quæſt.* 173. *num.*3. Tondut. *de præventione judicial. part.* 1. *cap.*31. *n.*14. Quartò ſi hæres intra tempus conficiendi inventarium alios convenerit hæredis nomine, pro ut de jure poteſt, Boer. *deciſ.* 52. *num.* 4. *&* 5. Leone *in præparat. juris*, *part.* 2. *præparat.* 9. *num.* 34. Nam poterunt iſti hæredem reconvenire, Carleval. *de judiciis*, *dict. diſputat.* 9. *num.* 10. Quintò ut concedatur manutentio exigendi cenſus contra hæredem, nam non dabitur ei inventarii exceptio, Cencius *poſt tract. de cenſib. deciſ.* 55. *num.* 10. *& deciſ.* 231. *num.* 5. Poſth. *de manutenend. obſervat.* 56. *num.* 9. Meli *in obſervat.* ad Caſtill. *de aliment. cap.* 29. *num.* 2. Ultimò ſi conveniatur ratione alimentorum, nam quia pia cauſa eſt, & ſummè privilegiata, poterit conveniri non ſolum termino pendente conficiendi inventarium, ſed anteaquam hęreditatem adeat, Caſtill. *de aliment. lib.* 8. *cap.* 29. *num.*1. Thomas *de inventario, tractat.* 7. *tit.* 13. *cap.* 5. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 323. *num.* 10. Barboſ. *de univerſ. jure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 82. Virgil. *de legitimat. perſonæ*, *cap.* 20. *ſub num.* 59. Caruſ. *in ſilv. termin. arb.* 15. *num.* 49. *&* 51. Burſat. *deciſ.* 144. *num.* 11. *& deciſ.* 395. *num.* 1. Leoncil. *de privileg. paupertat. privileg.*172. *num.* 2. *& deciſ.* 133. *num.* 3. *&* 4. Meli *dict. cap.* 29. *num.* 1. Balthaſar. de Angel. ad Gizzarel. *deciſ.* 76. *num.* 9. Andreol. *controverſ.* 198. *num.* 2.

22 Tertia exceptio quæ datur hæredi eſt inventarii, & nè teneatur ultra vires hæreditarias, nam ſi intra legitimum tempus fecerit hæres inventarium hæreditariorum bonorum cum omnibus requiſitis de jure neceſſariis, & conventus fuerit à creditoribus hæreditariis & legatariis, exceptione inventarii oppoſita, non compellitur ultra vires ſolvere hæreditarias, & licet inventarii beneficio nequeat ſe juvari quatenus ſupetunt hæreditaria bona, Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 24. Gratian. *diſceptat.* 743. *numer.* 20. Poſth. *de manutenend. obſervat.* 56. *ex num.* 9. Cavaler. *deciſ.*430. *num.* 6. Bonden. *collect.* 1. *num.*70. *cum ſequent.* Bich. *deciſ.*38. *num.*11. *& deciſ.* 58. *num.* 20. Bellon. *de jure acreſcend. cap.* 10. *quæſt.* 30. *num.* 89 Stayban. *reſolut.* 29. *num.* 52. *part.* 1. Urgellenſ. *deciſ.* 10. *num.* 8. Otthobōn. *deciſ.* 105. *num.* 8. Flor. Duph. *controverſ.* 107. *num.* 6. Rota *deciſ.* 61. *num.* 4. *& deciſ.* 256. *num.* 5. *part.* 2. *recentiſsimar.* Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 80. *numer.* 8. Ciroch. *diſceptat. forenſ.* 5. *num.* 68. *& diſceptat.* 60. *num.* 51. Anton. Gobius *conſultat.* 93. *n.*26. Imò de propriis tenetur hæres dummodo bona hæreditaria inveniuntur, Carol. Anton. de Luca *in prax. cap.* 72. *numer.* 12. Et in propriis bonis poſit hæres conveniri, in quantum non reddit rationem de bonis hæreditariis, ut declaravit Senatus ſententia per Berbegal, *die* 15. *Decembris* 1609. inter Joannam Baptiſtam Simoneda, & alios.

23 Tamen dando, & tradendo hæres bona in inventario

deſcripta, vel legitimam rationem de illis reddendo, non compellitur de propriis quidquam ſolvere, neque ultra vires hæreditarias tenetur, ex text. *in dict. leg. ultim.* §. *& ſi præfatam*, *Cod. de jure deliberand.* cum aliis à me adduct. *num.* 3. Et ſi extent adhuc aliqua bona ex hæreditariis, facta illorum relaxatione ab hærede, non poterit in bonis propriis moleſtari, ſi in ſui poſſe alia præter relaxata non reperiantur bona, ut declaravit Senatus ſententia per Marcaro, *die* 10. *Januarii* 1660. in favorem Don Nicolai Aracil, & contra Franciſcum Thomas Notarium certis nominibus.

24 Conſequitur etiam hæres cum inventario addens aliud privilegium ſatis ingens, videlicet quod actiones, & hypothecas quas habet contra hæreditaria bona cõſervat taliter, quod ad inſtar extranei creditoris concurrere poterit cum cæteris hæreditariis creditoribus, ſalva inter eos prerrogativa jurium, & ſeparationem in odium poſteriorum creditorum obtinere poterit, ut prius ſatisfactus de ſuo credito ſit, *l.* 1. *ff. de ſeparationib. leg. cum ſcimus*, §. *in computat. Cod. de jure deliberan.* Roland. *de inventario*, 4. *part.* §. *decima utilitas.* Porcell. *de inventar. quæſt.* 5. *n.* 6. & 7. Monticul. *de inventar. quæſt.* 132. *ex num.* 11. Surd. *deciſ.* 92. *num.* 7. & *deciſ.* 310. *num.* 14. & *conſ.* 7. *num.* 32. Ricc. *collect.* 1462. Valaſc. *conſultat.* 52. Mareſcot. *var. lib.* 1. *cap.* 37. *ex num.* 1. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 3. *quæſt.* 44. Amato *reſolut.* 57. *num.* 21. & 22. & *reſolut.* 56. *num.* 3. Carleval. *de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 13. *num.* 1. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 9. *ex n.* 29. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 2. *tit.* 4. *definit.* 14. *num.* 11. & *lib.* 3. *tit.* 2. *definit.* 12. *n.* 5. Merlin. *de legitim. deciſ.* 151. *n.* 42. Galeot. *lib.* 2. *controv.* 5. *ex n.* 2. Michalor. *de fratrib. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 46. Otthobon. *deciſ.* 180. *n.* 13. & *deciſ.* 270. *num.* 13. Leone *in præparat. juris*, *part.* 2. *præparat.* 9. *num.* 5. Raguell. *ad deciſ. Juſtiniani ad lib.* 6. *ad text. in leg. ultim. Cod. de jure deliberan.* §. *incomputat.* & §. *licentia*, Farinac. *deciſ.* 326. *n.* 1. *part.* 2. *tom.* 3. Mantic. *deciſ.* 325. *num.* 4. Valentia *illuſtr. juris*, *tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 8. Don Joſeph de Retes *opuſculor. ad lib. ſingul. Scevol. ad text. in leg. ſi duo rei* 93. *de ſolutionib. num.* 7. Conciol. *de hæred. ſimpl. & benefic. art.* 1. *num.* 365. Urceol. *de tranſact. q.* 80. *n.* 7. Anton. Gobius *conſult.* 93. *num.* 15. Sed in rationum redditione, nequid hæres virtute ſui crediti retinere bona hæreditaria in præjudicium anteriorum creditorum melius jus habentium, ut Senatus declaravit ſententia per Caſes, *die* 12. *Auguſti* 1626. inter Eſperantium Bronchales, & Urſolam, & Vincentium Belleres. Eodem modo ſi debitor creditori ſuccedat, conſervantur actiones, & nunquam confunduntur, cum eadem ratio militet in utroque caſu, *l. debitori*, ubi Communiter DD. *Cod. de pactis*, Seraphin. *deciſ.* 842. *num.* 4. Roland. *conſ.* 65. *n.* 15. *lib.* 2. Milanenſ. *deciſ.* 13. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 53. *n.* 6. Gratian. *diſcept.* 203. *n.* 1. Amato *reſolut.* 56. *num.* 4. Si verò abſque inventario adierit 25
hæres, confunduntur actiones omnes, & media confuſione extinctæ, & penitus eliſæ remanent, *leg. ſticum* 96. §. *aditio*, *ff. de ſolutionib. l. debitori* 7. *Cod. de pactis, leg. licet* 14. *Cod. ad leg. falcid.* Surd. *deciſ.* 224. *n.* 7. Aponte *conſ.* 8. *n.* 2. *lib.* 1. Seſsè *deciſ.* 49. *n.* 31. Carleval. *de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 13. *num.* 1. Otthobon. *deciſ.* 162. *n.* 15. Leone *in præparat. part.* 2. *præparat.* 9. *n.* 6. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *q.* 14. *n.* 6. Bich. *deciſ.* 330. *n.* 7. Conciol. *alleg.* 17. *n.* 18. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *num.* 18. ita declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 23. *Februarii* 1613. inter Don Gaſparem Artes, & Joannem Tolsà, & Domnam Euſraſiam Cervellò, & alia per Alreus, *die* 17. *Februarii* 1628. inter Monaſterium Divæ Urſolæ, & D. Joannem Duart, & alia per eundem, *die* 21. *Februarii* 1634. inter Franciſcam Silveſtram Navarro, & Michaelam Navarro, & alia per Saboya, *die* 15. *Maii* 1682. inter Don Vincentium Albornoz, & Joannem Miquel Civem, referente Nobili Don Carolo Vallterra Monteſianæ Familiæ milite, tunc R.C.D. nunc autem meritiſsimè Regiam Cancellariam Regente, Actuario Rebollo.

26 Et ſi hæres delatam habens hæreditatem creditum habuerit, ex aditione cenſetur illico per imaginariam ſolutionem de credito ſatisfactus, Barthol. *in leg. ſi ei cui* 41. §. 1. *n.* 1. *ff. de eviction.* Peregrin. *de fideicom. art.* 35. *n.* 15. Mareſcot. *var. lib.* 1. *reſol.* 37. *n.* 1. & 9. Rota *deciſ.* 2. *n.* 11. *part.* 6. & *deciſ.* 127. *n.* 10. *part.* 7. *recent.* Theſaur. *quæſt. for. lib.* 3. *q.* 44. *n.* 3. Cencius *deciſ.* 163. *n.* 4. Georgius *alleg.* 41. *n.* 28. Cavaler. *deciſ.* 367. *n.* 1. Gratian. *diſcept.* 214. *per tot.* Farinac. *deciſ.* 780. *n.* 2. *part.* 2. Milanenſ. *deciſ.* 13. *n.* 2. 3. & 4. *lib.* 1. Virgil. *de legitim. perſonæ*, *cap.* 11. *n.* 21. Caſanat. *conſ.* 23. *à n.* 23. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *par.* 7. *n.* 38. Mantic. *de conject. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 16. & 17. Amato *var. reſol.* 56. *n.* 20. Otthobon. *deciſ.* 47. *n.* 11. Tondut. *quæſt. civil. cap.* 58. *n.* 6. *cum ſeqq.* Merlin. *de pignor. lib.* 5. *q.* 14. *n.* 14. Andreol. *controver.* 361. Cardinal. de Luca *de credit. & debit. diſcurſ.* 40. *n.* 30. *diſcurſ.* 127. *n.* 6. & 7. & *diſcurſ.* 136. *n.* 10. Carol. Anton. de Luca *in animadv.* ad Gratian. *cap.* 203. & *cap.* 204. *per tot.* ita declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 16. *Julii* 1626. inter Lucam Garrigues certis nominibus, & Bartholomæum Ribera, & alia per Caſes, *die* 11. *Auguſti* 1630. inter Annam Ferrera, & Adminiſtratores bonorum Joannis Baptiſtæ Bandres, & alia per Alreus, *die* 23. *Martii* 1639. inter Vincentium Albaro, &

Syn-



Syndicum Cleri Divi Nicolai; & quod mulier hæres à marito inſtituta, per aditionem cenſeatur ſoluta de dote, docet Socin. *conſ.* 170. *num.* 9. *vol.* 2. & declaravit Senatus ſententia per Deona, *die* 1. *Julii* 1593. inter Franciſcum Vallebrera, & Jacobum Ortiz, & alia per Melià, *die* 13. *Januarii* 1579. in favorem Angelæ de Vilanova, & contra Domnam Hieronymam Caſtellà Doris, & de Blanes, quod procedit non ſolum quando in hæreditate bona mobilia reperiuntur, vel pecunia, ſed etiam ſi ſolum bona immobilia, & cenſualia reperirentur, nam in hoc caſu per imaginariam ſolutionem cenſetur ſolutus, & ſatisfactus hæres, ut declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 19. *Septembris* 1607. inter Curatorem filiæ Petri Palma, & Eſperantiam Andrès, & Joannem Icert, & alia per Alreus, *die* 17. *Novembris* 1623. inter Domnam Mariam Fenollar, & Creditores hæreditatis Don Franciſci Fenollar. Unde non eſt dubitandum quod etiam ſi hæres reperiatur gravatus, ſolvere ſibi poterit ex bonis hæreditariis quod ei debetur, ut Senatus dixit ſententia per Caſes, *die* 4. *Januarii* 1630. inter Doctorem Michaëlem Hieronymum Romà, & Monaſterium de el Carme. Hæc tamen intellige quando ſolutio in commodum hæredis reſultaret, tunc enim cenſebitur ſolutus hæres imaginariè per aditionem, ſi autem damnum afferre poſſet imaginaria ſolutio hæredi, nullatenus per aditionem inducitur, ſed creditum remanet inſolutum, & conſervatur beneficio legis, & inventarii, Paul. de Caſtro *in l. ſticum*, §. *aditio. ff. de fidejuſſorib.* Hondedeus *conſ.* 58. *num.* 53. *lib.* 1. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 19. *ſub num.* 4. Seſsè *deciſ.* 46. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 7. *n.* 46. & 48. Amato *reſolut.* 56. *num.* 20.

27 Infero ex ſupra traditis quod licet hæres cũ beneficio inventarii rationem reddere teneatur creditoribus, non ſolum de bonis inventariatis, ſed etiam de fructibus ex illis perceptis, ut tradam, *num*, 69, Tamen ſi creditum habuerit, quia de illo cenſetur ſatisfactus ex aditione, non tenebitur rationem reddere de fructibus perceptis prorata ſui crediti, nam cum per imaginariam ſolutionem habuerit in ſolutum ſui crediti partem illam bonorum hæreditariorum credito correſpondentem, fecit hæres fructus ex illa parte perceptos ſuos, & uti tales non debent reſtitui, neque in computum hæreditariorum bonorum debent poni, Paul. de Caſtro *in l. peculium* 10. *in princip. ff. de peculio*, Socin. Junior *conſ.* 170. *num.* 8. *lib.* 2. Gratian. *diſceptat.* 214. *n.* 6. Bartholom. Eſtela *in conſ. poſito*, *poſt diſputat.* 671. Fuſarii *de ſubſtitut.* Guiovagn. *conſ.* 37. *lib.* 1. Cardinal. de Luca *de debito, & credit. diſcurſ.* 136. *num.* 10. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *cap.* 214. *num.* 4. & in terminis declaravit Senatus, ſententia per Daça, *die* 19. *Septembris* 1607. inter Curatorem filiæ Petri Palma, & Joannem Icert, & Eſperantiam Andrès, & alia per Alreus, *die* 17. *Novembris* 1623. inter Domnam Mariam Fenollar, & Creditores hæreditatis Don Franciſci Fenollar, & alia per eundem, *die* 24. *Decembris* 1624. inter Don Antonium Sanchez de Calatayud, & ſuos creditores.

Non omnes actiones per aditionem hæredis abſque inventario factam confunduntur, 28
& extinguntur, cum in ſententia multorum ſolum confuſio habet locum in actionibus perſonalibus, & non in realibus. Traditur enim communiter inter DD. hæredem ſine inventario adeuntem poſſe reivindicatoriam actionem intentare, quia per aditionem ſine inventario, non confunditur actio reivindicationis, *leg. final. Cod. evictionib. leg. defuncto*, *Cod. ſi in fraudem patroni*, Bald. *in l. ſi uxor*, *C. de bonis auctorit. judic. poſſidend.* Alexand. *in l. debitori, in princip. Cod. de pactis*, Monticul. *de inventario*, *quæſt.* 336. *num.* 90. Lauterch. *conſ.* 188. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 25. Valaſc. *conſultat.* 69. *num.* 4. 5. & 22. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 56. & 57. Boſsius *de patr. poteſt. cap.* 8. *num.* 113. Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 76. *num.* 10. Fachin. *controverſiar. lib.* 6. *cap.* 33. Ayllon ad Gomez *part.* 1. *cap.* 5. *n.* 14. Otthobon. *deciſ.* 180. *num.* 14. Triſtany *deciſ.* 16. *num.* 37.

Hypothecaria autẽ actio etiam remanet inconfuſa, juxta opinionem multorum, quando 29
hæres adivit ſine beneficio inventarii; Bald. *in l. ſi uxor ſua* 7. *ſub num.* 2. *Cod. de bonis auctorit. judic. poſſidend.* Roland. *de inventar.* §. *an actio hypothecaria*, *num.* 9. & *conſ.* 65. *num.* 15. & 16. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 7. *num.* 20. & 21. Neguzan. *de pignorib. in* 1. *membr.* 5. *part. n.* 54. Statil. Pacific. de Salvian. *interdict. inſpect.* 5. *cap. unic. num.* 145. Seſsè *deciſ.* 46. *num.* 12. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 35. *num.* 3. Milanenſ. *deciſ.* 13. *numer.* 9. *lib.* 1. Mandel. *conſ.* 503. *num.* 31. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 40. & 46. Azin. *de executione*, §. 7. *cap.* 74. Cardinal. Thuſc. *vol.* 4. *lit. H. concluſ.* 52. *num.* 10. Amato *reſolut.* 56. *num.* 10. & alii apud Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 14. *num.* 8. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 2. Quod proculdubio admittendum eſt, quando hæres creditor hypothecarius abſque inventario adiens, moleſtatus fuerit à creditoribus poſterioribus, nam cum reſpectu ejus, quod ſibi avelli poterat ab aliis, perfectè, & irrevocabiliter dominus factus non fuerit, jus hypothecæ, & anterioritatis intactum remanebit, neque extingi, aut diminui potuit per adi-



tio-

tionem, ſed excipiendo poteſt hæres poſteriorem creditorem repellere, Cinus *in leg.* 1. *Cod. de his qui priorum creditor. loco* Roland. *in* §. *an actio hypothecaria, ſub num.* 18. Monticul. *de inventario, part.* 10. *effect.* 86. *num.* 267. Neguzan. *ubi proxim. num.* 55. Franch. *deciſ.* 80. *num.* 12. Capic. *deciſ.* 43. Bero. *conſ.* 46. *num.* 11. *lib.* 1. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 34. Seſsè *deciſ.* 46. *num.* 34. Valenzuel. *conſ.* 15. *num.* 13. Amato *dict. reſolut.* 56. *num.* 14. Cardinal. de Luca *de debito, & credit. diſcurſ.* 40. *num.* 29. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 3.

30 Neque te turbare poterit conſideratio, quod extinctis obligationibus perſonalibus, aut confuſis per aditionem ab hærede factam ſine inventario, non poſſunt ſubſiſtere, & permanere hypothecæ, nam licet prima, ut ſolet dici, facie, nimis durum videatur contendere quod hypotheca ſola permaneat, obligatione perſonali extincta, ſuadentibus juris aperte rationibus contrarium. Prima, quod hypothecarum obligatio eſt acceſſoria, & uti talis obligationi perſonali adjicitur, & nequit reperiri, niſi exiſtente obligatione perſonali, cui adjecta fuit, *leg. grege* 13. §. *ſi ſub conditione, ff. de pignorib. l. potior, ff. qui potiores, leg. ſi deferente, leg. ſolvitur*, §. *final. ff. quibus mod. pignus, vel hypot. l.* 1. *l. jus jurandum, ff. de jure jurando*, Donell. *de pignorib. cap.* 2. Balduvin. *de pignorib. cap.* 2. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 3. & 4. & *lib.* 4. *quæſt.* 126. Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 129. *cum ſequent.* & *num.* 184. Cencius *poſt tractat. de cenſib. tom.* 2. *deciſ.* 279. *n.* 9. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. cum contra* 6. *de pignorib. num.* 8. Ergo extinctis perſonalibus obligationibus, & per aditionem confuſis, non poſſunt hypothecæ ſolum remanere, cum neceſſè ſit hypothecas extingui, & corrui, obligationibus perſonalibus extinctis, *gloſſ. in leg.* 2. *in fin. verb. ſed is quoque, ad fin. ff. de condict. ob turpem cauſam*, Barthol. *in leg.* 1. *num.* 2. *ff. eod.* Menoch. *conſ.* 58. *num.* 11. *lib.* 1. Neguzan. *de pignorib. part.* 3. *membr.* 1. *num.* 9. Gratian. *diſceptat.* 368. *num.* 16. Caſtill. *deciſ.* 90. *num.* 25. Altograd. *conſ.* 95. *n.* 122. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 78. *num.* 3. 31 Secunda, quia ſicut obligationi perſonali accedere ſolet fidejuſſoria, ut plus cautionis habeat, & ſecurior reddatur creditor, *leg.* 1. §. *ſed aut proprio, ff. de oblgat.* & *actionib. princip. tit. inſtitut. de fidejuſſorib.* §. *ultim. inſtitut. de replicat.* Ita hypotheca adjicitur perſonali obligationi ad majorem tuitionem, & ſecuritatem creditoris, & ad faciliorem crediti exactionem, *l. reſcriptum* 11. *ff. de pactis*, Bald. *in l. executorem* 8. *n.* 1. *in fin. Cod. de execut. rei judicatæ*, Cujac. *lib.* 11. *obſervat. cap.* 17. Molina *de juſtit. & jure, diſput.* 528. *n.* 3. Gayto *de creditor. cap.* 4. *quæſt.* 4. Hering. *de fidejuſſorib. cap.* 16. *num.* 8. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap. cum contra* 6. *de pignorib. n.* 8. Ergo extingui debet obligatio hypothecarum, obligatione perſonali cui fuit adjecta extincta, cum obligatio fidejuſſoria extinguatur, principali obligatione extincta, *l. ſed & ſi pater* 11. §. *non ſolum, ff. ad S.C. Macedon. leg. cum lex* 47. *in fin. ff. de fidejuſſorib.* Hering. *de fidejuſſorib. cap.* 10. *num.* 22. *cum ſequent.* Cyriac. *controverſ.* 232. *num* 25. & 26. Cencius *de cenſib. quæſt.* 52. *num.* 10. Paul. Meli *obſervat.* 37. *num.* 19. 32 Ultima quia acceſſorium, ſequitur naturam ſui principalis, *leg. cum principalis, ff. de regul. jur.* §. *ſi fidejuſſores, inſtitut. de fidejuſſorib.* Ergo cum in omnium ore, hypotheca ſit acceſſoria obligatio, ſublata, & deſtructa per confuſionem obligatione perſonali, extincta remanebit hypotheca.

33 Non inquam te turbet conſideratio iſta ad reſpuendam ſupradictam Doctorum doctrinam, nam rectè poteſt in noſtro caſu, ſublata actione perſonali per confuſionem orientem ex aditione ſine inventario factam, remanere hypotheca, quia finita obligatione perſonali rectè poteſt hypotheca durare, *leg.* 2. *Cod. de diſtract. pignoris.* ibi: *Intelligere debes, vincula pignoris durare perſonali actione ſubmota*, Alexand. *conſ.* 47. *num.* 5. *lib.* 3. Neguzan. *de pignorib. part.* 6. *membr.* 2. *num.* 5. Balb. *de præſcript.* 4. *part.* 4. *principal. quæſt.* 3. *n.* 2. Barboſ. *in leg. cum notiſsimi* 7. *num.* 37. *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Rota *deciſ.* 264. *num.* 3. *part.* 1. *noviſsimar.* Et evidentiſsimè 34 probatur ex eo, quod obligatio perſonalis ſpatio triginta annorum præſcribitur, *leg ſicut Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. cap.* 2. & 5. *de præſcriptionib. for.* 12. *rubr. de præſcriptionib.* Dom. Matheu *de regim. cap.* 13. §. 1. *n.* 66. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. vigilanti, de præſcript. num.* 9. Hypothecaria autem præſcribitur de jure tempore quadraginta annorum, *leg. cum notiſsimi*, §. *quam obrem* 1. *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. leg. omnes*, ubi Gloſſ. & Caſtrenſ. *Cod. eod. leg.* 1. §. 1. *Cod. de annal. præſcript.* Barboſ. *in dict. leg. cum notiſsimi, num.* 31. & 33. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 22. *n.* 15. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. de quarta, de præſcript. numer.* 6. Ergo evenire præciſsè debet, quod actione perſonali principali ſublata, & præſcripta per ſpatium triginta annorum, remaneat hypothecaria, quæ non niſi curſu quadraginta annorum præſcribitur, & per conſequens debet ſola hypotheca inveniri, & ſubſiſtere, ita docent Gloſſ. *in leg.* 2. *Cod. de luition. pignor.* ubi Bald. & Salicet. & communiter DD. Neguzan. *de pignorib. part.* 6. *membr.* 2. *num.* 5. Balb. *de præſcript.* 4. *part.* 4. *principal. quæſt.* 3. *n.* 22. Barboſ. *in leg. cum notiſsimi, num.* 33. *Cod. de* *præſ-*



*præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 23. *num.* 7. Probatur etiam ex eo, quod ſi creditor hæres per fideicommiſſum fuerit gravatus à ſuo debitore, confun- 35 ditur perſonalis actio per aditionem, *l. debitori* 7. ubi Gloſſ. & communiter DD. *ff. de pact.* (licet Senatus dixerit ſententia per Alreus, *die* 11. *Septembris* 1624. inter Petronildam Cebil, & de Borràs, & Gaſparem Pedro dè Sebaſtian, non extingui credita hæredis per aditionem hæreditatis reſtitutioni ſubjectæ) & eveniente reſtitutionis caſu, datur hæredi gravato, ratione ſuæ hypothecæ, retentio *l. debitor* 59. *ff. ad S. C. Trebellian. leg. ex ſextante* 30. §. *latinus, ff. de except. rei judic.* Neguzan. *dict. part.* 6. *membr.* 2. *num.* 6. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 35. *num.* 1. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 7. *num.* 41. Seſsè *deciſ.* 46. *num.* 29. *vol.* 1. Mandell. *conſ.* 207. *num.* 61. Mantic. *de conjectur. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 11. & 15. Maſtrill. *deciſ.* 53. *num.* 2. Azin. *de execut.* §. 7. *cap.* 76. Amato *variar. reſolut.* 56. *num.* 8. & 9. Merlin. *de pignorib. dict. lib.* 5. *quæſt.* 23. *num.* 10. *cum ſequent.* Et quod hæres gravatus, licet inventarium non faciat, poſsit retinere, & vendere bona pro ſatisfactione ſui crediti, etiam per viam actionis, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 9. *Auguſti* 1608. inter Vincentium Martì, & Michaelem Andrès, & alia per Caſes, *die* 25. *Januarii* 1631. inter Hieronymum Torres, & Domnam Ceciliam Aguilar, & de Ferriol: ergo hoc omne evenit, quia durat hypothecaria ſola, extincta obligatione perſonali. Confirmatur, quia actio hy- 36 pothecaria ſola abſque perſonali cedi poteſt, non ſolum in favorem debitoris, ſed cujuſlibet extranei, Barthol. *in leg. fidejuſſor obligari, ff. de fidejuſſorib.* Trentacinc. *variar. lib.* 2. *tit. de actionib. reſolut.* 5. *num.* 1. & 2. Salazar *de uſu, & conſuetud. cap.* 11. *num.* 36. Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. Franchis *deciſ.* 219. *num.* 24. Cujac. *lib.* 5. *obſervat. cap.* 32. Dom. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 26. *num.* 13. Capic. *deciſ.* 46. Garcia *de expenſis, & meliorat. cap.* 4. *num.* 48. Merlin. *controverſiar. centur.* 2. *cap.* 19. *num.* 14. Salgad. *in labyrint.* 3. *part. cap.* 13. §. *unic. num.* 53. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 35. *à num.* 4. & *lib.* 5. *quæſt.* 23. *num.* 4. & 5. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 11. Ergo ex eo eſt quod hypotheca poteſt abſque obligatione perſonali reperiri. Neque obſtant in con- 37 trarium adducta, nam omnibus reſpondetur, quod hypotheca à principio non poteſt introduci ſine obligatione perſonali; at vero ſemel introducta cum perſonali, rectè poteſt à perſonali obligatione ſeparari, & ſine illa reperiri, *l. intelligere debes, Cod. de luitione pignoris, leg. Julianus* 66. *ff. de legat.* 3. Neguzan. *in dict. membr.* 2. *num.* 5. Cujac. *lib.* 5. *obſervat. cap.* 32. Anton. Faber *lib.* 7. *conjecturar. cap.* 18. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *cap.* 23. *n.* 3. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 6. *quæſt.* 6. *numer.* 11.

38 Sed eſtò jura hypothecarum abſque perſonalibus actionibus poſsint reperiri de jure, ut ſatis probavimus, ſemper cenſeo per aditionem factam ab hærede ſine inventario, non ſolum confundi, & extingui obligationes perſonales, ſed etiam hypothecarum jura, quantumvis anteriora fuerint. Primo quia per aditionem tolluntur obligationes, ſicuti per ſolutionem, *l. ſi cum* 96. §. *aditio, ff. de ſolution. l. ſi debitori* 51. *leg. Uranius* 72. *ff. de fidejuſſorib.* ibi: *Tamen ubi ſuccedit creditor debitori, veluti ſolutioni, jure ſublata obligatione:* Sed per ſolutionem omnis tollitur obligatio, ſive perſonalis fuerit, ſive ſi ſimul hypothecaria, & perſonalis, *leg. ſolvitur* 5. *in princip.* & §. 1. *ff. quib. mod. pignus, leg. nulla* 4. *Cod. de ſolution. l.* 4. *ff. de diſtract. pignor. gloſſ. in princip. tit. inſtitut. quib. mod. tollitur obligat.* Bald. *conſ.* 263. *lib.* 5. Alexand. *conſ.* 106. *lib.* 3. Barboſ. *axiom.* 210. *n.* 3. Ergo per aditionem tollitur non ſolum obligatio perſonalis, ſed hypothecaria. Secundo quia per aditionem extinguitur actio creditori competens, *leg. debitori* 7. *Cod. de pact. leg. licet* 14. *Cod. ad l. falſid.* ibi: *Pro parte qua eidem ſucceſſeris extinguatur actio*: Ergo, & hypothecaria, quia actio eſt quæ creditori competit. Et hanc ſententiam uti veriſsimam defendunt, Napodan. *ad conſuetud. Neapolitan. ſi quis, vel ſi qua, verſ. à matre, num.* 235. Maurus *de fidejuſſorib. ſect.* 10. §. 14. *numer.* 10. & 11. Aponte *conſ.* 8. *à n.* 2. *lib.* 1. Phanuc. *de inventario, part.* 7. *n.* 92. Seſsè *deciſ.* 49. *num.* 31. Surd. *deciſ* 274. *num.* 7. Menoch. *conſ.* 89. *n.* 153. Statil. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 5. *cap. unic. n.* 138. Lancellot. Gallia *conſ.* 4. *n.* 35. Faber *in C. lib.* 8. *tit.* 8. *definit.* 11. Thomat. *deciſ.* 99. *n.* 50. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 14. *n.* 6. *juncto n.* 95. Meli *allegat.* 52. *num.* 29. *lib.* 2. Andreol. *controverſ.* 313. *num.* 44. Carrill. *deciſ.* 267. *num.* 6. Ayllon ad Gomez *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. Conciol. *allegat.* 17. *num.* 18. Peutinger. *deciſ.* 479. *n.* 7. & 8. Bich. *deciſ.* 330. *num.* 7. Urceolo *in apendice* 2. *ad conſult.* 49. *à num.* 10. Cardinal. de Luca *de credito, diſcurſ.* 40. *num* 27. Anton. Gobius *conſult.* 122. *n.* 8. Carol. Anton. de Luca ad Franch. *deciſ.* 80. *per tot.*

39 Aliquibus in caſibus non tenetur hæres, qui hæreditatem adivit abſque inventario, ultra vires hæreditarias, imò poterit rationem reddere hæreditariorum bonorum, non obſtante inventarii carentia, licet regulariter non poſsit reddi hujuſmodi ratio abſque inventario, quia caput eſt rationum, ut Sena-

tus dixit ſententia per Daça, *die* 18. *Auguſti* 1632. inter Joannem Gaçulla, & Benedictum Cervera. Primò enim non officiet inventarii omiſsio, ſi ſtatus hæreditatis fuerit certus, ut quia ageretur de hæreditate matris, cujus patrimonium in dote conſiſtit, vel de hæreditate illius, qui univerſaliter omnia bona donavit, reſervata aliqua ſumma ad teſtandum, cujus bona in illa conſiſtunt ſumma, vel aliter certè appareret de omnibus bonis hæreditariis, Cancer *var.part.*3.*cap.*2.*n.*114. Fontan. *deciſ.*46. *n.*16.& *de pact.nuptial. clauſ.*4.*gloſſ.* 5. *n.* 47. Graſſus *de ſucceſſ. lib.* 2. *art. tranſmiſsio, q.*22.*in fin.* Giurb.*ad conſuetud. Meſan. cap.*9.*gloſſ.*5.*part.*1.*n.*36. D.Leon *tom.* 1.*deciſ.* 107. *n.* 26. Duran. *deciſ.* 387. *n.*17. Balthaſar de Angel. ad Gizzarel. *deciſ.*56. *n.* 3. Roxas *deciſ.*428. *n.* 5. & 6. Meli *obſerv.* 59. *n.* 5. & *obſerv.*117. *n.*11. Thomas *de tutorib.& curatorib. tract.*1.*tit.*13.*n.*254.*fol.*111. Manſius *conſultat.* 51. *n.* 60. Fagnan. *ad text. in cap. ſicut, n.* 12. *de probat.* Mieres *in conſtitut. hac noſtra, n.* 142. Cardinal. de Luca *de hæredib. diſcurſ.* 23. *n.* 10. Conciol. *de hærede benefic. artic.* 1. *ſub n.* 454. Cerro *deciſ.* 386. *n.* 4. & 5. Anton. Gobius *conſultat.*122. *n.*21.& 35. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 34. *n.* 5. & *cap.* 153. *n.* 17. & *in obſervat.*ad Franch. *obſervat.*536. Ita declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 11. *Septembris* 1618. inter Petrum Cubells, Hieronymum Lloret, & Annam Lloret, & alia per eundem, *die* 7.*Novembris* 1619. inter Egregium Comitem del Caſtellar, & Domnam Joannam Vilanova, & alia per Benavides, *die* 28.*Julii* 1656. in favorem Tiburtiæ Alemany, & contra Don Hieronymum Montoro, ibi: *Quia cum Joanna Anna Peris à patre dotata, conſtante matrimonio è vita decederet, dicendum eſt ultra dotem non habuiſſe alia bona quæ nec poterat acquirere, nec acquiſiviſſe præſumitur, quæ præſumptio cum negativa hæredis, onus probandi contrarium, transfert in eum qui contendit adeſſe alia bona. Et defectus inventarii non nocet quia hoc caſu ſaltim juris præſumptione conſtat quæ bona ſint in hæreditate dotatæ.*

40 Unde hæres inventarium non faciens, ſi hæreditatis valor ſcitur, non tenebitur de proprio, Cutellus *de donationib. tom.*1. *part.* 10. *n.* 97. *fol.* 322. Anton. Gobius *dict. conſult.* 122. *n.* 36. aut ſi conſtat alia bona in hæreditate non remanere, niſi illa quæ ipſe hæres extare dicit, Marin. *lib.* 2. *quotidianar. reſolut. cap.* 11. *n.* 2. Anſald. *conſ.* 46. *n.* 11. 22. & *ſequent.* Cancer *var. part.*3. *tit. de inventario, n.* 113. Fulvius Lanar. *in addition.* ad Regentem Lanar. *in tit. de ſucceſsion. feudor. n.* 37. Gizzarel. *deciſ.* 56. Queſad. & Pilo *diſſertat.* 13. *n.* 41. Anton. Gobius *conſult.* 122. *n.* 37. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 34. *n.* 4. Tenetur tamen hæres iis in caſibus probare ſtatũ illum certum hæreditatis, & bonorum valorem, & non erit adſtrictus ultra vires hæreditarias, ſi per teſtes benè informatos, vel per ſcripturas continentes ſimplicem deſcriptionem bonorum ab hærede factam, aliis quæ legitimis probationibus, aut conjecturis appareat de bonis recadentibus in hæreditate, de illorum quantitate, & qualitate, Argel. *de adquirenda poſſeſſ.quæſt.*8.*art.*35.*n.*944. Merlin. *de legitim. lib.*2.*tit.*2.*quæſt.*4.*ſub n.*4. Joſeph. Mel. *in additionib.* ad Gizzarel. *deciſ.* 56. *n.* 14. Urceol. *in* 2. *apendice ad ejus controverſ.* 49. *à n.* 2. Hieronym. Palma *alleg.* 23. *n.* 43. Conciol. *de hæred. benefic. dict. art.* 1. *ſub n.* 454. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 22. Tranchedin. *conſultat.* 58. *n.* 2.

Non ergo ab hac ſententia recedere debe-
mus propter auctoritatem aliquorum, non 41
abſque fundamento juridico, ſencientium hæredem ſine inventario adeuntem ultra vires hæreditarias teneri, etiam quod probare intenderit, & voluerit hæreditatis ſtatum, & quantitatem, & qualitatem bonorum, nam dicunt quod ut teneatur hæres ultra vires hæreditarias, ſtatutum eſt in pœnã hæredis beneficium legis contemnentis, *authent. de hæreditat.& falſid.*§. *ſi vero non fecerit.* Et beneficiũ hæredibus impartitum, quod ultra vires hæreditarias non teneantur, conditionaliter conceſſum invenitur, ideſt ſi inventarium fecerint, Phanuc. *de inventario* 7. *part. n.* 68. Vazquez *de ſucceſsion. creat. lib.* 1. §. 1. *n.* 26. Vicent. de Franchis *deciſ.* 536. *n.* 22. Ergo non confecto inventario, etiam ſi de bonis, & illorum valore appareat, militant ipſæ rationes, ut hæres inventarii beneficio frui non poſsit, & ultra vires hæreditarias teneatur, ita defendunt Barthol. Petra, & alii adducti à Franchis *dict. deciſ.* 536. *n.* 10. *cum ſequent.* Gregor.Lopez *in l.* 10. *tit.* 6. *part.* 6. *gloſſ.* 1. *in verſ. præterea ſanccimus, fol.* 30. Phanuc. *ubi proxim. n.* 68. & 313. & *n.* 34. & 310. Paſchal. *de virib. patr. poteſt.* 1. *part. cap.* 2. *n.* 75. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 17. & 18. Merend. *controverſiar. part.* 3. *lib.* 18. *cap.* 41. *n.* 14. Andreol. *controverſ.* 101. *n.* 10. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 34. *n.*5. Et non pa-
rum confirmari poterit ex eo, quod contra 42
hæredem inventarium non facientem datur præſumptio juris, & de jure ſubrreptionis, & ocultationis hæreditariarum rerum, *authent. de hæreditatib. & falſid.* §. *ſanccimus*, ita ex Bald. docent Minad. *conſ.* 2. *n.* 22. Ripa *in l.* 1. §. *is qui quadringenta, ff. ad S. C. Trebel.* Phanuc. *de invent. part.*7.*q.*7.*col. penultim.* Ergo neque probari poterit bonorum quan-

titas



titas; neque qualitas, cum præſumptio iſta non admittat probationem in contrarium, *leg. antiquæ, Cod. ad S.C. Velleyan. leg. final. Cod. arbitrium tutellæ*, docent in terminis Velaſc. *de privileg. paupertat.* 2. *part. quæſt.* 58. *n.* 23. Franchis *deciſ.* 536. *n.* 20. Ferrer *ad conſtitut.* 1. *Catalon. n.* 14. *fol.* 341. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 11. *n.* 62.

Secundò non tenetur hæres adiens abſque
43 inventario ultra vires hæreditarias, quandò omnia bona in hæreditate recadentia immobilia ſunt, & notoriè nota, Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 6. *n.* 31. Marius Cutel. *de donationib. tract.* 1. *diſcurſ.* 2. *part.* 10. *n.* 9. Marinis *quotidianar. reſolut. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 1. Queſad. & Pilo *diſſertat.* 13. *n.* 39. Inventarium enim adinventum fuit ne bona hæreditaria abſconderentur, & cum immobilia ocultari nequeant, ceſſetque præſumptio ocultationis, & fraudis in immobilibus bonis, excuſatus remanebit hæres inventarium non conficiens de bonis immobilibus, ceſſante ocultationis præſumptione, Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 109. Gutierr. *de tutell. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 29. Mantic. *deciſ.* 189. *n.* 4. & *deciſ.* 256. *n.* 6. Mieres *in conſtitut. hac noſtra, n.*124. Valaſc. *de partitionib. cap.* 8. *n.* 26. Domin. Leon *deciſ.* 107. *num.* 26. *tom.* 1. Magon. *deciſ.* 40. *num.* 2. Marta *de juriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſu* 75. *n.* 12. Gratian. *diſceptat.* 570. *n.* 25. Amato *reſolut.* 56. *num.* 7. Noguerol. *allegat.* 19. *ſub num.* 104. Duran *deciſ.* 387. *num.* 17. & 18. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 32. Coſta Sicul. *conſ.* 39. *ſub num.* 31. Emilian. *conſ.* 44. *n.* 11. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 34.

Tertiò ſi Monaſterium ex perſona Mona-
44 chi ſuccedat, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, cum non jure hæreditario ſuccedat, ſed jure cujuſdam acquiſitionis naturalis, & acceſſoriæ perſonæ Religioſi, non tenebitur ultra vires hæreditarias, etiam ſi inventarium non fecerit, ſicuti neque fiſcus ex confiſcatione ſuccedens, neque pater adrogator, aliique hæredes ex his qui anomali dicuntur facere tenentur, Sanchez *in decalog. lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 33. Menchac. *de ſucceſsion. creat. lib.* 2. §. 16. *à n.* 6. Marta *de juriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *conſ.* 75. *num.* 5. Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 70. Velaſc. *de privileg. pauper* 2. *part. quæſt.* 58. *n.* 16. Ripoll. *variar. cap.* 10. *n.* 479. Virgilius *de legitim. perſonar. cap.* 23. *num.* 14. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 35. Pellizar. *in manual. regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 7. *ſect.* 1. *num.* 80. Et reſpectu Monachi, vel Monaſterii non ineptè poteſt confirmari ex eo, quod Cœleſtis Militiæ ſunt Monachi Milites, & eis indulgeri debet quod militibus à jure indulgebatur, videlicet, quod etiam non confecto inventario, neque ad debita, neque ad legata, virtute conſtitutionis Gordianæ tenebantur ultra vires hæreditarias, *l. final.* §. *final. C. de jure deliberan.* Arnold. Corvin. *in ſumma Cod. lib.* 6. *tit.* 30. *verſ. ſed hoc.*

Quartò ſi aliquis decoctus deceſſerit, & 45
abſque ullis bonis, cum inventarium de bonis hæreditariis fieri debeat, & deficientibus bonis non eſt cur inventarium fiat, non tenebitur hæres abſque inventario adiens ultra vires hæreditarias, cum ſit notorium hæreditatem eſſe inutilem, & abſque bonis, Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 111. & 112. Stayban *reſolut.* 168. *n.* 32. Mangil. *de eviction. quæſt.* 50. *num.* 20. Noguerol. *allegat.* 19. *n.* 104. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 40. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 13. *num.* 39. Non erit tamen inutile hoc in caſu, quod hæres adeat hæreditatem cum beneficio inventarii, & quod intra tempus à jure præfixum illud faciat, non deſcribendo bona, quia non extant, ſed ſolum dicendo, quod veniens ad inventarii confectionem aliqua non fuerunt deſcripta bona, quia non fuerunt inventa, neque de illis notitia habetur, inſerendo generaliter ſolum jura hæreditaria, & proteſtando quod ſi ſupervenerint bona, aut apparuerint, de illis fiet inventarium, quo facto per documentum iſtud ſatis probabitur bonorum carentia, alias dicente hærede non feciſſe inventarium, quia non inventa fuerunt bona, incumbet ei onus probandi bonorum carentiam, uti fundamentum intentionis ſuæ, Afflict. *deciſ.* 377. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *part.* 2. *gloſſ.* 1. *num.* 31. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 13. *num.* 40. Hæredi enim dicenti non exiſtere hæreditaria bona, non creditur, ſed præſumitur ſubrripuiſſe, Bich. *deciſ.* 278. *num.* 25. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 78. *n.* 13. Optimus modus probandi hæreditatem non eſſe ſolvendo, ad hoc ut hæres ultra vires hæreditarias non teneatur, erit ſi creditores hæreditarii non eſſe ſolvendo hæreditatem confiteantur, nam non tenebitur hæres ſine inventario ultra vires hæreditatis, Cyriac. *controverſ.* 5. *num.* 86. Farinac. *fragment. criminal. part.* 2. *lit. H. verb. hæres gravatus reſtituere hæreditatem, num.* 18. Caſtill. *de aliment. cap.* 13. *num.* 12. Franciſc. de Angelis *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 7. *effect.* 15. *num.* 13. Idem erit dicendum ſi confiteantur creditores non fuiſſe plus in bonis hæreditariis, quam hæres afirmat, nam ſolum uſque ad illud tenebitur hæres, Mõticul. *de inventario, membr.* 5. *num.* 39. & 40. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 14.

Quintò ſi teſtator vivens fecerit inventa-
rium ſuorum bonorum, etiam ſi hæres adierit 46
abſque inventario, non tenetur ultra vires hæ-

re-

reditarias, ſed juvabitur inventario à teſtatore facto, & ei prodeſſe poterit, Monticul. *de inventario, cap.* 10. *n.* 462. Gutierrez *de tutel. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 51. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 9. *num.* 21. Ayora *de partitionib. cap.* 2. *num.* 22. Stayban. *reſolut.* 168. *n.* 24. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 13. *n.* 36. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 32. Idem erit ſi non inventarium, ſed ſolam bonorum deſcriptionem teſtator fecerit, cum hæc in locum inventarii ſuccedat, Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 109. Intrigliol. *de ſubſtitut. quæſt.* 70. *n.* 116. Duran. *deciſ.* 387. *n.* 18. Anton. Gobius *conſultat.* 122. *n.* 35.

47 Pari modo inventarium bonorum à tutore, vel curatore factum, pupillo vel minori prodeſt, ne teneatur ultra vires hæreditarias, Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 1. *numer.* 33. Triſtany *deciſ.* 20. *num.* 15. De donatario univerſali non eſt hæſitandum, quod etiam ſi non conficiat inventarium, non teneatur ultra vires donationis, & de proprio creditoribus donantis, nam licet donatarius univerſalis poſsit à creditoribus donantis via directa conveniri tamquam illius hæres, *leg. hæreditatem* 28. *ff. de donationib. leg. cum filius*, §. *Lucius, ff. delegat.* 2. Guido Pap. *deciſ.* 105. Cardinal. Thuſc. *verb. donatio, concluſ.* 658. *n.* 12. Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 108. *n.* 13. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 53. *n.* 14. Lanar. *conſ.* 90. Intrigliol. *deciſ.* 30. *n.* 2. Bellon. *conſ.* 7. Botta *conſ.* 6. *n.* 14. Carocius *deciſ.* 125. *n.* 3. Pariador. *rerum quotidianar. lib.* 2. *cap. final.* 4. *part.* §. 2. *n.* 3. Domin. Leon *deciſ.* 107. *n.* 29. Gutierr. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 58. *n.* 19 Noalis *de tranſmiſſione, caſu* 25. *à n.* 5. Amato *reſolut.* 58. *n.* 13. Girond. *de privileg. quæſt.* 241. *n.* 129. Cyriac. *controverſ.* 14. & *controverſ.* 39. *n.* 4. & 9. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 7. *à n.* 56. Thoro *vot.* 35. *à n.* 20. Giurb. *deciſ.* 62. *n.* 33. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 28. *n.* 92. & *cap.* 1. *n.* 34. Cutel. *de donationib. tract.* 2. *diſcurſ.* 1. *ſpect.* 29. *n.* 16. & *ſpect.* 80. *n.* 19. Peña *tom.* 2. *deciſ.* 1068. *n.* 2. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 143. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 6. *cum ſequentib.* Et declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 18. *Maii* 1621. inter Don Franciſcum Vives, & Ludovicum Bonarres, & alia per eundem *die* 9. *Julii* 1618. inter Bartholomæum Moya Clericum, & Mariam Annam Vidilla, ubi deciſum etiam fuit procedere quando ſolum in effectu fuerit donatio univerſalis, id eſt quod omnia bona donata fuerint, licet univerſaliter non fuerit donatio concepta. Quod ſemper debet intelligi in ſubſidium, & quando ſolvendo non eſt donans, aut illius hæres, nam hoc in caſu poteſt univerſalis donatarius à creditoribus donantis conveniri, Gutierr. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 58. *n.* 19. Peguera *deciſ.* 123. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 53. *n.* 14. *in fin.* Carocius *deciſ.* 125. *n.* 3. Ricc. *collectan.* 178. Noalis *de tranſmiſſione, caſu* 25. *à numer.* 5. Giurb. *deciſ.* 62. *num.* 33. Lanar. *conſ.* 90. Intrigliol. *deciſ.* 30. *n.* 2. Cyriac. *controverſ.* 14. & *controverſ.* 39. *n.* 4. & 9. Thoro *vot.* 3. Amato *reſolut.* 58. *n.* 13. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 26. *n.* 92. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 143. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 16. Prout declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 7. *Novembris* 1619. inter Egregium Comitem del Caſtellar, & Domnam Joannam Vilanova; tamen donatarius univerſalis, etiam ſi non fecerit inventarium, ſolum obligatus erit donantis creditoribus in quantum ſuppetunt bona in donatione contenta, vel in conſtitutione dotali, aut alia qualibet gratuita largitione, Barthol. *conſ.* 157. *num.* 4. Cancer *variar. tom.* 1. *cap.* 8. *n.* 45. Cardinal. Thuſc. *verb. donatio, concluſ.* 551. *n.* 11. Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 108. *n.* 13. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 107. *n.* 38. & 39. ubi refert à Senatu deciſum, Gutierr. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 58. *n.* 19. Mieres *in conſtitut. hac noſtra, n.* 142. Coſta *conſ.* 38. *num.* 31. Noguerol *allegat.* 19. *ſub num.* 104. Amato *reſolut.* 58. *n.* 19. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 34. & 35. & *cap.* 26. *n.* 92.

48 Sextò ſi cohæres, aut quilibet tertius intereſſatus inventarium bonorum hæreditariorum fecerint, non tenebitur ultra vires hæreditarias hæres aut cohæres adiens ſine inventario, nam licet aliqui voluerint inventarium ab alio confectum hæredi prodeſſe non poſſe, Barthol. *in l. in ratione, la primera,* §. *quod vulgo, ff. ad l. falſidiam*, Bald. *in leg. final.* §. *cum igitur, Cod. de jure deliberand.* Imola *in dict.* §. *quod vulgo*, Monald. *conſ. final. lib.* 2. Morquecho *de diviſione bonor. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 24. Tamen certius eſt, & communiter inter DD. admiſſum, quod inventarium à cohærede, vel à tertio factum, hæredi proderit ne teneatur ultra vires hæreditarias, ut tradunt Monticul. *de inventario, cap.* 10. *num.* 462. Pariſius *conſ.* 25. *num.* 52. *vol.* 2. Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 9. *numer.* 20. Gutierrez *de tutel.* 2. *part. cap.* 1. *ex num.* 49. Ayora *de partitionib. cap.* 2. *num.* 21. & 22. Valaſc. *de partitionib. cap.* 8. *num.* 26. & 27. & *conſult.* 87. Cancer *variar. tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 131. & 132. Noguerol. *allegat.* 19. *numer.* 103. Thoro *in compend. deciſ.* 3. *part. verb. inventarium confectum*, Carpio *de executorib. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 31. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 12. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. *cum ſequentib.* Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 11. *num.* 52. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 13. *num.* 34. Ridolphin. *in prax. judiciar. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 34. *cum ſequentib.* Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 153. *num.* 17. Unde ſi abſens fuerit hæres, & fecerit inventarium judex, proderit hæredi, ut docent Damauder. *in tractat. de tutore, fol.* 19. *col.* 4. *num.* 19. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 9. *num.* 22. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 38. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 13. *num.* 37. Et quod faciente judice ſcriptionem bonorum in domo defuncti, ubi non habitabat hæres, quod valeat tanquam inventarium hujuſmodi deſcriptio poſt mortem teſtatoris facta, declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 7. *Novembris* 1619. inter Egregium Comitem del Caſtellar, & Domnam Joannam Vilanova. Eodem modo inventarium factum ab executore teſtamentario, proderit hæredi ne teneatur ultra vires hæreditarias, Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 130. Carpio *de executorib. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 31. Carol. Anton. de Luca *dict. cap.* 153. *num.* 17. Similiter inventarium à vidua tenutaria factum hæredi prodeſt, Ripoll. *variar. cap.* 10. *num.* 256. Stayban *reſolut.* 168. *num.* 30. Queſada, & Pilo *diſſertat.* 13. *n.* 35.



49 De hærede hæredis inventarium non conficiente non eſt hæſitandum potiri inventarii beneficio ab hærede primo facti, & ultra vires hæreditarias non teneri, etiam ſi hæredis hæres inventarium non confecerit reſpectu hæreditatis teſtatoris illius, qui primum hæredem inſtituit, nam hæres inventarium faciens, nequit ultra vires hæreditarias conveniri, & hoc jus quod habet, & habuit hæres mortis tempore, transfertur in illius hæredem, ex regul. text. *in leg.* 2. *Cod. de hæreditariis actionib. leg. nihil eſt aliud* 24. *ff. de verbor. ſignificat. leg. cum hæredes* 23. *ff. de adquirenda poſſeſſ.* Ac proindè, ſicuti hæres conficiens inventarium non tenebatur ultra vires hæreditarias, non tenebitur hæredis hæres reſpectu hæreditatis primi teſtatoris, etiam ſi inventarium non conficiat, quia poteſt uti inventario à primo hærede facto, cum beneficium inventarii tranſmittatur ab hærede in ſucceſſores, quia in rem ſcriptum eſt, Bald. *in leg. final* §. *cum igitur* 15. *Cod. de jure deliberand.* Imola *in l. cum hæreditate, ff. de adquirenda hæredit.* Monticul. *de inventario, cap.* 10. *num.* 462. Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 109. & 110. Gutierr. *de tutel.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 51. Ayora *de partitionib. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 22. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 9. *num.* 20. Noguerol. *allegat.* 19. *ſub n.* 102. Salgad. *in labyrint. dict. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 88. Et cum in noſtro Senatu diſceptaretur in lite petitionis hypothecariæ inter Canonicum Don Hieronymum Barbera Presbyterum, & Joannem Baptiſtam Sanz de Xeta Generoſum, utrum hæres qui inventarium non confecit, haberet jus utendi inventario ab anteceſſore facto reſpectu hæreditatis illius, de cujus bonis inventarium conſcriptum fuit, proculdubio deliberatum extitit, prodeſſe inventarium uti in rem ſcriptum, ut ſententia per Ferrera, *die* 2. *Octobris* 1685. in favorem dicti Don Hieronymi, & contra predictum Joannem Baptiſtam, referente Integerrimo Senatore Joanne Baptiſta Ortin, & Luqui Generoſo R.C.D. Actuario Oliver.

Ex eadem ratione, juxta veriorem opinionem, ceſsionarius hæredis gaudet beneficio inventarii à cedente facti, & ſicuti cedens propter inventarium non poterat conveniri ultra vires hæreditarias, ita neque ceſsionarius, Phanuc. *de inventario, quæſt.* 249. Trentacinc. *variar. lib.* 1. *tit. de jure fiſci, reſolut.* 2. *num.* 2. *in fin.* Dom. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 107. *num.* 29. Capic. Latr. *deciſ.* 5. *per tot.* Golin. *de procuratorib. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 224. Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 6. *quæſt.* 3. *numer.* 11. 50

Pari modo ſicuti Eccleſia, aut quælibet pia cauſa inter alia privilegia habent illud, quod etiam ſi inventarium non faciant, non tenentur ultra vires hæreditarias, Velaſc. *de privileg. paupertat.* 2. *part. quæſt.* 58. *num.* 18. Ceval. *quæſt.* 822. *num.* 15. Cancer *variar.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 7. & 3. *part. cap.* 2. *num.* 81. Franch. *deciſ.* 182. Capic. Latr. *deciſ.* 15. *à num.* 8. *uſque ad* 25. ubi Gizz. Carvalho *de una & altera, quarta part.* 2. *à num.* 473. Gallup. *in prax. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. Olea *ubi prox. num.* 10. Caſtill. *de aliment. cap.* 30. *num.* 7. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.* 34. *num.* 2. & *in prax. cap.* 72. *num.* 12. Ita ceſsionarius Eccleſiæ, aut cauſæ piæ ipſum jus, & privilegium habebit, ut rectè probat, Olea *loco proxime citato, num.* 11. licet contrarium vellit, Gallup. *ubi proxim.* & in ceſsionario hoſpitalis dubitet de veritate opinionis, Carol. Anton. de Luca *in prax. dict. cap.* 72. *num.* 12. 51

dendam hæreditatem exhauſtam, ſi factæ fuerint poſterioribus, & minus privilegiatis creditoribus, abſque cautione ab hærede ſciēte creditores anteriores, & magis privilegiatos exiſtere, nam ſi ab his moleſtetur hæres, non poterit juvari beneficio inventarii, ſed tenebitur ultra vires hæreditarias, l. dolo carere 41. ff. ad l. falcidiam, l. final. §. & ſi præfatam, ubi Barthol. num. 1. & Caſtrenſ. num. 4. Cod. de jure deliberand. Roland. de inventario, part. 4. verſ. octava eſt utilitas, Phanuc. de inventario, part. 5. num. 136. Manent. deciſ. 45. num. 13. Gratian. diſcept. 532. num. 5. Poſthius poſt tractat. de ſubhaſtat. deciſ. 233. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſſ. 8. n. 24. Urſell. tom. 2. concluſ. 119. verb. anterioritas, num. 19. Merlin. de pignorib. lib. 4. q. 29. ſub num. 32. & lib. 5. queſt. 1. num. 15. Ludoviſ. deciſ. 447. numer. 1. Carocc. deciſ. 109. num. 49. Novar. quæſt. forenſ. 39. num. 12. Rota deciſ. 211. num. 1. part. 10. Salgad. in labyrint. part. 3. cap. 8. num. 20. Leone in præparator. juris, part. 2. præparat. 9. num. 20. Manſius conſultat. 104. num. 5. & 6. Sabell. variar. cap. 3. num. 46. Cardinal. de Luca de credito, diſcurſ. 52. num. 11. Franciſc. de Angel. de confeſsionib. lib. 2. quæſt. 57. num. 2. Anton. Gobius conſultat. 89. num. 3. Et quod hæres ſciens adeſſe creditores anteriores, nō poſsit poſterioribus ſolvere, judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 20. Novembris 1609. inter Joannem Baptiſtam Navarro, & Joannem Baptiſtam Ruiz, & alia per Caſes, die 12. Auguſti 1626. inter Sperantiam Bronchales,



les, & Urſolam, & Vincentiam Belleres, & alia per eundem die 1. Auguſti 1635. inter Michaelem Vidal, & Bartholomeum Gomez. & alia per Maſcarò, die 10. Januarii 1660. in favorem Don Nicolai Aracil, & contra Franciſcum Thomas Notarium certis nominibus. Quod ſemper debet intelligi, quando omnia hęreditaria bona inſolutū fuerint data poſterioribus creditoribus, nàm ſi ſufficientia bona remanerent ad ſolvendum anterioribus, non eſſet inutilis ſolutio poſterioribus facta, ut Senatus dixit in dicta ſententia diei 10. Januarii 1660. Sibi ipſi rectè poterit hæres creditum ex bonis hæreditariis ſolvere, etiam ſi notitiam habuerit anteriorum creditorum, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, die 14. Januarii 1613. inter hæredes Don Ludovici Ponz, & Vincentium Ros Dominum oppidi de Almiſerà.

77 Si verò hæres ignoraverit creditores exiſtere hæreditarios anteriores, & magis privilegiatos, poterit ſecurè ſolvere poſterioribus, & minus privilegiatis, & liberabitur, proderit que ei ſolutio ad reddendam hæreditariarum rerum rationem, quia etiam non expectatá cautione ſolvere primo venientibus poteſt, l. ſcimus, §. & ſi præfatam, Cod. de jure deliberand. Montic. de inventar. verb. eis ſatisfaciunt, num. 82. Phanuc. de inventario, 5. part. ex num. 135. Roland. de inventario, 4. part. principal. quid ſi hæres, fol. 123. Franch. part. 2. deciſ. 246. & 276. Carocc. deciſ. 109. ex num. 46. uſque ad 50. Flores Diaz de Mena variar. lib. 1. quæſt. 16. caſu 7. Caſtill. controverſ. tom. 4. cap. 61. ſub num. 92. Gayto de creditor. cap. 4. num. 1352. Merlin. de pignorib. lib. 4. quæſt. 28. num. 32. Salgad. in labyrint. part. 3. cap. 8. num. 23. Bich. deciſ. 60. num. 1. Franciſc. de Angel. de confeſsionib. lib. 2. quæſt. 57. num. 2. Scientiam habuiſſe hæredem creditorum anteriorum probari debet ab illo, qui ſe fundat in illa cum omnibus qualitatibus, & circunſtantiis, Rota recentiſsimar. deciſ. 306. num. 8. & part. 14. deciſ. 365. n. 7. Salgad. ubi proxim. Franciſc. de Angel. de confeſsionib. dict. quæſt. 57. num. 6. Non tamen erit neceſsè, quod verificetur certa notitia in hęrede, ſed ſufficiet probare ſolam ſuſpitionem habuiſſe anteriorum creditorum, Gratian. diſceptat. 532. num. 6. & 7. Bich. deciſ. 469. num. 10. & 11. Franciſc. de Angel. de confeſsionib. dict. quæſt. 57. n. 8.

Solum obſervare debes quod ſi fuerit in-
78 ſolutū data pecunia creditori chyrographario, vel hypothecario, non poterit avocari pecunia ſoluta, juxta juris regulas, per creditores chyrographarios equale privilegium habentes, vel per hypothecarios poſteriores minus juris habentes, quam creditor ille cui fuit facta ſolutio, l. ſi non expedierit 6. §. quid ergo 2. ff. de rebus auctor. judic. poſsidend. l. qui autem, §. ſciendum, l. pupillus 24. §. ſin vero juſte, & §. final. ff. quæ in fraudem creditorum, Barthol. in dict. l. pupillus, Bald. in l. ſuper vacaneum, Cod de depoſito, & conſ. 399. num. 8. lib. 5. Afflict. deciſ. 190. Covarrub. practicar. cap. 29. Surd. conſ. 4. Azin. de execut. §. 7. cap. 3. Caroc. deciſ. 109. Menoch. conſ. 25. Gaylus lib. 2. obſervat. 23. num. 14. Coſta de fac. ſcien. vel ignorant. centur. 1. diſtin. 8. num. 5. Capic. deciſ. 78. Seſsè deciſ. 206. n. 49. Peregrin. de jure fiſci, lib. 6. tit. 6. n. 8. Barboſ. in l. 1. part. 6. num. 21. & 22. ff. ſolut. matr. Joan. Koppen. deciſ. 62. n. 1. Perel. dec. 16. n. 1. Theſaur. lib. 2. diſp. for. 16. Acoſta de privileg. creditor. regul. 4. ampliat. ultim. n. final. Amato variar. reſolut. 51. num. 1. & 2. Anton. Maria Berthol. in additionib. ad Rodrig. de concurſ. creditor. part. 2. artic. 3. n. 11. Merlin. de pignorib. lib. 4 tit. 1. quæſt. 28. num. 11. & 34. Si vero inſolutum detur 79
pecunia, aut ſpecies conſumptibilis creditori chyrographario, aut hypothecario poſteriori, defendūt multi, creditorem hypothecariū anteriorem, avocare poſſe pecuniam, aut rem datam, etiam conſumptam, ab hypothecario creditore poſteriori, vel chyrographario minus privilegiato, per text. in l. pecunia, Cod. de privileg. fiſci, l. final. §. ſi præfatam, verſ. ſi verò creditores, Cod. de jure deliberand. l. creditor 12. §. papinianus, 5. ſeu l. 13. ff. qui potiores, l. deferre 18. §. final. ff. de jure fiſci, ita docent Afflict. deciſ. 190. Surd. conſ. 4. n. 25. 42. 43. & 436. n. 10. & 11. Stracha de decoctor. par. 3. n. 28. Monticul. de inventar. ſuper §. & ſi præfatam, l. final. C. de jure deliberand. verſ. poſteriores, Peregrin. de jure fiſci, lib. 6. tit. 6. num. 8. Cephal. conſ. 88. n. 7. & 8. lib. 1. Felician. de cenſib. lib. 3. cap. 5. num. 17. Urſill. ad Afflict. deciſ. 190. num. 6. & 7. Fachin. controverſiar. lib. 12. cap. 53. Barboſ. in l. 1. ff. ſolut. matrim. 6. part. num. 23. cum ſequent. Scacc. de comerciis, §. 2. gloſ. 5. num. 442. Ricc. in prax. variar. reſolut. cap. 375. num. 3. Neguzan. de pignorib. in 2. membr. 3. part. quæſt. 8. num. 10. Gutierr. practicar. part. 3. quæſt. 101. num. 12. Mareſcot. variar. lib. 2. reſolut. 36. in fin. Peguer deciſ. 271. à n. 58. Ambroſ. deciſ. 35. n. 26. part. 2. Theſaur. part. 2. quæſt. 16. n. 8. Carocc. deciſ. 109. num. 14. Hartman. Piſtor lib. 3. quæſt. 20. à n. 19. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 7. num. 1. cum ſequent. Schiphordeger. ad Fabrum lib. 1. tract. 8. quæſt. 7. per tot. ex fol. 62. Georgius allegat. 39. à num. 9. Joan. Koppen. deciſ. 62. Caſtill. controverſiar. tom. 4. cap. 61. à num. 83. Pacific. de Salvian. interdict. inſpect. 3. cap. 2. num. 248. & 249. Ciriac. controverſ. 338. n. 18.

Manent. *deciſ.* 45. *num.* 8. Marius Antonin. *variar. lib.* 2. *reſolut.*60. *caſu* 15. Anton.Maria Berthol. *in addit.* ad Rodrig. *de concurſ. creditor. part.*2. *artic.*3. *n.*49. Merlin. *de pignor. lib.*4. *tit.*1. *q.*28. *n.*19. Et hanc de jure eſſe veriorem affirmat Salgad. *in labyr. part.* 1. *cap.* 10. *n.*82.

80 Contrariam tamen ſententiam tenendam judico,& ab ea non eſſe recedendum in Regno credo, quia, juris rigore neglecto, admiſſum extat in praxi univerſali tribunalium Regnorum Hiſpaniæ, & aliarum Provinciarum, quod anteriores creditores hypothecarii,& magis privilegiati, non poſsint pecuniam conſumptam, aut res fungibiles in ſolutum datas bona fide, & citra dolum creditoribus hypothecariis poſterioribus,aut chyrographariis, & minus privilegiatis avocare ab illis, per text. *in l. pupillus* 24. *ff. quæ in fraudem creditor. l. final. C. de depoſito, l. ſi mulier* 31. *ff. de minor. l. Lucius* 39. *ff. famil. erciſcund.* ita docent Angel. *in l. tutores, ff. de condict. indebiti*, Covarrub. *practic. cap.*29. *num.* 2. Gramatic. *q.*1. Capic. *deciſ.* 78. Brunus *de ceſſio. bonor. q.*25. Alocius Leo *in repetit. l. pecun. C. de jure fiſci*. Mareſcot. *var. lib.*2. *cap.*36. *ſub n.*7. Marta *vot.*48. Seraphin. *deciſ.*1074. *n.*3. Rota apud Farinac. *deciſ.*195. *n.*2. *part.*2. *tom.* 4. Ponte *deciſ.* 34. *n.*20. & *de poteſt. Proregis, tit.*7. §.9. *n.*18. Thorus *in comp. deciſ. verb. creditor ſecundus*, & *verb. creditor primus*, Rebell. *de oblig. juſtit. lib.*2. *q.*19. *n.*19. Trentacinq. *var. lib.*3. *tit. de ſolution. reſolut.*23. *n.*7. & *tit. de jure fiſci, lib.*1. *reſol.*7. *n.*18. Gratian. *diſcept.*304. *n.*1. & 2. Molfeſ. *ad Conſuet. Neapol. part.*4. *q.* 26. *n.*16. & 17. *cum ſeqq.* Peregrin. *de jure fiſci, lib.*6. *tit.*6. *n.*8. Daniel Moller. *in ſemeſtr. lib.*2. *cap.*4. Coſta *de re integr. diſtinct.*46. *n.*9. & *remed. ſubſidiar.*37. *n.*1. & *de ratione ratæ, q.*74. *n.*7. Cardinal. Thuſc. *practic. lit. C. concl.*1066. *n.*3. Vueſſembech. *in Paratitl. ad tit. ff. de jure fiſci, n.*3. Andr. Rauchb. *part.*2. *q.*9. *per tot.* Muta *deciſ.*28. *per tot.* Maurus *de ſolutionib. cap.*68. Seſsè *deciſ.*206. *part.* 2. *per tot.* Capic. *deciſ.*78. Giurb. *deciſ.*61. *num.* 21. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*5. *gloſſ.*3. *part.* 7. *à num.*58. Flores de Mena *var. lib.*1. *q.*6. §.9. Theſaur. *d. q.*16. *à n.*8. Virgil. *de legitim. perſonæ, cap.* 12. *n.*26. Federic. Prukm. *conſ.* 24. *q.*2. *n.*11. Gayto *de creditor. cap.*4. *quæſt.*11. *per tot. ex n.*1296. Arias de Meſa *variar. lib.*1. *cap.* 39. *n.*39. Amato *d. reſol.*51. *n.*9. Cutel. *deciſ.* 13. latiſsimè Salgad. *in labyr. part.*1. *cap.*10. *n.* 77. *cum ſeqq.* Andreol. *controv.*351. Carol. Anton. de Luca *in animadv.* ad Gratian. *cap.*304. *num.*3. Et ab hac ſententia, ut dixi, non poſſumus in Regno recedere, quia diſcentio iſta Doctorum, deciſa fuit in *for. final. rub. de ſolutionib.* ubi cavetur, quod ſi ſolutũ fuerit in pecunia ſine fraude poſteriori creditori, non poſsit avocari pecunia à creditore hypothecario anteriori, & magis privilegiato, adhuc quod excutio in bonis ſolventis fuerit facta, ibi: *Si per lo deutor ba ſon crebedor derrer daltres ſerà pagat en moneda lo deute ſens frau, los primers crebedors encàra que foſſen, ò ſiẽ privilegiats, è encara q̃ el deutor fos, ò ſia trobat no pagador, no puixen aver regres contra aquell darrer crebedor per la moneda à ell pagada de ſon deute per titol oneròs, ne èvencre, demanar, ò tolre à ell aquella.* Docet D. Creſpì *obſervat.* 58. *n.*7. Simile ſtatutum reperitur Janue, ut teſtantur Pariſius *conſ.*69. *n.*4. *lib.*4. Surd. *conſ.* 4. *n.*12. Merlin. *de pignorib. lib.*4. *tit.*1. *q.*28. *n.* 41.

Limita doctrinam à nobis traditam, quan- 81
do pecunia ſoluta non eſſet conſumpta, ſed extaret, nam tunc poterit avocari per anteriores creditores hypothecarios, *l. fin.* §. *ſi præfatam, in verſ. ſi verò, Cod. de jure deliberan. l. ſi feudum*, §. *in vindicat. ff. de pignorib. l.*1. *ff. de diſtract. pignor.* Theſaur. *d. cap.*16. *per tot.* Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.*3. *cap.*2. *n.* 89. Menoch. *conſ.*25. *num.*15. & 16. Gutier. *practicar. q.*101. Flores de Mena *q.*6. §.2. *per tot.* Marius Antonin. *var. d. lib.*2. *reſol.*60. *cap.* 15. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.*5. *gloſſ.*8. *part.* 6. *à num.* 28. Amato *dict. reſolut.* 51. *n.* 13. Salgad. *in labyrint. dict. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 59. & 60. Et hoc judico ſequendum in Regno, non obſtante forali diſpoſitione, quæ non loquitur de caſu extantis pecuniæ, & debet intelligi de caſu conſumptæ pecuniæ, ut minus corrigatur juris communis diſpoſitio.
Limita etiam doctrinam ſupra traditam, quã-
do fraude, aut dolo, vel per gratificationem, 82
& animo fraudandi creditores fuerit ſolutio facta, nam etiam ſi pecunia ſoluta conſumpta fuerit, poterit avocari ab anterioribus creditoribus hypothecariis, *l. ſi non expedierit*, §. 1. *ff. de rebus auctorit. judic. poſſidend. l. pupillus* 24. *ff. quæ in fraudem creditor. l. ſi fundus* 16. §. *in vindicatione, ff. de pignorib. dict. for. final. rubr. de ſolutionib.* ibi: *Serà pagat en moneda lo deute ſens frau.* Barboſ. *in dict. l.* 1. *part.* 6. *num.* 23. *verſ. item quod ſi, ff. ſoluto matrimon.* Surd. *conſ.*4. *num.*43. & 45. Theſaur. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 16. *numer.* 13. & 14. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.*2. *num.* 250. Joſeph. Ludovic. *deciſ.* 45. *num.* 20. Gratian. *diſceptat.* 406. *num.* 15. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 3. Peguer. *deciſ.* 27. *num.* 22. Cabedo *deciſ.* 131. *num.* 4. *part.* 1. Pereyra *deciſ.* 16. *ſub num.* 1. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 6. *ſub num.* 27. & *part.* 7. *num.* 30. Camil. de la Ratta *conſ.*64. Rota *deciſ.* 443. *num.*8. *part.* 4. *recentiſsimar.* Amato *dict. reſolut.* 51. *num.* 26. Anton. Mariæ Berthol. *in additionib.* ad Rodrig. *de concurſ. creditor. part.*2. *artic.* 3. *n.* 42. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 84. Merlin. *de pignorib. dict. quæſt.* 28. *n.* 20. Ita declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 4. *Januarii* 1611. inter Hieronymam Franciſcam Montero, & Curatorẽ Franciſci Creſpo. Et adhuc quod noſter forus tam aperte non loqueretur, ſemper interpretandus foret cum hac limitatione, nempe ſolvendi ſine fraude, ut in terminis ſimilis ſtatuti docent Surd. *conſ.* 4. *num.* 49. Cartar. *deciſ.* 19. Merlin. *dict. quæſt.* 28. *n.* 41.



Demum limita ſupra adductam doctrinam
83 duplici in caſu. Primo quãdo ſolutio in pecunia poſteriori creditori fuerit facta, datis fidejuſſoribus, aut alia cautione de reſtituendo, quia cum pecunia ſoluta cum cautione non cenſeatur verè ſoluta, ut judicavit Senatus ſẽtentia per Alreus, *die* 16. *Martii* 1609. inter Ludovicum Salafranca, & Dimam Muſabres, & cautio extare faciatrẽ, poterit avocari pecunia per creditores anteriores, *l. ex facto* 53. §. *final. ff. de peculio, l.* 1. *ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur*, Salicet *in l. pecuniam, Cod. de privileg. fiſci*, Caſtrenſ. *conſ.* 285. *in princip. lib.* 1. Franch. *deciſ.* 75. *num.* 9. & *deciſ.* 200. Hering. *de fidejuſſorib. cap.* 15. *num.* 127. Monter. *deciſ.* 4. *numer.* 28. Giurb. *deciſ.* 40. *n.* 40. Coſta *remed. ſubſidiar.* 37. *num.* 2. Ponte *deciſ.* 34. *num.* 20. & *de poteſt. Prorregis, tit. de aſcenſu Regis*, §.9. *num.* 16. & 17. Stracha *de mercatura, tit. de decoctorib. num.*37. Trentacinq. *variar. lib.*1. *tit. de jure fiſci, reſolut.*7. *num.*10. Fontanell. *de pact. nuptial. dict. gloſſ.*8. *part.*8. *à num.*33. Caſtill. *controverſiar. lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 74. Gayto *de credit. cap.*4. *num.* 1317. Amato *d. reſolut.* 51. *num.*11. *cum ſequent.* Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 73. Merlin. *de pignorib. dict. quæſt.* 28. *num.* 22. D. Creſpì *dict. obſervat.* 58. *num.* 8. Secundo quando judicis juſ-
84 ſu, & authoritate fuerit liberata ſolutio, donech aliter provideretur, nam tunc etiam ſi abſque cautione ſolutio fieret, poterit ãterior hypothecarius creditor avocare pecuniã ſolutam, Michael Paſtor *in deciſ.* 206. *inſerta in* 2. *vol. deciſion.* Seſsè *num.* 34. Gayto *de creditor. cap.* 4. *quæſt.*11. *num.* 1317. Salgad. *in labyrint. dict. part.*1. *cap.* 10. *n.*71. D. Creſpì *ubi proxim.* Unde ſi ex precio rei per curiam venditæ, judicis authoritate, poſteriori creditori ſolvatur, cum rei precium non tradatur niſi cautione de reſtituendo pręſtita, ut ſuo in loco dicam, non eſt dubitandum quod dabitur creditori anteriori actio ad avocandam pecuniam iſtam, *dict. for. final. rubr. de ſolut.* ibi: *Si donchs no la havia hauda per eixecuciò de cort, ò de Jutje feta en bens del deutor.* D. Creſpì *ubi proxim.*

85 Quod vidi multoties dubitatum eſt, an hęres cum beneficio inventarii, ſi pecunia in hęreditate non extat, poſsit ſolvere hæreditaria debita, & legata, inſolutum dando ipſa hæreditaria bona juſto valore, an vero teneatur in pecunia ſolvere. Multi enim docẽt teneri hęredem vendere hæreditaria bona, ut ex illorum precio in pecunia ſolvat, ſed non poſſe compelli facere hoc in damno, nempè faciendo obligationem de evictione in bonis propriis, Barthol. *in l. final.* §. & *ſi pręfatam, C. de jure deliberand. num.* 3. & ibi Bald. *num.*1. Salicet *num.*2. Alexand. *num.*10. & Caſtrenſ. *num.* 5. Guido Pap. *de inventario, num.*2. Porcellin. *de inventario, quæſt.* 7. *num.* 3. Ponte *conſ.* 37. *num.* 8. Valaſc. *conſultat.* 52. *n.* 38. Azeved. *in l. final. tit.* 21. *numer.* 132. *lib.*4. *novæ recopilat.* Fachin. *controverſiar. lib.* 4. *cap.*39. Novarius *de datione inſolutum, ſect.* 3. *quæſt.*1. *num.*4. Cencius *de cenſib. quæſt.*107. *num* 29. & *quæſt.* 108. *num.* 13. Rovit. *conſ.* 18. & 78. *lib.*2. Marſian. *diſput.*81. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 532. *num.* 14. Andreol. *controverſ.*93. *num.*7. Altograd. *conſ.* 62. *in fin.* Conciol. *de hęrede ſolvente debita defuncti, cap.* 1. *numer.* 114. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.*116. *num.* 5. Quod proculdubio procedet, ſi hęreditas fuerit opulenta, nam tenebitur hæres ſolvere in pecunia, Cancer *variar.* 3. *part. cap.*1. *num.* 141. Duran. *deciſ.* 1. *num.* 29. Mangil. *de evictionib. q.*52. *n.*24. Fuſarius *de ſubſtit. q.*535. *n.*44. Ciriac. *controv.*3. *n.*5. Andreol. *controv.*63. *n.*1. Altograd. *conſ.*62. *n.*22. Rota *deciſ.*478. *p.*14. *recẽtiſsim. n.*3. & 9. Carol. Anton. de Luca *d. cap.*116. *n.*5. Et quod ſi hęreditas fuerit opulẽta teneatur hęres vẽdere hæreditaria bona, cũ nulli periculo ſe exponat, & ſolvere legata in pecunia, declaravit Senatus ſentẽtia per Daza, *die* 3. *Octobris* 1618. inter Mariã Annam Pineda, & Joannem Baptiſtam Ibarra, confirmata in alia aula ſentẽtia per eundẽ *die* 10. *Decembris. ejuſdem anni.* Et quod ſi hæreditaria bona facile ad pecuniã reduci poſsint, debeat hæres ſolvere in pecunia, & non teneantur creditores, aut legatarii inſolutum accipere bona hæreditaria, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 30. *Julii* 1610. inter Abdonem Minou, & Paulum Garcia J.U.D. [illegible] tenent non teneri hæredem hęreditaria bo[illegible] vendere, ſed dumtaxat teneri inſolutum i[illegible] dare, facta eorum legitima æſtimatione, Mõticul. *de inventario, cap.* 9. *principal. num.* 8. & 27. Joan. Oynotom. *in* §. *extraneis, inſtit. de hæred. qualit.* & *diferent. num.* 29. *in fin.* Azeved. *ubi proxim.* Graſus *de ſucceſsion. lib.* 2. *artic. inventarium, quæſt.* 20. Surd. *deciſ.* 30. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 135. Ciriac. *controverſ.* 24. *num.* 4. & alii adducti à Caſtillo *controverſiar. tom.*2. *cap.*24. *num.*24. Altograd. *conſ.* 62. *n.* 8. *lib.* 1. Cenſius *poſt tractat. de cenſib. deciſ.*422. *num.* 7. Andreol. con-

*controverſ.* 13. *num.* 6. Rota *deciſ.* 468. *part.* 154. *recentiſsimar.* Alii denique diſtinguunt inter hæreditatem opulentam, & non opulentam volentes, quod ſi opulenta fuerit, teneatur hæres vendere bona, & ex precio ſolvere in pecunia, aut exburſare pecuniam propriam & ex illa ſolvere, cum ut jam diximus, hoc in caſu nulli periculo hæres ſe exponat, ſi verò opulenta non fuerit, minimè Bald. *in l. ſi pecunia, ff. de legat.* 2. Roland. à Valle *de confect. inventarii part.* 4. *utilitat.* 9. *invent.* §. *quæro an ſit dare*, Phanuc. *de inventar. part.* 5. *num.* 151. Riminald. *conſ.* 521. *num.* 21. Surd. *deciſ.* 30. *num.* 14. Molina *de juſtit. & jure, tractat.* 2. *diſputat.* 216. *in verſ. ſit quartum commodum*, Caſtill. *ubi proxim. num.* 27.

Apud nos admiſſum extat, quod ſi hæres in 86 hæreditate pecuniam invenerit, tenetur hæreditaria debita, & legata ſolvere in pecunia, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 6. *Novembris* 1628. inter Jacobum, & Franciſcum Maſquefa, & Nicolaum Molins, ſi vero in hæreditate pecunia non extet, neque reperta fuerit, præfingi ſolet hæredi, & aſsignari terminus unius menſis, aut duorum, vel plurium, ſi qualitas bonorum id expoſtulet, ut faciat ſubhaſtare hæreditaria bona, & emptorem perquirat ea lege quod de evictione non obligetur in bonis propriis venditor, & emptore non invento, elapſo termino præfixo, in ſolutum dantur juſto valore hęreditaria bona aut permittitur quod fiat in illis executio, ut docet D. Leon *tom.* 2. *deciſ.* 185. *in fin.* & declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 1. *Auguſti* 1615. inter Capitulum Eccleſiæ Collegialis de Gandia, & Monaſterium Divi Hieronymi de Cotalva, & alia per eundem *die* 12. *Januarii* 1616. inter eaſdem partes, & alia per Caſes, *die* 10. *Julii* 1625. inter Paulum Hieronymum Ribanegra, & Hyacinthũ Bravo, & alia per Alreus, *die* 19. *Novembris* 1625. inter Don Michaelem Martinez Paſqual, & Dõ Hieronymum Paſqual, & alia per Caſes, *die* 6. *Novembris* 1628. inter Jacobum & Franciſcum Maſquefa, & Nicolaum Molins; & hoc etiam eſt de mente Senatus Mantuani, ut docet Surd. *deciſ.* 318. *numer. final.* Non enim debet hæſitari creditores hæreditarios, & legatarios habere jus ad hoc, ut hæreditaria bona vendantur, ſi fieri abſque damno hæredis poteſt, Roland. *de inventario, part.* 4. *in* 9. *utilit.* Ciriac. *controverſ.* 528. *num.* 30. & 31. Si reperiatur legatum factum certæ quantitatis, cum hoc quod illam ſolvat hęres, cenſus, aut domos inſolutum dando, non tenetur hęres in pecunia ſolvere, ſed liberatur inſolutum dãdo hæreditaria bona, adhuc, quod inventarium non fecerit, nam hoc in caſu nõ tenetur niſi quatenus habuerit hæreditaria bona, quia ſimilis legandi modus inventarii remiſsionem importat, ut Senatus judicavit ſententia per Benavides, *die* 18. *Junii* 1658. in favorem Margaritæ Vaciero, & contra Catharinam Vaciero.

Videamus nunc an hæres ille qui adita hęreditate cum inventario ſimpliciter ſe obligavit ad ſolvenda debita hæreditaria, & legata, 87 teneatur ultra vires hæreditarias, vel ſe juvare poſsit inventarii beneficio. Communis Doctorum opinio defendit poſſe beneficio invẽtarii uti, quia intelligitur ſe obligaſſe eo modo, quo antea obligatus erat, nempè cum beneficio inventarii, Roland. *de inventario, q.* 183. Phanuc. *de inventario, quæſt.* 243. *n.* 110. Gratian. *diſcep.* 28. *ex n.* 28. Amato *reſol.* 21. *n.* 4. & 10. Marinis *reſolut.* 233. *num.* 13. & 14. *lib.* 2. Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 93. Paulus Meli *allegat.* 120. *num.* 2. & *per tot.* & *allegat.* 8. *num.* 1. Cenſal. *deciſ. lucenſ.* 39. *num.* 12. Stayban Junior *reſolut.* 19. *num.* 1. Sanfelicius *deciſ.* 212. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 49. Tondut. *quæſt.* & *reſolut. civil. cap.* 80. *n.* 18. Calvin. *de æquitat. cap.* 55. *numer.* 8. Gallup. *in prax. tit. de exceptionib. impedient. part.* 3. *cap.* 3. *ſub num.* 3. Cardinal. de Luca *de hæredib. diſcurſ.* 8. *n.* 12. & *de dote, diſcurſ.* 28. Conciol. *de hærede ſolvente debita defuncti, artic.* 2. *num.* 105. Carol. Anton. de Luca ad Franch. *deciſ.* 323. & 648. & *in animadverſion.* ad Gratian. *cap.* 264. *num.* 2. & *in prax. cap.* 72. *numer.* 12. Rota *deciſ.* 58. *part.* 11. *recentiſsimar.* Si autem hæres ſe obligaverit inſolidum, aut alio 88 modo ex propria perſona ad ſolvenda hæreditaria debita, & legata, & beneficio inventarii explicite, vel implicitè renuntiaverit nõ juvabitur beneficio inventarii, ſed ultra vires hęreditarias tenebitur, quia inventarium non ſe extendit adverſus actiones in quas voluntariè ſe conjecit hæres, & ſua propria promiſsione teneri voluit, Angel. *conſ.* 31. *num.* 8. Decius *conſ.* 137. Phanuc. *de inventario, part.* 6. *num.* 110. Surd. *deciſ.* 297. *num.* 11. & *conſ.* 191. *num.* 26. Gratian. *diſceptat.* 146. *num.* 26. & *diſceptat.* 264. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 77. Fontanell. *deciſ.* 491. *num.* 3. *cum ſequent.* Ciriac. *controverſ.* 225. *num.* 17. & *controverſ.* 290. *n.* 24. Capic. Latr. *deciſ.* 38. *à num.* 19. & *deciſ.* 115. *num.* 31. & 32. & *deciſ.* 148. *num.* 20. Poſthius *reſolut.* 25. *num.* 37. Caſtill. *de aliment. cap.* 30. *num.* 50. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 132. *num.* 1. & *deciſ.* 297. *num.* 3. & *controverſ.* 31. *num.* 58. Statil. Pacific. *poſt tractat. de ſalvian. interdict. deciſ.* 138. Venturin. *conſ.* 12. *num.* 209. Sabell. *variar. cap.* 3. *n.* 44. Merend. *controverſiar. lib.* 22. *cap.* 22. *num.* 6. Merlin. *poſt tractat. de pignorib. deciſ.* 135. *num.* 6. Tondut. *reſolut. civil. cap.* 80. *num.* 21. Valeron. *de tranſaction. tit.* 5. *quæſt.*



*quæſt.* 6. *num.* 20. Carena *reſolut.* 157. Stayban. junior *reſolut.* 19. *num.* 34. Paul. Meli *obſervat.* 8. *num.* 3. Moc. *in ſilva, caſ. for. cap.* 47. Pignatel. *ad ſtatut. ferrar. rubr.* 7. *ſub n.* 25. Calvin. *de æquitat. cap.* 55. *per tot.* Bich. *deciſ.* 591. *num.* 15. San Fęlicius *deciſ.* 212. Urceol. *de tranſactionib. quæſt.* 80. *num.* 11. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 2. *q.* 78. *num.* 15. Cardinal. de Luca *de hæredib.* & *hęredit. diſcurſ.* 8. *num.* 12. & *de dote, diſcurſ.* 28. Ciroch. *diſceptat.* 11. *num.* 32. *cum ſequent.* Conciol. *de hęred. ſolvent. debit. defunct. artic.* 2. *num.* 205. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 264. *per tot.* & *in prax. cap.* 72. *num.* 12. Et quod hæres promittens, & ſe obligans ſolvere, aut ceſsionem faciens pro hæreditario debito ſolvendo, non poſsit uti beneficio inventarii, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 14. *Auguſti* 1621. inter Michaelem Joannem Adria, & Don Bernardinũ Zanoguera. Quando hæres ſe obligando pro hæreditario debi-
89 to, omni juri, & legum auxilio generalitèr renũciavit, cenſetur, juxta opinionem multorum, beneficio inventarii renunciaſſe, & teneri ultra vires hæreditarias, & de propriis, Gratian. *diſceptat.* 264. *numer.* 19. Marta *de clauſul. part.* 1. *clauſ.* 36. *num.* 8. Barboſ. *de clauſul. clauſul.* 133. *n.* 13. Balthaſar. Thomas *in tractat. de inventario, tit.* 19. *numer.* 9. Contrarium volunt alii rectius docentes per generalem renunciationem non cenſeri beneficio inventarii renũciatum, & niſi expreſsè illi renunciaverit hæres, & promiſſerit ſolvere ultra vires hæreditarias, non amittere inventarii beneficium, Regens Latro *deciſ.* 115. Statil. Pacific. *poſt tractat. deciſ.* 138. *num.* 10. Cardinal. de Luca *de dote, diſcurſ.* 28. Conciol. *dict. artic.* 2. *num.* 112. Carol. Anton. de Luca *dict. cap.* 264. *num.* 5.

Poterit beneficiatus hęres beneficio invẽ-
90 tarii uti, non ſolum quando conventus fuerit ab aliquibus creditoribus hæreditariis, aut legatariis, ſed etiam ſi condemnatus fuerit, & dummodo non ſolverit competit ei beneficium iſtud ad hoc, ut hæreditarii creditores, vel legatarii ex bonis hæreditariis, & non ex propriis hæredis exigant credita, & legata, Barthol. Bald. & Angel. *in l. ex diverſo, §. final. ff. ſoluto matrimon.* & *in l. Necenius, §. final. ff. de re judicat.* Ancarran. *conſ.* 6. Trentacinq. *variar. lib.* 2. *reſolut.* 1. *de exception. num.* 10. Salgad. *in labyrint. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 87. Et adhuc in ipſa executione ſentẽtiæ, aut inſtrumenti guarentigii proponi poterit hujuſmodi invẽtarii exceptio, Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 332. Gallup. *in prax. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. Carol. Anton. de Luca *in prax. cap.* 72. *num.* 12. Et ſi executionis cauſa ordinaria fuerit facta, quia actor teſtes produxerit, poterit cumulari executio cum cauſa exceptionis inventarii propoſitæ, ut judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 7. *Auguſti* 1625. inter Egregiam Domnam Elionorem Ferrer Comitiſſam de Almenara, & Don Joannem Ludovicum Fenollet. Propoſita ex-
ceptione inventarii in executionis cauſa, non 91
debet permitti executionẽ fieri in bonis propriis hæredis, ſed ſolum in hæreditariis bonis, Valaſc. *de partitionib. cap.* 8. *n.* 25. Gratian. *diſceptat.* 495. *num.* 1. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 6. *gloſſ.* 3. *part.* 3. *num.* 46. Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *tit.* 3. *diſputat.* 9. *num.* 1. Ramon *conſ.* 50. Merlin. *de pignorib. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 12. & 46. Cyriac. *controverſ.* 498. *num.* 69. Poſthius *de ſubhaſtat. inſpect.* 8. *num.* 75. & 76. Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 11. *num.* 66. Franciſc. Merlin. *controverſ. forenſ. centur.* 2. *cap.* 32. *num.* 14. Ita Senatus judicavit ſententia per Caſes, *die* 16. *Martii* 1634. inter Syndicum Monaſterii Virginis Mariæ del Carme, & Adminiſtratores bonorum Annæ Aſenſi. Si autem hæres rationem hæreditariorum bonorum non propoſuerit, ſed opulenta reperiretur hæreditas, poterit pro creditis hæreditariis, & legatis conveniri, & adſtringi in bonis propriis, ut judicavit Senatus ſententia per Caſes, *die* 16. *Decembris* 1625. inter Auguſtinam Soler, & de Roca, & Joannam Angelam Borràs, & de Vives, & alia per eundem, *die* 6. *Septembris* 1630. inter Franciſcum Garcia, & Illuſtrem Marchioniſſam de Villaſor.

Non ergo ineptè, & abſque juris ratione 92
in Curiis inferioribus noſtræ Civitatis, & Regni, decernere ſolent judices propoſita exceptione inventarii ab hærede, in calce libelli continentis exceptionẽ illam, quod nihil innovetur reſpectu faciendi executionem pro creditis hæreditariis, vel legatis in bonis propriis hæredis, nam ſi hæres inventario utens, damnum pati non debet in bonis propriis, Barthol. *in l. cum emptori, in fin. ff. ad l. falcidiam*, Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 121. *n.* 28. Seſsè *deciſ.* 88. *num.* 24. Cyriac. *controv.* 24. *num.* 5. & 6. neceſsè erit, quod ſtatim propoſita exceptione inventarii, jubeatur ſuſpẽdi executionem fieri in bonis propriis hæredis, ne proptèr celerem executionem aliqua via, damnum ſuſtineret, & debita hæreditaria de propriis ſolveret, contra diſpoſitum, *in d. l. final. §. licentia, Cod. de jure deliberand.* Mareſcot. *ubi proxim. num.* 23. Monticul. *de inventario, quæſt.* 232. *num.* 1. Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *tit.* 3. *diſputat.* 9. *num.* 13. Noguerol. *allegat.* 7. *num.* 51. Pegaſ. *dict. cap.* 11. *n.* 50. Et quod obtenta ab hærede proviſione, & decreto ſupradicto de nihil innovando ad calcem libelli fieri ſolito, non teneatur præſtare factum defuncti, declaravit Senatus ſen-

ſententia publicata, *die* 27. *Julii* 1647. in favorem Don Hieronymi Ferrer, & contra Don Balthaſarem Julià; neque hæres poterit compelli de propriis ſolvere, facta relaxatione bonorum hæreditariorum, & exita propoſita, quia ſolum tenetur quatenus apparebit bona hæreditaria in ſui poſſe exiſtere, ut judicavit Senatus ſententia per Maſcarò, *die* 10. *Januarii* 1660. in favorem Don Nicolai Aracil, & contra Franciſcum Thomas Notarium certis nominibus. Hoc ergo operatur decretum de nihil innovando, quod inhibeatur executio, aut procedimentum, quouſque revocetur, aut cancelletur decretum, niſi uſque ad certam horam, & limitatè fiat, nàm tunc elapſa hora, abſque illius reiteratione inefficax remanet, ut judicavit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 19. *Maii* 1674. inter officium de Paſſamaners, & Michaelem Coco. Quæ omnia intelligere debes reſpectu executionis facti, & aprehentionis bonorum hæredis propriorum, nam hæc ſuſpendi debet, propoſita inventarii exceptione, executio vero juris non prohibetur fieri, nec intelligitur ſuſpenſa, imo contra hæredem exceptionem proponentem, poterit procedi, non obſtante decreto de nihil innovando, & adhuc qualibet ſententia redditas approbãte rationes hæreditariorum bonorum, in executione juris, & ad declarationem obtinendam in executione juris, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 1. *Decembris* 1620. inter Margaritam Auſina, & Joannem Guitart, & alia per eundem, *die* 24. *Januarii* 1624. inter Don Gineſium de Perellòs, & Don Bernardinum Zanoguera, & alia per eundem, *die* 30. *Maii* 1624. inter Domnam Mariam Capdevila, & Domnam Mariam Fenollar, & alia per Daza, *die* 6. *Novembris* 1627. inter Vincentium Figueres, & Annam Sabater, & alia per Alreus, *die* 20. *Maii* 1628. & alia per Daza, *die* 10. *Martii* 1636. inter Andream Revert, & Don Franciſcum Bellvis Dominum de Belgida, & alia per Alreus, *die* 4. *Junii* 1636. inter Franciſcam Annam Sanchis, & de Lledeſma, & Sororem Annam Lledeſma, & alia per Caſes, *die* 16. *Martii* 1634. inter Syndicum Monaſterii Virginis Mariæ del Carme, & Adminiſtratores bonorum Annæ Aſenſi. Non tamen meo judicio impediet decretum de nihil innovando, quod executio fiat in bonis hæreditariis ſi extent, niſi lata fuerit ſententia ſuper ratione reddita, & declaratum ſit plus ſolutum ab hęrede quam acceptum, & in hoc cenſu intelligi poterit quod Senatus judicavit ſententia per Ferrera, *die* 2. *Decembris* 1679. in favorem T. Eſtanaga Clerici, & contra Joſephum Saìdia. Neque impediet decretum ſupradictum de nihil innovando proſecutionem actionis hypothecariæ à creditore hæreditario intentatæ, cùm non teneatur iſte expectare declarationem ſuper exita hæreditatis, ut Senatus judicavit ſentẽtia per Daza, *die* 6. *Julii* 1628. inter Chriſtophorum Onufrium Claramunt, & Don Ludovicum Ferrer de Cardona.

Exceptione inventarii propoſita, & libello rationis bonorum hæreditariorum intima- 93
to creditoribus hæreditariis, & legatariis, debet hæres, ut ſecurus evadat, obtinere ſententiam ſuper exceptione propoſita, & ut appareat an rectam reddiderit bonorum hæreditariorum rationem, nam non conſtito quod omnia hæreditaria bona conſumpta fuerint, debet judex pronunciare, quod executio fiat in bonis hæreditariis penes hæredem remanentibus, Carleval. *de judiciis, tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 13. *n.* 6. nunquam enim poteſt judex dicere, quod in propriis hæredis bonis executio fiat, niſi bonorum hæreditariorum precia imburſata habuerit hæres, nam tunc in tantundem poterunt capi propria hæredis bona. Si hæres reportaverit ſententiam favorabilem, & judicatum fuerit exhauſtam hæreditatem eſſe, etiam ſi appelletur, vel ſupplicatum à ſententia ſit, ſuſpendi debet executio præſtita cautione ab hærede de ſolvendo ſi ſubcubuerit, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 6. *Martii* 1619. inter Hieronymam Sans, & de Royo, & Rocham Suquet, & de Selma. Exadverſo autem ſi hæres non obtinuerit ſententiam favorabilem, etiam ſi appellaverit, debet compelli ſolvere eodẽ modo ac ſi rationẽ bonorum hæreditariorum non propoſuerit, ut Senatus dixit ſententia per Alreus, *die* 10. *Januarii* 1617. inter Vincentium Sebaſtianum Lopez, & Joannam Annam Lopez, & de Vaciero. Et obſerva in hac materia rem ſatis
ſingularem, nam ſi ſententia ſuper inventa- 94
rii exceptione obtenta fuerit contra aliquem creditorem, aut creditores hæreditarios, prę-judicabit aliis creditoribus cum quorum citatione non fuit diſcuſa lis, neque erit neceſsè quod iterum diſcutiatur exceptio, & ſuper illa pronuncietur cum illorum citatione, Aponte *conſ.* 71. *tom.* 1. Marinis *reſolut.* 111. *n.* 10. *lib.* 2. Ita judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 10. *Septembris* 1631. inter Egregium Comitem de Olocau, & Don Philippum de Caſtellvi, & alia publicata, *die* 10. *Martii* 1672. inter Illuſtrem Marchionem de Benavites Patrem, & legitimum Adminiſtratorem, & Dominum oppidi de Cortès, & alia per Saboya, *die* 17. *Martii* 1673. in favorem Egregiæ Domnæ Annæ Bellvis Comitiſſæ de Villamonte, & contra Don Ludovicum Pallàs, ibi: *Et licet ſententia inter alios lata regulariter aliis non citatis, neque nocet, neque prodeſt, tamen ſententia diſcutionis,*

ſive



***ſive deſexita lata cum uno ex creditoribus, cæteris omnibus nocet, atque prodeſt licet non citatis, neque auditis, ita ut iterata diſcutio, ſive deſexita facienda nõ ſit.*** Ad exemplum ſententiæ ſuper invaliditate actus, quæ prodeſt tertio etiam in lite non intervenienti, ut judicavit Senatus ſententia per Maſcarò, *die* 7. *Septembris* 1663. in favorem Raphaelis Garcia de Salat Generoſi Patris, & legitimi Adminiſtratoris ſui filii Vincentii, & contra Annam Guitart, & de Perez Roca.

Quando el heredero aceptò la herencia à
95 ,, beneficio de inventario, y le hizo legitima-,, mente, ſi deſpues reconocieſſe que la he-,, rencia eſtà exauſta, y que ſe han pagado ,, mas de creditos, y legados que importan ,, los bienes hereditarios, para eſcuſar la mo-,, leſtia de los acrehedores, ò legatarios, pue-,, de uſar del beneficio de inventario, y pro-,, poner ſu deſalida. La Practica de propo-,, nerla, y darla ſe reduce à que el herede-,, ro proponga ſu inſtancia de deſalida, for-,, mando el cargo, y deſcargo de los bienes ,, hereditarios, expreſſando lo que aquellos ,, valian, y dando legitimas cautelas de lo que ,, ſe ha pagado por deudas ciertas del difun-,, to, y concluir pidiendo, ſe declare eſtar la ,, herencia exauſta, y que no deve ſer moleſ-,, tado el heredero por creditos del difunto. ,, Eſta inſtancia ſe notifica à los Acrehedores ,, hereditarios, y legatarios, y con citacion ,, de aquellos ſe averigua la juſtificacion de ,, la deſalida, y recahe ſentencia en que ſe de-,, clara ſi la herencia eſtà exauſta, ò no lo eſ-,, tà, y ſi el heredero tiene obligacion de pa-,, gar los creditos hereditarios, ò no, y el ,, libello, y eſcritura de deſalida deve pro-,, ponerſe en eſta forma.

IHS. F. T. Propoſant com millor pot diu, que lo quondam S. T. pare del Propoſant en ſon ultim, y darrer teſtament rebut per F. T. Notari en T. de T. mes, y any, y publicat per lo mateix Notari en T. del mateix mes, y any, de que fà preſentaciò ſi & in quantum, ſub *num.* 1. inſtituhì en hereu ſeu univerſal al Propoſant, el qual acceptà la herencia à benefici de inventari, y feu aquell intra legitimum tempus, ſegons conſta per lo acte de inventaris, rebut per lo mateix Notari en T. de T. mes, y any, de que pariter fa preſentaciò, ut ſupra, ſub *num.* 2. E com lo dit Propoſant ſe trobe vexat, y moleſtat de molts Acrehedors de dita herencia, y aquella eſtiga exauſta, de tal manera, que noy ha effectes de ahon poder acudir à pagar à Acrehedor algu de dita herencia, y al dit Propoſant li competixca el Benifet de inventari, pera que no el paſſen à compelir à pagar de propriis; Ideo valentſe del ſobredit Benifet, & ne teneatur ultra vires hæreditarias, & de propriis, dona deſeixida de dita harencia en la forma ſeguent.

### Carrech que es fa lo Propoſant de tots los bens recahents en dita herencia.

Primerament ſe fà carrech de 30. lliur. que es trobaren en diner efectiu en la caſa del dit ſon Pare, y eſtàn inventariades —————— 30. lliur.

Item, ſe fa carrech de 1000. lliur. que ha cobrat de la proprietat de un cambi recahent en dita herencia, ab lletres fermades, &c. que tambe es troba inventariat —————— 1000. ll.

Item, ſe fa carrech de 50. lliur. que ha cobrat dels intereſſos del dit cambi —————— 50. lliur.

Item, &c. (*Aqui ſe han de poner todas las partidas de los bienes inventariados, y precios de aquellos, cargandoſe el heredero de todo lo que ha entrado en ſu poder, y deſpues ſe ha de decir.*

Totes les quals partides in univerſum acumulades, fan ſuma univerſal de 1080. lliur. ab que tanſolament lo valor dels bens de dita herencia importa la ſobredita cantitat.

### Deſcarrech que dona lo Propoſant dels bens recahents en dita herencia.

Primerament poſa en conte de llegitima data, y deſcarrech 100. lliur. que ha pagat per lo be de la anima del dit Teſtador, les quals ſeñalà aquell en ſon teſtament pera eſte efecte, conſta de la ſoluciò per la difiniciò, de ques fà preſentaciò ſi & in quantum ſub *num.* 3. y añadint 1. l. 13. ſous 4. que

ſe

ſe han pagat per lo dret de la difinició, importa tota la partida —— 101.l.13.ſ.4.

Item, poſa en conte de llegitima, data, y deſcarrech 200. lliur. que devia dit Teſtador à S. T. ſegons acte de obligació rebut per T. Notari en T. de T. mes, y any, de que fa preſentació ſi & in quantum ſub *num.* 4. la qual ha pagat lo propoſant, ſegons apocha rebuda per T. Notari en T. de T. mes, y any, de que pariter fa preſentació, ut ſupra, ſub *num.* 5. y añadint à eſta partida 2. ſ. per lo ſalari de la Apocha, importa tota la cantitat 200.l.2.ſ.

Item, poſa en conte de llegitima, data, y deſcarrech, &c. (*Aqui ſe han de poner con eſte orden, todas las cantidades que ha pagado el heredero, juntamente con la expreſsion, y exhibicion de los inſtrumentos, ò cautelas del debito, y deſpues ſe ha de proſeguir en eſta forma*)

Totes les quals partides del deſcarrech in univerſum acomulades, importen la ſuma de 1210. lliur. ab que important les del carrech com ſols importe 180. lliur. eſtà ben verificat, que dita herencia eſta exauſta, y que en aquella no queden bens alguns, ans be que lo Propoſant per lo que ha pagat demes es Acrehedor en pus de 100. lliur.

Per tant, & aliàs, omni meliori modo, &c. Et utendo remedio quo magis expediat, requir, ſia declarat quedar juſtificada la ſobredita deſeixida, y que al Propoſant no li queden bens alguns de la herencia del dit ſon Pare en ſon poder, de ahon poder acudir à pagar als Acrehedors hereditaris, y llegataris, ans be te credit en la ſobredita cantitat contra dita herencia, y que mentres ſe coneix de les forçes de la preſent inſtantia, es mane provehir lo remey de nihil innovetur reſpecte de fer eixecució en bens propris del Propoſant per credits hereditaris. Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 12. *Junii* 1688.
*Intimetur addicendum, &*
*interim nihil innovetur.*
F. T. Aſſeſſor.

96 Prætoris edicto conceſſum fuit creditoribus hæreditariis ſeparationis bonorum beneficium, ut hæreditate adita, creditores chyrographarii, vel hypothecarii defuncti minus privilegiati, prælationem haberent creditoribus hæredis hypothecariis anterioribus, & magis privilegiatis, *l.* 1. *§. ſciendum, ff. de ſeparationib. l. final. §. ſin autem, Cod. communia, de legat.* Don Joſeph de Retes *opuſculor. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 5. cum aliis à me adduct. *cap.* 20. *de decreto ad reparand. Domos, num.* 12.
97 Idem legatariis elargitum fuit, *l. quotiens* 6. *ff. de ſeparat. bonor.* Donel. *lib.* 23. *commentar. cap.* 16. Arnold. Corvin. *in ſumma C. tit.* 62. *verſ. ejus,* & adhuc defuncti creditoribus in diem, vel ſub conditione, ipſum ſeparationis beneficium conceſſum fuit, ante eventum diei, aut conditionis, *l.* 4. *in princip. ff. eod.* Donel. & Corvin. *ubi proxim.* Sed
98 non alio in tempore ſeparationis bonorum remedium peti poteſt, niſi intra quinquenium, à die aditæ hæreditatis computandum, elapſo enim quinquenio denegatur beneficium iſtud ſeparationis, *l.* 1. §. 13. *ff. de ſeparationib.* ibi: *Quod dicitur poſt multum temporis ſeparationem impetrari non poſſe: ita erit accipiendum, ut ultra quinquenium poſt additionem numerandum, ſeparatio non poſtuletur.* Donel. *ubi proxim.* Theſaur. *lib.* 3. *quæſt. forenſ. quæſt.* 55. *ſub num.* 7. Arnold. Corvin. *ubi proxim. verſ. interdum*, Salgad. *in labyr. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 45. Rodrig. *additionat. de concurſ. creditor. part.* 2. *artic.* 4. *num.* 44. D. Creſpì *obſervat.* 39. *num.* 21. Et quod ſeparatio bonorum, poſt quinquenium intentari non poſsit, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 4. *Martii* 1621. inter Franciſcam Angelam Vaguena, & de Marti, & Hieronymam Vezes. Quod intelligunt Theſaur. Salgad. & Rodriguez, hæredis reſpectu, non verò creditorum, nam dicunt nimis durum fore excludere creditores à ſeparationis remedio per quinquenium, & ſanè hoc mihi magis durum videtur, loquente Juriſconſulto de ſeparatione à creditoribus obtinenda in tot. text. *dict. l.* 1.

Creditoribus autem hæredis non fuit à prætore conceſſum ſeparationis remedium, 99
neque illud intentare poterant, ut expreſsè cavetur *in dict. l.* 1. §. 2. *& §. penultimo, ff. de ſeparat.* ibi: *Nec poterunt creditores ejus ſeparationem impetrare,* Donel. *dict. lib.* 23. *comment. cap.* 16. ubi Oſvald. *lit. D.* Anton. Faber *de errorib. pragmatic. tom.* 1. *decad.* 2. *error.* 2. *n.* 8. Arnold. Corvin. *ubi prox. verſ. ejus.* Sed cur non creditoribus hæredis, hoc elargitũ fuit remedium? Non ne par militat ratio, ut in bonis hæredis præferantur pro ſuis creditis minus privilegiatis, creditoribus magis privilegiatis defuncti? Cur ergo debet eis

de



denegari ſeparationis beneficium. Crede tamen non ſine magno fundamento denegatum fuiſſe, non enim fuerit juſtum, neque rationi conſonum, creditores hæredis prælationem non habere in illius bonis, creditoribus defuncti magis privilegiatis, imo proculdubio prælationem habent, ut docent Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 11. Tondut. *quæſtion. & reſolut. civil. cap.* 58. *n.* 3. *&* 4. & Docui *dict. cap.* 20. *num.* 12. Sed ex aditione hæredis, non fit deterior illorum conditio ut pulchrè notat Conſultus *in dict. l.* 1. §. 2. Si enim creditor hæredis hypothecarius fuerit, non patitur damnum, ſed cum prælatione exiget ſuum creditum ex hæredis bonis, cum hæredis bona propria, non remaneant hypothecata pro creditis defuncti, ut probavi, *num.* 63. Et adhuc ſi hypotheca contraheretur, foret a die aditionis, quia tunc quaſicontrahit hæres, & ſemper eſſet anterior creditoris hæredis hypotheca, & magis privilegiata, ut ſubtiliter conſiderat Anton. Faber *dict. decad.* 2. *error.* 2. *num.* 6. *&* 7. Si verò creditum fuerit chyrographarium, non fit deterius creditoris jus, cum cuique debitori chyrographario fas ſit, deteriorem conditionem ſui creditoris facere, ſive hypothecarii creditoris adjectione, ſive alterius chyrographarii, ut rectè conſiderat Anton. Faber *ubi proximè.* Non ita eſt reſpectu hæreditariorum creditorum, cum non ſit æquum, ut quis per proprios creditores alienis creditoribus injuriam faciat, ut ipſe Faber notat.

100 Hodie volunt multi ſeparationis beneficium non eſſe neceſſarium, quando hæres cum inventario hæreditatem adivit, ex eo, quod tam quoad hæredem, quam quoad creditores defuncti, bona, & Patrimonium per inventarium ſeparata remanent, & idem quod operari poterat ſeparatio, operabitur inventarium, ac proinde neceſſarium non eſſe ſeparationem petere, Roland. *de inventario*, §. *decima eſt utilitas*, *num.* 1. Surd. *deciſ.* 310. *in fin.* Franch. *deciſ.* 246. *num.* 9. Oſvald. ad Donel. *lib.* 23. *commentar. cap.* 16. *lit. D.* Seſsè *deciſ.* 46. *num.* 34. Mantic. *deciſ.* 326. Intrigliol. *de feudis, centur.* 2. *artic.* 7. *n.* 21. Amato *reſolut.* 56. *num.* 5. Arnold. Corvin. *dict. lib.* 7. *tit.* 62. *in fin.* D. Creſpì *dict. obſervat.* 39. *num.* 23. Manſius *conſultat.* 51. *num.* 45. Et quod inventarium idem operetur quod ſeparatio, ut excludatur confuſio, non ſolum quoad hæredem, ſed etiam quoad defuncti creditores, & quod virtute inventarii, hæreditas remaneat, ac ſi non fuiſſet adita, declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 2. *Junii* 1636. inter Joſephum Franco, &
101 Annam Montañès. Sed mihi nunquam ſatis placuerunt iſta, nam inventarii beneficium ſolum ad inventum fuit, ut hæredibus occurreretur, & nullum paterentur damnum ex aditione, & ex illorum perſona creditoribus hæredum, non ut deterior redderetur conditio creditorum hæreditariorum, ſed ut fruantur ipſi commodo ſeparationis, quod antiquitus non habebant, & præferantur pro creditis chyrographariis, creditoribus defuncti hypothecariis, & magis privilegiatis, ut rectè notat Anton. Faber *de errorib. dict. decad.* 2. *error.* 2. *num.* 5. *&* 11. Oſvald. ad Donel. *dict. lib.* 23. *commentar. cap.* 16. *lit. D.* Unde reſpectu hæredis, & ex illius perſona, reſpectu creditorum hæredis, poterit inventarium operari idem quod ſeparatio, ut conſiderat Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 9.
*num.* 27. *&* 28. Reſpectu vero creditorum 102
hæreditariorum, non poterit operari idem inventarium quod ſeparatio: imò ut eis proſit ſeparatio, debet peti, quia nunquam prodeſſe poterit, neque conceditur ſeparatio, niſi petentibus illam, *leg.* 1. §. *quæſitum, ff. de ſeparationib.* Scacc. *de commerciis*, §. 7. *gloſſ.* 6. *n.* 18. Muta *ritu* 113. *n.* 5. Mantic. *deciſ.* 326. *n.* 6. Amato *variar. reſolut.* 56. *num.* 22. Rodrig. additionat. *de concurſ. creditor. artic.* 4. *part.* 2. *n.* 43. Omnia enim jura, dum tractant de effectibus ſeparationis, conditionaliter loquuntur, ideſt ſi ſeparatio poſtuletur, Salgad. *ubi proxim.* Qua propter, ut creditores hæreditarii pro creditis minus privilegiatis, creditoribus præferantur hæredis, etiam quod hæres inventarium hæreditariorum bonorum fecerit, debent obtinere ſeparationem bonorum, & quamvis reſpectu hæredis, & illius creditorum, ut diximus, non ſit neceſſaria ſeparatio, ſecurius erit illam obtinere, ut prelationem indubitanter habeant, Menoch. *conſ.* 667. *ſub num.* 9. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 5. *cap.* 1. *numer.* 133. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 7. Carol. Anton. de Luca *in animadverſionib.*
ad Gratian. *cap.* 264. *num.* 1. Demum pote- 103
rit hodie à creditoribus hæreditariis peti, & obtineri ſeparatio bonorum, etiam ſi hæres inventarium non fecerit, quia non reperitur ademptum creditoribus hæreditariis ſeparationis benificium in caſu non faciendi inventarium hæredem, Anton. Faber *de errorib. dict. tom.* 1. *decad.* 2. *error.* 2. *in fin.*

Si los Acrehedores hereditarios, ò legata- 104
„rios, vieſſen q̃ los bienes de la hærencia no „pueden ſatisfacer baſtantemente ſus creditos, y por otra parte vieſſen que el heredero tiene Acrehedores mas privilegiados, y „anteriores en hypotheca, para que no suceda que los Acrehedores del heredero, cobren con prelacion ſus creditos de los bienes hereditarios, pueden pedir el beneficio de ſeparacion, eſto es que ſe ſeparen



los

,, los bienes hereditarios de los de el heredero, y que hecha la ſeparacion, cobren los ,, Acrehedores hereditarios, y legatarios ſus ,, creditos de los bienes de la herencia ſolamente, y los Acrehedores del heredero de ,, los bienes proprios del heredero. Y lo ,, miſmo podràn hacer los Acrehedores del ,, heredero, ſi vieſſen que les eſta mas bien ,, cobrar ſus creditos, y concurrir ſolos en ,, los bienes proprios del heredero; la practica del juycio de eſta ſeparacion de bienes ,, viene à ſer, proponer ſu libello los que pretenden la ſeparacion de patrimonios, y concluirle con citacion de los Acrehedores del ,, otro patrimonio, ſobre que recae la ſentencia en que ſe hace la ſeparacion de bienes, ,, y patrimonios, proponiendo los pretendientes el libello en eſta forma.

*EXCBLENTISSIM SENYOR.*

F. T. y S. T. ſuplicants, tàm conjuctim, quàm diviſim, ac omni meliori modo quo poſſunt, dihuen, que el quondam F. T. els eſtava devent als Suplicants 2000. lliur. ço es al dit F.T. altre dels Suplicants 1200. lliur. ſegons acte de obligaciò rebut per T. Notari en T. de T. mes, y any, de que fa fe, y preſentaciò ſiet in quantum, y al dit S. T. 800. lliur. ſegons acte de obligaciò rebut per S. T. Notari en T. de T. mes, y any, de que pariter fa preſentacio ut ſupra; ſe ha ſeguit que lo dit deutor mori, y paſsà de la preſent vida en la altra, deixant en hereu ſeu univerſal à F.T. el qual acceptà la herencia, y feu inventari dels bens recahents en aquella, y per eſtar dit hereu devent à F. T. y à S. T. diferents cantitats de credits mes anteriors en hypotheca que els dels Suplicant, han paſſat à fer oferta de diferents bens dels recahents en dita herencia, pera que ſels pagaſſen los credits que tenen contra dit hereu; E com ſia juſt, que dels bens hereditaris, ſels paguen als Suplicants, y demes Acrehedors hereditaris ſos credits, y que eſtos concurrixquen en dits bens à la cobrança de ſos credits ſolament, excluhint à qualſevols Acrehedors del dit hereu, encara que foſſen mes privilegiats, y dega pera eſte efecte, ſegons diſpoſicions de juſticia, ferſe la ſeparaciò de els bens hereditaris contenguts, y expreſſats en los dits inventaris, dels de el patrimoni propri del dit hereu.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Et utendo remedio quo magis expediat, ſupliquen, es mane fer la ſeparaciò dels bens de la herencia del dit F. T. y del Patrimoni de aquell, de els bens del Patrimoni del dit hereu, ſeparant los uns del altres, pera que, ſeparatione facta, concurrixquen los Suplicants, y demès Acrehedors hereditaris en los bens hereditaris tanſolament, y ſels done prelaciò en aquells pera cobrar ſos credits, à qualſevols Acrehedors del dit hereu, encara que foſſen mes anteriors en hypotheca, y privilegiats. Manant ſuſpendre la eixecuciò ſobredita de fet, y oferta, donech, & quouſque ſe hacha declarat eſta inſtancia, y que la preſent es mane evocar à eſta R.A. y cometre al Noble Don F.T.D.D.R.C. Ohìdor que es de dita cauſa de eixecuciò, y oferta, qui eam, &c. Et licet, &c.

Altiſsimus, &c.

*Jeſus M. Die* 14. *Junii* 1688.

*Intimetur.*

F. T.



# CAPUT XXX.

## *DE JURIBUS DOMINI directi, & ſtyllo capibreviandi.*

### SUMMARIUM.

1 *Dominus directus, non habet juriſdictionem de jure, quando agitur de re cenſita.*

2 *Dominus feudi de jure babet juriſdictionem, quando inter Vaſſallos de feudo agitur.*

3 *Domini directi habent juriſdictionem in Regno, quando agitur de re cenſita, ut cenſita, privativè quoad alios judices, in prima, ſecunda, & ulteriori inſtantia. Idem habetur in Cathalonia.* 4.

5 *Juriſdictio competens dominis directis, ordinaria eſt, & quare.*

6 *Ordinarii judices dicuntur illi, qui à lege, vel ſtatuto juriſdictionem habent.*

7 *Judices delegati à dominis directis, habent juriſdictionem ordinariam.*

8 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum, juriſdictionem habet ordinariam.*

9 *Domini directi nominare debent, juxta forum, judices delegatos, & ideo juriſdictionem habent ordinariam, & ad nominandum judicem delegatum juriſperitum, poſſunt compelli. Nequeunt nominare Eccleſiaſticum, & quare.* 10.

11 *Dominus directus, juriſdictionem babet, non ut per ſe judicet, ſed per judicem delegatum non ſuſpectum.*

12 *Delegatum judicem poteſt ſolus ipſe dominus directus nominare, & an teneatur jurare. Et ſi non jurat, an nulliter procedat.* 13.

14 *Dominus directus ſolet etiam nominare ſcribam in noſtra praxi, ſed non eſt neceſsè.*

15 *Delegati judices, de quibus cauſis cognoſcant.*

16 *Delegati judices in Cathalonia anteaquam exerceant, tenentur territorium impetrare.*

17 *Barones, & juriſdictionem exercere volentes in noſtra Civitate, tenentur obtinere territorium à Gerente Vices Generalis Gubernatoris.*

18 *Domini directi in noſtro Regno, abſque impetratione territorii judicant, quia judices ordinarii ſunt.*

19 *Dominus directus non cognoſcens de cauſa, ubi domicilium babet, aut bona ſita ſunt, indiget territorio.*

20 *Emphiteuta ad quem locum debet citari ad capibreviandum. Non debet citari ultra unam dietam, & quæ ſit bujuſmodi dieta juxta forum.* 21.

22 *Dieta de jure ex quibus paſsibus componatur. Leuca quibus paſsibus conſtare debeat.* 23.

24 *Emphiteuta ultra tres leucas nequit trahi ad capibreviandum. Limita ſi ei ſolvatur conductum.* 25.

26 *Praxis citandi ad capibreviandum, ubi cartella citationum.*

27 *Citato non comparente, debet pulſata hora aſsignata accuſari contumacia, & ſecundum expeditur citationis cartellum, & quomodo.*

28 *Citato non comparente, iterum accuſatur contumacia, & debet tertium expediri cartellum ſub pœna commiſsi, ubi formula.*

29 *Cartella, & citationes pœnales ſub pœna commiſsi, non ſufficit quod notificentur procuratori, ſed emphiteutæ intimari debent.*

30 *Omnes citationes ad capibreviandum ſolent unico cartello etiam in praxi fieri peremptoriè.*

31 *Improbatur praxis faciendi alias tres citationes ad capibreviandum, factis primis tribus citationibus.*

32 *Contumax non aliter audiri debet, quam ſolutis prius expenſis.*

33 *Emphiteuta comparente coram delegato judice, & petente tempus ad adquirenda inſtrumenta, indubitanter ei conceditur.*

34 *Capibrevium quomodo fiat.*

35 *Emphiteuta qui per ſpatium quadraginta annorum canones ſolvit, nequit expelli à domino directo, quia præſumitur legitimum titulum babere.*

36 *Præcarii inſtrumentum, ſive ut apud nos dicitur* acte en defecte de actes *quando, & quomodo fiat.*

37 *Dominus directus ſolum poteſt compellere de jure quemlibet novum acquiſitorem emphiteuſis ſemel propriis expenſis capibreviare, & toties quoties voluerit expenſis ſuis. Et quid in Regno.* 38.

39 *Si dubitetur an fundus fuerit emphiteuticus, non ſpectat ad judicem delegatum cognoſcere de hoc dubio, ſed recurritur ad judices Regios.*

40 *Praxis recurrendi à citatione ad capibreviandum, ubi libellus.*

41 *Recurſus iſte, in aliquibus Regni partibus, emittitur ad judicem ordinarium, & an hoc rectè fiat.*

42 *Recurſus emitti debet ad ſuperiorem.*

43 *Juſtitia, & ordinarius Judex, non habet majorem juriſdictionem, quam delegatus à domino directo.*

44 *Ordinarii judices dicuntur, Gerens Vices Generalis Gubernatoris, & Regius Senatus.*

45 *Ordinarius cognoſcere poteſt, juxta forum, de quæſtione inter emphiteutam, & dominum directum ſuper verificatione dominii directi, ſed non per viam recurſus.*

46 *Ordinarius quomodo cognoſcat in hoc caſu, & faciat inhibitionem, ubi quod decreta de nihil innovando, non ſunt aliud, quam inhibitiones.*

47 *Judex delegatus domini directi, quando teneatur parere inhibitioni judicis ordinarii.*

48 *Praxis, & libellus ad introducendam cauſam coram judice ordinario, ut cognoſcat de dubio ſuper dominii probatione.*

49 *Cenſualia apud nos irredimibilia ſunt.*

50 *Debitores cenſualium, poſſunt in Regno compelli ad capibreviandum de decennio in decennium ſub pœna luitionis proprietatis cenſus. Citationes ad capibreviandum hoc in caſu debent fieri coram judice ordinario, & quo modo.* 51. *Debitores cenſus mortui quomodo citentur ad capibreviandum.* 52.

53 *Dominium directum probatur ſtabilimenti inſtrumento, quia contractus emphiteuſis ſcriptura celebratur.*

54 *Dominum directum probatur præcarii inſtrumento.*

55 *Item probatur tribus, aut duobus recognitionibus apud nos dictis* Cabreos. *Intellige ſi recognitiones factæ fuerint ab ipſis emphiteutis, ſecus ſi à procuratoribus, niſi ſpecialiſſimum habuerint mandatum.* 56.

57 *Dominium directum non probatur unica recognitione, vulgo* Cabreo. *Declara procedere quo ad tertium poſſeſſorem emphiteuſis non habentem cauſam à recognoſcente, non ita quo ad hæredem, vel ſucceſſorem recognoſcentis, vel habentem ab eo cauſam.* 58. *Si cum recognitione concurrerent cenſuum ſolutiones, aut laudemii, aut alia adminicula, rectè probabitur dominium directum, etiam quoad tertium poſſeſſorem.* 59.

60 *Identitas fundi probatur deſignatione duorum confinium.*

61 *Dominium directum non probatur unica enunciativa, niſi concurrente cum ea alia probatione. Item neque teſtibus probari poteſt, & quare.* 62.

63 *Emphiteuta obtinebit in judicio recurſus, ſi dominus directus non probaverit dominium.*

64 *Dominium directum non probatur ex eo, quod prædium reperiatur in territorio alicujus domini particularis.*

65 *Emphiteuta contumax habetur pro negante dominium directum. Et negantis pœna caducitas eſt.* 66.

67 *Caducitas incurritur ab emphiteuta, cui ſub pœna commiſsi juſſum fuit comparere ad capibreviandum, ſi contumax fuerit.*

68 *Commiſſum incurritur de jure per ceſſationem ſolutionis canonis per triennium, aut per biennium, ſi fuerit emphiteuſis Eccleſiaſtica, & an caducitas intret propter non ſolutum laudemium.*

69 *Emphiteuta an teneatur deferre ad domum domini directi canones.*

70 *Emphiteuta, de jure noſtro municipali antiquo, incidebat in commiſſum, ſi canones non ſolvebat per quadriennium, etiam abſque interpellatione, quia dies interpellabat; nunc vero non incidit in commiſſum, niſi interpellatus quod ſolvat, intra viginti dies non ſolverit.* 71.

72 *Interpellatio iſta debet fieri, aut judicialiter, aut extrajudicialiter, ſed perſonaliter ipſi emphiteutæ, nam non ſufficit quod fiat procuratori, & ſi extrajudicialiter fiat, debet de illa confici inſtrumentum publicum.* 73.

74 *Praxis, & libellus ad faciendam hanc interpellationem judicialem.*

75 *Sententia requiritur ad declarandum incidiſſe emphiteutam in commiſſum, etiam ſi pœna impoſita à foro inveniatur, quando facta interpellatione non ſolvit.*

76 *Caducitas non incurritur niſi declaraverit ipſe dominus velle uti jure ſuo. Et an hæc declaratio ab illius hærede fieri poſsit.*

77 *Emphiteuta poteſt uſumfructum conſtituere in re emphiteutica*

78 *Uſusfructuarius tenetur canones ſolvere, & an ſit citandus ad capibreviandum, ubi affirmativa proponitur. Puniri nullus debet ex delicto alterius.* 79.

80 *Sententia lata cum uſufructuario, non nocet proprietario, & è contra.*

81 *Interpellatio ſi fiat ſolum ut cenſus ſolvantur, uſufructuario fieri debet. Si vero fiat ut incidatur in commiſſum non ſoluto canone, fieri debet, tàm proprietario, quàm uſufructuario.* 82.



83 *Citatis ad capibreviandum, aut interpellatis proprietario, & uſufructuario, non ſolvente uſufructuario, an poſsit ad commiſſum procedi, negativa proponitur. Contrarium verius, ubi redditur ratio.* 84.

85 *Interpellatio facta uni ex pluribus hæredibus emphyteuticam rem habentibus ad ſolvendos canones, ſufficiet ut cæteri hæredes, etiam non interpellati, in commiſſum incidant, ſi interpellatus canones non ſolverit.*

86 *Tutoribus, aut adminiſtratoribus interpellatis non ſolventibus canones, non facient quod minores incidant in commiſſum, ſed poterunt reſtitui in integrum, & ſolvere. Minores non debent puniri ex culpa tutorum.* 87.

88 *Procurator, aut Syndicus citatus ad capibreviandum, aut interpellatus, nequit facere incidere in pœnam commiſſi dominum ſi non ſolvat.*

89 *Solutiones factæ à tutoribus abſque juſtificatione non proſunt, neque ad manutentionem. Idem tene de ſolutionibus factis per Syndicos.* 90.

91 *Emphyteuta, propoſita, & notificata commiſsi inſtantia, poteſt canones ſolvere purgando moram, & refectis expenſis, & quomodo hoc debeat intelligi. Moram poteſt purgare emphyteuta ſolvendo canones ante litis conteſtationem, ſecùs lite conteſtata.* 92.

93 *Praxis purgandi moram iſtam, ubi libellus.*

94 *Dominus directus ſi poſt incurſam caducitatem exigat Canones, aut illos petat, cenſetur remiſiſſe caducitatem. Intellige procedere ſi dominus tempore exactionis non ignorat caducitatem.* 95.

96 *Dominus exigens canones decurſos poſt incurſam caducitatem, cenſetur illam remittere, etiam ſi cum proteſtatione illos exigat. Exigens autem canones decurſos ante commiſsi incurſum cum proteſtatione, non cenſetur remittere caducitatem.* 97.

98 *Procurator domini directi, etiam ſi exigat canones decurſos, non præjudicat domino reſpectu caducitatis incurſæ.*

99 *Caducitas incurritur vendita emphyteuſi abſque licentia, & conſenſu domini directi, etiam ſi dominatura recognita in venditione fuerit. Amplia etiamſi in venditione dicatur quod ſit ſalvis juribus domini directi.* 100. *Limita ſi dictum fuerit quod ſit venditio ſalvis juribus domini directi, & non aliter nec aliàs, & quarè.* 101.

102 *Licentia, & conſenſus domini directi ſolum requiritur in venditione, nam in donatione, permutatione, diviſione, & ſimilibus contractibus non eſt neceſſaria licentia. Neque in venditione ſub haſta neceſſaria eſt licentia domini.* 103.

104 *Licentiam non poteſt denegare dominus directus, & ſi abſque cauſa, & ratione deneget illam, poteſt adiri judex per viam recurſus, ut illam concedat citato, & audito domino directo.*

105 *Praxis, & libellus ad obtinendam licentiam, quando à Domino directo ſine cauſa denegatur.*

106 *Emphyteuta vendens abſque domini conſenſu ſolum partem rei, incurrit commiſſum reſpectu partis.*

107 *Vendita emphyteuſi ſub pacto legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem abſque conſenſu domini, reſoluto contractu, expirat commiſſum incurſum per venditionem ſine licentia factam.*

108 *Venditione facta ab emptore qui rem emptam habebat cum pacto retrovendendi, incurritur commiſſum deficiente licentia, ſed evaneſcit caducitas retrovenditione facta, & reſoluto contractu, & an hoc caſu propter incurſam caducitatem poſsit peti precium.*

109 *Hypothecæ in emphyteuſi contractæ evaneſcunt, & extinguntur, devoluta per caducitatem emphyteuſi ad dominium directum. Limita ſi emphyteuſis hypothecata fuerit cum domini directi conſenſu.* 110. *Limita etiam ſi dolosè, & per coluſionem emphyteutæ, proceſſum fuerit ad commiſſum.* 111.

112 *Cenſus poteſt imponi ſpecialiter ſuper emphyteuſi, juxta aliquos, abſque caducitatis metu.*

113 *Emphyteuta habet utile dominium, & poteſt opignorare emphyteuſim. Poteſt etiam ſervitutem imponere ſuper emphyteuſi.* 114. *Et an de impoſitione ſervitutis debeatur laudemium.* 115.

116 *Emphyteuta poteſt uſumfructum conſtituere in emphyteuſi.*

117 *Laudemium debet ſolvi in Regno de conſtitutione ſpecialis hypothecæ, & eſt vigeſima pars precii.*

118 *Cenſus ſpecialiter impoſitus ſuper emphyteuſi, abſque domini conſenſu, facit incidere in commiſſum. Poteſt juxta aliquos ſpecialiter imponi ſi in ſtabilimenti ſcriptura non reperiatur expreſſa probibitio alienandi.* 119.

120 *Cenſus in Regno, abſque pœna caducitatis, nequit ſpecialiter imponi ſuper emphyteuſi abſque domini conſenſu.*

121 *Hypothecari generaliter poſſunt in Regno emphyteutica bona abſque domini conſenſu, ſpecialiter verò probibitum videtur.*

122 *Laudemium non debetur de jure, quando emphyteuſis ſpecialiter ſubjugatur cenſui, in Regno dimidium debetur laudemium.*

123 *Quando cenſus oneratur in Regno, & ſpecialiter imponitur ſuper re, cenſetur vendita in Regno tanta rei pars.*

124 *Tranſigere an poſsit emphyteuta ſine conſenſu domini.*

125 *Caducitas incurritur, ſi ex apertura feneſtrarum in re emphyteutica, magna ſequatur deterioratio. Secùs ſi utile fuerit, nam non incurritur commiſſum, dum forma rei non mutetur.* 126. *Amplia etiam ſi ex apertura feneſtrarum parum deterioraretur emphyteutica Domus* 127.

128 *Servitus poteſt imponi ſuper emphyteuſi abſque conſenſu domini directi.*

129 *Emphyteuta mutans rei formam abſque domini directi conſenſu incidit in commiſſum. Limita, juxta aliquos, ſi emphyteuſis melioretur.* 130. *Contrarium verius, quia uſufructuarius, etiam in utilitatem rei, non mutat formam.* 131.

132 *Caducitas incurritur ſi arbores fructiferæ incidantur abſque domini directi conſenſu. Limita ſi ad uſum deſtinatum, aut fundi reparationem ſcindantur.* 133.

134 *Praxis, & libellus ad ſuſcitandum commiſsi judicium.*

135 *Laudemium debet peti coram judice delegato.*

136 *Laudemium de jure eſt quinquageſima precii pars, & quid in aliquibus Provinciis.*

137 *Laudemium debet juxta conſuetudinem exigi.*

138 *Laudemium in noſtro Regno eſt decima precii pars, quando alienatur, vigeſima quando ſpecialiter hypothecatur.*

139 *Laudemium non debet ſolvi de parte precii cenſui correſpondenti, cui ſubjugata fuit emphyteuſis cum licentia domini, quando emphyteuſis venditur cum onere correſpondendi cenſum. Contrarium à Senatu judicatum extat.* 140

141 *Laudemium non debetur de parte precii correſpondenti duplici marcho, ſive* dobie march.

142 *Laudemium tenetur emptor ſolvere de jure, & quid juxta conſuetudinem noſtri Regni.*

143 *Laudemium ſolvitur ratione poſſeſsionis adeptæ, & novę inveſtituræ.*

144 *Laudemia decurſa tenetur ſolvere poſſeſſor emphyteuſis, ſed poteſt ab obligatis illa recuperare. Et quam prælationem habeat dominus, & privilegium pro exactione laudemii.* 14 .

146 *Laudemium debetur ex curiæ venditione, & quando debeatur.*

147 *Laudemium debetur domino laudanti, etiam ſi alius Dominus licentiam dederit, & ſuo in tempore contractus fuerit celebratus. Cui debeatur laudemium conductori temporis venditionis per curiam factæ, aut conductori temporis depoſiti precii?* 148.

149 *Laudemium debet ſolvi uſufructuario, & non proprietario.*

150 *Emphyteuſis ob commiſſum devoluta cui applicari debeat uſufructuario, aut proprietario?*

151 *Laudemium debetur de venditione etiam facta cum pacto retrovendendi. De retrovenditione autem an debeatur laudemium.* 152. *Et quid ſi in ipſo contractu non fuerit appoſitum pactum de retrovendendo, ſed ex intervallo.* 153.

154 *Laudemium non debetur ex venditione facta cum pacto legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem reſoluto contractu.*

155 *Laudemium debetur ex recognitione venditionis ſi fiat poſt triginta dies, juxta conſuetudinem noſtri Regni, & quid in aliis Regnis, & de jure.*

156 *Laudemium debetur de donatione, & de permutatione. Amplia in donatione facta favore filiorum.* 157.

158 *Laudemium debetur de donatione cauſa mortis, vel inter vivos ſortitura effectum poſt mortem, & de remuneratoria.*

159 *Laudemium an debeatur de jure quando emphyteuſis in dotem datur. In Regno non debetur, & quid de dote Monialis.* 160.

161 *Laudemium non debetur de donatione contemplatione matrimonii certi facta, aut de aſsignatione ſpecialis obligationis pro dotis ſecuritate.*

162 *Laudemium debetur de donatione contemplatione matrimoni incerti.*

163 *Laudemium debetur quando ſumma pro dote promiſſa ſolvitur matrimonio conſtante, datis inſolutum bonis emphyteuticis.*



164 *Laudemium debetur de reſtitutione dotis, niſi reſtituantur ipſa bona in dotem data.*

165 *Laudemium debetur, de jure, de legato, aut hæredis inſtitutione, ſecùs in Regno.*

166 *Laudemium non debetur, juxta aliquos, de diviſionibus factis inter cohęredes. In Regno inter pragmaticos dicitur deberi dimidium laudemium, ſed reprobatur.* 167.

168 *Laudemium non debetur inter cohæredes, aut legatarios de diviſione facta, ſi tota res emphyteutica uni adjudicetur, aut ſi ſolum rei pars, & quare.*

169 *Laudemium non debetur ex alienationibus neceſſariis.*

170 *Laudemium non debetur de diviſione, quando res commodam non patitur diviſionem, & tota uni adjudicatur cum onere ſolvendi partem precii aliis.*

171 *Laudemium debetur de diviſione quando res commodam patitur diviſionem, & unus ſocius vult totam rem ſoluta alteri pecunia, ſed ſolum de parte illa quam adquirit, debet ſolvi.*

172 *Laudemium non debetur de jure ex ſpeciali impoſitione cenſus ſuper emphyteuſi, aut de ſpeciali illius obligatione. In Regno dimidium debetur laudemium is in caſibus.* 173.

174 *Laudemium de tranſactione quando debeatur. Et an de contractu nullo debeat ſolui.* 175.

176 *Laudemium non debetur de venditione facta cum pacto reſervationis dominii, niſi quouſque ſolvatur precium, ſed ſi in partes ſolvatur, de qualibet parte debet pro rata ſolvi laudemium.* 177.

178 *Laudemium præſcribitur tempore triginta annorum, & quid contra Eccleſiam, & à quo tempore incipiat prę ſcriptionis curſus.*

179 *Praxis, & libellus ad petitionem laudemii proponendam.*

180 *Dominus directus, & illius delegatus judex debet cognoſcere de quæſtionibus quindenniorum.*

181 *Quindennium quid ſit à quibus debeat ſolvi, quo tempore, & qua de cauſa, ubi de conſuetudine.* 182.

183 *Quindennia ſolvuntur à manu mortua in Gallia, Cathalonia, & aliis Regnis, & in qua ſumma.*

184 *Annata eſt dimidia pars fructuum beneficii unius anni, & ſolvitur à proviſſo pro novo ingreſſu, ſi beneficium excedat viginti quatuor ducatos auri cameræ.*

185 *Dominium beneficiorum eſt penes Chriſtum, ſed Papa eſt abſolutus Adminiſtrator.*

186 *Quindennium ſolvitur Camerę Apoſtolicæ de beneficiis unitis de decimoquinto in decimumquintum annum, quia non ſperatur vacatio, & amittitur annata.*

187 *Manus mortua quę communitas dicatur in Regno.*

188 *Adminiſtratio an ſit manus mortua; affirmativa proponitur.*

189 *Adminiſtratio temporalis inſtituta etiam ad longiſsimum tempus, non dicitur manus mortua.*

190 *Adminiſtratio perpetua habens impermiſionem temporalem alienandi, non tenetur ſolvere quindennium.*

191 *Quindennium non debetur ab adminiſtratoribus perpetuis nominatis minori, aut incapaci hęredibus inſtitutis, etiam cum prohibitione alienandi.*

192 *Quindennium debetur ex bonis relictis Eccleſię, aut Monaſterio, etiam ſi particulari perſonæ fuerit relicta illorum adminiſtratio. Non ita ſi bona relinquantur particulari perſonę, & adminiſtratio Monaſterio, aut Eccleſiæ.* 193.

194 *Quindennium non debetur, quando nullo hęrede inſtituto, adminiſtratio univerſalis, & perpetua, particulari relinquitur perſonæ.*

195 *Dominium bonorum hæreditariorum penes quem ſit, quando nullo relicto hærede adminiſtratio univerſalis relinquitur.*

196 *Anima teſtatoris poteſt hęres inſtitui.*

197 *Quindennium non debetur ex bonis majoratui perpetuo, ſeu fideicommiſſo ſubjectis.*

198 *Hæreditas jacens non datur, anima teſtatoris hęrede inſtituta, vel nullo inſtituto hęrede, qui poſsit ſperare dominium bonorum, & quare.*

199 *Quindennium debetur ex bonis relictis ſub adminiſtratione perpetua, & univerſali Monaſterii, aut Eccleſię, hærede inſtituta teſtatoris anima, & quare. Idem erit ſi nullus inſtitutus fuerit hæres.* 200.

201 *Monachus poteſt eſſe executor, & adminiſtrator ultimæ voluntatis, de licentia Superioris.*

202 *Quindennium debetur quando bona relinquuntur ſub adminiſtratione univerſali, & perpetua Monachi, nullo inſtituto hęrede, aut anima teſtatoris hærede inſtituta; & quid ſi adminiſtratio particularis fuerit. Et an idem procedat, ſi ſimul Monacho, & Sæculari adminiſtratio relicta fuerit.* 203.

204 *Religioſi minoritæ non poſſunt, adhuc de licentia Superioris, eſſe executores ultimarum voluntatum, aut adminiſtratores.*

205 *Quindennium non debetur à Religioſis minoritis ex emphyteuſi adquiſita pro horto aut fabrica Monaſterii, & quare.*

206 *Dominium bonorum minoritarum penes Pontificem eſt, & ſicuti filii familias, & ſervi, acquirunt patri, & domino, ita hujuſmodi Religioſi, Pontifici.*

207 *Quindennia non debet ſolvere Apoſtolica Sedes.*

208 *Æſtimatio rei emphyteuticę quomodo debeat fieri quoad ſolutionem quindennii. Debet attendi valor quem habet res tempore ſolvendi quindennium, & non quem habebat tempore antecedenti. 209. In ſolutione laudemii non debet attendi valor quem habebat res tempore contractus, ſed quem habet tempore ſolutionis. 210.*

211 *Laudemium debetur de valore meliorationum, & ſi ex aqua libera irrigetur fundus emphyteuticus, vendito fundo cum aqua, debebitur laudemium de valore aquæ. Et an vendita emphyteutica aqua ſimul cum fundo libero debeatur laudemium. 212.*

213 *Quindennia pręſcribuntur tempore triginta annorum.*

214 *Praxis petendi quindennia, ubi libellus.*

215 *Faticę quæſtio ſpectat ad juriſdictionem judicis delegati domini directi.*

216 *Fatica quid ſit.*

217 *Fatica poteſt uti dominus directus intra duos menſes de jure. In Regno ſolum intra triginta dies, & quid in aliis Regnis. Non currunt dies faticæ à contractus die, ſed à die denunciationis. 218. Notitia qualis requiratur in Regno, ut fatica currat, & quomodo ſit danda, & quid in Cathalonia. 219.*

220 *Fatica poſſunt uti omnes domini directi, ſive fuerint Eccleſiaſtici, ſive Eccleſię, ſive alii quilibet.*

221 *Laudemium debetur, ſi dominus fatica utatur. Vendita emphyteuſi ſub haſta, poteſt uti dominus directus fatica, & quomodo illa debeat uti. 222.*

223 *Fatica non debet uti ad habendum ſolum bonorum partem, ſed ad omnia, & quomodo hoc intelligatur.*

224 *Fatica ſolum habet locum in venditionibus, in donationibus, permutationibus, & aliis contractibus minimè. Et quid in locationibus ad longum tempus.*

225 *Faticæ jus nequit cedi de jure. Contrarium defendunt multi, & in Regno debet ſequi. 226.*

227 *Faticę jus an habeat uſusfructuarius emphyteuſis, affirmativa proponitur. Contrarium verius, quia jura faticę, ſunt domini directi, & proprietarius eſt dominus directus. 228.*

229 *Proprietarius laudare debet alienationes emphyteuſis, licet ad uſumfructuarium ſpectent laudemia, & dentur propter laudationem.*

230 *Juriſdictio emphyteuſis non pertinet ad uſumfructuarium, ſed ad proprietarium.*

231 *Uſusfructuarius cenſetur habere mandatum à proprietario in illis, quæ ſpectant ad uſumfructum, non vero in ſpectantibus ad proprietatem.*

232 *Dominium directum ſolet in Regno reperiri in Patronis beneficiorum, & jus exigendi cenſus penes beneficiatos. Beneficiati non exigunt laudemia hoc in caſu, neque faciunt laudationes, aut commiſſa proponunt, quia hoc omne ſpectat ad dominium directum. 233.*

234 *Citationes ad capibreviandum debent fieri ad inſtantiam domini directi, & ſimul illius qui habet cenſus perceptionem, ut illarum virtute ad commiſſum procedatur.*

235 *Faticam habent vaſſalli in conductione jurium dominicalium, aut Baronia. Idem jus habet dominus ſi colonus vendat fructus. 236.*

237 *Faticam habent vaſſalli Regis, aut alterius domini particularis, ſi vendantur. Et an ſi dominus directus dominium vendat directum, habeat faticam emphyteuta. 238.*

239 *Faticam habet ſocius in parte ſocii vendita, aut locata.*

240 *Praxis petendi faticam, ubi libellus.*

241 *A ſententia judicis delegati appellatur ad ipſum dominium directum, quia tàm in judicio proprietatis, quàm poſſeſſionis habet privativè juriſdictionem in prima, ſecunda, vel ulteriori inſtantia.*

242 *Praxis, & libellus, ad interponendam appellationem iſtam.*

243 *Appellationis cauſa debet introduci coram ipſo domino directo intra quindecim dies, & ipſe dominus debet nominare alium judicem delegatum.*

244 *Praxis, & libellus ad introducendam appellationis cauſam.*

245 *Delegati judicis electio ſpectat ad dominum directum, cui in prima inſtantia, neque adjunctus, neque aſſociatus poteſt dari. Sed quod aſſociatus poſſit dari judici delegato in prima, aut ſecunda appellationis cauſa, & etiam in prima inſtantia, juſta cauſa concurrente, defenditur. 246.*



247 *Aſſociati antiquitus nominabantur à dominis directis, nunc vero à Regio Senatu, & judicibus delegatis præferuntur.*

248 *Praxis nominandi aſſociatos ubi libellus.*

249 *Recurſus poteſt emitti ad Senatum, aut Gerentes Vices Generalis Gubernatoris, à tribus ſententiis conformibus latis à judicibus delegatis, ſecus ſi non fuerint conformes.*

250 *Recurri poterit ab oppreſſionibus à judicibus delegatis illatis ad Regia Tribunalia, ſi fuerint magnæ oppreſſiones.*

251 *Domini directi judicant privativè quoad alios judices, etiam contra viduas, pupillos, & miſerabiles perſonas, ſed recurſus in caſu manifeſtæ oppreſſionis non excluditur ab eorum procedimentis.*

252 *Praxis, & libellus ad recurrendum à tribus ſententiis conformibus judicum delegatorum, ad Senatum.*

1 Dominus directus non habet juriſdictionem, juxta juris regulas, in quæſtionibus ſuper emphiteuſi ſuſcitatis, neque ad illum pertinet de cauſis iſtis cognoſcere, ſed ad ordinarios judices, Jaſon *in l. 1. num. 73. Cod. de jure emphiteut. & in uſibus feudorum, num. 55. in fin.* Bald. *in cap. cæterum 5. de judiciis*, Sola *ad conſtitut. ſabaudiæ, tit. de jure emphiteut. 2. part. gloſſ. ultim. num. 1.* Schrad. *de feud. part. 10. ſect. 1. num. 207.* Franciſc. Marco *deciſ. 557.* Cancer *variar. lib. 1. cap. 11. n. 63.* Dom. Leon *tom. 1. deciſ. 77. num. 12.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 12. num. 140.* Nigro *de laudemis, tom. 1. quæſt. 17. num. 15. cum ſequent.* Dom. Matheu *de regim. cap. 6. §. 3. num. 5.* Dom. Creſpì *obſervat. 61. num. 7.* Aliter eſt in domino feudi, nam de jure ad illum ſpectat juriſdictio ſuper controverſiis
2 inter vaſſallos motis ratione feudi, *cap. cæterum 5. cap. novit. verſ. non enim, de judiciis, cap. ex tranſmiſſa. cap. verum, de foro competent. cap. Romana, §. debet, de appellat. in 6. cap. imperialem, ad fin. verſ. præterea, de prohibit. feud. alienat. per Phederic.* Docent Duaren. *de feud. cap. 20. num. 21.* Roſentall *de feud. cap. 12. concluſ. 1. num. 5.* Cancer *variar. lib. 1. tit. de feud. num. 75.* Suarez *adverſus Regem Angliæ, cap. 14. num. 12.* Alteſera *de feud. cap. 12.* Barboſ. *de jure univerſ. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 149.* Tondut. *de prævent. judicial. part. 1. cap. 11.* Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 28. num. 15.* Chriſtin. *tom. 1. deciſ. 296.* Fermoſin. *ad text. in d. cap. cæterum, de judiciis*, Manſius *conſultat. 47. num. 24.* Pareja *de inſtrument. edit. tom. 1. tit. 5. reſolut. 9. num. 62. & tit. 6. reſolut. 9 num. 67.* Nigro *de laudemis, d. tom. 1. quæſt. 17. n. 12.* Fagnan. *ad text. in d. cap. cæterum, de judiciis, num. 23.* In noſtro Regno,
3 juxta Conſtitutiones municipales, nulla reperitur differentia quoad juriſdictionem inter feudum, & emphiteuſim, nam in quæſtionibus emphiteuticis, & quando agitur de re cenſita, ut cenſita, pertinet ad dominum directum privativè quoad alios judices cognoſcere juriſdictionaliter de quæſtionibus iſtis, in prima, ſecunda, vel ulteriori inſtantia, *for. 15. 16. 17. 18. & 19. rubr. de jure emphiteut. for. 1. cum ſequent. eod.* Docent D. Cerdàn *in arbor. juriſdict. verb. Los Señores directos*, D. Leon *d. deciſ. 77. n. 15.* Dom. Matheu *de regim. d. cap 6. §. 3. n. 6.* Dom. Creſpì *dict. obſervat. 61. n. 8.* Et de juriſdictione iſta noſtri Regni
4 teſtatur, Nigro *de laudemis, d. q. 17. n. 23.* Idem ſtatum reperitur in Cathalonia, *in Conſuetud. nengun home, tit. de juriſdict. omn. judic.* Docent Socarrat. *in cap. ſupradicta, num. 5. pag. 112.* Solſona *in ſtyllo capibreviandi, in initio, fol. 7. & 8. à num. 3.* Cancer. *variar. lib. 1. cap. 11. num. 63.* Celſus Ugo *conſ. 60. n. 5.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 12. num. 140.* Ripoll *variar. cap. 7. de jure empbiteut. num. 152. cum ſequent.* Nigro *de laudem. dict. quæſt. 17. num. 26.*

5 Juriſdictio iſta dominis directis competens, ordinaria eſt, Calic. *in uſatic. placitare*, Solſona *in ſtyllo capibrevian. fol. 7. & 8. num. 9. & fol. 27. pag. 1.* Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 12. num. 144. & tom. 1. deciſ. 85. num. 3.* Ripoll *variar. cap. 3. num. 209.* D. Matheu *de regim. dict. cap. 6. §. 3. n. 14. & 15.* Ea videlicet ratione, quia juriſdictio competit dominis directis virtute legis municipalis noſtræ, *for. 1. & 17. rubr. de jure emphiteut.* Et quando juriſdictio competit
6 legis virtute, vel ſtatuti, ordinaria eſt, & illam exercentes, judices dicuntur ordinarii, *l. more majorum, l. & quia, ff. de juriſdict. omn. judic. l. cum prætor, §. & judicem, & §. item hi, ff. de judiciis*, Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 29. num. 2.* Barboſ. *in leg. 1. artic. 1. num. 221. ff. de judiciis*, Baſil. Ponſius *de matrim. lib. 5. cap. 10. num. 2.* Carleval. *de judiciis, lib. 1. diſput. 2. num. 1153.* Maſtrill. *de Magiſtratib. lib. 6. cap. 1. num. 30.* Pareja *de inſtrument. edit. tom. 1. tit. 2. reſolut. 6. ſpecie 6. num. 183.* Joan. Narbon. *de appellat. à Vicario ad Epiſcop. part. 1. num. 67.* Xammar *de offic. judic. part. 1. quæſt. 23. num. 19.* Cortiad. *tom. 1. deciſ. 8. num. 50.* Fagnan. *ad text. in cap. cum olim, num. 65. de majoritat. & obedien.* Et in noſtris terminis hanc reddunt rationem, Fontanell. *dict. gloſſ. 12. num. 144.* D. Matheu *dict. cap. 6. §. 3. num. 14.*

Non

7 Non ſolum ipſi domini directi jurisdictionem habent ordinariam, ſed etiam judices ab eis delagati, nam etſi appellentur vulgariter judices delegati, & Cali. *in d. uſatic. placitare* dicat eſſe delegatos, certius eſt hujuſmodi judices delegatos, juriſdictionem habere ordinariam, ut docet ipſe Fontanella *dict. clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *n.* 144. & 145. D. Matheu *dict. cap.* 6. §. 3. *num.* 14. & 15. Non enim attenditur perſona illius qui judicat, ſed illius qui cauſam committit, & licet cognitio delegata ſit, juriſdictio quæ nomine directi domini exercetur, ſemper ordinaria eſt, ut Fontanella docet *dict. gloſſ.* 12. *n.* 144. D. Matheu *ubi proxim. num.* 15. & 16. Facit etiam quod obſervat ipſe Fontanella *d. gloſſ.* 12. *num.* 145. videlicet delegatos judices nominari à dominis directis ad univerſas cau-
8 ſas emphiteuticales, & delegati ad univerſitatem cauſarum, habent juriſdictionem ordinariam, & equiparantur ordinariis, *gloſſ. in cap. cum cauſam, verb. delegatus, de appellationib. cap. ſuper*, §. *ſi verb. gloſſ. delegare, de offic. delegat.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 67. *num.* 59. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 31. *num.* 2. Gutierr. *canonicar. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 26. noſter Morlà *in juris empor. part.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 11. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 35. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 52. *cum ſequent.* Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 1164. & *diſput.* 4. *num.* 32. Cortiad. *dict. deciſ.* 8. *num.* 26. Suelves *conſ.* 41. *num.* 19. *lib.* 2. Fermoſin. *ad text. in cap. ſignificaſti* 18. *de for. competenti, quæſt.* 1. *num.* 15. Fagnan. *ad text. in cap. cum olim, num.* 65. *de majorit. & obedien.* Confirmatur ex eo, quod hujuſmodi judices
9 delegati ab ipſa lege, mediante electione, & nominatione domini directi, habet juriſdictionem, prout judices ordinarii Civitatis, & Regni mediante ſorte, nam juxta, *for.* 17. *rubr. de jure emphiteut.* Tenentur domini directi, judices nominare delegatos, qui de his cauſis cognoſcant, & adhuc compelli poſſunt ad nominandum Juriſperitum in judicem delegatum, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 20. *Auguſti* 1623. inter Illuſtrem Marchionem de Albayda, & Gaſparem Montagut: Ergo juriſdictio judicum delegatorum ordinaria erit, cum illam habeant à lege, ex regul. text. *in d. l. more majorum, ff. de juriſdict.* Ripoll *variar. cap.* 3. *num.* 209. & 210.

10 Solum advertere oportet, quod domini directi nequeunt nominare Clericos, aut Eccleſiaſticas perſonas in judices delegatos, ut declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 20. *Februarii* 1629. inter Matthæum Aguilò, & Petrum Ruviols; & hoc meo videri duplici ex cauſa, primo quia generaliter diſpoſitum extat, *in foro* 8. *rubr. de Notariis* Clericos in præſenti Regno habere non poſſe officia publica, ibi: *Quod probibeatur de cætero, ne aliquis portans coronam recipiatur in procuratione, nec in officio publico.* Secundò quia Eccleſiaſtici judices nequeunt in Regno cognoſcere de quæſtionibus ſuper bonis immobilibus, vel eorum fructibus, *for.* 6. *rubr. de juriſdict. omn. judic. for.* 6. & 15. *rubr. de rebus non alienand.* Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr.* 14. §. *veniamus, num.* 36. D. Matheu *de regim. cap.* 2. §. 5. *num.* 44. D. Creſpì *obſervat.* 54. *num.* 5. cum aliis à me adduct. *cap.* 11. *de decretis, num.* 57. Ergo cùm judices delegati de cauſis ſuper emphiteuſi, & illius proventibus cognoſcant, non poterit in Regno demandari cognitio iſta Eccleſiaſticis perſonis non habentibus, juxta forum, poteſtatem judicandi ſuper his bonis immobilibus, & illorum fructibus.

Cognoſcunt judices iſti emphiteuticariis de cauſis in quibus agitur de re cenſita, ut cen- 11
ſita, & quamvis domino directo videatur conceſſa juriſdictio iſta per foros, ut ipſe audiat, & judicet in his cauſis, *for.* 17. *rubr. de jure emphiteut.* ibi: *Sia tengut en poder de el Señor de la coſa à reſpondre.* Et ibi: *E ſi el Señor agreujarà à ell à tort en aixi que ſe entenga agreujat del juby.* Tamen pro certo tenendum eſt, ipſum dominum directum non poſſe de his cognoſcere cauſis, ſed teneri judicem nominare delegatum, qui de quæſtionibus inter dominum, & emphiteutam motis cognoſcat, *dict. for.* 17. ibi: *El Señor donli Jutje que no ſia ſoſpitos, for.* 19. *eod.* ibi: *Sen baja de coneixer tam in prima inſtantia, quam appellationis davant lo Jutje delegat per lo Señor directe.* Solſona *in ſtyllo capibreviand. ſtatim ferè in initio, pag.* 7. *à num.* 3. Ripoll *variar. cap.* 7. *num.* 58. D. Leon *dict. deciſ.* 77. *num.* 15. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *n.* 141. & 142. Dom. Matheu *dict. cap.* 6. §. 3. *n.* 14. Non enim poteſt ipſe dominus directus judex in ſua propria cauſa eſſe, *leg. qui juriſdiction.* 10. *ff. de juriſdictione, l.* 1. §. 1. *ff. quorum legatorum, l. unic. Cod. nequis in ſua cauſa judicet, vel jus ſibi dicat, l. final,* §. *viros, Cod. ubi Senatores, vel clariſsimi,* Barboſ. *ad text. in dict. leg. unic.* noſter Morlà *in juris empor. part.* 1. *tit.* 2. *in proœm. num.* 206. Ramon *conſ.* 3. *num.* 9. Carleval. *de judiciis, lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 786. Xammar *de officio judic. part.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 1. D. Creſpì *obſervat.* 60. *n.* 10. *cum ſequent.* Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 37. *n.* 2. Et in noſtris terminis Fontanell. *dict. gloſſ.* 12. *num.* 144. D. Matheu *dict. cap.* 6. §. 3. *num.* 14.

Nominatio autem judicis delegati ad dominum directum ſolum ſpectat, *for.* 17. & 12
19. *rubr. de jure emphiteut.* Fontanell. *dict.*

glos.



*gloſſ.* 12. *n.* 141. Dom. Matheu *dict. cap.* 6. §. 3. *n.* 23. & in noſtra praxi fieri ſolet mediante inſtrumento publico coram notario, & teſtibus, in cujus poſſe, nominationis tempore, jurare ſolet delegatus judex, & non abſque juris ratione, cum judices in ingreſſu ſui officii teneantur juramentum illud præſtare, *l. rem non novam, cum authent. hodie, Cod. de judiciis, authent. de jure jurand. quod præſtatur ab eis, authent. de defenſorib. civitat.* §. *jus jurandum, cap. quanto, cap. venientes, de jure jurando.* Si verò non præſtito juramento cog-
13 noſceret delegatus judex de quæſtionibus emphiteuticis, omne quod gereret ante præſtitum juramentum, nullum eſſet, Aviles *in cap. præto. in proœm. in gloſſ. en los caſos, num.* 1. & 14. Xammar *de offic. judic. part.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 152. Quamvis ſententia per Saboya, *die* 4. *Novembris* 1677. in favorem Don Jacobi Pertuſa, & contra Antonium Navarro, referente Doctiſsimo Senatore Donato Sanchez del Caſtellar R. C. D. deciſum extet, hujuſmodi delegatos judices, non teneri juramentum præſtare prædictum. Solet etiam
14 ab ipſo directo domino ſcriba nominari, quia nequit proceſſus confici, & cauſa actitari ſine ſcriba, & juriſdictione conceſſa, cenſetur etiam conceſſum hoc, cum ea omnia conceſſa cenſeantur ſine quibus exerceri juriſdictio non poteſt, *leg.* 2. *cum vulgat. ff. de juriſdict.* ſed non eſt neceſſaria iſta nominatio ſcribæ, imò multoties omititur in praxi, quia in Regno in curiis inferioribus, quilibet Notarius poteſt acta judicialia conficere pro ſcriba, aut loco ſcribæ, *for.* 11. & 12. 14. & 15. *rubr. de ſententiis*, Dom. Matheu *de regim. cap.* 10. §. 4. *num.* 54. Et ſufficit quod delegati judices, cuilibet Notario jubeant conſcribere acta proceſſus, & ſententiam, ut legitimè cenſeantur facta, & ſuſtineantur, ut ſatis probatur, *ex for.* 4. *rubr. de ſententiis*, ibi: *En aqueſt fur enadeix lo Señor Rey, que tots actes, è ſentencies, que per publich Notari ſien fetes per manament de tot Jutje delegat, que bajen valor aixi com ſi lo Eſcrivà de la Cort les bavia eſcrites.*

15 Coram delegatis judicibus actitari debent cauſæ capibreviationis, caducitatis, laudemiorum, & quindenniorum, de quorum praxi ſatis latè agemus. In Cathalonia, ut ad capibreviandum procedatur, tenetur dominus directus adire Cancellarium, ſeu Regentem Cancellariam, & alteri ex illis offerre ſupplicationem ad hoc ut concedatur territo-
16 rium, & domus judicum delegatorum deſignetur, & ſcribarum, conceditur que territorium, quo conceſſo initiatur capibreviationis cauſa, Michael Ferrer 3. *part. obſervat. cap.* 114. Latiſsimè Solſona *in ſtyllo capibreviandi*, Ripoll *var. cap.* 7. *num.* 68. & 69. in noſtro Regno non obtinent domini directi territorium, nam etſi Barones, ut juriſdictionem exercere poſsint, in noſtra Civitate in Vaſſallos, & ſtationem habeant in carceribus, ſoleant territorii obtinere conceſsio- 17
nem à Gerente Vices Generalis Gubernatoris, ut docent D. Matheu *de regim. cap.* 6. §. 1. *num.* 90. Dom. Creſpì *obſervat.* 15. *n.* 38. Tamen domini directi, neque impetrant territorium, neque neceſsitatem habent impetrandi illud, quia domini iſti, quando in pro- 18
priis laribus judicant, aut ubi bona emphiteutica ſita ſunt, exercent juriſdictionem ordinariam, ut diximus, & juriſdictionem ordinariam exercentes, non indigent conceſſione territori, quia jam illud habent ratione ipſius juriſdictionis, Matheaſ. *in leg. Imperium, à num.* 283. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Maranta *de ordine judicior. part.* 4. *diſtinct.* 5. *n.* 2. *in fin.* Blanc. *de compromiſ. quæſt.* 6. *num.* 4. *in fin.* Barboſ. *in l. cum prætor,* §. 1. *à num.* 45. *ff. de judiciis*, Loter. *de re beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 23. *n.* 14. & 15. Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 6. *ſpecie* 1. *numer.* 185. Eſcobar *de Pontific. & Reg. juriſdict. cap.* 9. *num.* 3. & 4. Cortiad. *tom.* 1. *deciſ.* 16. *num.* 45. Optimè Fontanell. in noſtris terminis *dict. clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *num.* 150. Unde ſi dominus directus vellet alibi, quam ubi bona 19
emphiteutica ſita ſunt, aut ubi domicilium habet, & in alterius domini territorio, juriſdictionem exercere contra emphiteutam, trahendo illum ultra dietam, debet impetrare conceſsionem territorii à domino illius loci, ut obſervat Fontanell. *dict. gloſſ.* 12. *num.* 151. Ripoll *variar. cap.* 7. *num.* 77. Ratio eſt quia jure ordinario, & virtute fori, non poteſt dominus directus ſuam exercere juriſdictionem extra ſuum domicilium, & in loco ubi bona emphiteutica ſita non ſunt, & ut juriſdictionem exerceat in alieno territorio, debet habere licentiam, beneplacitum, & conſenſum domini illius territorii, *gloſſ. in cap.* 1. *cap. ut litigantes, de offic. ordinar. in* 6. *cap. Epiſcopum* 9. *q.* 2. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſputat.* 19. *num.* 8. Barboſ. *in l.* 1. *artic.* 1. *num.* 184. & 185. *ff. de judiciis*, Cancer *var. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 236. Ripoll *variar. cap.* 1. *num.* 174. Barboſ. *ad text. in dict. cap. ut litigantes, num.* 3. *de offic. ordinar. in* 6. Peguer. *deciſ.* 12. Fermoſin. *ad text. in cap. poſtulaſti,* 14. *de for. competent. q.* 3. D. Creſpi *obſervat.* 15. *num.* 38.

Ex traditis infero, quod locus ad quem 20
emphiteuta citari debet ad capibreviandum, debet eſſe ille in quo dominus directus voluerit, dummodo ſit ubi res, de cujus controverſia agitur, ſita ſit, vel ubi domicilium habent actor, aut reus, D. Matheu *dict. cap.* 6. §. 3. *n.* 17. Quod ſi locus rei ſitæ, aut domi-

cilii

cilii domini directi valdè diſtet à loco ubi domicilium habuerit emphiteuta, non poterit citari ad hoc ut compareat in loco rei emphiteuticæ, vel in loco domicilii domini directi, ſed tenetur dominus directus judicem delegatum nominare in alio loco propinquiori, & ad quem locum poſsit emphiteuta compelli ire ad capibreviandum, declaravit Senatus ſententia per Berbegal, *die 26. Aprilis* 1629. inter Syndicum oppidi de Quart, & Don Ludovicum Ferrer. Admiſſum enim in-
21 ter omnes DD. reperitur, quod emphiteuta nequeat ultra unam dietam trahi ad capibreviandum, computandam à domo, & domicilio emphiteutæ, *for. 8. rubr. de feudis*, Solſona *in ſtyllo capibreviandi, poſt formam territorii, num. 1. pag.* 15. Socarrat *in conſuetud. Cataloniæ, cap. ſi aliquis habet, num.* 59. *cum ſequent. pag.* 462. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 11. *num.* 28. & *gloſſ.* 12. *num.* 150. Ripoll. *variar. dict. cap.* 7. *n.* 78. Dom. Matheu *de regim. cap.* 6. §. 3. *num.* 17. & 18. Ita judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 24. *Maii* 1619. inter Syndicum Villæ de Borriana, & alios. Quod admiſſum, & ſtatutum extat, ad ſimilitudinem impetrantis commiſsionem judici delegato, ut de aliqua cognoſcat cauſa, nam non eſt impetranda, niſi ea lege, ut ultra dietam unam non poſsit trahi reus ad litigandum à loco ubi fuerit domiciliatus, *cap. ſtatutum*, §. *cum vero, de reſcriptis, in 6.* ubi Barboſ. *num. 1. cum ſequent.* Fermoſin. *ad text. in cap. ex parte* 15. *de foro competent. quæſt.* 18. *num.* 4. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. non nulli, de reſcript. num.* 8. Felician. de Oliva *de foro Eccleſ. part.* 3. *cap.* 17. *num.* 38. & *cap.* 18. *num.* 14. Fagnan. *ad text. in dict. cap. non nulli, num.* 15. Solum in hoc caſu non eſt computanda dieta à domicilio rei, & Civitate, aut Villa ubi commoratur, ſed à finibus Diœceſis, *cap. non nulli, de reſcriptis, cap. ſtatutum*, §. *cum vero, verſ. nullus, de reſcriptis, in 6.* Abas *in dict. cap. non nulli, num.* 2. & Joannes Andreas *num.* 8. Barboſ. *ad text. in cap. dilectus* 29. *de reſcriptis, num.* 2. Hieronym. Fernand. de Otero *Roman. lucubrat. diſput.* 33. *à n.* 7. Eſcobar *de juriſdict. Pontific. cap.* 28. *num.* 28. Fermoſin. *ad text. in cap. 3. de for. competent. quæſt.* 10. *num.* 2. Gonzalez Tellez *ad dict. text. in cap. non nulli, num.* 5. Felician. de Oliva *de for. Eccleſ. part.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 38. Fagnan. *ad text. in dict. cap. non nulli, num.* 6. Dicitur una dieta, locus diſtans taliter, quod una die poſsit emphiteuta à domo ſua uſque ad locum judicii ire, & reddire poſt capibreviationem à loco judicii ad domicilium ſuum, *dict. for. 8. rubr. de feud.* ibi: *Deulos donar en lloch hon puſquen aquell dia tornar à ſon alberch.* docent Solſona, & Socarrat *ubi ſupra.* Fontanell. *dict. gloſſ.* 11. *num.* 28. Ripoll *dict. cap.* 7. *numer.* 78. Dom. Matheu *dict.* §. 3. *num.* 17. Et quod hæc vox dieta ſumatur pro itinere unius diei, quod nos dicimus *Jornada* notant Sebaſtian Covarrub. *in theſaur. verb. dieta.* Barboſ. *in paſtoral. part.* 2. *allegat.* 28. Zerda *in adverſar. ſacris, cap.* 156. *num.* 9. Fermoſin. *ad text. in cap. ex parte* 15. *de for. competent. quæſt.* 18. *n.* 8. Gonzalez Tellez *ad text. in cap. non nulli* 28. *de reſcript. num.* 4. Quæ autem diſtantia loci faciat 22
unam dietam, non eſt facile reſolvere, de jure enim conſtituuntur viginti milia paſuum pro qualibet dieta, *l. 1. ff. ſi quis cautionibus, l. ſcire 13. §. aliud, ff. de excuſat. tutor. leg. 2. §. ſi præſes, ff. quis ordo in bonor. poſſeſsion. l. 3. ff. de verbor. ſignificat.* Bovadill. *lib. 4. politic. cap. 5. num.* 53. Barboſ. *in dict. cap.* 28. *à num.* 9. & *num.* 23. *de reſcript.* Pancirol. *variar. lib. 1. cap.* 56. Phebus *deciſ.* 138. *part.* 2. *à num.* 4. Salgad. *de protect. Regia, part. 1. cap. 2. §. 5. num.* 43. Felician. de Oliva *de foro Eccleſ. part. 3. quæſt. 17. n.* 39. More Romanorum itinera dinumerabantur per miliaria paſſuum, vulgo *millas*, ut probatur, *ex l. omnia, §. initio, 4. ff. de offic. præfect. urbis, l. propter 21. §. nec tertio, l. planè 41. ff. de excuſat. tutor*, Lipſius *de magiſtrat. Roman. lib. 3. cap.* 10. Pancirol. *lib. 1. variar. cap.* 43. Parlador. *lib. 1. rerum quotidianar. cap.* 19. Oſvald. ad Donel. *lib. 3. commentarior. cap.* 9. Fermoſin. *ad text. in cap. ex parte* 15. *de for. competent. q.* 18. *num.* 8. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap. non nulli, de reſcriptis, num.* 4. Fagnan. *ad eundem text. num.* 16.

Sed quia more noſtro, itinera dinumeran- 23
tur per leucas, & inter DD. non eſt in comperto quibus miliaribus hujuſmodi componantur leucæ, nam aliqui docent conſtare mille, & quingentis paſsibus, Covarrub. *variar. lib. 2. cap. 5. num. final.* Cujacius *in cap. ex part. de Capellis Monachor. num.* 15. Alteſera *lib. 2. rerum, cap.* 15. Alii duobus miliaribus componi leucam voluerunt Joan. Andreas, Abas, Socinus, & aliii *in dict. cap. ex parte*, Rebuf. & Cepola *in d. l. 3. ff. de verbor. ſignificat.* & denique multi communiter docent tribus miliaribus conſtare leucam, *l. 3. tit. 16. part. 2. l. 25. tit. 26. ead. partit.* Fermoſin. *ad text. in dict. cap. ex parte* 15. *de for. competent. quæſt.* 18. *num.* 10. Eſcobar. *comput.* 12. Bovadilla *in ſua politic. lib. 4. cap. 5. à n.* 53. Hermoſilla *l. 24. gloſſ. 2. num. 44. tit. 5. part.* 5. Gonzalez Tellez *ubi proxim.* Paſſus vero quinque pedum menſura, unius anterioris, & alterius poſterioris, & tribus intermediis, *gloſſ. in l. 3. ff. de verbor. ſignificat.* & *in cap. ſicut* 17. *quæſt.* 4. Fermoſin. *dict. quæſt.* 18. *num.* 11. pedes verò quindecim digitis, *gloſſ. in cap. antiquitus* 17. *quæſt.* 4. DD. *in l. 1. ff. ſi quis cautionib.* Parlador. *dict. lib. 2. rerum*

quo-



*quotidianar. cap.* 19. *num.* 8. Menoch. *de arbitrar. caſu* 206. *num.* 2. Cevall. *de cognitione per viam violent. part. 2. queſt.* 20. *ex num.* 39. Fermoſin. *dict. queſt.* 18. *numer.* 12. & 13. communiter receptum eſt, quod diete computentur juxta conſuetudinem regionis, & componantur, non ex leucis civilibus, ſed vulgaribus, & non computentur ſicut de jure civili, ſed ſicut ex conſuetudine ſolent computari, *cap. præſenti*, §. *loca, cap. ſtatutum, §. cum autem, de reſcriptis in 6. leg.* 18. *tit. 7. lib. 1. necopilat.* Cevall. *queſt.* 897. Menoch. *de arbitrar. caſu* 206. Bovadill. *lib. 4. politic. cap. 19. num.* 37. Fermoſin. *ad text. in cap. non nulli, de reſcriptis, num.* 4. & *ad text. in cap. ex parte* 15. *de foro competent. quæſt.* 18. *num.* 9. Gonzalez Tellez *ubi proxim.* Fagnan. *ad text. in cap. nulli, de reſcriptis, num.* 17. Qua de cauſa, & ſi quando tractatur de itinere peragendo, octo proficiſcenti concedantur leucæ in ſingulos dies, Parlador. *lib. 2. rerum quotidianar. cap. 19. n.* 12. Eſcobar *de ratiocin. comput.* 12. *num.* 11. Gonzal. Tellez *ubi proxim. num. 5. in fin.* Apud nos in-
24 troductum habet conſuetudo, quod emphyteuta non trahatur ad capibreviandum ultra tres leucas, nam ab ortu ſolis uſque ad meridiem, tres leucas commodè poterit cōmeare, & poſt meridiem uſque ad ſolis ocaſum, aliàs tres leucas poterit etiam commodè remeare, ut ad domum redeat, non enim à jure deviat componere itinerationem unius diei ex ſex leucis, aut circiter ſeptem, *gloſſ. in cap. non nulli, de reſcriptis*, Fermoſin. *ad text. in dict. cap. ex parte* 15. *quæſt.* 18. *num.* 8. Poterit do-
25 minus directus trahere emphyteutam ad capibreviandum ultra unam dietam, dummodò ei ſolvat *conductum* ideſt expenſas neceſſarias, quas emphyteuta faciet eundo, & redeũdo, & conducendo Advocatum, & procuratorem, ita probatur, *ex dict. for. 8. rubr. de feudis*, ibi: *Deulos donar en lloch hon puſquen aquell dia tornar à ſon alberch. E ſi no fabia deulos fer ſos obs, ſegons que es contengut en los caſos de el uſatje de Barcelona.* Ita reperitur cautum in Regno Cathaloniæ in *uſatico placitare, rubr. de juriſdict. in 1. vol. conſtitut.* ibi: *Ita ut ſi ad ſua, ipſa dies reverti non poſsit donet ſibi conductum.* Docent Fontanell. *dict. clauſ. 4. gloſſ.* 11. *num.* 28. & *gloſſ.* 12. *n.* 153. Ripoll *variar. cap. 7. num.* 79. Dom. Matheu *d. cap. 6. §. 3. n.* 19.

La Practica de citar à cabrevar, y pagar 26
„cenſos en el preſente Reyno ſe reduce, „à que el Señor directo, ò ſu Procurador haze inſtancia ante el Juez delegado, para que „ſe cite à cabrevar para el dia ſubſiguiente „al emphyteuta para T. hora, y para la caſa „de el Juez delegado, y ſi el emphyteuta „vive en la miſma Ciudad, Villa, ò Lugar en „donde ſe haze la citacion, no es neceſſario „deſpachar cedula firmada del delegado para la citacion, ſino es que el Portero verbalmente haga la citacion, bien es verdad „que ſe puede en eſte caſo tambien deſpachar cedula firmada, que vulgarmente dezimos *Albaranets*, pero ſi el emphyteuta viviere fuera el Lugar, Villa, ò Ciudad, ſe „acoſtumbran deſpachar dichas cedulas firmadas, advirtiendo que ſi el emphyteuta „viviere en territorio de otra juriſdiccion, „podrà el Portero notificarle eſtas cedulas „ſin neceſsidad de deſpachar letras ſubſidiarias al Ordinario de el Lugar de aquella juriſdiccion, como lo notan Solſona *in ſtyllo* „*capibreviandi, fol.* 17. Ripoll *variar. cap.* 3. „*num.* 380. aunque en otras materias ſiempre para citar en ageno territorio ſon neceſſarias dichas letras ſubſidiarias, *leg. 1. §.* „*Preſides, ff. de requirendis reis, leg. 1. §. hec* „*autem literæ, ff. de ſervis fugitivis, leg. final.* „*verſ. tribuni, Cod. de his qui latrones*, Carleval. *de judiciis, tom. 1. tit. 1. diſput. 2. n.* 21. „Ripoll *variar. dict. cap. 3. num.* 77. & 78. „Scacc. *de judiciis, lib. 1. cap. 40. num.* 6. „Cortiad. *tom. 1. deciſ. 27. num.* 75. el Señor „Matheu *de regim. cap. 10. §. 1. n.* 42. Acoſtumbranſe hazer tres citationes con eſtas „cedulas, dirigiendo la primera en eſta conformidad.

De manament, y proviſiò del Magnifich F. T. Dotor en caſcun dret Jutge delegat en totes les cauſes emphiteuticals de F.T. Clergue Beneficiat en T. Parroquia del Benifet inſtituhit, è fundat ſots T. invocaciò, inſtant, y requirent lo dit F. T. en dit nom de Beneficiat Providet, que ſia manat à S. T. que pera dema de 10. à 11. hores del mati vinga à cabrevar, y pagar cenſos à caſa el dit Jutge delegat, que la tè en la Parroquia de T. carrer de T.

Vidit F. T. Judex delegatus.

Muchas vezes ſe deſpacha eſta cedula con „la calidad de que dexandola en la caſa del „emphyteuta ſuceda en lugar de intima, y „eſto ſe acoſtumbra hazer quando el emphyteuta vive fuera la Ciudad, Villa, ò Lugar, „y para eſte caſo la cedula deve deſpacharſe „en eſta forma.

De manament, y proviſiò de F. T. Jutge delegat en totes les cauſes emphiteuticals de S. T. inſtant, y requirent lo dit S. T. Providet, que ſia manat à F. T. que pera demà de nou à deu hores del mati, vinga à cabrevar, y pagar cenſos à la caſa del dit Jutge delegat, que la tè en la Plaza de la Seu, y ſi perſonalment no ſerà trobat, ſia afix lo preſent à les portes de la caſa de aquell, & ſuccedat loco intimæ perſonalis.

Vidit F. T. Judex delegatus.

27 Hac cedula intimata per aliquem ex Apparitoribus Curiæ Juſtitiæ, aut Gerentis Vices Generalis Gubernatoris, qui in dictis Curiis præſtitum habent juramentum, & facta ab illo relatione in poſſe Scribæ judicis delegati de citatione facta, ſi hora aſsignata, emphyteuta non compareat, debet accuſari cõtumacia ab actore, pulſata hora, quia non ſufficit quod citatus non compareat, ut dicatur contumax, ſed requiritur quod accuſetur contumacia, *l. 69. ff. de judiciis, l. properandum, §. & ſiquidem, Cod. de judiciis*, ibi: *Parte actoris abſentiam incuſante*. Barthol. *in leg. 2. col. final. ff. ſi quis in jus vocatus*, Alexand. *conſ.* 100. *n.* 5. & 6. *lib.* 5. Caſtrenſ. *in dict. l. properandum, §. & ſiquidem*, *n.* 3. & ibi Jaſon *n.* 7. Marſil. *in leg. de uno quoque*, *n.* 147. *ff. de re judic.* Cravet. *conſ.* 254. *n.* 2. *lib.* 2. Azin. *in prax.* §. 17. *cap.* 3. *caſu* 11. *n.* 3. Maranta *in ſuo ſpecul. part.* 6. *membr.* 2. *n.* 1. & 15. Paz *in prax. part.* 1. *tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 6. *cum ſequentib.* Gravat. *ad veſtr. in prax. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 17. Rebuf. *tom.* 3. *ad ll. Gallię, tit. de contumacia, artic.* 3. *gloſſ. unic. n.* 1. & 23. Gaylus *obſervat.* 55. *n.* 7. Azeved. *in l.* 5. *n.* 2. *tit.* 3. *lib.* 4. *novæ recopilat.* Cacheran. *deciſ.* 3. *n.* 2. & 4. Theſaur. *deciſ.* 19. Borel. *in ſumma deciſion. tom.* 1. *tit.* 46. *n.* 170. Gutierr. *practicar. lib.* 1. *quæſt.* 47. *n.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 449. *n.* 8. *cum ſequentib.* Barboſ. *in l. ad peremptorium, ff. de judiciis*, *n.* 149. Thoming. *deciſ.* 24. *n.* 10. & 11. Farinac. *fragment. criminal. verb. contumacia*, *n.* 20. Galter. *in practic. criminal.* 3. *part. principal. rubr.* 3. *n.* 2. & 3. Scacc. *de judiciis*, *lib.* 1. *cap.* 91. *n.* 15. Fontanell. *tom.* 1. *deciſ.* 274. *n.* 23. Vultejus *de judiciis*, *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 145. Barboſ. *ad text. in dict. leg. properandum, Cod. de judiciis*, *n.* 28. Berlic. *practicar. part.* 1. *concluſ.* 17. *n.* 22. & 23. Fermoſin. *ad rubr. tit. de dolo, & contumacia, quæſt.* 2. *n.* 15. D. Matheu *de regim. cap.* 8. §. 7. *n.* 11. 12. & 13. Admiſſa à judice delegato contumacia, interloquitur, quod fiat ſecunda citatio, nam non comparente reo tempore ſtatuto in primo edicto citatorio, expeditur de jure ſecundum citatorium edictum, juxta text. *in l. ad peremptorium 68. ff. de judiciis.*

No compareciendo el emphyteuta à eſta primera citacion, ſe le acuſa la contumacia, y ſe deſpacha ſegunda citacion ſin cedula, ſi eſtuviere en el Lugar, ò tambien con ella, y ſi viviere fuera, deſpachando cedula ſegun la primera, firmada tambien por el delegado en eſta forma.

De manament, y proviſiò del M.F.T. Dotor en caſcun dret, Jutge delegat en totes les cauſes emphyteuticals de S.T. inſtant, y requirent lo dit S. T. intimau, y manau à S. T. per ſegona citaciò, que pera demà de 10. à 11. hores del mati vinga à cabrevar, y pagar cenſos à caſa del dit Jutge delegat, que la tè en T. Parroquia, en lo carrer de T.

Vidit F. T. Judex delegatus.

Intimado eſte ſegundo precepto, ſi no compareciere el emphiteuta à la hora ſeñalada, ſe le acuſa la contumacia, y ſe provèe que ſe depache tercera citacion ſub pœna commiſsi, y en eſte caſo deve continuar el Eſcrivano la acuſacion de la contumacia, como tambien en todos los demàs, pero con eſpecialidad la contumacia de eſta ſegunda citacion deve continuarſe en eſta forma.

Die XV. Maii M.DC.LXXXVIII. Lo M.F.T. Dotor en drets, Jutge delegat en totes les cauſes emphyteuticals de S. T. inſtant, y requirent lo dit F. T. pulſata hora undecima, ante meridiem, admiſſa contumacia contra S. T. del ſegon manament de que vinga à cabrevar, y pagar cenſos Providet, quod fiat tertia citatio ſub pœna commiſsi pera demà de 10. à 11. hores del mati à la caſa del dit Jutge delegat, que la tè en T. Parroquia en lo carrer de T. à cabrevar, y pagar cenſos, *Recepit F. T. Notarius, & Scriba.*

En



En execucion de eſta Proviſion, ſe deſpacha la tercera citacion à cabrevar ſub pœna commiſsi, intimandola, ò ſin cedula en los caſos yà notados, ò con cedula quando es preciſo, deſpachandola en eſta forma.

De manament, y proviſiò del M. F. T. Jutge delegat en totes les cauſes emphyteuticals de S.T. inſtant, y requirent lo dit S.T. intimau, notificau, y manau à F. T. que vinga à cabrevar, y pagar cenſos per tercera citaciò ſegons furs, ab pena de commis, pera demà de 10. à 11. hores del mati, à la caſa del dit M. Jutge delegat, que la tè en T. Parroquia en lo carrer de T.

Vidit F. T. Judex delegatus.

29 Emphyteuta non comparente hora aſsignata in hac tertia citatione, accuſatur contumacia, poteſt proponi inſtantia commiſsi, ſed ut legitimè virtute harum citationum poſsit ad commiſſum procedi, neceſſarium judico, quod hujuſmodi citationes, aut ſaltim una ex illis, perſonaliter intimentur ipſi emphyteutę, nã nõ ſufficiet quod illius procuratori notificẽtur, nàm cũ ſint præcepta pœnalia, & fiant ſub pœnis incidẽdi in commiſſum, nõ ſufficiet quod procuratoribus fiant, quia juxta juris regulas, ut domini incidant in pœnam, non ſufficit quod mandata pœnalia procuratoribus notificentur, ſed neceſſarium eſt, quod ipſis principalibus dominis intimentur, cum procurator non poſsit facere incidere dominum in pœnam, *l. creditor, §. Lucius, ff. mandati, l. ſi procurator*, & ibi Gloſſ. & DD. *ff. de condict. indebiti, clement. non poteſt, de procuratorib.* Lancelot. *de attentat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 12. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 112. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 6. Pereyra *de emptione, cap.* 15. *num.* 12. Barboſ. *clauſ.* 35. *num.* 43. Sebaſtian. Medic. *deciſ. Marchiæ* 29. *num.* 11. Cyriac. *controverſ.* 239. & 327. *num.* 11. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 10. *num.* 16. Pareja *de inſtrument. edit. tit.* 3. *reſolut.* 3. *num.* 51. Bich. *deciſ.* 195. *num.* 6. & 7. Pereyra *de revitione, cap.* 11. *num.* 3. D. Matheu *de regim. cap.* 7. §. 1. *num.* 224. & *cap.* 13. §. 3. *num.* 21. Michalor. *de poſsiſsionib. cap.* 65. *num.* 8. Cardinal. de Luca *de credito, diſcurſ.* 57. *num.* 4. Caſtejon *in alphabet. verb. procurator. num.* 8. Et quod procurator non poſsit facere incidere dominium in pęnã, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 8. *Octobris* 1630. inter Valerianum Boil, & Don Joannem Villarraſa, & alia per Ferrera, *die* 31. *Octobris* 1667. in favorem Domnæ Annæ Salvador, & de Salafranca, & contra Domnam Mariam Salvador, & de Eſcorcia. Quod ſatis confirmatur ex eo, quod deficiente debitore in bonis mobilibus pro cenſus pẽſionibus, à cujus domo curia in albis remeavit, præceptum pœnale debitori directum ad hoc ut faciat valere, & tenere penſiones cenſus infra decem ſub luitionis proprietatis cenſus pœna, debet intimari ipſi debitori perſonaliter, & ſi de facto procuratori intimetur, nullos poterit operari effectus contra dominum ut incidat in luitionis pœnam, ut Senatus judicavit ſententia per Saboya, *die* 12. *Junii* 1674. inter Mariam Joſepham Cordova, & de Ferrera, & Syndicum Eccleſiæ Parochialis Divi Andreæ noſtræ Urbis, & Divi Valerii Loci de Ruſafa. Idem fuit deciſum in S. S. A. C. ſententia per Ludovicum Boer R. M. S. *die* 22. *Maii* 1675. inter Domnam Michaelam Oñate, & Petrum Quevedo Civem.

Solent prædictæ tres citationes ad capibreviandum in noſtra praxi etiam fieri unico cartello, peremptoriè, una ſcilicet pro tribus, & eoſdem operabitur effectus, quia juxta juris regulas, tres citationes, aut tria illa edicta, quæ ad ſimilitudinem noſtrarum citationum reo notificari debent, ut ſit verè cõtumax, poſſunt illi notificari unico ſolo edicto pro tribus, cujus ope efficitur reus verè contumax, & poteſt cõtra eum procedi eodem modo, ac ſi tribus illis edictis, & citationibus ad judicium vocatus eſſet, *leg. ad peremptorium 68. ff. de judiciis, leg. contumacia 53. §. 1. ff. de re judicata, l. 2. §. Senatus, l. Arrianus, §. ultim. ff. de jure fiſci, l. divus 7. ff. de in integr. reſtit. l. ex conſenſu 23. §. ultim. ff. de appellationib. l. 3. Cod. quomodo, & quando judex, cap. quoniam frequenter, §. porro, ut lite non conteſtata*, Barthol. *in l. 15. §. Julianus 16. ff. de damno infecto, num.* 27. Alexand. *in l. de uno quoque, ff. de re judic.* Roland. à Valle *conſ.* 47. *num.* 23. *lib.* 2. Cujacius *lib.* 29. *obſervat. cap.* 11. Vultejus *diſceptat. cap.* 1. Paz *in prax. tom.* 2. *cap. unic.* Scac. *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 14. Fermoſin. *ad rubr. tit. de dolo, & contumacia, num.* 6. Arnold. Corvin. *in ſum. Cod. lib.* 7. *tit.* 72. *verſ. ex parte rei*, Gonzal. Tellez *ad text. in cap. tuæ 3. ut lite non conteſtata*, *num.* 2. Felician. de Oliva *de foro Eccleſ. part.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 2. *cum ſequent.* 30

31 Etiam vidi practicatum in Regno, & ſignanter in capitulo Sedis noſtræ Valentinæ, quod factis tribus citationibus, aliæ tres fiunt citationes ad capibreviandum, quibus per mandatum ſimplex, pœnale, & ſub pęna commiſsi, jubetur emphyteutæ, quod ad capibreviandum compareat, poſtquam jam tribus

præceptis citatus fuit ad capibreviandum. Sed hæc praxis nunquam mihi placuit, quia deviat à juris regulis, tam civilis, quàm municipalis, juxta quas, non eſt neceſsè, ut procedi poſsit contra reum uti contumacem, quod citetur ſex citationibus, ſed ſolum requiritur quod tribus edictis, & citationibus diverſis citetur, quibus factis, poterit legitimè procedi contra emphyteutam, & quemlibet citatum, uti verum contumacem, *l. contumacia*, 53. §. 1. *ff. de re judicata*, ibi: *contumax eſt qui tribus edictis propoſitis*, *l. conſentaneum* 8. *Cod. quomodo, & quando judex*, ibi: *Et adverſario tuo ternis litteris*, *authent. qui ſemel, Cod. eod.* ibi: *tribus edictis citetur*, *l. ex conſenſu*, §. *ultim. ff. de appellat. l.* 2. §. *Senatus*, *l. Arrianus*, §. *ultim. ff. de jure fiſci*, *l. ad peremptorium* 68. *ff. de judiciis*, *leg. divus* 7. *ff. de in integr. reſtitut. l.* 3. *C. quomodo, & quando*, Paul. *lib.* 5. *ſententiar. tit.* 5. *verſ. trinis literis, cap. quoniam frequenter, §. porrò, ut lite non conteſtata, cap. nullus, cap. nemo* 11. *quæſt.* 3. *for.* 15. *rubr. de appellat.* ibi: *E aquell es dit abſent per contumacia, qui tres vegades fò citat per la Cort no volch venir.* Ita docent Barthol. *in l.* 15. §. *Julianus* 16. *ff. de damno infecto, num.* 17. Speculat. *de ſecundo decreto*, §. *nunc dicamus, num.* 1. Alexand. *in l. de uno quoque, ff. de re judicata*, Veſtrius *in practic. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 22. Roland. à Valle *conſ.* 47. *num.* 23. *lib.* 2. Paz *in prax.* 2. *tom. cap. unic.* Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *ordinam.* Cujacius *obſervat. lib.* 29. *cap.* 11. Vultejus *diſceptat. cap.* 2. Scacc. *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 14. Fermoſin. *ad rubr. tit. de dolo, & contumacia, num.* 6. Arnold. Corvin. *in ſum. Cod. lib.* 7. *tit.* 72. *verſ. ex parte rei*, Gonzal. Tellez *ad text. in cap. tuę* 3. *ut lite non conteſtata, num.* 2. Felician. de Oliva *de for. Eccleſ. part.* 3. *cap.* 26. *n.* 1. *cum ſequent.*

32 Si emphyteuta compareat hora contenta in aliqua ex his citationibus, etiam ſi contumax fuerit, auditur, purgando moram, & refectis expenſis antea factis, quia regulariter contumax non aliter auditur, quam refectis prius, & ſolutis expenſis, *l. ſanccimus, l. properandum*, §. *ſin autem* 6. *de judiciis, l. ſi pupillus* 17. §. 1. *ff. de privileg. creditor. authent. qui ſemel, Cod. quomodo, & quando judex, l.* 3. *Cod de his qui accuſare poſſunt, l. cum* 79. *ff. de judiciis, cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis, ut lite non conteſtata, cap. paſtoralis*, §. *præterea, de offic. ordinar. cap. venerabilis*, §. *porrò, de ſententia excommunionis in* 6. *cap.* 1. *de dolo, & contumacia in* 6. *for.* 22. *rubr. de ſententiis*, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *caſu* 36. Neguzan. *de pignorib.* 3. *part. membr.* 3. Gilchen. *in dict. l. properandum*, §. *ſin autem*, Caravita *ritu* 205. *num.* 5. Scacc. *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 69. Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 69. & *conſ.* 85. *num.* 47. Oſaſc. *deciſ.* 9. *num.* 1. Carleval. *de judiciis, tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quęſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 902. & *tom.* 2. *tit.* 2. *diſput.* 2. *num.* 14. Velaſc. *de privileg. pauperum, part.* 2. *quæſt.* 65. §. 1. *num.* 131. Baptiſt. Ventriglia *in ſua praxi, adnotat.* 22. §. 1. *tit. de expenſis à contumace debitis, num.* 18. Tondut. *de pręventione judicial. tom.* 2. *cap.* 40. *num.* 8. 9. & 14. Queſad. & Pilo *diſſertat.* 15. *num.* 21. & 22. Fermoſin. *ad rubr. tit. de dolo, & contumacia, quęſt.* 2. *num.* 11. & *ad text. in cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, quæſtion.* 10. Baron. *de effectib. minor. ætat. effect.* 32. *per tot.* Cardinal. de Luca *de judicis, diſcurſ.* 10. *num.* 14. Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap. tuæ* 3. *ut lite non conteſtata, num.* 26. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 16. *num.* 43. Carol. Anton. de Luca *in prax. cap.* 25. *num.* 12. Et ſi judex omiſerit compellere contumacem ad ſolutionem expenſarum, tenetur illas de proprio ſolvere, *l. properandum, l. ſanccimus, Cod. de judiciis, dict. for.* 22. *rubr. de ſententis*, ibi: *la Cort, del ſeu propri ſia tengut de pagar aquelles deſpeſes.* Docent Lancelot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 31. *n.* 108. Paz *in prax. part.* 1. *tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. Borel. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 46. *num.* 54. Barboſ. *ad text. in l. eum qui temerè, num.* 170. *ff. de judiciis*, Veſtrius *in praxi lib.* 4. *cap.* 4. *de dolo, & contumacia, num.* 9. Barboſ. *ad text. in dict. l. properandum, num.* 50. & *ad text. in dict. l. ſanccimus, num.* 1. Si emphy-
teuta aliquam petit dilationem ad perquiren- 33
da inſtrumēta, ut juſtis titulis coacervatis, admitti valeat ad capibreviandum, libenter concedi ei ſolet hujuſmodi dilatio, & termini citationum prorrogantur. Si vero cum inſtrumentis veniat, à judice delegato recognoſcuntur, & ſi legitimè facta appareant, admittitur emphyteuta ad capibreviandum, qui medio juramento confitetur ſe detinere prędium
ſubjugatum dominio directo illius domini di- 34
recti ad cenſum tot ſolidorum, factaque recognitione iſta, judex delegatus condemnat emphyteutam ad recognoſcēdum dominium illud directum, & ad ſolvendum quotannis cenſum, ſalvis juribus domini directi, de quibus conficitur publicum inſtrumentum, quod apud nos capibrevium appellatur, vulgò *Cabreo*.

Si verò emphyteuta non habeat omnia ne- 35
ceſſaria inſtrumenta, quibus legitimè probetur ſibi prædium emphyteuticum pertinuiſſe cum approbatione directi domini, tūc poterit ab emphyteuſi privari, niſi ſe paratum oſtendat ad jurandum non habere titulos, nec minus feciſſe quin haberet, nam hoc facto, ſi probet per ſpatium quadraginta annorum canones ſolviſſe, non erit emphyteuſi privandus, quia ex tali annua præſtatione præſumitur ti-

tu-



tulum præceſsiſſe, Barthol. & alii *in l. competit. Cod. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annor.* Jaſon *in l.* 2. *num.* 60. *Cod. de jure emphyteut.* Gama *deciſ.* 127. Ripoll. *variar. cap.* 7. *num.* 342. & 343. Sed quod frequentius in noſtra praxi fit, quando emphyteuta caret titulis, eſt inſtrumentum præcarii, dictum apud nos *Acte en defecte de actes*; emphyteuta enim qui amiſ-
36 ſit titulos, aut illos non habet ad capibreviandum, jurat non habere titulos, & ipſe dominus directus, ſi ei placet, nàm ſemper placere ſolet, præmaximè ſi ei aliqua quantitas detur pro conceſsione iſta, firmat, & facit hujuſmodi præcarii inſtrumētum emphyteutæ, narrādo in illo, quod per amiſsionem titulorum novum concedit præcarium exprimendo, & deſignando emphyteuſim per ſuos confines, & quid erat ſolitum præſtari ſingulis annis, juxta doctrinam Bartholi *in l. ſi certis annis, in fin. Cod. de pactis*, docet Ripoll *variar. dict. cap.* 7. *num.* 440. Qua propter debet continere inſtrumentum iſtud, acceptatio ex parte emphyteutæ, Solſona *in ſtylio capibreviandi, foleo* 65. *pag.* 2. Ripoll *dict. cap.* 7. *num.* 441.

Obſerva tamen quod dominus directus,
37 non habet jus, neque poterit toties quoties voluerit facere capibreviare ſuum emphyteutam, quia ſolum ſemel poterit compellere quemlibet novum adquiſitorem, ut ſuis expenſis capibreviet, Ripoll *variar. cap.* 7. *num.* 135. Sed expenſis ipſius domini, poterit dominus toties quoties voluerit facere capibreviare emphyteutam, ex regula quod quis debet facere, quod alteri prodeſt, & ſibi nō nocet, *l. ſi creditor, ff. de evictIon.* Et hæc ſententia probatur *ex authentic. de non alienand. rebus Eccleſ. §. emptoribus, gloſſ. in authent. ſi quas ruinas, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Guido Pap. *deciſ.* 417. *per tot.* ubi addentes Solſona *in ſtyllo capibreviandi, fol.* 6. Ripoll *dict. cap.* 7. *num.* 135. In Regno judico, quod do-
38 minus directus cōpellere poterit emphyteutam ad capibreviandum expenſis domini, prout fieri ſolet, ſemper & quando dominus voluerit, ex regulis ſupradictis, & pręcipuè de quadriēnio in quadriennium, cū per ceſſationem ſolutionis canonum per hoc temporis ſpatium, incurratur caducitas in Regno, ut cito dicam. Expenſis verò emphyteutæ poterit capibrevium fieri de decennio in decēniū, nam ad capibreviandum poteſt cogi in Regno intra hoc tempus, ut reſpectu cenſualium diſpoſitum extat, *in for.* 205. *fol.* 78. *curiar. anni* 1645. & beneficiati adminiſtratores Eccleſiarum, & aliæ communitates Eccleſiaſticæ, tenentur de decennio in decennium facere capibreviare in Regno ſub pœnis decem librarum, & aliis ad arbitrium, juxta diſpoſita in Sinodo Diœceſſana celebrata ſub Illuſtriſsimo Domino Archiepiſcopo Aliaga *cap.* 46. & ſub Excellentiſsimo Domino Archiepiſcopo Urbina *tit.* 20. *de rebus Eccleſ. alienand. vel non, conſtitut.* 8. *fol.* 179.

Quando emphyteuta citatus ad capibre-
viandum intendit, non poſsidere emphyteu- 39
ticam rem, aut quod dominus directus non habet ſatis probatum dominium directum, recurſum emittere debet ad Senatum, vel ad gerentem Vices Generalis Gubernatoris à citationibus factis, ubi cognoſci debet an habuerit dominium directum in illa re, nam cum jam non tractetur de re cenſita, ut cenſita, ſed ſolum diſputetur an res fuerit allodialis, vel emphyteutica, de hoc dubio, non debet cognoſcere Judex delegatus, neque ad id habet juriſdictionem, ſed debent cognoſcere Judices ordinarii, & Regii, *for.* 19. *in fin. rubr. de jure emphyt.* Milanenſ. *deciſ.* 6. *per tot.* Marius Muta *deciſ.* 70. *num.* 19. D. Leon *deciſ.* 77. *num.* 13. Ripoll *variar. cap.* 3. *num.* 208. Don Petrus Sanz *in ſuis obſervationib. lit. E. obſervat.* 18. D. Matheu *de regim. cap.* 6. §. 3. *num.* 20. *cum ſequent.* Et ita Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 30. *Auguſti* 1621. inter Joannem Font, & Sanctium de Eſcobedo Clericum, & alia per Caſes, *die* 15. *Decembris* 1634. inter curatorem filiorum, & hæredum Joannis Fayes, & Ferdinandum Rois.

Si el citado à cabrevar no poſſeyere coſa
„ cenſida al que le cita, ò ſi entendieſſe que 40
„ no puede provar ſu dominio el Señor directo, recurre à la Real Audiencia, ò à la Corte de la Governacion de las citaciones à cabrevar, narrando en el libello del recurſo, como ha ſido citado, y que no poſſehe coſa cenſida con los proteſtos de no entender negar la Señoria directa, caſo en que ſe probare, y inhibiendoſe el Juez delegado, ſe conoce, y decide en el Tribunal Real, ſi el Señor directo tiene ſeñoria directa en predio alguno de los que poſſehe el citado, para lo qual ſe deve formar el libello del recurſo en eſta forma.

IHS. F. T. Propoſant com millor pot diu, que à inſtancia de S. T. Clerge, en cert nom de beneficiat, ha eſtat citat à cabrebar, y pagar cenſos, de proviſiò de F. T. Jutge delegat en totes les cauſes emphiteuticals del dit S. T. ab la ſupoſiciò, de que lo Propoſant poſſehiria alguns bens tenguts ſots directa ſeñoria del dit beneficiat; E com lo Propoſant no entenga detenir, ni poſſehir bens alguns, tenguts ſots directa Señoria del dit S. T. ni encara conſte



de

de la nominaciò de dit Jutge delegat, y per lo conſeguent ab les dites citacions à cabrevar, ſe li hacha fet notori agravi.

Per tant,& aliàs, omni meliori modo, &c. ab proteſt, & non alitèr, de no entendre negar la ſeñoria directa, quant lay hacha, ans be de regoneixerla, ſempre, y quant conſte de aquella, y es verifique modo debito, diu, que de dites citacions à cabrevar, y de qualſevols enantaments en ſeguida de aquelles fets, ne recorre pera el preſent Tribunal de V.S.A. y requir dit recors li ſia admes, & illius ope es manc declarar, que lo Propoſant no dete, ni poſſeheix bens alguns tenguts ſots directa ſeñoria del dit Beneficiat, y que no pot ſer convengut, ni citat davant dit pretès Jutge delegat, y que mentres ſe coneix de les forzes de eſta inſtancia, ſia provehit lo remey de nihil innovetur, Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die* 15. *Maii* 1688.
*Intimetur ad dicendum, &*
*interim nihil innovetur.*
F.T. Aſſeſſor.

41 In aliquibus Villis, recurſus ille à citationibus capibreviandi, emittitur ad Curiam Juſtitiæ, & Judicis ordinarii, non ſine fundamento, nam *in foro* 19. *rubr. de jure emphyteut.* ſtabilitur, quod ſi ab emphyteuta qualitas dominii directi negetur, cognoſcatur de quæſtione in curiis Judicum ordinariorum, ibi: *E negant in totum la qualitat de la dita coſa cenſida, en lo qual cars tantum ſe puga evocar dita cauſa de ferma de dret, è coneixer de aquella los Jutges ordinaris.* Et per hũc forum tradit D. Matheu *dict. cap.* 6. §.3. *numer.*20. Quod ordinarius cognoſcit de his cauſis: cũ ergo in Regno ordinarius Judex, in qualibet Civitate, Villa, aut Loco, Juſtitia dicatur, quia per illum ordinaria exercetur juriſdictio, *for.*17. *&* 18. *rubr. de Curia, & Bajulo, privileg.* 35. *&* 72. *D. Regis Jacobi I.* D.Matheu *de regim. cap.* 4. §. 1. *num.* 3. *&* §.2. *n.* 1. *cum ſequent.* Sequitur, quod ad Juſtitiam, & Judicem ordinarium legitimè poterit recurri. Sed hæc praxis adeundi Judices ordinarios per viam recurſus, nunquam mihi ſatis
42 placuit, quia ſemper credidi eſſe contra notiſsimas juris regulas, nam recurſus ſemper interponendus eſt à graviminibus inferiorum ad ſuperiores, Giurba *conſ.* 66. Cancer *variar. part.* 3. *cap.* 18. *num.* 15. Fontanel. *deciſ.* 286. *part.*1. Delben. *de immunitat. tom.*1. *cap.* 8. *dubitat.* 47. *ſect.* 7. *num.* 6. *& tom.* 2. *cap.* 16. *dubitat.* 42. *ſect.*3. *in fin. principii,* D. Matheu *de regim. cap.* 6. §. 1. *num.*56. *&* 57. Regens Vico *ad Pragmaticas Regni Sardiniæ, lib.*1. *tit.*11. *cap.*2. *num.* 6. Cortiada *deciſ.*25. *tom.*1. *num.*17. Ergo cum judex emphyteuticarius ordinariam exerceat juriſdictionem, ut probavi *à num.*5. Et juſtitiæ etiam ſint or-
43 dinarii Judices, non habent iſti majorem juriſdictionem, & poteſtatem, quam Judices emphyteuticarii, ſed æqualem, & cum par in parem non habeat imperium, *l. nam, & Magiſtratus, ff. de receptis arbitr. leg. ille à quo,* §. *tempeſtivum, ff. ad S. C. Trebel. cap. inferior, cap. denique* 21. *diſtinct.* Infertur, quod etiam ſi à Juſtitia, & ordinario judice decernatur quod nihil innovetur à judice delegato in cauſa emphyteuſis, & quod ei inhibeatur illius cognitio, poterit emphyteuticarius judex, inhibitione non obſtante, procedere in cognitione cauſæ, ut in noſtris terminis, docent Solſona *in ſtyllo capibreviand. poſt formam præcept. in verſ. verum, num.* 2. *fol.* 25. *pag.* 2. *verſ. eſt ſciendum, & fol.*27. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.*4. *gloſſ.*12. *num.*148. Ripoll *variar. cap.* 4. *num.*208. *cum ſequent.* Ad fori 19. verba
reſponderi poteſt, quod nomine judicum 44
ordinariorum poſſunt intelligi, Gerens Vices Generalis Gubernatoris, qui etiam juriſdictionem ordinariam exercet, & eſt ordinarius, Mieres *in Curia Servariæ Regis Petri* 3. *part.* 1. *col.* 6. *de offic. Gubernatoris Cathaloniæ, n.* 8. *fol.* 167. Oliba *de jure fiſci, cap.* 4. *numer.* 37. Michael. Ferrer *part.* 1. *obſervat. cap.* 4. *num.* 2. *&* 4. *& cap.* 20. *num.* 6. Cancer *variar. part.* 3. *cap.*3. *num.* 328. Ripoll *de regaliis, cap.* 3. *num.* 139. Boſch. *dels titols de honor lib.*2. *cap.*36. §.8. *verſ. per rabo,* Bardax. *de offic. Gubernatoris, part.* 1. *quæſt.* 6. *num.*54. D. Matheu *de regim. cap.* 2. §. 3. *num.* 38. Et adhuc ordinarius ordinariorum dicitur, cum major ſit quocumque ordinario; Ripoll *dict. cap.* 3. *num.* 139. Boſch. *dict.* §. 8. *verſ. per rabo, circa fin.* Cortiad. *tom.* 1. *deciſ.* 10. *num.* 78. Et etiam dici poterit, poſſe intelligi de Regio Senatu, cum in eo juriſdictio ordinaria exerceatur, Fontanell. *deciſ.* 282. *cum ſequent. part.* 1. Solorzan. *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.*4. *num.* 39. D.Matheu *de regim. cap.* 2. §.2. *num.* 19. Cortiad. *dict. deciſ.* 10. *numer.* 30.

Sed admiſſo quod prædictus forus 19. ver- 45
bum faciat de Juſticiis, & quod per forum illis committatur cognitio ſuper quæſtione orta



inter emphyteutam & dominum, reſpectu exiſtentiæ dominii directi, prout non videtur dubitabile, maturè perſpectis verbis, & circunſtantiis fori, ut D.Matheu docet *cap.*6. §. 3. *n.*20. Non erit adeundus ordinarius judex
46 per viam recurſus, cum nequeat ſuperior conſiderari, reſpectu judicis delegati, ut ab illius procedimentis ad ordinarium tamquam ſuperiorem recurratur, ſed debet ordinarius judex hoc in caſu adiri alio modo, nempe proponendo inſtantiam, qua declarari petatur, emphyteutam non poſsidere ſubjugata prædia domino directo, & contra illum tamquam emphyteutam non poſſe procedi, & hoc in caſu ab ipſo ordinario judice poterit provideri quod nihil innovetur à judice emphyteuticario, dum de viribus inſtantiæ ſupradictæ cognoſcitur, nam licet hujuſmodi proviſiones de nihil innovando inhibitiones ſint, D.Matheu *d. regim. cap.*4. §.9. *n.*4. Et par in parem, ut diximus, non habeat juriſdictionem, tamen cum de juriſdictione judicis ordinarii, nequeat hoc in caſu dubitari, poterit inhibitio in judicem emphyteuticalem etiam parem ferri, ne ad ulteriora procedat, Lancelot. *de attentat. part.*2. *cap.*20. *in præfat. n.*100. Farinac. *in prax. part.*1. *quæſt.*7. *n.*52. Giurb. *conſ.* 48. *ſub num.* 41. Salgad. *in labyrint. part.*1. *cap.*5. *num.*5. Tondut. *de prævent. judicial. part.*2. *cap.*57. *num.*3. Cortiad. *tom.* 1. *deciſ.* 38. *num.*59. Et cum emphyteuticarius Judex, videat juriſdictionem competere Ju-
47 dici ordinario, eo ipſo quod ſit inhibitus, tenetur illi parere, Cavalcan. *deciſ.* 4. *num.*37. *&* 42. *part.*2. Maſſeratenſ. *variar. lib.*1. *reſolut.* 17. *num.*3. Farinac. *quæſt.* 7. *num.*52. Salgad. *dict. part.*1. *cap.*5. *num.*5. *cum ſequent.* Cortiad. *dict. deciſ.* 38. *num.* 61. Sed ſi emphyteuticarius Judex videret ordinarium carere juriſdictione, quia vellet ſe intromittere in cognitionem articuli ſpectantis ad domini directi juriſdictionem privativè, non tenebitur parere inhibitioni, neque ſupercedere in cauſæ cognitione, ſed inhibitione non obſtante, poterit ad ulteriora procedere, Ripoll *dict. cap.* 3. *num.* 208. Fontanella *dict. gloſſ.* 12. *num.* 148. Salgad. *dict. cap.* 5. *num.* 13. *&* 14. Cortiad. *dict. deciſ.* 38. *num.* 62. Niſi ad ſuperiorem evocata fuerit cauſa, nam tunc delegatus judex inhibitus, nullatenus ad ulteriora procedere poterit, Fontanell. *ubi proxim.* Ripoll *dict. cap.*3. *num.*213. Cortiad. *dict. deciſ.* 38. *num.* 62. Unde cum apud nos judices emphyteuticarii, non habeant rationem dubitandi, quod negata eis dominatura, & dominio inficiato directo, nequeunt de hac quæſtione judicare, imò quod ad judices ordinarios juriſdictio ſpectat, juxta apertum *forum* 19. *rubr. de jure emphyteut.* D.Matheu *d. cap.*6. §.3. *num.*20. Tenendum eſt quod ſemper, & quotieſcumque emphyteutæ corã ordinariis faciant inſtantiam ad hoc ut declaretur dominos directos non habere ſub dominio ſuo Prædium aliquod ex poſſeſsis ab emphyteuta, appoſita manu ab ordinariis, ſive Juſtitiis in cognitione talis quæſtionis, & inhibitione ab eis expedita, tenẽtur judici ordinario parere, & ſupercedere in curſu cauſæ.

Si el emphyteuta no quiſieſſe recurrir de 48
„ las citaciones à cabrevar, à la Governacion, „ ò al Real Conſejo, ſino es que quiſieſſe que „ el Juſticia, y Juez Ordinario, conocieſſe, y „ determinaſſe, ſi poſſehe bienes cenſidos, ò „ ſubjugados, no ſe deve recurrir de las citaciones à cabrevar, ſino es que ſe podrà proponer inſtancia ante el Juſticia, en que ſe pida ſe declare, que el emphyteuta no puede „ ſer citado, ni convenido ante el Juez delegado, por no tener bienes algunos ſugetos „ al dominio directo de aquel Señor, y para „ eſte caſo ſe podrà proponer el libelo en eſta forma.

IHS. F. T. Llaurador de la preſent Vila de Alzira propoſant com millor pot diu, que à inſtancia de Moſen F. T. Beneficiat que diu ſer de T. Benifet, y en dit nom pretès ſeñor directe, ſe li han fet diferents citacions à cabrevar, y pagar cenſos provehides per F. T. pretès Jutge delegat en totes les cauſes emphyteuticals del dit Moſen F.T. ab lo pretext, ſegons ſe enten, de que una caſa, que lo Propoſant poſſeheix en la preſent Vila en T. carrer, que afronta ab T. y T. eſtaria tenguda ſots directa ſeñoria del dit Benifet à cens de T. ſous; E com lo Propoſant enjamès hatja tengut noticia, que dita caſa eſtiga tenguda ſots la dita directa ſeñoria, ni aliundè detinga altres bens cenſits, y pera que per dit Jutge delegat puga proſehirſe contra el Propoſant, deu verificar lo dit Señor directe ſa preteſa ſeñoria per la preſent Cort ab injunciò del Propoſant, y de altra manera no pot ſer citat, ni convengut davant del dit Jutge delegat.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir ſia declarat, que lo Propoſant no detè, ni poſſeheix bens alguns tẽguts ſots directa ſeñoria del dit Beneficiat, y que menys q̃ probantſe el detenirlos, no deu, ni pot ſer cõvengut, ni citat à cabrevar davant del dit Jutge delegat, declarant nules les citacions

que

que ſe han fet, proteſtant que ſempre, y quant ſe prove ſeñoria directa alguna, eſta prompte à reconeixerla y confeſarla, y que mentres ſe coneix de les forçes de la preſent inſtancia, ſia provehit lo remey de nihil innovetur, en quant à la proſecuciò de dites citations à cabrevar, y qualſevols enantaments que es vullen en ſeguida de aquelles fer. Per ſer aixi, &c. implorant, &c.

*Jeſus Maria Die* 25. *Maii* 1688.
*Intimetur ad dicendum, &*
*interim nihil innovetur.*
F. T. Aſſeſſor.

Hæc omnia procedent, quando tractatur
49 de capibreviatione cenſus cum laudimio, & fatica, tunc enim poterit directus dominus nominare Judicem delegatum, & exercere juriſdictionem, citando emphyteutam coràm Judice delegato; aliter ergo erit quando debitores cenſualium citantur ad capibreviandum, & illorum dominus non habet laudemium, & faticam, nam tunc neque nominari poterunt Judices delegati, neque coram eis citandi ſunt cenſualium debitores, imo citationes ad capibreviandum debent per Curias ordinariorum fieri, ut diſpoſitum extat *in foro* 205. *curiar. anni* 1645. Cenſualia enim ex ſua natura, irredimibilia ſunt invito debitore, Petrus Gregor. *de cenſib. quæſt.* 5. *num* 35. Anton. Gomez *de cenſib. cap.* 3. *num.* 2. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 18. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 5. Gratian. *diſceptat.* 14. *num.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 31. *ex num.* 8. Giurb. *deciſ.* 79. *num.* 2. *& deciſ.* 85. *num.* 11. Guzman. *de evictionib. cap.* 2. *à num.* 92. Salgad. *in labyrint. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 5. *& cap.* 22. *num.* 27. *&* 28. Cencius *de cenſib. quæſt.* 60. *num.* 1. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 68. *num.* 1. *cum ſequent.* Et licet irredimibilia ſint, particulariter apud
50 nos ſtabilitum extat, quod debitores horum cenſuum irredimibiliū, de decennio in decēnium compelli poſsint ad capibreviandum, & ſolvendum penſiones decurſas cenſus ſub pœna luendi, & quitandi proprietates, ut habetur *in dict. for.* 205. *fol.* 78. *curiar. anni* 1645. Sed quia, ut diximus, domini cenſualium juriſdictione carent, debent citationes
51 ad capibreviandum fieri per curias Judicum ordinariorum, ut in ipſo foro cavetur. Et licet ego nunquam vidiſſem has citationes factas per Curias ordinariorum contra debitores conſualium, fortaſsè, quia magis utile creditoribus eſt executionem inſtituere contra cenſuum debitores pro penſionibus decurſis, tamen quia poſſunt citationes iſte practicari, judico faciendas fore hoc modo, quod debitor per primam citationem ad capibreviandum citetur hora deſignata, qua pulſata, & non comparente citato, ſecunda expediatur citatio, & poſtea tertia ſub pœna luitionis proprietatis cenſus, & non comparente debitore, poterit inſtantia fieri coram ordinario, ut declaretur eveniſſe caſum luitionis proprietatis cenſus, qua facta, & concluſa cum debitore, ſententia terminabitur, & in illius executionem poterit expediri præceptum executivum contra debitorem pro cenſus proprietate.

Antiquitus *in* Regno creabantur cenſus 52
irredimibiles abſque laudemio, & fatica, quorum proprietates lui non poſſunt à debitore, & inter noſtros pragmaticos dicuntur *cenſos morts*, & in aliis plurimis Regnis, ſimiles cenſus creabantur antiquitùs, ut notant Gibalin. *de uſuris, tom.* 2. *cap.* 6. *artic.* 9. Cencius *poſt tractat. de cenſib. deciſ.* 394. *n.* 1. *&* 2. Meli *obſervat.* 33. *num.* 8. Hodie adhuc in Regno, multi ex prædictis cenſibus irredimilibus reperiuntur, & indubitantèr ſolvuntur legitimè, & licet raro hoc noſtro Evo creentur, poſſe creari hodiè credo, nam & ſi motu proprio Pii V. prohibita ſit creatio cenſuum irredimibilium, juxta ſententiam, Boccat. *de cenſib. part.* 2. *num.* 55. Ugolin. *de uſuris, cap.* 45. §. 5. *num.* 9. Rebel. *in lib. de cenſib. quæſt.* 7. *in fin.* Cencius *poſt tractat. de cenſib. deciſ.* 394. *num.* 4. *&* 5. Cardinal. de Lugo *diſput.* 27. *ſect.* 7. *num.* 112. Leotard. *de uſuris, quæſt.* 67. *num.* 29. Tamen dummodo juſto precio conſtituatur cenſus, non obſtante motu Pii V. poteſt ea lege creari quod irredimibilis ſit proprietas, ut docent Navarro *de uſuris, num.* 98. *in fin.* Molin. *de juſtit. & jure, diſput.* 385. *&* 391. *num.* 9. Salas *de cenſib. dubitat.* 12. *num.* 67. Leſius *de juſtit. & jure, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 42. Filluſius *tractat. de cenſib. num.* 336. Lel. Zecch. *de uſuris, cap.* 10. *num.* 11. Duard. *de cenſib. in præfat. quæſt.* 28. *num.* 29. *&* 32. Gibalin. *de uſuris, tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. *artic.* 9. *n.* 1. Juſtum precium dicunt eſſe duplum majus, Duard. *de cenſib. in præfat. quæſt.* 28. *num.* 29. *&* 32. Leotardus *de uſuris, quæſt.* 67. *num.* 29. ideſt duplum precii, quod cenſus redimibiles vendi ſolent, noſter Salon *de juſtitia, & jure, tom.* 2. *diſput. de cenſibus, art.* 4. *controverſ.* 2. *verſ. precium, col.* 1440. & in noſtro Regno indubitatum eſt, quia apud nos, non fuit receptus motus proprius Pii V. ut notat, D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 26. *num.* 3. Et ubi non invenitur receptus, indubitatum eſt, non eſſe im permiſſam cenſuum irredimibilium creationem, Cencius *ubi ſupra*, Duard. *dict. quæſt.* 28. *n.* 29. *&* 32. Leotard. *de uſuris, dict. quæſt.* 67. *num.* 29. Gibalin. *d. lib.* 4. *cap.* 6. *artic.* 9. *num.* 1. Sed quia, ut jam dixi, hujuſmodi irredimibiles cenſus abſque laudemio, & fatica creati ſunt, illorum domini non habent juriſdictionem contra debitores, neque poſſunt nominare Judices delegatos, vel citari facere coram eis ad capibreviandum debitores, prout, non habitis præoculis his, quotidiè citantur debitores iſti à Judicibus delegatis, coram quibus capibrevium faciunt, potius ex conſuetudine, & abuſu, quam jure, nam etſi non dubitem, quod poſſunt compelli debitores iſti ad capibreviandum, pro certo teneo, quod debet fieri coram Judicibus Ordinariis, non vero coram Judicibus delegatis, qui nec habent Imperium, neque juriſdictionem contra debitores iſtos. Et obſerva, quod etſi per generalem reductionem, omnes cenſus reducti fuerint in Regno, juxta formam, à me traditam, *in cap.* 13. *à num.* 78. Tamen in generali reductione, non fuerunt comprehenſi iſti cenſus irredimibiles, imò ab integro, & juxta contractum debent exigi cum prælatione quorumlibet creditorum, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 19. *Maii* 1626. inter Capitulum Sedis Valentinæ, & Dominum oppidi de Picaſent.



53 Recurſu ab emphyteuta emiſſo à citationibus capibreviandi, & lite conteſtata, ſi dominus directus obtinere deſiderat favorabilem ſententiam, dominium directum oſtendere, & verificare tenetur, quia emphyteuta negante, incumbit onus verificandi dominium domino directo, *l. officium, ff. de reivindicat.* Caputaquenſ. *deciſ.* 280. *part.* 1. Seraphin. *deciſ.* 1453. *in princip. num.* 4. Farinac. *deciſ.* 249. *num.* 1. *&* 3. *& deciſ.* 150. *n.* 1. *part.* 1. Amato *reſolut.* 84. *num.* 7. Salgad. *poſt labyr. deciſ.* 51. *num.* 4. Otthobon. *deciſ.* 13. *num.* 2. *&* 3. Meli *allegat.* 81. *num.* 13. *lib.* 2. *& obſervat.* 88. *num.* 21. Dominium directum, poterit multis verificari modis, ſed relevantior erit per ipſum inſtrumentum contractus emphyteuſis, quod apud nos dicitur *eſtabliment*, nam conſtito de contractu per ſcripturam, & ſimul de obligatione, & promiſsione emphyteutæ, pleniſsimè verificabitur dominium directum contra ipſum emphyteutā, cui ſtabilimentum fuit factum, aut contra illius hæredes, vel tertios poſſeſſores, verificata prædii idemtitate, nam cum contractus iſte ſit ex illis qui ſcriptura contrahuntur, *gloſ. in l.* 1. *verb. alienationis, Cod. de jure emphyteut. & in* §. *adeo, inſtitut. de locato, & conduct. & in cap.* 1. §. *poſtquam; de cenſib. in* 6. Fulgineus *de jure emphyteut. in præludiis, q.* 14. *num.* 9. Nullo modo poterit relevantius probari dominium directum, quam ſcriptura ſtabilimenti neceſſaria ad contractus eſſentiam, Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 7. *n.* 3. *&* 5. Oñate *de contractib. tom.* 4. *diſput.* 109. *num.* 14. *cum ſequent.* Vela *diſſertat.* 12. *à n.* 81. Amiden *de ſtyllo datar. lib.* 1. *cap.* 15. §. 13. *n.* 80. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 39. *definit.* 7. *num.* 6. Fulgin. *ubi proxim. num.* 20. *& tit. de variis caducitatib. quæſt.* 11. *num.* 4. Cardinal. de Luca *de emphyteuſ. diſcurſ.* 37. *ſub num.* 4. Caſtejon *in alphabet. verb. emphyteuſis, num.* 11. Idem ferè
poterit dici de inſtrumento præcarii 54
apud nos dicto *Acte en defecte de actes*, nam cum virtualiter tale inſtrumentum contineat eaſdem clauſulas inſtrumenti conceſsionis emphyteuſis, & emphyteuta teneatur acceptare conceſsionem illam quaſi novam, ut ex Solſona, & Ripoll *dixi num.* 36. Sicuti per inſtrumentum contractus emphyteuſis probatur dominium directum, ita probari debebit per inſtrumentum præcarii eaſdem clauſulas, acceptationes, & vim continens.

Probabitur etiam dominium directum, abſ-
que dubio, tribus recognitionibus, vel duo- 55
bus, vulgò *cabreos*, nam ſi emphyteuſis, & dominium directum, juxta probabilem ſententiam, verificatur duobus confeſsionibus extra judicem emiſsis, etiam abſente domino directo, Decius *conſ.* 613. *n.* 2. Marſil. *ad rubr. Cod. de probat. num.* 91. Maranta *de ordin. judicior. part.* 6. §. *quintus actus, num.* 15. Surd. *deciſ.* 10. *num.* 8. Ripoll *variar. cap.* 7. *n.* 48. multo melius geminatis recognitionibus præſente, & acceptante domino directo factis, directum probabitur dominium, cum hujuſmodi confeſsiones, judiciales ſint, & uti tales plenè probant Maſcard. *de probat. concluſ.* 345. *num.* 52. Michalor. *de poſsiſsion. cap.* 20. *num.* 14. *&* 15. Vela *diſſertat.* 33. *à num.* 70. Caſtejon *in alphabet. verb. dominium, n.* 5. Et quod duobus capibreviis, & recognitionibus probetur dominium directum, non ſolum quoad capibreviantem, & recognoſcentem, & illius ſucceſsiones univerſales, ſed etiam quoad ſucceſſores ſingulares, & tertios poſſeſſores, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 1. *Julii* 1623. inter Canonicum Joannem Baptiſtam Pellicer, & Hieronymum Saz, & idem fuit deciſum anno 1683. in favorem Don Balthaſaris Julià Monteſianæ Familiæ Militis, & contra MonaſteriumDivi Auguſtini oppidi deRocafort, referente Doctiſsimo Senatore Franciſco Ortin, & Luqui Generoſo R. C. D. Debent tamen recognitiones factæ reperiri ab ipſis
emphyteutis, & non ab illorum procuratori- 56
bus,

bus, nam nequeunt procuratores emphyteutarum nomine capibreviare, neque recognitionem directi dominii facere, neque probabitur dominium per talem recognitionem, neque aliquod præjudicium inferri poterit emphyteutæ, niſi habuerint ſpecialiſsimum mandatum ad capibreviandum, vel ad recognitionem faciendam, Marquil. *in uſatic. ſi quis ſuum feudum*, *fol.* 104. *pag.* 2. *col.* 4. Solſona *in ſtyllo capibreviandi*, *fol.* 75. *pag.* 2. *n.* 1. Ripoll *variar. cap.* 7. *n.* 456. & 457.

57 Quod frequenter dubitatur, & diſputatur in praxi eſt, an unica recognitione, & capibrevio probetur dominium directum, multi enim voluerunt unica recognitione probari dominium directum, Guido Pap. *quæſt.* 272. *pag.* 269. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 11. *de emphyteuſ. num.* 21. & 22. 28. & 29. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 4. *quæſt.* 42. Serafin. *deciſ.* 1424. *num.* 1. 2. & 3. Silvan. *conſ.* 57. Menoch. *conſ.* 372. *num.* 1. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 18. Gama *deciſ.* 12. Caſtill. *deciſ.* 62. Borel. *in ſum. deciſ. tit.* 33. *num.* 394. *vol.* 1. Maceratenſ. *variar. lib.* 1. *reſolut.* 30. *num.* 8. Amato *variar. reſolut.* 84. *n.* 8. Et volunt quod adhuc reſpectu tertii poſſeſſoris, probetur unica recognitione dominium, & poterit confirmari ex Senatus ſententia publicata per Ferrera, *die* 28. *Februarii* 1657. in favorem Franciſci Gacent, & contra Carolum Paſtor, qua deciſum extitit probari dominium directum ex confeſsione mulieris dicentis, in nuptialibus inſtrumentis, prædium in dotem datum, emphyteuticam eſſe. Alii autem docent unica recognitione, & capibrevio, etiam facta parte præſente, & acceptante, non probari directum dominium, Cravet. *conſ.* 157. *n.* 6. Peguer. *tom.* 1. *deciſ.* 141. *in princip.* Gratian. *diſceptat.* 178. *num.* 5. & *diſceptat.* 790. *per tot.* Ripoll *variar. cap.* 7. *n.* 81. *cum ſequent.* Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 55. *num.* 42. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de laudemiis quæſt.* 36. *num.* 2. Paul. Meli *poſt obſervat. deciſ.* 126. *num.* 4. & 5. Nigro *de laudemis*, *tom.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 6. Et quod unico capibrevio ſolo, abſque aliis adminiculis, non probetur dominium directum, declaravit Senatus ſententia per Alreus, *die* 10. *Octobris* 1587. inter Syndicum Eccleſiæ Villæ de Morella, & Joannem Mirò, & illius creditores, & alia per Saboya, *die* 19. *Octobris* 1677. in favorem Don Petri Artès, & contra Hoſpitale Generale, referente Eruditiſsimo Senatore Iſidoro Aparicio Gilart, tunc R. C. D. & nunc honoribus Senatoris S. S. A. C. decorato, & multo minus probabitur dominium directum unica recognitione, abſque aliis adminiculis, ſi facta reperiatur à procuratore patris, & legitimi adminiſtratoris filii, ut ipſe Senatus judicavit ſententia per Benavides, *die* 21. *Junii* 1679. inter Confraternitatem Orphanarum Maritandarũ, & Joſephum Duart, referente M. Ludovico Paſtor R. C. D.

58 Sed ego cenſeo, quod licet confeſsio ex ſe, non ſit modus transferendi dominium, tamen unica recognitione principaliter facta, & unico capibrevio, plenè probabitur dominium directum quoad confitentem, & illius ſucceſſores, aut habentes cauſam ab illo; quoad tertios vero poſſeſſores non habentes cauſam à recognoſcente, minimè, Marius Muta *deciſ. Siciliæ* 25. *n.* 36. & 37. Serafin. *deciſ.* 553. *n.* 3. & *deciſ.* 1424. *num.* 2. & 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1044. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 21. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 14. *de probat. definit.* 10. Burat. *deciſ.* 602. *num.* 4. Rota *recentior. part.* 8. *deciſ.* 40. *num.* 12. & *deciſ.* 297. *num.* 3. & *recentiſsimar. part.* 1. *deciſ.* 290. & *part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 476. Paulus Rubeus *in adnotat. ad deciſ.* 131. *num.* 62. *part.* 8. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de contractib. quæſt.* 26. *num.* 10. & *in præfat. quæſt.* 36. *num.* 1. Franciſc. de Angel. *de confeſsionib. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 1. & 2. Et ita invenitur à Senatu deciſum, ſententia per Alreus, *die* 31. *Martii* 1611. inter Andream Valls, & Petrum Ferrer Clericum, & alia per Ferrera, *die* 14. *Octobris* 1654. in favorem Vincentii Coves, & Joſephi Coves, & contra Priorem Collegii Divi Georgii.

59 Limita tamen illa quæ diximus, quando adminicula concurrerent ſimul cum recognitione unica, & capibrevio, ut puta, ſi ſoluti fuerint canones à poſſeſſoribus, nam probabitur dominium, etiam quoad tertium poſſeſſorem, Barthol. *in l. cum ſcimus*, *Cod. de agricolis*, & *cenſitis*, *lib.* 10. Guido Pap. *deciſ.* 272. *num.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 544. *num.* 10. Ripoll *variar. cap.* 7. *num.* 82. Serafin. *deciſ.* 869. Gratian. *diſceptat.* 790. *n.* 11. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 1. *tit.* 43. *definit.* 68. Amato *reſolut.* 84. *num.* 9. Rota *deciſ.* 290. *num.* 1. *cum ſequent. part.* 1. *recentiſsimar.* Meli *poſt obſervat. deciſ.* 126. *num.* 8. Otthobon. *deciſ.* 62. *num.* 21. Idem erit dicendum, ſi in inſtrumento venditionis, locationis, aut permutationis, vel alio, fuerit emiſſa confeſsio dominii directi, nam ſimilis confeſsio, & ſi extrajudicialis, reperitur facta in inſtrumento publico, & fidem facit in abſentis favorem, *l. deſiderium*, *Cod. de poſiti*, Surd. *deciſ.* 10. *num.* 7. Et juncta hac probatione, cum recognitione unica, aut capibrevio, rectè probabitur dominium, ut videtur de mente, Ripoll *variar. dict. cap.* 7. *num.* 84. Eodem modo ſi cum capibrevio concurrat laudemii ſolutio, & laudatio domini directi in alienatione emphiteutici fundi, probabitur





dominium directum, non ſolum contra recognoſcentem, & illius hæredes, ſed contra quoſlibet tertios bonorum poſſeſſores; ſed omni in caſu tenetur directus dominus prędii emphyteutici recogniti identitatem probare, *l. cenſus*, *ff. de probat.* Roland. *conſ.* 2. *n.* 11. *lib.* 3. Seraphin. *deciſ.* 1137. *n.* 1. Maſcard. *de probat. lit. E. concluſ.* 608. Rota *in recollect.* per Farinac. *in poſthum. part.* 2. *deciſ.* 407. *n.* 1. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de variis caducitat. quęſt.* 11. *n.* 9. Probabi-
60 tur identitas iſta, deſignatione, quoad minus, duorum confinium, *l. forma in princip. ff. de cenſib.* Leotard. *de uſur. quęſt.* 58. *n.* 3. Burat. *deciſ.* 132. *n.* 5. & ibi Ferrentil. *n.* 9. Cavaler. *deciſ.* 128. *n.* 3. & *deciſ.* 578. *n.* 1. Coccin. *deciſ.* 184. *n.* 2. Gibalin. *de uſur. tom.* 2. *cap.* 6. *ad tit.* 11. *n.* 15. *cum ſequent.* Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de alienat. quæſt.* 10. *n.* 5. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 62. *n.* 2. *cum ſequent.* & *deciſ.* 143. *n.* 10. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 35. *n.* 108.

61 Si prædium fuerit venditum, & in venditionis inſtrumento dicatur, illud eſſe ſub dominio directo alicujus perſonæ ad cenſum tot ſolidorum, non probabitur dominium ex hac unica enunciativa, Bald. *in l. cenſualis*, *Cod. de donationib.* Speculator *de locato*, §. *nunc aliqua*, *n.* 95. Ripa *in leg. ſi rem aliquam*, *n.* 40. *ff. de adquirenda poſſeſſ.* Socin. *conſ.* 92. *n.* 22. Solſona *in ſtyllo capibreviand. fol. mihi* 62. Guido Pap. *quęſt.* 24. Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 164. *n.* 2. Surd. *deciſ.* 10. *n.* 2. & 3. Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 3. Peguer. *deciſ.* 141. *per tot. tom.* 1. Et quod ex verbis enunciativis ſolis, non probetur dominium directum, declaravit Senatus ſententia per Daça, *die* 23. *Julii* 1614. inter Bartholomæum Bonaſtre, & Guillermum Michaelem Moix Presbyterum. Si vero in inſtrumento, ubi hæc enunciativa verba reperiuntur, poſita inveniatur laudatio domini directi, & illius firma, quod nos dicimus *Lloaciò*, vel adſint alia adminicula, ut Canonum ſolutio, aut in alio diverſo inſtrumento venditionis, donationis, aut diviſionis, alia reperiatur enunciativa recognitionis dominii, & melius ſi unicum capibrevium reperiretur, probabitur proculdubio dominium directum, Speculator *de emphyteuſi*, §. *nunc aliqua*, *n.* 95. Guido Pap. *deciſ.* 24. Afflict. *deciſ.* 164. Solſona *ubi proxim.* Cancer *dict. cap.* 11. *de emphyteuſ. n.* 30. Ad probandum enim dominium directum, admittuntur conjecturæ, & præſumptiones ſimul junctæ, Pariſius *conſ.* 104. *lib.* 1. Nigro *de laudemio*, *tom.* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 2. *n.* 11.

62 Similibus ſcripturis, & documentis exhibitis, probabit dominus directus dominaturam, ſi autem inſtrumentis careat, non poterit illam probare, ſed victus evadet, cum dominium directum, aut emphyteuſis nequeat teſtibus probari Caſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubr.* 6. *col.* 2. §. 3. *n.* 4. Guido Pap. *conſ.* 118. *n.* 4. Alexand. *conſ.* 50. *n.* 4. *lib.* 5. Clarus *in* §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 4. Burſat. *conſ.* 26. *n.* 16. *lib.* 1. Cavalcan. *deciſ.* 30. *part.* 2. *n.* 108. Cacheran. *deciſ.* 52. *ſub n.* 1. Menoch. *de pręſumptionib. præſumpt.* 108. *n.* 3. Maſcard. *de probat. tom.* 1. *concluſ.* 603. *n.* 11. Mantic. *de tacit.* & *ambig. tom.* 2. *lib.* 22. *tit.* 6. *n.* 13. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 7. *per tot.* Surd. *conſ.* 84. *n.* 1. Pacianus *conſ.* 31. *n.* 91. Barboſ. *ad text. in l.* 1. *Cod. de jure emphyteut. n.* 9. Fulgin. *de jure emphyteut. in prælud. quæſt.* 14. *n.* 9. *cum ſequent.* Cyriac. *controverſ.* 245. *n.* 11. Ratio eſt, quia licet, juxta aliquorum opinionem, in contractu emphyteuſis, non ſit neceſſaria ſcriptura ad eſſentiam contractus, requiritur tamen ad neceſsitatem, & eſſentiam probationis, Imola *in cap. potuit*, *de locato*, Riminald. *conſ.* 431. *n.* 21. *vol.* 3. Maſcard. & Barboſ. *ubi proxim.* Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 7. *n.* 3. & 5. Surd. *conſ.* 84. *n.* 1. Pacian. *conſ.* 31. *n.* 91. Fulgin. *dict. quæſt.* 14. *n.* 20. Cyriac. *dict. controverſ.* 245. *n.* 12. Ergo neceſſario per ſcripturam probari debebit, & non ſufficient teſtes, ita ex Imola, Felino, & aliis docet Valaſcus *dict. quęſt.* 7. *num.* 19. Et quod dominium directum, nequeat teſtibus probari, quia eſſentialiter petit ad ſui probationem ſcripturas, declaravit Senatus ſententia per Ferrera *die* 14. *Octobris* 1654. in favorem Vincentii, & Joſephi Coves, & contra Priorem Divi Georgii, referente eruditiſsimo Senatore Don Coſma Gombau, tunc R.C.D. poſtea R.C. Regente.

63 Emphyteuta recurrens à citationibus prædictis, nihil tenetur probare, ut obtineat, quia eo ipſo, quod neget dominium directum, ſtat præſumptio pro illo: Emphyteuſis enim quædam ſervitutis ſpecies eſt, *l. ſi tibi homo*, §. *ultim. ff. de legat.* 1. Et cum quælibet res præſumatur libera, niſi ſervitus probetur impoſita, *leg. Altius*, *Cod. de ſervitutib. leg. ultima*, *Cod. eod.* Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 11. *de emphyteuſi*, *n.* 30. Mantic. *de tacit.* & *ambig. tom.* 2. *lib.* 22. *tit.* 20. *n.* 8. Tenendum erit, ad dominum, dominium directum, & ſervitutis impoſitionem prætendentẽ, ſpectare dominii directi probationem facere, cum ſemper contra illum ſtet libertatis præſumptio, *leg. ſi quis*, *ff. de probat. l. actor. Cod. eod. cap.* 1. *in fin. In quibus cauſis feudum amittatur*, Cravet. *conſ.* 212. *n.* 14. Cancer. & Mantic. *ubi proxim.* Rota *recentiſsimar. deciſ.* 150. *n.* 3. *verſ.* & *quoad effectum*, *part.* 1. Nigro *de laudemio*, *tom.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 1. *n.* 19. Amato *reſolut.* 84. *n.* 7. Fulgin. *de jure emphy-*

*teut. tit. de contractib. quæſt.* 25. *per tot.* Meli
*poſt obſervat. deciſ.* 126. *n.* 7. Carpzov. *in*
*juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſ.* 39. *definit.*
34. Cardinal. de Luca *de feud. diſcurſ.* 67. *n.*
6. Neque hujuſmodi præſumptio libertatis
evaneſcet, etiam ſi probetur prædium quod
64 ſubjugatum prætenditur, eſſe intra limites ter-
ritorii alicujus domini particularis, & quod
prædia illius territorii ſolent eſſe ſub domi-
nio directo domini illius loci, & territorii,
nam cum videamus multa prædia libera ab
his ſervitutibus, & ſubjugationibus in territo-
rii, horum dominorum, non erit ſufficiens
probatio dominii directi, neque adhuc præ-
ſumptio, ut dominus habere poſſit fundatam
intentionem ſuam, quod prædium intra limi-
tes territorii ſui reperiatur, imò ſemper præ-
ſumptio libertatis durabit, niſi legitimis
probationibus dominium oſtendatur dire-
ctum, *cap. nimis, de jure jurand.* ubi Abbas
poſt Joannem Andream, Stephan. Ber. *conſ.*
66. *num.* 3. & *conſ.* 299. *num.* 2. *lib.* 3. Nata
*conſ.* 460. *n.* 12. Paul. de Caſtro *conſ.* 169. *n.*
5. Alexand. *in l.* 3. *ff. de adquir. poſſeſ.* & *conſ.*
55. *n.* 21. & *conſ.* 112. *lib.* 4. Curtius Junior
*conſ.* 180. Covarrub. *in regul. peccatum, part.*
2. §. 9. *num.* 8. *de regul. juris, in* 6. Bellon.
*conſ.* 10. *n.* 11. Anton. Gabriel. *de præſumpt.*
*concluſ.* 9. Peguer. *in repetit. cap. item ne ſuper*
*laudemio, prælud.* 1. *num.* 5. & 6. Afflict. *de-*
*ciſ.* 267. *num.* 4. Menoch. *de præſumpt. lib.*
3. *præſumpt.* 100. *per tot.* Cancer *variar. dict.*
*cap.* 11. *num.* 34. Mantic. *dict. lib.* 22. *tit.*
20. *num.* 26. Clarus *in* §. *feudum, quæſt.* 18.
Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 51. *in prin-*
*cip.* Fulgin. *de jure emphyteut. quæſt.* 25. *n.* 5.
*cum ſequent.* Antonel. *de tempore legal. lib.* 2.
*cap.* 55. *n.* 41.
65 Sed ſi emphyteuta ad capibreviandum ci-
tatus, neque coram judice delegato compa-
ruerit, neque recurſum emiſerit, ſed in con-
tumacia perſiſtat, procedi poterit contra il-
lum perinde ac contra negantem dominium
directum, nam etſi emphyteuta non compa-
rens, expreſsè dominium non neget directum,
habetur tamen pro negante, cum contumax
in reſpondendo habeatur pro negante, ſi ma-
gis utilis ſit negatio illi qui citationem inſta-
vit, Speculator *in tit. de depoſito,* §. 9. *num.*
4. Nevizan. *conſ.* 6. *num.* 9. *in fin.* Carpan.
*ad ſtatut. mediolan. cap.* 83. *num.* 179. Man-
cin. *de jurament. part.* 2. *artic.* 2. *num.* 3. Mi-
chalor *de poſſeſſionib. cap.* 61. *num.* 25. Et pœ-
66 na negantis emphyteuſim, caducitas, & ami-
ſio emphyteuſis eſt, *cap. vaſſallus, ſi de feudo*
*fuerit controverſia inter Dominum, & Vaſſal-*
*lum,* Corbul. *de jure emphyteut. tit. ex quibus*
*cauſis emphyteuſis, cauſ.* 1. Roſentald. *de feudis,*
*cap.* 10. *concluſ.* 32. *num.* 2. Borel. *in ſum-*
*ma deciſ. tom.* 1. *tit.* 33. *à num.* 214. Clarus *in*
§. *feudum, quæſt.* 59. *num.* 2. Hodiern. ad
Surd. *deciſ.* 237. *num.* 10. Mantic. *de tacit.* &
*ambig. dict. lib.* 22. *tit.* 20. Pareja *de inſtru-*
*ment. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *reſolut.* 12. *num.* 15.
Oñate *de contractib. tom.* 4. *diſput.* 114. *n.* 7.
Antonel. *de tempor legal. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 23.
Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 5. *quæſt.* 3. *num.*
23. & 24. Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 3. *n.* 493.
Nigro *de laudemio, tom.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 39.
Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de variis caduci-*
*tatib. quæſt.* 5. *num.* 1. *cum ſequent.* Cardinal.
de Luca *de emphyteuſi, diſcurſ.* 12. *num.* 10. Et
quod incidat in commiſſum emphyteuta ne-
gans dominium directum, judicavit Senatus
ſententia per Daça, *die* 20. *Februarii* 1616.
inter Chriſtophorum Paſqual, & Stephanum
Martinez de Freſneda. Iis additur quod ter-
tia citatio ad capibreviandum expeditur con-
tra emphyteutam ſub pœna incurrendi cadu- 67
citatem, ſi hora deſignata coram delegato
non comparuerit ad capibreviandum, & non
comparendo præceptum contemnit judicis,
& incurrit pœnam in præcepto appoſitam,
Matthæus *in addition.* ad Guidonem Pap. *de-*
*ciſ.* 417. Dignus enim eſt tali pœna, qui judi-
cis emphyteuticarii præcepta negligit, *l. non*
*poteſt dolo carere, ff. de regul. juris* Bardell.
*conſ.* 151. *n.* 50. Maſcard. *de probat. concluſ.*
531. *num.* 90. Farinac. *quæſt.* 89. *n.* 64. Giurb.
*conſ.* 23. *n.* 3. *cum ſequent.* Unde non ſine
fundamento juridico proponitur contra em-
phyteutam contumacem tèr citatum inſtan-
tia commiſsi ante judicem delegatum, qui, ut
jam dixi, de cauſa caducitatis cognoſcit, Ol-
drad. *conſ.* 240. *num.* 3. & *per tot.* Menoch.
*conſ.* 66. *num.* 13. Cyriac. *controverſ.* 397. *n.*
43. Rota *deciſ.* 40. *part.* 7. *recentiſsimar.* Paul.
Meli *obſervat.* 107. *n.* 3.
Incurritur caducitas de jure, & privatur
emphyteuta jure ſuo, ſi per triennium non ſol- 68
verit canones, & ſi emphyteuſis fuerit Eccle-
ſiaſtica, ſufficiet ceſſatio ſolutionum canonis
per biennium, *l.* 2. & 3. *C. de jure emphyteut.*
*authent. qui res, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. no-*
*vel.* 12. §. 2. *collat.* 9. *cap. potuit, de locato,* Cla-
rus *in* §. *emphyteuſis, quæſt.* 8. Cevall. *quæſt.*
14. *num.* 1. Molina *de juſtit.* & *jure, tractat.* 2.
*diſput.* 453. *num.* 1. Azor *inſtitut. moral. part.* 3.
*lib.* 10. *de emphyteuſi, cap.* 6. *quæſt.* 6. Cujacius
*in l.* 3. *Cod. de jure emphyteut.* Velaſc. *de pri-*
*vileg. pauper. part.* 1. *quæſt.* 33. Seſsè *deciſ.* 35.
*tom.* 1. & *tom.* 2. *deciſ.* 205. Barboſ. *ad text.*
*in l.* 2. *Cod. de jure emphyteut. num.* 6. Anton.
Faber *de errorib. pragmatic. decad.* 95. Her-
moſill. *in l.* 55. *gloſſ.* 2. & *in l.* 42. *gloſſ.* 2. *tit.*
5. *part.* 5. Mancin. *ſacr. juris controverſ. differ.*
25. & *lib.* 1. *genial. cap.* 29. Zipeus *conſultat.*
1. *ad text. in cap. potuit, de locato,* Cyriac. *con-*
*troverſ.* 266. & 342. Gibalin. *de uſuris, tom.*
2. *lib.* 4. *cap.* 1. *art.* 2. Brito *ad text. in dict. cap.*
po-



*potuit, de locato,* Xammar *rerum judicatar.*
*part.* 2. *definit.* 117. *num.* 6. Oñate *de contractib.*
*tom.* 4. *diſput.* 114. *num.* 4. Antonel. *de tempo-*
*re legal. lib.* 2. *cap.* 55. *num.* 1. Olea *de ceſsione*
*jurium, tit.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 19. & *tit.* 4. *quæſt.*
3. *num.* 20. *cum ſequent.* Acoſta *de privileg.*
*creditor. regul.* 1. *ampliat.* 11. Manrrique *de di-*
*ferentiis utriuſque fori, quæſt.* 36. Bich. *deciſ.*
485. Gonzal. Tell. *ad text. in dict. cap. po-*
*tuit, de locato, num.* 6. *cum ſequent.* Fagnan.
*ad eundem text. num.* 4. *cum ſequent.* Amiden.
*de ſtyll. datariæ, lib.* 1. *cap.* 15. §. 13. *quæſt.* 16.
*num.* 69. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2.
*conſtitut.* 38. *definit.* 1. Fulgin. *de jure emphy-*
*teut. tit. de variis caducitatib. quæſt.* 10. *num.*
21. & *quæſt.* 12. *num.* 1. *cum ſequent.* & *de ſo-*
*lut. canon. quæſt.* 1. Cardinal. de Luca *de em-*
*phyteuſ. diſcurſ.* 46. *num.* 5. & *diſcurſ.* 78. *num.*
2. Caſtejon *in alphabet. verb. emphyteuſ. num.*
42. Anton. Gobius *conſultat.* 46. *num.* 5. Sed
ſi poſt incurſam caducitatem, dominus dire-
ctus, non ignorans illam, admiſſerit emphy-
teutam ad capibreviandum, cenſetur remiſſa
caducitas, & evaneſcit commiſſum, Anton.
Faber *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *definit.* 16.
Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 46. *num.* 12. Carpzov.
*d. conſtitut.* 38. *definit.* 6. *num.* 4. Andreol. *con-*
*troverſ.* 183. *num.* 11. Anton. Gobius *conſult.*
24. *n.* 10. Propter non ſolutum laudemium,
nunquam incurritur caducitas, neque contra
emphyteutam ad caducitatem poteſt agi, quia
laudemia debita domino directo non ſolve-
rit, Amad. Apont. *de laudemiis, quæſt.* 19. *num.*
1. Surd. *deciſ.* 31. *num.* 14. & *deciſ.* 200. *num.*
1. & *conſ.* 371. *num.* 8. Burg. *de laudem. part.* 1.
*impet.* 9. *num.* 16. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2.
*quæſt.* 23. *num.* 27. Anton. Faber *dict. lib.* 4.
*tit.* 43. *de jure emphyteut. definit.* 57. *num.* 4.
Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 27. *n.* 15. Mer-
lin. *de pignorib. lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 45.
Non tamen tenetur emphyteuta deferre
69 ad Domum domini directi canones, imo ſi
dominus directus, & emphyteuta, ſub diver-
ſis domiciliis incolatum habuerint, tenetur
dominus directus ad domum emphyteutæ ire
pro canonum ſolutione, quamvis ſi ejuſdem
domicilii fuerint, non eſt dubitandum quod
emphyteuta tenetur ad domum directi domi-
ni canones deferre, *ex regul. text. in l. item*
*illa* 18. & *ibi gloſſ.* & Barthol. *ff. de conſtituta*
*pecun.* Pechius *de jure ſiſtend. cap.* 9 *numer.* 2.
Cancer *variar. part.* 1. *cap.* 11. *de emphyteuſi, n.*
40. Corbul. *de jure emphyteut. de privat. ob ca-*
*non. non ſolutum, ampliat.* 14. Paris de Puteo
*de reintegrat. feud. cap.* 33. *num.* 2. Anton. Fa-
ber *in ſuo Cod. lib.* 8. *tit.* 30. *de ſolutionib. defi-*
*nit.* 4. Xammar *rerum judicatar. part.* 2. *definit.*
118. *per tot.* Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 1. *q.*
6. *num.* 62. Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 32.
*num.* 13. *cum ſequent.* Licèt Bald. *in l. accep-*
*tam, de uſuris, in* 12. *quæſt.* contrarium teneat
defendens oppoſitum, meo videri abſque
legitimo fundamento, nam independenter
à pacto, aut conſuetudine, non tenetur em-
phyteuta deferre Canones ad domum domini
directi in diverſo domicilio commorantis,
nam apud nos debitor cenſualiſta, ideò tene-
tur penſiones cenſus ad domum debitoris in
diverſo territorio degentis deferre, quia
ſpeciali pacto in contractus cenſus inſtru-
mento ad id obligatur, ut notant Fontanell.
*de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 4. *n.* 3.
124. & 125. Xammar. *dict. definit.* 118. *n.* 3.
Faber *in ſuo C. tit.* 29. *definit.* 4. ex eiſdem ra-
tionibus tenebitur emphyteuta deferre laude-
mium ad domum domini directi non com-
morantis in diverſo domicilio, ut latè pro-
bat Nigro *de laudemio, tom.* 1. *quæſt.* 32. *num.*
20. *cum ſequent.*
In noſtro Regno non incurritur caducitas, 70
niſi emphyteuta per ſpacium quadriennii ceſ-
ſaverit à canonum ſolutione. *fur. aquell* 2. *rubr.*
*de jure emphyteut.* noſter Salon. *de juſtitia,* &
*jure, tom.* 2. *diſput. de cenſibus, art.* 2. *verſ. ſecun-*
*da, col.* 1224. Et licèt, tam de jure, quam de
foro antiquo, ut incurreretur caducitas per
cèſſationem canonum non requireretur, ne-
que aliqua interpellatio ex parte domini, vel
petitio cenſus, imo die interpellante pro ho-
mine, incurrebatur ipſo jure caducitas abſ-
que aliqua interpellatione, vel canonis peti-
tione, *l.* 2. & 3. *Cod. de jure emphyteut. cap.*
*potuit, de locato,* ibi: *Cum in hoc caſu dies ſta-*
*tuta pro domino interpellet, l. magnam, Cod. de*
*contrahend. ſtipulat. l.* 2. §. *ſin autem, Cod. de*
*jure emphyteut. l. traiectitie* 22. *ff.* de *obligat.*
& *actionib. l. pecuniæ* 9. *in fin. l. edictis* 18. *ff.*
*de uſuris, l. ad diem* 77. *ff. de verbor. obligat. l.*
*libertus* 18. §. *manummiſ. ff. de aliment. legat.*
*dict. for.* 2. *for.* 49. *rubr. de jure emphyteut.* Do-
cent Velaſc. *de privileg. pauper. part.* 1. *quæſt.*
25. *num.* 2. Barboſ. *in l. ſi mora, num.* 11. *ff.*
*ſolut. matrimon.* Pichard. *in diſputat. de mora,*
*num.* 67. Robertus *lib.* 1. *rerum judicatar. cap.*
17. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap. po-*
*tuit, de locato, num.* 5. Fagnan. *ad eundem text.*
*num.* 7. & 8. Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſtion.*
27. *num.* 18. & *tom.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 2.
Tamen in noſtro Regno, non incidet emphy- 71
teuta in commiſſum, neque cadet à jure ſuo
per ceſſationem ſolutionis canonis quadrie-
nalis, niſi perſonalitèr fuerit interpellatus ju-
dicialitèr, aut extrajudicialitèr ad hoc ut in-
tra viginti dies canones ſolvat à die inter-
pellationis factæ, quibus elapſis, poterit ad
commiſſum agi, abſque eo quod renunciari
interpellationi ſupradictæ poſſit, ut expreſsè
cautum habetur, *in foro* 217. *fol.* 41. *curiar. an-*
*ni* 1604. ibi: *Item que la ceſſaſsio de pagues per*
*temps de quatre anys, y mes, de aſsi avant, no ſia*

*cas de commis, ſino preſebint interpellaciò fabedora per lo Señor directe al emphyteuta judicial, ò extrajudicialment: y paſſats vint dies apres de dita interpellaciò, no pagant, ſia cas de commis, ab que la interpellaciò ſia perſonal al mateix emphyteuta, de la qual conſte ab acte publich, y que ningu per via de eſtabliment, ni altres contractes alguns puga renunciar à la preſent diſpoſiciò, y en cas que per via directa, ò indirecta ſi renunciarà aaaquella, la tal renũciaciò ſia nulla, è que de aſsi avant no es puga pretendre commis per ceſſaciò de pagues, ſino es preſebint la dita interpellaciò en la forma ſobredita.* Noſter Trullench *in decalog. tom.2. lib.7. cap.23. dubitat.* 8. *num.*11. & videtur de mente Gregor. XV. *deciſ.*5. *num.*7. Arguell. *deciſ.*118. *numer.* 12. Et quod non incurratur caducitas per ceſſationem ſolutionis canonis, niſi interpellatio ſupradicta fuerit facta, declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 20. *Februarii* 1616. inter Chriſtophorum Paſqual, & Stephanum Martinez de Freineda, & alia per Aireus, *die* 13. *Novembris* 1627. inter Domnam Catharinam Vallterra, & de Polo, & Jacobum Gilabert, & alia per Ferrera, *die* 17. *Decembris* 1668. inter Egregiam Comitiſſam de Geſtalgar, & Egregiam Comitiſſam de la Alcudia. Quæ neceſsitas interpellandi non eſt extra rationem ſtabilita, cum juxta multorum opinionem, non inducatur mora abſque interpellatione, etiam ſi dies præfixus ſolutioni fuerit, *l. mora* 33. *ff. de uſuris, l. ex legali* 23. *ff. de verbor. obligat. l.*1. §. *ultim. ff. de pericul. & commodo rei venditæ, l. traiectitie*, §. *de illo, ff. de obligat. & actionib.* ibi: *Si interpellatus moram ipſe fecerit.* Ferretus *in tractat. de Mora, num.*22. adduct. à Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap. potuit, de locato, num.* 4. Nigro *de laudem. tom.*2. *quæſt.*2. *artic.*2. *num.*4.

72 Poteſt hujuſmodi interpellatio fieri; aut judicialitèr, aut extrajudicialitèr *dict. for.* 217. ibi: *Judicial, ò extrajudicialmene*, ſed quolibet ex iis modis fiat, notificari, & fieri perſonalitèr debet ipſi emphyteutæ, *dict. for.* 217. ibi: *Ab que la interpellaciò ſia perſonal al mateix emphyteuta.* Unde non ſufficiet quod interpellatio iſta fiat, & notificetur procuratori emphyteutæ, nam cum fiat, ut in pœnam commiſsi incidat emphyteuta, penſionibus non ſolutis intra præfixum terminum, non poterit hunc operari effectum ſi notificetur procuratori, cum nequeat procurator facere incidere in pœnam, neque præjudicium inferre principali ſuo, ſed debent ſimilia mandata pœnalia ipſi principali domino notificari, ex regul. text. *in l. creditor*, §. *Lucius, ff. mandati, l. ſi procurator, & ibi gloſſ.* & DD. *ff. de condict. indebiti, Clementin. non poteſt, de procuratorib.* cum aliis à me adductis, *num.* 29. Si interpellatio extrajudicialitèr fiat, debet mediante inſtrumento publico coram nota- 73
rio, & teſtibus fieri, *dict. for.* 217. ibi: *De la qual conſte ab acte publich.* Et quod ſi fiat interpellatio abſque inſtrumento publico, nullius momenti ſit, declaravit Senatus ſententia per Ferrera, *die* 17. *Decembris* 1668. inter Egregiam Comitiſſam de Geſtalgar, & Egregiam Comitiſſam de la Alcudia.

Quãdo el emphyteuta por eſpacio de qua- 74
„tro años, ò por mas tiempo, ha dexado de „pagar los cenſos al Señor directo, no ſe „puede paſſar à moverle inſtancia de comiſ„ſo, ſin que ſe le haga la interpellacion de „que pague los cenſos que deve dentro de „veinte dias. Eſta interpellacion puede ha„zerſe de dos maneras, la una con Notario, „y teſtigos, requiriendo el Señor directo, ò „ſu Procurador al Notario, para que le inter„pele al emphyteuta de que pague los cenſos „dentro de veinte dias, aliàs no haziendolo „ſe procedera al comiſſo, y en eſte caſo re„cebirà el Notario auto con teſtigos de la „interpellacion hecha al emphyteuta, alar„gandole en eſta forma.

Die XXIII Junii, anno à Nativitate Domini M. DC. LXXXVIII.

Comparent en preſencia de mi el Notari, y teſtimonis infraſcrits Moſen F. T. Prebere, Beneficiat de T. Benifet, Señor directe de T. verbo dix, que molt be ſab vmd. Señor F. T. preſent, que com à poſſehidor que es de T. caſa cenſida à dit Benifet à cens de T. ſous ab lluiſme, y fadiga, li eſtà devent deu añades de cenſos, y ſobre haverleshi demanades repetides vegades, no ha cuydat de pagarleshi. Per lo qual, en eixecuciò de lo diſpoſt per furs del preſent Regne, interpella à vmd. dit F. T. pera que dins vint dies, contadors del dia de huy enavant, li pague les dites deu añades de cenſos, aliàs no fentho, dit termini paſſat, ſe paſſarà à declarar ſer cas, y lloch de comis, ſegons aixi eſtà diſpoſt per lo fur. 217. fol. 14. de les Corts del any 1604. De totes les quals coſes en eixecuciò, y obſervancia de dit fur, men requiri lo dit F. T. à mi lo Notari infraſcrit, lin fes à vmd. interpellaciò, y lin rebès acte publich de aquella, pera haverne memoria en lo es devenidor, lo qual &c. Actum Valentiæ, &c.

Teſtes.

Eſta



Eſta interpelacion extrajudicial, podrà ha„zerſe en dia de fieſta, ò feriado, por ſer au„to extrajudicial, y poderſe hacer en dia que „no ſea juridico. La otra interpelacion ſe „hace judicialmente, proponiendo el Se„ñor directo, ò ſu Procurador ſu libello an„te el Juez delegado, en el qual narrando „el hecho de la ceſſacion de pagas, ſe con„cluye pidiendo, ſe haga la interpelacion, y „provehida eſta inſtancia por el delegado, ſe „notifica por medio de un portero al emphy„teuta, y ſe deve dirigir en eſta forma.

IHS. Moſen F. T. Prebere, Beneficiat de T. Benifet propoſant com millor por diu, que S. T. detè, y poſſeheix una caſa ſituada, y poſada en la preſent Ciutat, Parroquia de T. en lo carrer de T. tenguda ſots directa ſeñoria del Propoſant en dit nom de Beneficiat à cens de 30. ſous caſcun any, pagadors en lo dia de Sent Joan de Juny en una paga, ab lluiſme, y fadiga, y tot altre ple dret emphyteutical, la qual caſa afronta, ab caſa de F. T. y S. T. E com lo dit F. T. eſtiga devent al Propoſant deu añades de pagues finides, que importen 15. lliures, y per mes que ha ſolicitat la cobranza, enjames la ha poguda conſeguir, y la ceſſaciò de pagues, no ſia cas de comis en lo preſent Regne, ſino obſervantſe la interpellaciò expreſſada en lo fur. 217. fol. 41. de les Corts del any 1604.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. Requir, ſia per la preſent interpelat lo dit F. T. de que dins vint dies, omni cum effectu, pague al Propoſant les dites 15. lliures S.I.C. de dites deu añades de cenſos, alias dit termini paſſat, ſi adeclarat, ſer cas, y lloch de comis en lo modo, y forma que eſtà diſpoſt per lo dit fur, Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus M. Die 26. Junii 1688.*
*Fiat interpellatio requiſita juxta forum, & ſuper aliis intimetur.*
F. T. Judex delegatus.

Facta interpellatione judicialiter, aut ex- 
75 trajudicialiter, & non ſolutis cenſibus intra præfixum terminum incurritur caducitas, ipſo foro, ſed opùs eſt ſententia, & quod à domino directo inſtantia caducitatis proponatur, nam licet aliqui voluerint, non eſſe opus iis in caſibus ſententia, qua declaretur incidiſſe emphyteutam in caducitatem, per text. *in l. penultim. Cod. de pignoratit. action. l.* 3. *ff. eod.* Bald. Salicet. & Coracius *in dict. l. ultim. C. de jure emphyteut.* Pereyra de Caſtro *deciſ.* 55. *n.*10. Phebus *deciſ.* 127. *part.*2. Pegas *reſolut. forenſ. cap.*9. *num.*2. Tamen certius eſt, & in noſtra praxi admiſſum, ſententia declaratoria opus eſſe, *l. lex vectigali, ff. de pignor.* docent Roſentall *de feudis, cap.* 10. *concluſ.* 41. *num.* 124. & *cap.*7. *quæſt.* 60. *num.* 14. Burſat. *conſ.* 456. *num* 35. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 10. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.*3. *cap.*4. *num.*57. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*2. *tit.*22. *num.*4. Bardell. *conſ.*55. *n.* 5. Perſonal. *conſ.* 5. *ſub num.* 25. Gibalin. *de uſuris, tom.*2. *lib.*4. *cap.*1. *art.*2. *num.*5. Hodiern. ad Surd. *deciſ.*29. *num.*2. Solorzan. *de jure indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.*27. *num.*87. Gonzalez Tellez *ad text. in dict. cap. potuit, de locato, num.*8. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.*2. *conſtitut.*38. *definit.*1. & 2. Fulgin. *de jure emphyt. tit. de variis caducitatib. quæſt.*10. *num.*1. & 21. Meli *allegat.*47. *num.*20. *lib.*2. Ciroch. *diſceptat. forenſ.*56. *num.*86. Manſius *conſult.* 12. *num.*7. Anton. Gobius *conſultat.* 77. *n.* 4. Ratio eſt, quod etiam ſi ipſo foro imponatur emphyteutæ non ſolventi canones intra viginti dies caducitatis pœna, neceſsè eſt quod declaretur incurſus pœnæ, quia quando ipſo jure impoſitæ reperiuntur pœnæ, neceſſarium ſemper eſt declarari à Judice, incurſam fuiſſe pœnam, Menoch. *conſ.*99. *à num.* 108. Silveſter *in ſumma, verb. emphyteuſis, q.* 2. *num.*7. Cartar. *de execut. ſentent. cap. bann. cap.*1. *num.*187. & 355. Mareſcot. *variar. lib.* 5. *reſolut.*35. *num.*118. Aldovin. *conſ.*27. *num.* 6. Giurba *conſ.*65. *num.* 53. Gibalin. *ubi proxim.* Solorzan. *dict. cap.*27. *num.*87. & *lib.* 4. *cap.*4. *num.*87. D. Matheu *de re criminal. controverſ.* 69. *n.* 24.

Facit etiam, quod caducitas etiam incurſa, non aliter habet locum, quam volente, & 
declarante domino directo, taliter quod ſi 76
ipſe dominus directus non dicat ſe velle uti jure ſuo, & inſtantiam commiſsi proponat, non poterit illius hæres vel ſucceſſor, declarare caducitatem, & intentare commiſſum, ſi dominus directus deceſſerit non declarata caducitate, & propoſito commiſſo, Corbul. *de jure emphyteut. cauſa* 15. *privat.* 1. *ampliat.* 45. *num.* 17. Surd. *conſ.*86. *numer.*11. Caldas



Pe-

Pereyra *de extinct. exphyteuſis*, *cap.* 19. *num.* 24. & *cap.* 17. *num.* 29. Gonzal. *ad regul.* 8. *cancellar. gloſſ.* 56. *num.* 53. Magon. *deciſ.* 70. *num.* 1. Marius Antonin. *variar. lib.* 1. *reſolut.* 98. *n.* 7 Barboſ. *ad text. in cap. potuit, de locato, num.* 122. Salgad. *poſt labyrint. deciſ.* 29. *num.* 14. Palma *conſultat.* 10. *num.* 2. Fulgin. *de jure emphyteut. tit de variis caducitat. quæſt.* 8. *num.* 1. Meli *allegat.* 31. *num.* 4. & *allegat.* 21. *num.* 24. *lib.* 1. & *obſervat.* 88. *num.* 2. Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 22. Sperel. *tom.* 2. *deciſ.* 170. *num.* 23. Dunnozzet. *deciſ.* 419. *n.* 8. Anton. Gobius *conſultat.* 77. *num.* 17. & 18. Dominus enim directus qui ſciebat caducitatem, & dum vixit illam non intentavit, & declaravit, remiſiſſe cenſetur: merito ergo ad illius hæredes non tranſmittitur jus petendi caducitatem ob canones non ſolutos, vel alia de cauſa, Barboſ. *in l.* 2. *part.* 1. *num.* 136. *ff. ſolut. matrim.* Bich. *deciſ.* 485. *ex num.* 7. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de variis caducitatib. quæſt.* 9. *num.* 1. Meli *allegat.* 50. *num.* 19. *lib.* 2. & *obſervat.* 88. *num.* 3. Dunnozzet. *dict. deciſ.* 419. *num.* 8. Anton. Gobius *dict. conſultat.* 77. *num.* 17. & 18. Palma *conſultat.* 10. *num.* 2. Sperel. *deciſ.* 71. *num.* 39. Unde procurator domini directi, abſque ſpecialiſsimo domini mandato, non poterit caducitatem declarare, Veral. *deciſ.* 301. *lib.* 1. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 29. *num.* 13. Rota *deciſ.* 241. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 2. *recentiſsimar.* Anton. Gobius *conſultat.* 77. *num.* 37. Et multo minus, domino non loquente, & declarante, poterit tertius petere quod declaretur incurſam fuiſſe caducitatem, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, *die* 15. *Septembris* 1633. inter Petrum Fayos, & Eliſabetham Navarro. Neque caducitas incurſa cenſebitur, niſi à die illo, quo dominus declaraverit, velle uti jure ſuo, Delbene *de immunitat. tom.* 2. *cap.* 17. *dubitat.* 17. *num.* 11. Ex adverſo, non poterit caducitas contra defunctum emphyteutam declarari, quando illo vivente, neque petita, neque declarata fuit, quia pœna legalis eſt, quę ad hæredem non tranſmittitur, neque contra defunctum ſuſcitatur, Oſaſc. *deciſ.* 29. *num.* 13. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 29. *num.* 11. Anton. Gobius *conſultat.* 100. *numer.* 40. Niſi ex pacto incurſa fuerit caducitas per defunctum, nam tunc poterit contra hæredem declarari, Cagnol. *in l. qui in alterius, num.* 4. *ff. de regul. juris*, Burſat. *conſ.* 353. *num.* 68. Pignatel. *ad ſtatut. Ferrar. tom.* 2. *rubr.* 127. *ſub n.* 73. Anton. Gobius *conſult.* 24. *n.* 32.

Non eſt dubitandum, quod proprietas prę-
77 dii emphyteutici, poteſt penes emphyteutam reperiri, & emphyteuſis uſusfructus penes aliam perſonam, quia emphyteuta poteſt uſumfructum conſtituere in re emphyteutica abſque domini conſenſu, *l.* 1. & ubi Bald. *ff. quibus mod. uſusfruct. amittatur*, Bald. *in l.* 1. *in fin. ff. de ſuperficieb.* Roman. *ſingular.* 626. Roland. à valle *conſ.* 59. *lib.* 2. *num.* 8. Ruin. *conſ.* 150. *lib.* 3. *num.* 14. Gabriel. *conſ.* 162. *n.* 50. *cum ſequent. lib.* 1. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 70. *Cod. de bonis matern.* Gibalin. *de uſuris, tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *artic.* 4. *n.* 9. & *cap.* 6. *artic.* 14. *conſect.* 5. *num.* 8. Leotard. *de uſuris, part.* 1. *quæſt.* 52. *num.* 9. Nigro *de laudemio, tom.* 1. *quæſt.* 33. *n.* 21. Et ex conſtitutione uſusfructus, debet laudemium ſolvi, ut probat Nigro *de laudemio, tom.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 27. Hoc ſuppoſito, non erit otioſum inqui-
rere, cui notificanda ſit interpellatio ſolvendi 78
canones, uſufructuario, aut proprietario, aut quis ſit citandus ad capibreviandum, & canones ſolvendos, proprietarius, vel uſusfructuarius. Videtur enim citandum eſſe uſumfructuarium, & illi notificandam eſſe hanc interpellationem ſolvendi canones, quia hujuſmodi citationes, & interpellationes fiunt, ut dominus directus conſequatur canonum ſolutionem, qua propter faciendæ erunt illi, qui canones tenetur ſolvere: Ergo uſufructuario erunt faciendæ, cum iſte, & non proprietarius teneatur ſolvere cenſus, & canones emphyteuſis, Gabriel *conſ.* 47. *num.* 6. & 7. *lib.* 1. Cavalcan. *de uſufruct. mulieri relicto, n.* 160. *fol.* 364. Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis matern. part.* 2. *num.* 72. Carocius *de locato*, 3. *gradu accidentium*, *quæſt.* 16. *de uſufruct. ex n.* 10. Ripoll *variar. cap.* 7. *num.* 364. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 56. *num.* 16. Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 4. & 5. Quamvis aliter ſit reſpectu præſtationis laudemii, nam ſi alienetur, vel legetur proprietas emphyteuſis uni, & uſusfructus alteri, vel ſi proprietas nuda penes aliquem reperta vendatur, non tenetur ſolvere laudemium uſusfructuarius, ſed proprietarius, & ille cui proprietas fuit relicta, argum. text. *in l. qui concubinam*, §. *qui hortos*, *l. penultim.* §. *final. ff. de legat.* 3. Boer. *ad conſuetud. Bituris, tit. de feud. & cenſib.* §. 9. *col.* 2. Caſſaneus *ad conſuetud. Burgund. de feud. rubr.* 3. §. 1. *gloſſ.* 2. Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 15. *per tot.* Oñate *de contract. tom.* 4. *diſput.* 111. *num.* 194. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 2. *conſtitut.* 39. *definit.* 31. *n.* 2. Facit etiam quod uſusfructuarius habet jus in re illa emphyteutica, & ſimiles uſusfructuarii, coguntur judicium intentatum reſpectu rei ſuſcipere propter jus quod habent, nec liberantur dominum nominando, *l. ſepè, ff. de re judicat. gloſſ. in l.* 2. *Cod. ubi in rem actio, verb. quolibet modo*, Alvar. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 28. *n.* 32. Salgad. *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 8. *n.* 132. Nigro *de laudem. tom.* 1. *q.* 30. *n.* 67. & 68.

Ex adverſo conſiderari poteſt primo, quod
ex alieno delicto, & tertii contumacia, non 79
debet, juxta juris regulas, puniri ille, qui nec contumax fuit, nec delictum fecit, *l. ſancimus, Cod. de pœnis, l. abſentem, ff. eod. l. rem mihi, ff. commodati.* Et alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, *l. non debet, ff. de regul. juris*, *l. debitorum pactionib. Cod. de pactis, cap. non debet* 22. *de regul. juris in* 6. *cap. ſi compromiſſum*, §. *porrò de elect. in* 6. Ergo cum, ob non ſolutos canones, interpellatione facta, caducitas incurratur, & idem eveniat ob cõtumaciam non comparendi ad capibreviandum, citationibus factis, amitteret proprietarius emphyteuta dominium utile, & proprietatem emphyteuſis, & hoc ei eveniret ex culpa, dolo, & negligentia uſusfructuarii non comparentis, aut canones non ſolven-
80 tis. Secundo quia neque lis neque ſententia, citato proprietario lata, nocere poteſt uſufructuario non citato, neque judicium, & ſententia cum uſufructuario lata, poteſt proprietario nocere, *l. æquiſsimum*, §. *fructuarius, ff. de uſufructu, gloſſ. in l. is cujus*, §. *final. ff. de uſufruct.* facit *text. in l.* 2. *Cod. de uſufruct.* Cavalcan. *de uſufruct. à num.* 125. Paulus Pariſ. *in repetit. l. ſepè num.* 10. *cum ſequent. ff. de re judic.* Gama *deciſ.* 266. *part.* 2. Pinel. *de bonis matern. lib.* 1. *part.* 2. *à num.* 68. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 34. *num.* 5. & 6. Salgad. *in labyrint. part.* 2. *cap.* 22. *num.* 67. & *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 8. *ex n.* 130. & *ex num.* 327. Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 66. Ergo interpellationis decretum, & citationes ad capibreviandum contra uſumfructuarium expeditæ, non poterunt nocere proprietario emphyteutæ, neque earum virtute procedi adverſus proprietarium poterit ad incurſum caducitatis. Tertio probatur, nam maritus, cui emphyteutica bona conſtituta ſunt in dotem, etiam ſi interpellatus, canones non ſolverit, non præjudicat uxori, neque facit eam incidere in commiſſum, Surd. *deciſ.* 102. *n.* 6. & 20. Menoch. *conſ.* 88. *num.* 42. Ovidius de amiſsis *in repetit. ad text. in cap. potuit, de locato, quæſt.* 17. Borel. *in ſumma deciſ. tom.* 1. *tit.* 33. *n.* 318. Cabedo *deciſ.* 154. *n.* 7. *part.* 1. Barboſ. *ad text. in dict. cap. potuit, de locato, num.* 114. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 13. *num.* 21. *in fin.* Olea *de ceſsion. jurium, tit.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 21. Ergo ſimilitèr, ſi uſusfructuarius interpellatus, canones non ſolverit, aut citatus non comparuerit ad capibreviandum, non poterit facere, quod proprietarius incidat in commiſſum, & per conſequens nunquam erit efficax citatio, aut interpellatio contra uſumfructuarium facta.

In hac dubietate tenendum judico, quod
1 ſi agatur à domino directo qualibet actione ad ſolam canonum exactionem, ſufficiet quod judicium ſuſcipiatur contra uſumfructuarium, nam cum, ut jam dixi, teneatur iſte ad canonum ſolutionem, uſufructu durante, poterit directe inſtitui judicium contra illum ſolum, *l. hactenus* 8. *ff. de uſufruct. l. uſufruct.* 7. *ff. eod. l. eum ad quem* 7. *ff. de uſu-*
*fructu*: Si autem interpellatio ſolvendi cano- 82
nes fiat eo fine, ut illis non ſolutis, caducitas incurratur, vel ſi citationes ad capibreviandum dirigantur, & fiant ad effectum ut emphyteuta non comparente ad commiſſum procedatur, tunc judico non ſufficere interpellationem, aut citationes facere uſufructuario, ſed neceſſe eſſe quod fiant, tam uſufructuario, quam proprietario, nam cum ex caducitate ledantur, non ſolum uſusfructus jura, ſed etiam proprietatis debent citari, & interpellari, tam uſusfructuarius, quam proprietarius ex regul. text. *in l. ſepè, ff. de re judicata*, & doct. gloſ. communitèr receptæ, *in l. is cujus*, §. *final. ff. de uſufructu.* Non enim tangit negotium illud nudam proprietatem, ut affirmemus, quod legitimè judicium ſuſcipi poſsit contra proprietarium abſque neceſſitate citandi uſumfructuarium, ut Senatus dixit ſententia per Alreus, *die* 23. *Decembris* 1609. inter Ludovicum Vives, & hæredes Petri Ludocino.

Sed adhuc poteſt non ſine fundamento du-
bitari, an interpellatis ad ſolvendos cenſus, 83
vel citatis ad capibreviandum proprietario, & uſufructuario, poſsit ad caducitatem deveniri cenſibus non ſolutis, quia emphyteuta proprietarius, qui nudam rei emphyteuticæ proprietatem habet, etiam quod interpelletur, aut citetur, non tenetur ad canonum ſolutionem, cum, ut jam dixi, ad uſumfructuarium ſpectet: Ergo quia uſusfructuarius non ſolvat, non eſt rationi conſonum quod puniatur proprietarius etiam citatus, aut interpellatus, caducitatis pœna, & amiſsionis juris proprietatis, nam in proprietario non obligato ad canones, nunquam poteſt conſiderari mora, aut culpa in non ſolvendo, etiam ſi ei jubeatur quod ſolvat, tota enim culpa, & mora, uſufructuarii eſt obligati, & non ſolventis, & ex illius culpa non debet proprietarius puniri, ex regul. text. *in dict. l. non debet, ff. de regul. juris, l. ſancimus, Cod. de pęnis, l. abſentem, ff. eod.* Hoc tamen non obſtante cenſéo, quod citatis uſufructuario, & proprietario, & cenſibus non ſolutis, poterit ad caducitatem deveniri, quia licèt in re emphyteutica poſsit uſusfructus conſtitui, ut dixi, *n.* 77. Hæc uſusfructus conſtitutio, non diminuit jura domini directi, neque in illius præjudicium poteſt verti, ex regul. text. *in l.* 2. §. *merito* 10. & 15. *ff. nequit in loco publico.* Cum autem dominus directus habeat jus cõpellendi emphyteutam ad canonum ſolutionem ſub pœna incurſus caducitatis, debet ei

conſervari hoc ejus,non obſtante uſusfructus
conſtitutione, qua propter interpellatis, aut
citatis, uſufructuario, & proprietario penes
quos omnia emphyteuſis jura reperiuntur,
poterit directus dominus utendo jure ſuo ad
caducitatem procedere,cenſibus non ſolutis.
85 Neque obſtant pro ratione dubitandi ad-
ducta, nam reſpondetur, quod & ſi uſusfru-
ctuarius teneatur ad canonum ſolutionem,ſi-
cuti ad collectas, dummodo ſolvendo illas
uſusfructus inutilis non remaneat,Pinel. *in l.
1. Cod. de bonis matern. part.* 1. *num.* 72. Caval-
can. *de uſufruct. mulieri relicto, num.* 160. Gra-
tian. *diſceptat.* 128. *num.* 4. Surd. *de aliment.
tit.* 4. *quæſt.* 16. *num.* 16. Gratsis *receptar. ſen-
tentiar.* §. *legatum, quæſt.* 53. Carol. Anton.
de Luca *in animadverſionib.* ad Gratian. *cap.*
128. *num.* 8. Tamen proprietarius citatus,aut
interpellatus, ut non amitat jus ſuum, cura-
re tenetur,ut canones uſusfructuarius ſolvat,
aut ſolvere poterit illos, quia & ſi directè,&
principaliter non teneatur ad canonum ſolu-
tionem proprietarius; uti proprietarius, &
dominus utilis rei emphyteuticæ, & quaſi fi-
dejuſſor, tenetur, quia ſi uſusfructuarius non
ſolvat, uti dominus, & poſſeſſor rei, obliga-
tus eſt ad canonum præſtationem ratione rei,
cum habeat rem obligatam horum canonum
ſolutionibus, *l. Modeſtinus, ff. de ſolutionib. l.
in creditore, ff. de evictionib.* Franchis *deciſ.*
659. Amadeus de Ponte *in tractat. de lau-
dem. quæſt.* 45. Borel. *in ſumma deciſ. tit.* 33.
*de emphyteuſ. num.* 228. Barboſ. *ad text. in cap.
potuit, de locato, num.* 165. Ripoll *variar. cap.*
7. *num.* 29. & 30. Et jam aliqua culpa conſi-
derari poteſt in proprietario citato;ad ſimili-
tudinem illius caſus relinquendi emphyteu-
tam plures heredes, nam ſi unus ex illis in-
terpellatus,canones non ſolvat,etiam ſi cæte-
ri hæredes interpellati non fuerint,incurrunt
omnes caducitatem, *for. ſi el cenſater* 21. *rub.
de jure emphyteut. gloſſ. in l. communi dividun-
do, ff. communi dividundo, l. hæredes,* §. *idem ju-
ris, ff. familiæ erciſcund. l. & quidem, ff. de
his quæ effuderunt, vel eiicierunt*, Alexand.
*conſ.* 7. *col.* 2. *vol.* 5. Hoſtienſ. *in ſummatit. de
locato,* §. *final. verſ. quod ſi unus ex pluribus*,
Affiict. *deciſ.* 153. *num.* 4. Cevall. *quæſt.* 6. &
78. Borel. *in ſumma deciſ. dict. tit.* 33. *n.* 262.
& 396. Coſta *de ratione ratæ, quæſt.* 69. *in prin-
cip.* Carpan. *ad ſtatut. mediolan.* 2. *tom. cap.*
409. *à num.* 136. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.*
26. *à num.* 16. Corbul. *de cauſa privationis ob
non ſolutum canonem, ampliat.* 8. Amic. *de jure
emphyteut. quæſt.* 10. *num.* 6. *cum ſequent.* Ber-
lich. *practicar. part.* 2. *concluſ.* 46. *num.* 28. Ri-
poll *dict. cap.* 7. *num.* 16. Olea *de ceſsion. ju-
rium, dict. tit.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 20. Fulgin. *de ju-
re emphyteut. tit. de ſolutione canonis, quæſt.* 1.
*num.* 63. Nigro *de laudemio, tom.* 2. *quæſt.* 12.
*artic.* 7. *num.* 4. Thomas *de tutoribus, & cura-
torib. tit.* 19. *num.* 1776. Palma *conſultat.* 105.
*num.* 21. Ciroch. *diſceptat.* 56. *num.* 8. Capo-
ni *de ſtipulat. diſput.* 10. *quæſt.* 8. *num.* 51. Car-
dinal. de Luca *de emphyteuſi, diſcurſ.* 65. *num.*
8. Conciol. *de hærede, artic.* 1. *num.* 591. An-
ton. Gobius *conſultat.* 77. *num.* 19. Carol. An-
ton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.*
36. *num.* 6. Quando enim plures reperiuntur
domini rei emphyteuticæ,ut omnes incidant
in commiſſum, non eſt neceſſe, quod omnes
non ſolvant canones, ſed ſufficit quod unus
ſolus interpellatus canonem nō ſolverit,nam
exmora illius, debent omnes pati caducitatis
pœnam, *gloſſ. in dict. l. communi dividund.* 7. *in
verbo, confundetur*, Mantic. *dict. lib.* 22. *tit.* 27.
*ex num.* 16. Borel. *ubi proxim. num.* 262. Tho-
mas *dict. num.* 1776. Nigro *de laudem. tom.* 2.
*quæſt.* 7. *art.* 3. *num.* 46. Anton. Gobius *conſult.*
46. *num.* 8. Et ut incurratur caducitas,non eſt
neceſſe quod deficiatur in omnis canonis ſo-
lutione, ſed ſufficiet, quod in parte, licet
minima, aut in uno nummo deficiatur, Gra-
tian. *diſceptat.* 152. *num.* 7. Caldas *de jure em-
phiteut. cap.* 9. *num.* 25. Mar. Burgus *de lau-
dem. part.* 2. *inſpect.* 34. *num.* 4. Caſtill. *de uſu-
fruct. cap.* 24. *num.* 24. Altograd. *conſ.* 24. *num.*
76. *lib.* 1. Andreol. *controverſ.* 47. *n.* 22. Ful-
gin. *de jure emphyteut. tit. de ſolutione canon.
tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 11. Anton. Gobius *conſul-
tat.* 46. *num.* 6. Tutius tamen erit facere inter-
pellationem omnibus hæredibus, & domi-
nis emphyteuſis,nam omnes debent eſſe mo-
roſi, & renitentes, juxta aliquorum opinio-
nem,ut tota emphyteuſis incidat in commiſ-
ſum, Carpzovius *in juriſprud. forenſ. part.* 2.
*conſtitut.* 38. *definit.* 5. Non tamen debet omit-
ti advertere, quod non ſolum proprietarius
emphyteuſis, ut diximus, ſed quilibet credi-
tor emphyteutæ pro ſuo intereſſe,& ut in ca-
ducitatem non incidat emphyteuſis, poterit
ſolvere domino directo canones decurſos,&
tenetur iſte ſolutionem accipere, Ripa *in l.* 1.
*num.* 19. *ff. de pignorib.* Tiraquel. *de retract.
lignag.* §. 36. *gloſſ.* 2. *num.* 19. Sperel. *tom.* 1.
*deciſ.* 74. *n.* 6.
Ex ſupra traditis ſatis infertur,quod ſi tu- 86
tores, & curatores, Prælati, & alii legitimi,
adminiſtratores, non ſolverint Canones de-
curſos, non facient incidere in caducitatis
pœnam, minores, aut adminiſtrationes, imo
poterit hoc periculum efugi canonem ſol-
vendo, implorato reſtitutionis in integrum
beneficio, ut per text. *in l.* 1. *Cod. de fundis
patrimonialib. lib.* 11. & *l. final. ff. ex quibus
cauſis in integr. reſtitut.* docent Guido de Su-
ſaria, *de jure emphyteut. quæſt.* 7. *num.* 13.
Silveſter *in ſum. verb. emphyteut. num.* 10.
Borel. *in ſum. dict. tit.* 33. *num.* 102. Man-
tic. *dict. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 43. Barboſ.





*in l. hæres abſens, in princip. num.* 155. *ff.
de judiciis*, Farinac. *in* 1. *collectan. noviſsi-
mar. Rotæ deciſsion. deciſ.* 221. *numer.* 14.
Velaſc. *de privileg. paupert.* 1. *part. quæſt.* 33.
*à num.* 9. Barboſ. *ad text. in cap. potuit, de lo-
cato, num.* 305. Olea *de ceſsion. jurium, dict.
tit.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 20. Acoſta *de privileg.
creditor. regul.* 1. *ampliat.* 11. Gibalin. *de uſu-
ris, tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *artic.* 2. *n.* 3. Non
enim fore rationi conſonum, quod ex mo-
ra, & culpa non ſolvendi canones decur-
ſos à tutoribus, vel adminiſtratoribus com-
miſſa,incurrerent minores, vel adminiſtratio-
87 nes caducitatis pœnam, cum juxta juris re-
gulas, ex tutorum culpa, & factis, non de-
beant puniri minores, neque adminiſtrato-
rum dolus, vel delictum officere minoribus,
aut adminiſtratoribus poteſt, *l. ſi quis* 11. §. *ſi
tutores, ff. quod vi, aut clam, l.* 3. §. *ultim.
ff. de tributor. actione, cap. ſi Epiſcopus* 16. *q.*
6. *cap. delictum, de regul. juris in* 6. *Clemen-
tin. nolentes, de hæreticis, l. virifratres, l. ſi-
quid ſuo,* §. *legis, Cod. inofficioſ. teſtament.*
Leotard. *de uſuris, quæſt.* 10. *num.* 15. Gon-
zal. Tellez *ad text. in cap. unic. de plus peti-
tionib. num.* 15. Et quod ex facto tutoris, vel
curatoris non poſsit præjudicari minor, præ-
ſertim ut incidat in pœnam, declaravit Se-
natus ſententia per Saboya pro Ferrera, *die*
22. *Octobris* 1670. in favorem Joſephi Gil
de Remires Notarii. Curatoris Criſtinæ Xi-
meno, & contra Curatorem filiorum, & hæ-
redum Joſephi Burguet.
88 Ex eadem ratione tenendum erit, quod ſi
procurator, aut Syndicus alicujus communi-
tatis citatus ad capibreviandum, contumax
fuerit, & interpellatus canones non ſolverit,
non faciet incidere dominum, aut commu-
nitatem in caducitatis pœnam, quia Syndi-
cus, aut Procurator, non poſſunt facere inci-
dere in pœnam dominos, *l. creditor,* §. *Lu-
cius, ff. mandati, Clementin. non poteſt, de pro-
curatorib.* cum aliis à me adductis *num.* 29.
Idem de Prælatis, & quibuſlibet aliis legiti-
mis adminiſtratoribus tenendum credo, ut
jam dixi,nam nunquam poſſunt illi facere ex
culpa ſua incidere in pœnam, Eccleſiam, aut
adminiſtrationem, quamvis Brito *de locato,
ad text. in dict. cap. potuit,* §. 3. *ex num.* 28.
& §. 4. *ex num.* 15. & Salgad. *in labyrint.
part.* 2. *cap.* 27. *num.* 46. Teneant, ob ceſſa-
tionem ſolutionis canonum per culpam, &
omiſsionem Prælati, devolvi emphyteuſim
in præjudicium Eccleſiæ ad directum domi-
89 num. Quæ omnia non parum confirmantur
ex eo, quod ſolutiones canonum, & aliarum
annuarum præſtationum, quæ fiunt à tutori-
bus, & curatoribus, aut aliis adminiſtratori-
bus,non minuunt adminiſtrationum, ſive mi-
norum jura, quando abſque juſtificatione
fiunt, neque exigentibus tribuunt jus adhuc,
ut in judicio manutentionis obtinere poſint,
Cephal. *conſ.* 58. *num.* 95. Silvan. *conſ.* 66.
*in fin.* Novar. *deciſ.* 117. Capic. Galeot. *tom.*
1. *controverſ.* 62. Merend. *controverſiar. lib.*
11. *cap.* 18. *num.* 6. Carol. Anton. de Lu-
ca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 113. *num.*
15. ubi *num.* 16. Docet, idem tenendum eſſe
in ſolutionibus factis per Univerſitatum Syn- 90
dicos: Ergo ex adverſo omiſsio ſolvendi ca-
nones debitos, à Syndicis, Tutoribus, Præ-
latis, aut Adminiſtratoribus, nequit præju-
dicium inferre Pupillis, Univerſitatibus, Ec-
cleſiis,vel adminiſtrationibus.
Si ob ceſſationem ſolutionis canonum, 91
propoſita fuerit à domino directo caducita-
tis inſtantia contra emphyteutam,& ei noti-
ficata fuerit, poteſt evitare commiſſum em-
phyteuta, celeriter ſolvendo canones,& mo-
ra purgari poteſt refectis expenſis,ita proba-
tur, ex text. *in cap. potuit, ubi gloſſ.* & com-
muniter DD. *de locato*, Guido Pap. *deciſion.*
107. *num.* 1. Oliban. *de actionib. tom.* 2. *lib.* 1.
*cap.* 7. *num.* 9. Surd. *conſ.* 97. *à num.* 31. Va-
laſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 5. *num.* 13. Azor
*inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 10. *de emphyteuſi, cap.*
7. *quæſt.* 7. Borel. *d. tit.* 33. *n.* 175. Monach.
*deciſ. Florentin.* 59. *n.* 3. Clarus *in* §. *emphy-
teuſis, q.* 8. Fachin. *controverſ. lib.* 1. *cap.* 98.
Seſsè *deciſ.* 205. *à princip.* Ripoll *variar. cap.*
7. *num.* 319. & 320. Barboſ. *ad text. in d. cap.
potuit, de locato, num.* 132. Mareſcot. *variar.
lib.* 1. *cap.* 61. Diana *reſolut. moral. tom.* 6. *tract.*
3. *reſolut.* 197. Cyriac. *controverſ.* 206. Oñate
151 Debetur laudemium de omni venditione emphyteuticæ rei, l. final. Cod. de jure emphyteutic. for. 3. rubr. de jure emphyteut. Etiam ſi cum pacto de retrovendendo, apud nos appellato carta de gracia, fiat, Theſaur. deciſ. 75. & 97. Aponte quæſt. 37. laudemial. n. 2. Burg. 2. part. de laudem. inſpect. 50. num. 2. Borel. in ſumma deciſion. tit. 35. de laudem. numer. 72. Barboſ. ad text. in dict. cap. potuit, de locato, n. 24. Caldas de extinct. emphyteuſis, lib. 4. cap. 16. n. 56. Amic. de jure emphyteut. quæſt. 55. à n. 5. Gratian. diſcept. 180. Anton. Faber in ſuo C. lib. 4. tit. 43. definit. 30. numer. 31. Amato variar. reſolut. 73. n. 4. & 5. Gibalin. de uſuris, tom. 2. lib. 4. cap. 4. artic. 3. conſectar. 10. n. 13. Danza de laudem. cap. 50. Hodiern. ad Surd. deciſ. 321. n. 20. Boſſius in moralib. tom. 3. tit. 18. tom. 6. n. 249. Marin. cap. 235. n. 4. Caponi tom. 3. diſceptat. 132. n. 10. Nigro de laudem. tom. 1. quæſt. 30. n. 90. & tom. 2. quæſt. 5. artic. 1. per tot. Carpzov. in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 1. definit. 23. & conſtitut. 39. definit. 13. n. 5. Fulgin. de jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt. 4. n. 1. Bonden. de jure controverſ. colluctat. 55. n. 54. De retrovenditione autem facta,
152 virtute pacti de retrovendendo, originem habentis à primo venditionis contractu, laudemium debetur de juris rigore, Anton. Faber in ſuo Cod. tit. de jure emphyteut. definit. 30. n. 20. & 21. Borel. de edict. magiſtrat. lib. 4. cap. 2. n. 54. & 60. Gibalin. dict. tom. 2. lib. 4. cap. 4. art. 3. conſectar. 10. verſ. prima part. Sed de æquitate communiter inter omnes admiſſa, non ſolvitur de retrovenditione laudemium, Surd. deciſ. 321. Maynard. lib. 4. deciſ. 38. n. 1. Charond. in adnotat. ad jus Pariſienſ. artic. 76. Pereyr. de extinct. emphyteuſis, cap. 16. n. 52. Valaſc. de partitionib. cap. 25. n. 29. & 30. Cened. ad decretal. collectan. 144. n. 56. Burg. inſpect. 50. Amad. quæſt. laudemial. 37. Borel. dict. tit. 35. n. 73. Hieronym. Laurencius deciſ. 123. in fin. Marius Antonin. variar. lib. 1. reſolut. 99. n. 2. & 3. Barboſ. ad text. in dict. cap. potuit, n. 34. Theſaur. deciſ. 75. n. 3. Fontanell. tom. 1. deciſ. 277. n. 9. & 26. Cavaler. deciſ. 360. n. 5. Delben. de immunitat. tom. 2. cap. 17. dubitat. 23. n. 23. Bonacin. de emphyteuſ. punct. 2. Bordon. in opere moral. regular. reſolut. 27. n. 3. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. n. 40. Boſſius in moral. tom. 3. tit. 18. tom. 6. n. 250. Danza de laudem cap. 50. Caponi tom. 3. diſceptat. 132. n. 10. Fulgin. de jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt. 4. n. 2. Carpzov. in juriſprud. forenſ. par. 2. conſtitut. 1. definit. 24. & conſtitut. 39. definit. 13. n. 7. Carol. Anton. de Luca in animadverſ. ad Gratian. cap. 180. n. 11. Bonden. de jure controverſ. colluctat. 35. n. 56. Nigro de laudem. tom. 1. quæſt. 5. art. 5. per tot. Cardinal. de Luca de feud. diſcurſ. 69. n. 6. juxta conſuetudinem Cathaloniæ, de venditione cum pacto retrovendendi, dimidium ſolvitur laudemium, & de retrovenditione aliud dimidium, Solſona in lucern. laudemior. celul. 10. à n. 38. Theſaur. deciſ. 75. num. 3. Fontanell. tom. 1. deciſ. 277. n. 10. licet ipſe n. 11. improbet conſuetudinem illam.

Illa quæ diximus intellige, quando pactum 153
de retrovendendo eſſet appoſitum in ipſo vẽditionis contractu, nàm ſi pactum eſſet ex intervallo appoſitum poſt contractum, deberetur laudemium ex retrovenditione, Solſona in lucern. laudemior. celul. 10. n. 24. Aponte quæſt. 33. laudemial. n. 8. Gutierr. de gabel. quæſt. 10. n. 11. & 25. Fontanell. dict. deciſ. 277. n. 12. Marin. lib. 1. reſolut. 235. n. 3. Gibalin. ubi proxim. verſ. dico quarto, Carol. Anton. de Luca dict. cap. 180. n. 11. in fin. Idem erit tenendum, ſi tempus pacti de retrovendendo in primo contractu appoſitum antea quam finiretur, & intra terminum, prorrogatum fuerit, cum nova qualitate, & forma, ac pactis diverſis, quam appoſitis in primo contractu, nam cum dicatur novus contractu, debebitur ex retrovenditione laudemium, Burg. de laudem. part. 2. quæſt. 45. n. 42. & quæſt. 50. n. 9. 10. & 13. Fontanell. dict. deciſ. 277. n. 14. Multo melius hoc procedet, ſi tempore primi pacti de retrovendendo finito, prorrogatum fuerit tempus, nam tunc debebitur laudemium ex retrovenditione, cum fiat virtute novi contractus initi poſt primum, nullum ab illo dependentiam habentis, Aponte quæſt. laudemial. 37. n. 24. Burg. de laudem. part. 2. quæſt. 45. n. 42. Fontanell. dict. deciſ. 277. n. 13. De venditio-
ne facta cum pacto legis commiſſoriæ, ut ſi 154
die præſcripto precium ſolutum non fuerit





res inempta maneat, aut adjectionis in diem, videlicet cum ita venditur, ut ſi quis meliorem conditionem atulerit intra diem certum, res inempta maneat, non debetur laudemium reſoluto contractu, Tiraquel. Molineus, Boer. & alii adduct. ab Argentr. de laudem. cap. 1. §. 4. Gratian. diſceptat. 180. n. 8. Theſaur. deciſ. 75. Marin. dict. reſolut. 235. n. 3. Gibalin. de uſuris, dict. tom. 2. lib. 4. cap. 4. artic. 3. conſectar. 11. Fontanell. tom. 1. deciſ. 277. n. 26. Fulgin. de jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt. 8. n. 32. Bonden. de jure controverſ. colluctat. 35. n. 58. Nigro de laudem. tom. 2. quæſt. 6. artic. 1. per tot. Carol. Anton. de Luca in animadverſ. ad Gratian. dict. cap. 180. n. 12.

155 De recognitione venditionis facta ab emptore emphyteuſis, dubitatum vidi multoties an debeatur laudemium: evenire enim frequentiſsimè ſolet, quod emptor emphyteuticæ rei, recognoſcit venditionem ſibi factam, non eſſe ad illius opus, ſed emiſſe pro alia perſona, cujus eſt precium, tradendo illi omnia jura quæ virtute venditionis habere poterat. In noſtro Regno conſuetudine introductum video, quod ſi recognitio ab emptore fiat intra triginta dies computandos à die venditionis ſibi factæ, non ſolvitur laudemiũ ex recognitione, ſi verò poſt triginta dies recognitio fiat, ſolvitur recognitionis ratione laudemium. In Cathalonia ſi recognitio fiat intra annum, non ſolvitur laudemium, juxta conſuetudinem Regni, ſi vero poſt annum ſolvi debet, ut de conſuetudine teſtantur Socarrat. in cap. cautum, in fin. n. 74. pag. mihi 567. Peguer. in repetit. cap. item ne ſuper laudem. verſ. 1. n. 110. Cancer variar. part. 1. cap. 11. n. 64. Ripoll variar. dict. cap. 7. n. 275. Nigro de laudem. tom. 2. quæſt. 22. n. 12. Inter Mantuanos etiam poteſt fieri recognitio intra annum, abſque eo quod laudemium ſolvatur, Surd. deciſ. 226. n. 9. Nigro dict. quæſt. 22. n. 14. Apud Sabaudos viget conſuetudo, quod ſi recognitio fiat intra quadraginta dies, non debetur ex recognitione laudemium, Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 4. tit. 28. definit. 8. & tit. 34. definit. 1. Nigro dict. quæſt. 22. n. 12. Independenter autem à conſuetudine, arbitrio judicis relinquitur, an tantum temporis elapſum fuerit à venditione uſque ad recognitionem, quod de recognitione debeat laudemium ſolvi, ut docet Nigro dict. quæſt. 22. n. 16.

De permutatione, non erit hæſitandum,
156 quod debetur laudemium, for. 18. rubr. de feudis, Tiraquel. de retract. lignager. §. 30. gloſſ. 3. Cenedo collectan. 144. n. 32. Bellacomb. tom. 1. com. opinion. lib. 4. tit. 44. n. 308. Pereyra de extinct. emphyteuſis, cap. 16. n. 42. Amad. quæſt. laudemial. 28. Burg. de laudem. 2. part. inſpect. 4. Anton. Faber de laudem. decad. 4. error. 2. Borel. dict. tit. 35. à n. 78. Barboſ. ad text. in dict. cap. potuit, de logato, n. 41. Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7. n. 10. Oñate de contractib. tom. 4. diſput. 111. n. 186. Crpzov. in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut. 39. definit. 15. Amato reſolut. 84. n. 11. Gibalin. de uſuris, dict. cap. 4. artic. 3. conſectar. 13. Eodem modo de donatione debetur laudemium, nam & ſi aliqui voluerint defendere, quod de donatione non debet ſolvi laudemium, Speculator tit. de locato, §. nunc aliqua, Navarr. in ſum. cap. 23. n. 65. Maynard. lib. 4. deciſ. 41. n. 1. Borel. dict. tit. 35. à n. 61. Barboſ. ad text. in dict. cap. potuit, de locato. Certius tamen eſt ex omni donatione, ſive pura, & gratuita, ſive oneroſa, laudemium deberi, Burg. de laudem. 2. part. inſpect. 30. Molin. de juſtit. & jure, tom. 2. diſput. 61. n. 1. Cujacius ad l. ultimam, Cod. de jure emphyteut. Franchis deciſ. 201. n. 3. Guido Pap. deciſ. 46. Gutierr. de gabel. quæſt. 27. n. 9. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 28. n. 68. vol. 2. Gratian. diſceptat. 180. n. 5. & diſceptat. 377. n. 31. Vivius deciſ. 496. Thoro in compend. deciſion. verb. laudemium an directo, Anton. Faber in Cod. tit. de jure emphyteut. definit. 29. & de laudem. decad. 4. error. 6. à n. 9. Cancer variar. part. 2. cap. 11. n. 67. Danza in pugna Doctorum, tom. 3. tit. de laudem. n. 4. Amato dict. reſolut. 84. n. 11. Antonel. & Oñate ubi proxim. Rubeus in adnotat. ad deciſion. 23. part. 8. recentiſsimar. n. 393. Caponi tom. 3. diſceptat. 132. n. 10. Gibalin. dict. cap. 4. art. 3. conſectar. 14. Carpzov. ubi proxim. Sperel. deciſ. 99. n. 45. Bonden. de jure controverſ. colluct. 35. n. 75. Fulgin. de jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt. 19. n. 9. cum ſequentib. Cardinal. de Luca de dote, diſcurſ. 147. n. 2. Nigro de laudem. tom. 2. quæſt. 1. n. 50. Carol. Anton. de Luca in animadverſ. ad Gratian. cap. 180. n. 9. cum ſequent. & cap. 377. n. 9.

De donatione facta à Patre favore filio-
rum tenent nonnulli deberi laudemium, Gra- 157
tian. diſceptat. 180. n. 22. Antonel. de tempor. legal. dict. lib. 3. cap. 7. n. 35. Sed communiter inter DD. traditur, non eſſe debitum laudemium ex donatione à Patre facta in filiorum favorem, Anton. Faber in ſuo C. tit. de jure emphyteut. definit. 7. Gibalin. de uſuris, dict. lib. 4. cap. 4. art. 3. conſectar. 14. n. 18. Dioniſius Pontan. ad conſuetud. Bleſenſ. artic. 85. §. 10. in princip. Nigro de laud. tom. 2. quæſt. 16. artic. 1. n. 34. Carol. Anton. de Luca in animadverſ. ad Gratian. cap. 180. n. 10. & in obſervat. ad Franch. 201. numer. 5. Aliter eſt ſi pater vendat filio emphyteuticam rem, nam debetur laudemium de venditione, Surd. conſ. 538. n. 5. Georg. Fantz. de

laudem. cap.8. num.91. Nigro de laudem. dict.
quæſt.16. artic.1. num. 20. cum ſequent. Simi-
liter ex venditione à filio facta in patris favo-
rem debebitur etiam laudemium, Nigro de
laudem. dict. quæſt.16. artic.2. per tot. De do-
158 natione remuneratoria indubitatum eſt debi-
tum eſſe laudemium, Tiraquel. de retract.§.
25. gloſſ.2. num.3.Caroc. de locat.tit. de bonis
quæ liberis, quæſt. 10. num. 142. Gibalin. ubi
proxim. Fulgin. dict. tit. de laudem. quæſt.19.
num.9. Carol. Anton. de Luca dict. cap. 377.
num. 9. De mortis cauſa donatione, aut de
donatione inter vivos facta, uſufructu reſer-
vato,aut ſortitura effectum poſt mortem,lau-
demium etiam debetur, Solſona in lucern.
laudemior. celul. 9. num. 25. Gibalin. ubi pro-
xim. Fulgin. dict. num. 9. Carol. Anton. de
Luca dict. cap.377.num.9. Sed in mortis cau-
ſa donatione, non erit ſolvendum laudemiũ
niſi poſt donantis mortem, & confirmata
donatione, ut contra Solſona docent Giba-
lin. Fulgin. & de Luca ubi proxim.
159 Si emphyteuſis in dotem fuerit data,diſpu-
tari ſolet inter DD.an debeatur laudemium.
Aliqui enim docent non eſſe debitum laude-
mium, ſi à patre dos fuerit data, quia pater
neceſſario conſtituit dotem filiabus, ſi vero
à matre, vel extraneo data fuerit dos, debe-
ri laudemium,Aponte quæſt. laudemial.29. n.
7. Molin.de juſtit. & jure, quæſt. 461. num.9.
Boſsius de dote,tom.2. cap. 15. num. 83. Stay-
ban.in obſervat. ad reſolut.49. num. 26.Carol.
Anton. de Luca in animadverſ. ad Gratian.
cap. 180. num. 4. Alii indiſtinctè defendunt,
non eſſe debitum ex dotis conſtitutione lau-
demium, Jaſſon in l. final.num.49. Cod.de ju-
re emphyteut. Cravet. conſ. 215. Vivius deciſ.
496. num. 9. Molin. dict. quæſt. 461. num. 8.
Aponte quæſt. laudemial. 29. num. 4. Caſtill.
deciſ.214. num.2. Thorus in compend.deciſion.
part.1. verb. laudemiũ, fol. 50. Caponus de re-
levio, part.4.quæſt.12. num.9.Oñate de contra-
ctib. tom.4. diſput.111. num. 187. Antonel.de
tempor. legal. lib. 3. cap.7. num.53.& 54.Boſ-
ſius de dote,dict.cap.15. num.80. Fulgin.de ju-
re emphyteut. tit. de laudem. quæſt. 7. num. 1.
Carpzov. in juriſprud.forenſ.part.2. conſtitut.
39. definit.18. Cardinal. de Luca de dote, diſ-
curſ.147. num.3. & 6. Anton. Gobius conſul-
tat.131. num.4. Sed de jure verius eſt, quod
ſi emphyteutica bona fuerint in dotem data
æſtimata æſtimatione quæ facit emptionem,
indiſtinctè debebitur laudemium; ſi verò in-
æſtimata fuerint data, non erit debitum lau-
demium, ut rectiſsimè docent Mantic. de ta-
cit. & ambig. lib.22. tit.28. num.40. Borel.de
magiſtratib. lib.4. numer. 87. & 117. & 118.
Aponte quæſt. laudemial.29. num. 3. Coſta de
remed. ſubſidiar. remed.57. num.7. Anton.Fa-
ber ad tit.Cod.de jure emphyteut. definit.55.&
de laudem.decad.3.error.6. num.6. Maſtrill.de-
ciſ.149. Fontanell. de pact. nuptialib. clauſ. 5.
gloſſ.8. part. 13. num.22. Boſsius de dote,dict.
cap.15.num.79. Nigro de laudem. tom.2.quæſt.
34. num.6. In noſtro Regno ſive dos à Patre
detur, ſive à Matre, vel quolibet extraneo,
ſive æſtimata data fuerit, ſive inæſtimata,non 160
debet laudemium ſolvi de conſtitutione do-
tis, for. ſi alcu 41. rubr. de jure emphyteut.no-
ſter Trullench in decalog. tom.2. lib.7.cap.23.
dubitat.8. num. 22. D. Creſpì obſervat. 106.
num.3. Non ita erit in dote monialis,nam cũ
de jure de monialis dote debeatur laudemiũ,
Aponte dict. quæſt. laudemial.29. num.7.verſ.
quid de dote,Burg. de laudem.part.2.inſpect.12.
num.31. Non debet extendi foralis diſpoſi-
tio ſupradicta, de dote matrimonii carnalis,
de qua loquitur, ad monialis dotem, cum ſi-
milia ſtatuta juris cõmunis diſpoſitiones de-
rogantia,non extendantur de caſu ad caſum,
etiam ex identitate, vel majoritate rationis,
ut docui in præludio num.27. Non ſolum in-
debitum erit laudemium de dote in Regno, 161
ſed etiam de donatione contemplatione ma-
trimonii certi facta, nam ſi filio nubenti cum
certa fœmina, fuerit donatio facta contem-
platione illius matrimonii, aut fœminæ con-
trahenti matrimonium cum certo viro,dona-
tio fuerit facta, non debebitur laudemium
ex tali donatione, ut ſtabilitum habemus in
dict.for.41.rubr.de jure emphiteut. Neque erit
laudemium debitum, ſi ex parte mariti ſpe-
cialiter obligentur bona pro mulieris dote,
for.5.rubr.de feud.noſter Trullench in decalog.
tom.2. lib.7. cap. 23. dubitat. 8. num.22. Non
ita erit ſi donatio fuerit facta contemplatione
matrimonii incerti, nam ex tali donatione, 162
laudemium debebitur, cum ea quæ in foro
conceſſa ſunt favore matrimonii certi, non
debeant extendi ad donationem factam fa-
vore matrimonii incerti, ut deducitur ex
text. in l. Divi, Cod. de naturalib. liberis, cap.
quamvis pactum, de pactis in 6. cap. 1. de filiis
naturalib.ex matrimon. contract. in uſibus feu-
dor.videndus Fontanell. de pact. nuptial.clauſ.
4. gloſſ.1. num.21. & 22.
Sed conſideremus mulieri conſtitutã fuiſſe 163
dotem non in ipſis bonis emphiteuticis, ſed
in ſumma mille, aut duo mille librarum, &
matrimonio conſtante, cauſa ſolvendi ei
promiſſam dotem, inſolutum dantur emphi-
teutica bona; videtur enim de hujuſmodi in-
ſolutum datione,non eſſe debitum laudemiũ,
quia cauſa dationis inſolutum ex dote oritur,
ex qua laudemium non debetur, ut diximus;
ſed certiſsimum eſt ex tali inſolutum datione
ſolvendæ dotis cauſa facta, aut ſolvendi do-
nationem contemplatione matrimonii facta,
debitum eſſe laudemium, ut docent Anton.
Faber in ſuo Cod. tit.de jure emphiteut. definit.
55.



55. Fontanell. de pact. nuptialib. tom.2. clauſ.
5. gloſſ.8. part.13. n.42. Fulgin.de jure emphy-
teut. tit. de laudem. quæſt. 7. n. 5. Boſsius de
dote, dict. cap. 15. n. 82. & cap. 16. n. 25.
Regulariter enim ex qualibet inſolutum da-
tione laudemium debetur,Maynard.deciſ.30.
lib.4. Fontanell. d. clauſ.5. gloſſ.8. part.13. n.
43. & tom. 1. deciſ. 278. n. 5. Et cum caſus
iſte non excipiatur in foro,non eſt extenden-
da illius diſpoſitio de dote,aut de donatione
contemplatione matrimonii certi loquens,ad
caſum inſolutum dationis, ex regula à nobis
tradita.Præmaximè quando in for.5.& 6.rub.
de feudis cavetur,quod ſi emphyteutica bona
164 mariti inſolutum dentur mulieri pro dote in
caſu reſtitutionis dotis, debetur laudemium
ex iſta inſolutum datione,non obſtante quod
cauſam habeat à dotis conſtitutione, Tru-
llench in decalog.dict. tom.2. lib.7. cap.23. du-
bitat. 8. n. 22. & notant Amad. quæſt. laude-
mial. 29. n. 4. Coſta de remed. ſubſidiar. re-
med. 52. n. 7. Blancard. in additionib. ad
dict. quæſt. 29. Amadei, n. 7. Boſsius dict.
cap. 15. n. 82. Hæc intellige quando mulie-
ri in ſolutionem, & reſtitutionem dotis,non
fuerunt data ipſa bona emphyteutica,quę cõ-
ſtituta in dotem fuerunt, quia & ſi de jure
quando emphyteuſis æſtimata in dotem data
fuit, ſi conſtante, aut ſoluto matrimonio
uxori reſtituatur,debeatur laudemium ex hac
reſtitutione, & inſolutum datione, ut notant
Amadeus, Aponte d.q.29. Maſtrill. deciſ.149.
Fontanell.de pactis nuptial. clauſ.5. gloſſ.8.par.
13. n. 22. Quamvis aliter foret ſi inæſtima-
ta emphyteuſis conſtituta fuerit in dotem;ta-
men in noſtro Regno, etiam ſi emphyteutica
bona in dotem fuerint cõſtituta ęſtimata ęſti-
matione illa quæ facit emptionem,ſi ipſa bo-
na mulieri reſtituantur pro dotis ſatisfactio-
ne, aut conſtante matrimonio propter mari-
ti inopiam, aut ſoluto matrimonio viri mor-
te, non debebitur laudemium ex dotis reſti-
tutione, & paccamento facto, ut cavetur in
dict. for. 6. rubr. de feudis, & docet noſter
Trullench dict. dubitat. 8. n. 22.
Controverti etiam ſolet utrum de legato
165 rei emphyteuticæ facto, aut hæredis inſti-
tutione in re emphyteutica, laudemium de-
beatur; communis ſententia tenet, laudemiũ
deberi,præcipuè ſi extraneo non comprehen-
ſo in inveſtitura, emphyteuſis fuerit relicta,
Surd. deciſ. 93. n. 1. in fin. Azor. inſtitut.
moral. part.3. lib. 10. de emphyteuſ. cap. 8. q.
4. Pereyra de extinct. emphyteuſ. cap. 10. à n.
12. Cujacius in l. ultim. Cod. de jure emphyt.
Manent. de contractib. libell. pact. 9. Gratian.
diſceptat. 377. n. 27. & deciſ. 56. num.
3. Aponte quæſt. laudemial.31. Borel. in ſum.
deciſion. tit. 33. n. 342. Rota apud Fari-
nac. in recentiſsim. deciſ. 261. n. 3. Fon-
tanell. tom. 1. deciſ. 39. n. 19. Barboſ. ad
text. in dict. cap. potuit, n. 53. Gibalin. de
uſuris, dict. lib. 4. cap. 4. conſectar. 14. n.
19. Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7.
n. 32. & 33. Fulgin. de jure emphyteut. tit.
de laudem. quæſt. 19. n. 1. cum ſequent. Carp-
zov. in juriſprud. forenſ. part.2. conſtitut.39.
definit. 19. 20. & 21. Nigro de laudem. tom.
1. quæſt. 20. n. 24. & tom. 2. quæſt. 1. n.
131. Licet non deſint qui contrarium ſentiant
Molina de juſtit.& jure, tractat.2. diſput.461.
Anton. Faber de errorib. pragmat. decad.4. de
laudem. error.8. In noſtro Regno de legato rei
emphyteuticæ facto extraneo, aut non extra-
neo, vel de hæredis inſtitutione, aut de di-
miſsione emphyteuſis in qualibet ultima diſ-
poſitione facta,non debetur laudemium,dict.
for. 41. rubr. de jure emphyteut. noſter Tru-
llench in decalog. dict. tom.2. lib. 7. cap. 23.
dubitat. 8. n. 22. D. Creſpì obſervat. 106.
n. 3. Conceſsio enim emphyteuſis, per clau-
ſulam ſibi, & ſuis comprehendit quoſlibet
hæredes,etiam extraneos, & ad illos ſpectat
emphyteuſis virtute ſtabilimenti, & primi cõ-
tractus cauſa, ut Senatus judicavit ſenten-
tia per Daza, die 15. Decembris 1634. in-
ter Civitatem de Alacant, & Beatricem
Oroſcos.
De diviſione rei emphyteuticæ inter cohę- 166
redes facta,aut inter ſocios cõmunionem ha-
bentes,poteſt dubitari an laudemium debea-
tur; nam cõmunis ſententia docet ex tali di-
viſione, non eſſe debitum laudemium, Bald.
in l. non ideo, ff. de condictione furtiva, Guido
Pap. deciſ.411. Boer. in commentar. ad con-
ſuetud. feudor. §. 7. in gloſſ. & licet, verſ. ex
quibus, Hieronym. Laurent.deciſ. avenionenſ.
143. n. 2. Peguer. in conſtitut. item ne ſu-
per laudemio, verſ. item que per ço, n. 103.
Aponte de laudem. quæſt 25. per tot. Surd. de-
ciſ. 305. Soares tom. 1. com. opinion. lib.
4. tit. 44. n. 349. Azor. inſtitut. moral.
part. 3. lib. 10. de emphyteuſ. cap. 8. quæſt.6.
Gama deciſ. 243. n. 6. & 7. & deciſ. 268.
n. 2. Valaſc. conſultat. 53. num. 4. & de
partitionib. cap. 25. à n. 7. Mantic. de ta-
cit. & ambig. lib. 22. tit. 38. à n. 46. Gra-
tian. diſceptat. 36. à n. 1. Pereyra de nomi-
nat. quæſt. 24. à n. 14. Cevall. quæſt. 435.
n. 1. Rebel. de obligat. juſtitia, lib. 13. q.
4. n. 8. Barboſ. ad text. in dict. cap. potuit,
n. 76. Cancer variar. part. 2. cap. 11. n.
81. Ripoll variar. dict. cap. 7. n. 423. &
424. Burat. deciſ. 50. n. 2. ubi Ferrentil.
lit.B. Fontanell.de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ.
9. part. 2. n. 7. & 71. & deciſ. 280. à n.
8. Carol. Anton. de Luca in animadverſ. ad
Gratian. cap. 180. n. 5. ſed noſter Trullench
in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 23. dubitat. 8. n.
22. in fin. docet quod in Regno quando hæ-

167 reditas inter cohęredes dividitur, dimidium laudemium debetur, & ſuam probat opinionem, *ex foro 5. & 6. rubr. de feudis*, & poteſt expendi doctrina Oñate *de contractib. tom. 4. diſput.* 111. *n.* 190. & 191. Unde inter pracmaticos noſtri fori communiter habetur, quod ex hujuſmodi diviſsionibus, dimidium debet ſolvi laudemium, quibus libentiſsimè aſentirem ſi in dictis *for. 5. & 6.* hæc ſtabilita forent, ſed cũ nullum reperiatur verbum de his, neque in alio foro videam deciſſum, quod Trullench docet, & quod à pragmaticis traditur, judico in Regno ſequendum eſſe, quoad ſolutionem laudemiorum ex diviſionibus, quod à jure ſtatutum eſt, & ut nonnulla tradam, ſequentes veniunt diſtinguendi caſus.

168 Primus caſus erit quando in diviſione de bonis facta, non ſcinditur res emphyteutica, ſed tota adjudicatur uni ex hęredibus in partem hæreditariæ portionis, data alii cohæredi alia emphyteutica re, aut allodiali in ſuam partem, & portionem, prout ſemper ſolet fieri in hæreditariorum bonorum diviſionibus. In hoc caſu judico, nullum deberi laudemiũ, quia virtute hujuſmodi adjudicationis, & diviſionis, non acquirit titulum, aut dominium hæres, aut legatarius emphyteuticæ rei, imo illud acquiſitum habet virtute tituli hęreditatis aut legati, & diviſio, aut adjudicatio ſolum fit ut commodius rebus hæreditariis propriis fruantur, & utantur cohæredes. Secundus caſus eſt quando diviſio fit ſcindendo emphyteuticam rem, & hoc in caſu ſi commode dividi poteſt res, non debetur ex diviſione laudemium, quando diviſio fit eo modo, ut unus quiſque ſuam habeat partem, ut probant DD. ſupra adducti *n. 166.* & ad hos caſus videndi Marc. Burg. *de laudem. part. 2. inſpect.* 40. *n.* 3. Gutierr. *de gabel. quæſt.* 22. *n.* 20. Fontanell. *deciſ.* 280. *n.* 2. Caponi *tom. 3. diſceptat.* 132. *n.* 19. & *tom. 2. diſceptat.* 112. *n.* 53. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt.* 5. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut.* 39. *definit.* 23. & 24. Ratio horum caſuum eſt, quod per diviſionem, nequit conſiderari alienatio aliqua, cum nihil conſequatur, unus aut alter ex dividentibus, quod ante diviſionem nõ haberet, quia ante illam unuſquiſque dimidiã habebat partem, cum ſola differentia habendi illam ſeparatam, aut indiviſſam, ut conſiderant Burg. *ubi proxim. n.* 8. Amadeus *quæſt. laudemial.* 25. *n.* 6. Peguer. *in conſtitut. item ne, verſ.* 7. *n.* 36. Fontanell. *dict. deciſ.* 280. *n.* 2. & 3. Quibus addi poteſt quod ſi in diviſione alienatio conſiderari poſſet, non eſſet alienatio voluntaria, ſed neceſſaria, *l. final. Cod. de litigioſis, authent. de litigioſis, §.* 1. Gutierr. *de gabel. quæſt.* 22. *n.* 20. Amad. *quæſt.* 25. *n.* 3. Fontanell. *dict. deciſ.* 280. *num.* 2. Quia propter diſcordias quas communio parit, nullus in ea ſtare perpetuo tenetur, *l. cum pater, §. dulciſsimis, ff. de legat. 2. cap. ex tenore, de ſententia excommunionis*, & ex 169
alienationibus neceſſariis, non debetur laudemium, Amad. Aponte *quæſt. laudemial.* 26. Caſaneus *in conſuetud. Burgund. tit. de retrabits, rubr.* 10. §. 9. *n.* 3. Maynard. *lib.* 4. *deciſ.* 44. Burg. 12. *part. inſpect.* 1. *n.* 13. Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. de jure emphyteut. definit.* 23. Marta *digeſtorum, tom. 3. de laudem. cap.* 12. Maſtrill. *deciſ.* 149. *n.* 8. Bertrand. Argentr. *de laudem. §.* 23. Lazarte *de decima venditionis, cap.* 19. *n.* 98. Flabius Tortus *ad ſtatut. Papiæ, cap.* 75. *n.* 16. Parlador. *rerum quotidianar. lib. 1. cap. 3. §. 6. n.* 19. Fontanell. *tom. 1. deciſ.* 277. *n.* 3. Bolſius *de dote, tom. 2. cap.* 15. *n.* 79. Gibalin. *de uſuris, dict. tom. 2. lib. 4. cap. 4. artic. 3. conſectar.* 12. Oñate *de contractibus, tom. 4. diſput.* 111. *num.* 189. Antonel. *de tempore legal. lib. 3. cap. 7. n.* 85. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt.* 8. *n.* 16. & 47. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut.* 39. *definit.* 23. *n.* 6. Nigro *de laudem. tom. 2. quæſt.* 4. *n.* 13. *cum ſequent.* Et ex hac neceſsitatis regula obſerva, quod ſi res emphyteutica vendatur, emphyteuta renuente, judicis juſu, ob bonum publicum, & commune univerſitatis, Eccleſiæ, aut Reipublicæ, quia neceſſaria eſt alienatio, non debebitur laudemium ex tali venditione, nàm quãvis deberi dicat hoc in caſu, Fontanel. *tom. 1. deciſ.* 278. & 279. Et judicatum in noſtro Senatu extet, juxta illius opinionem, ſententia per Ferrera, *die 4. Decembris* 1648. in favorem Joannis Llazer Presbyteri, & contra Civitatem. Contrarium certius eſt, & de jure verius, ut probant Maynard. *deciſ.* 43. & 50. *lib.* 4. Cancer *variar. part. 1. cap.* 11. *n.* 81. Blanchard. *in addition.* ad Aponte *quæſt. laudemial.* 26. Et quod hoc in caſu non debeatur laudemium, melius judicavit Senatus, referente M. Joanne Arques Jover R.C.D. ſententia per eundem, *die 9. Auguſti* 1649. inter eaſdem partes, qua extitit revocata ſupra dicta prima ſententia.

Tertius caſus eſt, quando res communis 170
commodam non patitur diviſionem, & cohęredes, aut ſocii nollunt in communione perſeverare, ſed pro diviſione agunt, quæ quidem diviſio alio nequit fieri modo niſi data pecunia à ſocio, vel hærede, ſuo cohæredi, aut conſocio, juxta menſuram valoris illius partis ad cohæredem, vel conſocium ſpectantis, & hoc in caſu tenendum eſt, non deberi laudemium, quia ipſe militant rationes hoc in caſu, quam in caſibus ſupra adductis, ut docent, & probant Surd. *deciſ.* 305. *n.* 31.





Burg. *de laudem. part. 2. inſpect.* 40. *n.* 5. Aponte *quæſt. laudemial.* 25. *n.* 5. & *quæſt.* 26. *n.* 4. Maynard. *lib. 4. deciſ.* 30. *n.* 3. & *deciſ.* 43. Cancer *variar. 2. part. cap.* 11. *n.* 81. Fontanell. *dict. deciſ.* 280. *num.* 7. *cum ſequent.* Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 180. *n.* 5. Ul-
171 timus caſus erit quando emphyteutica res cõmodam patitur diviſionem, ſed nollunt cohæredes, aut ſocii illam ſcindere, imo quod unus habeat totam rem, vel majorem partem, & alius precium parti ſuæ correſpondens, & hoc in caſu cum accedant cohæredes, aut ſocii, voluntariè ad emptionem, & venditionem illius partis, debebitur laudemium de diviſione, ſicuti de cæteris venditionibus, Solſona *in lucern. laudemior. celul.* 1. *n.* 43. Burg. *de laudem. part. 2. inſpect.* 40. *n.* 13. 15. & 16. Cevall. *quæſt.* 435. *in fin.* Maſeratenſ. *variar. lib. 1. reſolut.* 32. *n.* 3. Gratian. *diſceptat.* 280. *n.* 23. Fontanell. *d. deciſ.* 280. *n.* 17. Amat. *variar. reſolut.* 84. *numer.* 38. Oñate *de contractib. d. tom. 4. diſputat.* 111. *n.* 191. Antonel. *de tempor. legal. lib. 3. cap. 7. n.* 36. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part. 2. conſtitut.* 39. *definit.* 125. Sed laudemium, hoc in caſu, ſolum judico ſolvendum de parte illa quã cohæres, aut ſocius acquirit mediante pecunia, nam cum ſolum hæc pars alienata videatur, de precio illius tantum debebitur laudemium; de alia vero parte propria cohæredis acquirentis, non debebitur laudemium, cum illam non acquirat cohæres virtute diviſionis.

172 Ex ſpeciali impoſitione cenſus ſuper emphyteutica re, non debebitur de jure laudemium, Boer. *in conſuetud. Biturig. tit. de coſtumes desfiets, §. 4. in fin.* & §. 18. Caſſaneus *in conſuetud. Burgund. de cenſib. rubr.* 11. *gloſſ.* 1. *n.* 4. & 15. Solſona *in lucern. laudemior. celul.* 8. *n.* 38. Boller. *de cenſib. n.* 61. Burg. *de laudem. 2. part. inſpect.* 20. *n.* 19. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 197. *n.* 15. Argentr. *in conſuet. Britan. art.* 61. *not.* 3. Roderic. *de annuis reddit. lib. 2. quæſt.* 4. *n.* 4. 13. & 14. Gutier. *de jurament. confirmator. part. 1. cap. 3. in fin.* Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. de jure emphyteut. definit.* 72. Gibalin. *de uſuris, tom. 2. lib. 4. cap. 4. artic. 3. conſectar.* 5. Leotard. *de uſuris, quęſt.* 52. *n.* 12. Merlin. *de pignorib. lib. 2. quæſt.* 8. *n.* 44. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt.* 10. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 35. *n.* 72. Neque ſolvi debet de jure laudemium de ſpeciali obligatione facta de re emphyteutica, ut probat Rodrig. *de annuis redditib. lib. 1. quæſt.* 3. *n.* 7. In
173 noſtro Regno de ſpeciali obligatione de emphyteuſi facta, ſolvitur laudemium, ſed non integrum, ſed dimidium, & hac de cauſa quia in impoſitione cenſus ſuper re emphyteutica, ſpecialiter hypothecatur res, dimidium ſolvitur laudemium, ſemper, & quando cenſus ſpecialiter imponitur ſuper re emphyteutica; & generaliter omni in caſu quo ſpecialiter hypothecetur emphyteuſis, dimidiũ debet ſolvi laudemium in Regno, *for. 3. rub. de jure emphyteut. for. 9. rubr. de feudis*, noſter Trullench *in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 23. dubitat.* 8. *n.* 22. D. Creſpì *obſerv.* 106. *n.* 3.

De tranſactione debetur laudemium, quan- 174
do eo modo tranſigitur, ut dominium rei emphyteuticę transferatur de uno in alium, ſi vero dominium non transferatur, ſed maneat penes ipſum poſsidentem, etiam ſi aliqua ab eo ſolvatur ſumma tranſactionis cauſa, non debebitur laudemium, Jaſſon *in l. final. numer.* 121. & 122. *Cod. de jure emphyteut.* Solſona *in lucern. laudemior. celul. 7. in fin.* Aponte *q. laudemial.* 32. Peguer. *in cap. item ne ſuper laudemio, verſ.* 1. *n.* 85. Burg. *de laudem. 2. part. inſpect.* 14. *n.* 5. Pereyra *de extinct. emphyteuſis, cap.* 13. *n.* 25. & *cap.* 16. *n.* 49. Cancer *variar. tom. 1. cap. 11. de emphyteuſi, n.* 71. Franciſc. Marcus *deciſ.* 52. *n.* 10. *part.* 2. Theſaur. *lib. 3. quæſt. forenſ. quæſt.* 32. Argentr. *de laudem. cap.* 2. §. 55. Cenedo *collectan.* 144. *n.* 33. Rota apud Farinac. *deciſ.* 765. *in noviſſim. n.* 1. Barboſ. *ad text. in cap. potuit, de locat. n.* 39. Coſta *de ratione ratæ, quæſt.* 112. *n.* 12. Amato *variar. part. 2. reſolut.* 67. *n.* 20. Ripoll *variar. d. cap.* 7. *n.* 278. *cum ſequentib.* Noguerol. *allegat.* 37. *n.* 5. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt.* 8. *n.* 27. Valeron *de tranſactionib. tit. 5. quæſt.* 5. *n.* 41. Gibalin. *de uſuris, tom. 2. lib. 4. cap. 4. art. 3. conſectar. 16. in fin.*

Demum de venditione, aut contractu nul- 175
lo, non debet ſolvi laudemium, Surd. *deciſ.* 41. *n.* 18. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap.* 16. *n.* 18. Burg. *de laudem. 2. part. inſpect.* 10. Amad. Apont. *quæſt.* 36. *laudemial.* Vueſembech. *conſ.* 16. *n.* 6. Arnold. Ferron. *ad conſuetud. Burdegalenſ. de feudis, & jure emphyteut.* §. 15. Argentr. *ad conſuetud. Britonic. artic.* 59. *not.* 4 Valenzuel. *conſ.* 32. *n.* 42. Pontan. *ad conſuetud. Bleſcnſ. tit. 6. artic.* 81. *col.* 43. Gutierr. *de gabel. quæſt.* 28. *n.* 5. Caldas *de extinct. emphyteuſis, cap.* 16. *n.* 67. Peguer. *deciſ.* 156. *n.* 3. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt.* 23. *n.* 21. Scrader. *de feudis, part. 19. cap. 1. n.* 28. Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. de jure emphyteut. definit.* 65. & *de errorib. pragmat. decad. 1. de laudem. error.* 1. Ripoll *variar. cap.* 7. *n.* 331. Georg. Fantz. *de laudem. cap.* 14. *num.* 102. Antonel. *de tempore legal. lib. 3. cap. 7. num.* 49. Oñate *de contractib. tom. 4. diſput.* 111. *nu.* 184. Gibalin. *de uſuris, dict. tom. 2. lib. 4. artic. 3. conſectar.* 9. Nigro *de laudem. tom. 2. quæſt.* 38. *n.* 35. *cum ſequent.* Fulgin. *de*

jure emphyteut. tit. de laudem. quæſt. 8. n. 39. Meli allegat. 105. n. 4. & 5. Otthobon. deciſ. 183. n. 24. Bonden. de jure controverſ. colluctat. 35. n. 61. Caſtejon. in alphabet. verb. laudemium, n. 2. Sed dum venditio, vel alienatio habuerit implicitum ſtatum validitatis, non poterit laudemium ſolutum recuperari, ſed declarato contractu nullo, vel alienatione inualida, poterit repeti laudemium ſolutum pro alienatione illa, Burg. de laudem. part. 2. inſpect. 10. n. 7. Peguer. in repetit. cap. 3. Regis Petri, verſ. 1. n. 123. Anton. Faber. in ſuo C. lib. 4. tit. 43. definit. 28. Nigro de laudem. tom. 2. q. 38. n. 55. Otthobon. dict. deciſ. 183. n. 24. Fulgin. dict. quæſt. 8. n. 48. Meli dict. obſervat. 105. n. 4. & 5. Sed laudemium ſolutum, non ab alio debet peti, quam à domino directo qui illud exegit, Pinel. in l. 2. Cod. de reſcindend. vendit. part. 2. cap. 3. n. 37. Ponte quæſt. laudemial. 39. n. 7. & 8. Fontanell. deciſsion. 63. numer. 9. tom. 1. & de pactis nuptialib. clauſul. 4. gloſſ. 9. part. 5. n. 134.

Non poſum prætermittere an ſi fuerit ven-
176 dita res emphyteutica cum pacto reſervationis dominii dummodo, & quouſque precium fuerit ſolutum, debeatur laudemium ex venditione iſta, nam communiter traditur nō eſſe neceſſariam domini directi licentiam ad emphyteuſim vendēdam cum pacto ſupradicto, Surd. deciſ. 305. n. 39. Valaſc. de jure emphyteut. quæſt. 20. ſub n. 9. Corbul. de emphyteuſ. de cauſa privat. ob alienat. limitat. 24. Salgad. poſt labyrint. deciſ. 36. n. 10. & deciſ. 51. n. 19. Bonden. de jure controverſ. colluctat. 35. n. 64. Sed quia non eſt perfecta venditio quouſque precium ſolvatur, & laudemium non debetur, niſi venditione perfecta, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 26. Novembris 1614. inter Hieronymum Bartoli, & Hieronymum Rejauli, tenendum eſt, quod ſi emphyteuſis fuerit vendita cum pacto quod illius dominium penes venditorem fuerit donech, & quouſque ſolvatur precium, non deberi laudemium ex tali venditione, dummodo precium non ſolvitur; ſoluto autem precio, debebitur laudemium, ut docent Gutierr. de gabell. quæſt. 49. Decius conſ. 444. Anton. Sola ad ſtatut. Sabaud. de jure emphyteut. §. in caſibus, gloſſ. 1. n. 40. Tepat. variar. ſententiar. tom. 2. concluſ. 389. de laudem. cap. 4. Parlador. rerum quotidianar. lib. 1. cap. 3. §. 7. n. 15. Amod. quæſt. laudemial. 39. n. 12. Theſaur. quæſtion. forenſ. lib. 4. quæſt. 51. n. 3. Nigro de laudem. tom. 2. quæſt. 8. artic. 2. per tot. & quæſt. 16. artic. 1. à n. 33. & quæſt. 54. n. 22. Bonden. de jure controverſ. colluctat. 35. n. 63. Urceol. conſultat. forenſ. cap. 5. n. 59. Anton. Gobius conſultat. 141. n. 5. Et ſi ſolutio precii
fuerit in partes diviſa, & teneatur emptor ſingulis annis partem precii ſolvere, debet laudemium etiam ſolvi per partes, & de qualibet ſolutione partis precii facta reſpectu illius partis ſolutæ, ut docent Argentr. ad patr. Britonenſ. conſuet. 64. in contract. n. 14. Nigro de laudem. tom. 2. quæſtion. 8. art. 2. n. 14. & 15. 177

Debent laudemia peti intra triginta annos, 178
nam per ſpacium triginta annorum preſcribitur contra privatum jus exigendi, & petendi laudemia, ut habemus diſpoſitum in foro 78. Curiarum anni 1604. D. Creſpì obſervat. 106. n. 3. De ſimili conſtitutione in Cathalonia, teſtantur Peguer. in repetit. cap. item ne ſuper laudem. fol. 38. pag. 2. n. 116. Ripoll variar. cap. 7. n. 194. & 395. cum ſequent. Et quod jus petendi laudemium triginta annorum tempore præſcribatur, docent Ugo conſ. 60. n. 24. Solſona in lucern. laudemior. celul. 5. n. 13. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. n. 87. Fulgin. de jure emphyteut. tit. de ſolut. canon. quæſt. 9. n. 11. Nigro de laudem. tom. 1. quæſt. 18. n. 24. cum ſequent. Quamvis jus petendi caducitatem, & rem quæ in commiſſum incidit, ſoleat dici præſcribi quinquennio, l. 2. Cod. de vectigalib. & commiſsis, Barthol. in l. commiſſa 14. quæſt. final. ff. de publican. & vectigalib. Alexand. in additionib. ad Barthol. in l. forma 4. §. ſi quis veniam, ff. de cenſib. Roman. ſingular. 439. Caldas de extinct. emphyteuſis, lib. 4. cap. 18. n. 11. Contra Eccleſiam autem non poterit præſcribi laudemium minori tempore, quam quadraginta annorum, ut videtur deciſſum ſententia per Alreus, die 13. Februarii 1631. inter Monaſteria de la Saydia & de la Eſperanza, ubi etiam quod neque cōtra Beneficium Eccleſiaſticum poteſt habere locum minoris temporis præſcriptio, non enim eſt dubitandum contra Eccleſiam non præſcribi minori tempore quam quadraginta annorum, authent. quas actiones, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. de quarta, 4. cap. ad aures 6. cap. quia 9. de præſcriptionib. Tondut. reſolut. beneficial. 100. n. 3. Fontanell. deciſ. 479. n. 5. Solorzan. de jure Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 3. Meli obſervat. 17. n. 18. Curſus hujuſmodi præſcriptionis, non intrabit neque incipiet à tempore alienationis factæ emphyteuticæ rei, ex qua debetur laudemiū, ſed à tempore quo notitiam habuit directus dominus alienationis factæ, & ex qua laudemiū poterat petere: inſcio, & ignorante directo domino, non potuit currere præſcriptio ad petendum laudemium Socarrat. in cap. ſi vero nullum inſtrumentum, in commentar. Petri Alberti fol. mihi 160. n. 37. cum ſequentib. & n. 32. in fin. Peguer. ubi ſupra Ripoll d. cap.



cap. 7. n. 396. & 397. Ad auriendum laudemium, debet inſpici valor quem habet res tempore ſolvendi laudemium, non vero valor quem habebat tempore alienationis, vel contractus ex quo laudemium debetur, Ferret. reſponſ. 21. n. 7. Vivius deciſ. 496. n. 7. Nigro de laudem. tom. 1. quæſt. 24. n. 14. cum ſequent. Et declaravit Senatus ſententia per Caſes, die 3. Junii 1628. inter Monaſteria de la Saydia, & de la Eſperanza.

El Señor directo podrà pedir el luiſmo, ò
„ luiſmos que ſe le devieren, proponiendo 179
„ ante ſu Juez delegado contra el emphyteu-
„ ta, y poſſehedor de la coſa cenſida eſta inſ-
„ tancia.

JHS. F. T. Clergue, beneficiat de T. Benifet, propoſant com millor pot diu, que ab acte, de venda rebut per T. Notari en T. de T. mes, y any, de que fà preſentaciò ſi et in quantum F. T. venè à S. T. una cafiſada de terra, ſituada en la horta de la preſent Ciutat, partida de T. que afronta ab T. y T. tenguda ſots directa ſeñoria del Propoſant en dit nom de Beneficiat à cens de T. ſous, pagadors en T. termini, ab lluiſme, y fadiga, y tot altre dret emphyteutical, la qual venda es feu per preu de 400. lliur. moneda reals de Valencia, franques pera el venedor; è com al Propoſant no ſe li hacha pagat lo lluiſme de dita venda, y ſia juſt ſe li pague aquell per lo dit F. T. actual poſſehidor de dita cafiſada de terra, y lo que ve à importar lo lluiſme ſon 40. lliures.

Per tant, & aliàs omni meliori modo, &c. & utendo remedio quo magis expediat, Requir, ſia condemnat lo dit F. T. en haverli de pagar al Propoſant, les dites 40. lliures que ſe li eſtàn devent per lo lluiſme de dita venda, & hoc infra decem, ab condemnaciò de deſpeſes, Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

Jeſus M. Die 6. Junii 1688.
Intimetur.
F. T. Judex delegatus.

180 Pertinet ad juriſdictionem domini directi, & illius judicis delegati cognoſcere de quæſtionibus quindeniorum, & de litibus, & quæſtionibus motis circa illorum exactionem, ut latiſsimè probat, & refert à noſtro Senatu deciſſum, D. Leon tom. 1. deciſ. 77. per tot. Trullench. in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 23. dubitat. 8. n. 24. D. Creſpì obſervat. 61. n.
181 8. & obſervat. 106. n. 17. Quindenium eſt illa portio pecuniæ, quæ ſolvitur directo domino à manu mortua de decimoquinto, in decimumquintum annum, veluti pro laudemio, D. Leon ubi proxim. Trullench dict. cap. 23. dubitat. 8. n. 24. D. Matheu de regim. cap. 2. §. 5. n. 113. Amiden. de ſtil. datar. cap. 18. n. 1. cum ſequent. §. 4. Nigro de laudem. tom. 1. quæſt. 12. art. 13. n. 144. Tondut. quæſt. & reſolut. benefic. cap. 46. n. 5. Debetur hujuſmodi quindenium, quando
182 res emphyteutica ad manum mortuam devenerit, ne dominus directus privatus exiſtat emolumento laudemiorum, quod haberet ex alienationibus, ſi emphyteuſis extra manum mortuam eſſet, ut dixit Senatus, ſententia per Caſes, die 23. Decembris 1631. in favorem Chriſtophori Lloret Presbyteri, & contra fabricam murorum, & valium noſtræ Urbis, & alia lata per Judicem delegatū Vincentii Navarro Clerici, cum interventu Magnifici Onufrii Bartholomei Ginart R. C. D. & Aſociato anno 1637. in favorem dicti Navarro, & contra Don Galcerandum de Caſtellvi. Solvi debet quindenium de decimoquinto, in decimumquintum annum, & eſt unum laudemiū vel decima pars valoris rei emphyteuticæ, & nulla alia lege debet ſolvi, quam ex conſuetudine inveterata, & introducta in noſtro Regno, ut docent D. Leon dict. deciſ. 77. n. 7. Trullench ubi proxim. n. 24. D. Matheu de regim. dict. cap. 2. §. 5. n. 120. D. Creſpì d. obſervat. 106. n. 15. Et de conſuetudine noſtri Regni quoad ſolutionem quindeniorum teſtantur, Nigro de laudem. tom. 1. quæſt. 12. artic. 3. n. 145. Tondut. in quæſtionib. & reſolut. benefic. cap. 46. n. 5. Et quod quindenia iſta ex conſuetudine ſolvantur, judicavit Senatus in dicta ſententia, diei 23. Decembris 1631. Quæ quidem conſuetudo, cum legitimè ſit introducta, vim legis habet, l. de quibus, ff. de legibus, l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuetudo, §. ex non ſcripto, inſtitut. de jure natural. gent. & civil. cap. final. de conſuet. Et ſi cupis videre à quibus ſolvantur quindenia, quo tempore, & qua de cauſa, vide Marin. reſolut. quotidianar. cap. 235. n. 18. cum ſequent. tom. 1. Bonden. de jure controverſ. colluctat. 35. n. 124.

Non ſolum in noſtro Regno ſolvuntur 183
quin-

quindenia iſta, ſed in plurimis aliis Regnis, Cardinal. de Luca *de emphyteuſ. diſcurſ.* 28. *n.* 7. *& diſcurſ.* 50. *per tot. & de regalits, diſcurſ.* 162. *n.* 5. *& de legat. diſcurſ.* 1. *n.* 5. In Gallia ſolvitur per manum mortuam ex conſuetudine de novenio in novenium dimidium laudemium, Tondut. *in quæſtionib. beneficial. cap.* 46. *per tot.* D. Creſpì *dict. obſervat.* 106. *num.* 15. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 377. *numer.* 20. Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 12. *artic.* 3. *n.* 144. In Cathalonia ſolvitur per manum mortuam quindenium, trigeſsimo, vel quinquageſsimo anno, & dicitur jus amortizationis, Solſona *in ſtyllo capibreviand. cap. poſt formas amortizationis, num.* 1. *pag.* 84. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *num.* 23. *& tom.* 1. *deciſ.* 279. *num.* 22. Ripoll *variar. dict. cap.* 7. *num.* 138. *cum ſequentib.* D. Matheu *de regim. cap.* 2. §. 5. *numer.* 113. In aliis Provinciis, de quadraginta in quadraginta annos quindenium ſolvitur, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, verb. & uxorem, numer.* 5. Carol. Anton. de Luca *dict. cap.* 377. *num.* 20. In Regno Neapolitano, quando feudum univerſitati conceditur, ſingulis quindecim annis ſolvitur releviũ, quod eſt medietas fructus unius anni, Montan. *in l. Imperial. §. præterea, num.* 52. Camil. Decurt. *reſolut. feudal. cap.* 3. *num.* 61. Frec. *de ſubfeud. auct.* 3. *num.* 15. Novar. *in ſum. bullar. tit. de quindenio ſoluto,* Taſſon *de antefato, verſ.* 2. *obſ.* 2. *n.* 121. Marin. *lib.* 1. *reſolut.* 235. *n.* 24. Capan. *de relevio, part.* 4. *quæſt.* 27. *n.* 7. Ric. *in ſua prax. variar. reſolut. cap.* 623. *n.* 8. *cum ſequent.* Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 12. *artic.* 3. *n.* 145. Carol. Anton. de Luca *dict. cap.* 377. *n.* 20. *&* 21.

Hujuſmodi conſuetudo ſolvendi quinde-
184 nia de decimoquinto in decimumquintum annum per manus mortuas, originem trahit ex illis quę Pontifices Summi conſtituerunt de ſolvendis quindeniis Cameræ Apoſtolicæ de decimoquinto in decimumquintum annum, ut obſervat Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 12. *artic.* 3. *n.* 149. Eodem enim modo quo novus emphyteuſis poſſeſſor, ſolvere domino directo tenetur laudemium pro novo ingreſſu, & inveſtitura, ut diximus, tenetur novus beneficiatus beneficii excedentis valorem vigintiquatuor ducatorum auri Cameræ, ſolvere Apoſtolicæ Camerę annatam, hoc eſt dimidiam fructuum partem beneficii unius anni, Anton. Maſſ. *de annatis*, Gonzal. *in regul.* 8. *cancellar.* §. 7. *procemial. n.* 166. Loter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 5. *cum ſequent.* Caſtropal. *tom.* 2. *tract.* 7. *diſput.* 3. *punct.* 7. *n.* 1. Amiden. *de ſtyllo datar. lib.* 1. *cap.* 18.
185 §. 3. *n.* 16. Et hoc in recognitionem dominii, vel adminiſtrationis beneficiorum penes Summum Pontificem exiſtentis, nàm eſto beneficiorum dominium penes Chriſtum ſit, ſolvitur Papæ hoc quaſilaudemium, quia beneficiorum legitimus, & abſolutus adminiſtrator eſt, *cap.* 2. *de præbend. in* 6. Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 1. *in reſponſ. ad* 7. Soto *de juſtit. & jure, lib.* 3. *quæſt.* 6. *artic.* 2. Abbas *in cap. conſtitutus, n.* 13. *de religioſis domibus,* Loter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 57. Gonzal. Tellez *ad text. in cap. de mulcta, de præbend. n.* 3. Et ex eadem cauſa ſicuti
quindenium domino directo ſolvitur de- 186
cimoquinto in decimumquintum annum, ut diximus, quãdo emphyteuſis cadit in manum mortuam, quia non ſperatur illius alienatio, & commodo laudemiorum privatur dominus; ita quia beneficia unita, & annexata perpetuo, jam vacare amplius non poſſunt, & nequit Camera Apoſtolica ſperare annatam, & quaſi laudemium, ut huic incomodo obvenia-tur, & alio medio annatas quas ſperare poterat conſequatur, ſolvitur quindenium (quod eſt dimidia pars fructuum unius anni beneficii) de decimoquinto in decimumquintum annum Cameræ Apoſtolicæ de beneficiis unitis, vel annexatis Commenitati, Collegio, vel Capitulo, quæ jam non ſperantur vacare, ita probatur ex conſtitutione 6. Pauli II. *in bullar. pag. mibi* 400. §. 2. *tom.* 1. Julius III. *conſtit.* 20. *tom.* 1. *bullar. pag. mibi* 801. Paulus IV. *conſtitut.* 11. *tom.* 1. *bullar. pag.* 818. Sixtus V. *conſtitut.* 33. *tom.* 2. *bullar. pag.* 537. Sanctiſsim. Pius V. *conſtitut.* 38. §. 3. *tom.* 2. *bullar. pag. mibi* 224. Urban. 8. *conſtitut.* 26. & Clemens X. *conſtitut.* 50. *tom.* 2. *bullar.* docent, & explicant Anton. Maſſ. *in tractat. de annatis,* Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 13. Mandoſ. *deſignatur. gratiæ, verb. uniones,* Filiuſius *tom.* 3. *tractat.* 41. *cap.* 6. *n.* 56. Serafin. *deciſ.* 1401. *num.* 2. *& deciſ.* 1410. *n.* 10. Moneta *de diſtributionibus, quotidianis, part.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 31. *&* 32. Flamin. Pariſius *de reſignat. beneficior. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 3. Galezius *de annatis, ad fin.* Caſtropal. *tom.* 2. *tract.* 7. *diſput.* 3. *punct.* 7. *n.* 1. Loter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 5. *cum ſequent.* Marin. *lib.* 1. *reſolut.* 235. *n.* 24. Novar. *in ſum. bullar. tit. de quinden. ſolut. n.* 21. Vermigliol. *conſ.* 476. Tondut. *de penſionib. cap.* 10. *n.* 20. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 13. Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 12. *artic.* 3. *n.* 149. *& artic.* 7. *n.* 137. *cum ſequent.* Pirr. Chorrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 65. *&* 67. Cardinal. de Luca *de benefic. diſcurſ.* 89. *n.* 3. *&* 8. *& diſcurſ.* 139. *n.* 5. *& de regalib. diſcurſ.* 162. *num.* 5. *& de emphyteuſ. diſcurſ.* 50. *n.* 8. *&* 9. Amiden. *de ſtyllo datar. cap.* 18. §. 4. *n.* 1. *cum*



*cum ſequent.* Fagnan. *ad text. in cap. præterea, ne Prælati vices ſuas, n.* 13. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 377. *n.* 21. Cur autem de decimoquinto in decimumquintum annum ſolvantur quindenia, & non minori, aut majori tempore, non eſt facile ſcire, ſed poteſt non ſine fundamento dici, reſpectu beneficiorum, quod interitus perſonæ accidere erat contingens per hoc temporis ſpatium, debitaque foret annata; & reſpectu emphyteuſis, quod alienatio intra hoc temporis ſpatium, ſi fuiſſet extra manum mortuam, etiam contingeret, & fuiſſet debitum laudemium, ut conſiderat Nigro *de laudem. tom.* 1. *q.* 12. *art.* 3. *n.* 151.

Perveniet emphyteuſis ad manum mortuã,
187 quando ad Eccleſiam, Civitatem, Monaſterium, Communitatem, Capitulum, Confraternitatem, vel Colegium pervenerit, ſive ad aliud quodcumque corpus ſæculare, vel Eccleſiaſticum bonorum capax, quod non moritur, nec mutatur, licet omnes perſonæ ex quibus componitur moriantur, vel mutentur, *l. proponebatur, ff. de judiciis,* docent Oliban. *in commentar. in uſatic. aliud namque, de jure fiſci, cap.* 7. *pag.* 137. Pariſ. Mod. *in conſuetud. Pariſienſ.* §. 52. *gloſſ.* 2. *n.* 3. Petrus Gregor. Toloſan. *ſintagmat. juris, tom.* 1. *lib.* 15. *cap.* 38. *n.* 5. Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 34. D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 77. *n.* 3. Petrus Gregor. *lib.* 1. *de reſcript. cap.* 27. *n.* 7. Amato *deciſ.* 61. *n.* 35. Duran. *deciſ.* 334. *tom.* 2. noſter Trullench *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 23. *dubitat.* 8. *n.* 24. Tondut. *quæſtion. benefic. cap.* 46. *n.* 5. Caſtropal. *tom.* 2. *tract.* 7. *diſput.* 3. *punct.* 7. *n.* 5. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *n.* 15. *cum ſequent.* Merlin. *deciſ.* 583. *n.* 5. *&* 31. *& deciſ.* 649. *tom.* 2. Pignatel. *ad ſtatut. Ferrarienſ. lib.* 2. *rubr.* 127. *ſub n.* 26. *tom.* 2. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *à n.* 8. Salçedo *de lege politic. lib.* 2. *cap.* 2. Fulgin. *de jure emphyteut. tit. de ſucceſsion. in bonis emphyteut. quæſt.* 14. *n.* 10. Bonden. *de jure controverſ. colluctat.* 35. *n.* 125. Jacob. Gothofred. *ad text. in l.* 4. *Cod. Theod. de Epiſcop. & Cleric. col. penultim.* Caſtejon *in alphabet. verb. univerſitas, n.* 8. *& verb. Eccleſia, n.* 11. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 377. *n.* 20. Et quod univerſitas, Eccleſia, & ſimiles Communitates, ſint manus mortuæ, & quod teneantur ſolvere quindenia iſta, declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 4. *Februarii* 1639. inter Monaſteria Sanctiſsimæ Trinitatis, & Virginis Mariæ de la Merce, ubi fuit etiam deciſum, quod erit manus mortua, Eccleſia, aut Monaſterium, & ſolvere debet quindenium, quando ei à teſtatore relicta fuerint bona, data alienandi facultate, & idem fuit deciſum in cauſa quindeniorum ſuſitata per Joannem Bayarri Presbyterum Sacræ Theologiæ Doctorem, Beneficiatum de beneficio inſtituto in Urbis Sede ſub honorificencia Sãctorum Petri, & Pauli, contra Monaſterium Virginis Mariæ de els Angels loci de Ruſafa, ſententia publicata per Joannem Baptiſtam Segarra Notarium dictæ cauſæ Scribam, *die* 18. *Julii* 1681. cum interventu doctiſsimi Senatoris Donáti Sanchez de el Caſtellar R.C.D. aſſociati, confirmata in Regio Senatu, ſententia per Benavides, *die* 20. *Februarii* 1685. referente Nobili Don Didaco Deſcals, & Salcedo R.C.D. Actuario Moros pro Bonillo. Quamvis de domibus emphyteuticis poſſeſsis, à Collegio Corporis Chriſti noſtræ Urbis, deciſum videam, non deberi quindenia, quia juxta conſtitutiones Piiſsimi, & Reverendiſsimi Fundatoris, liberè alienantur a Rectore, & Collegialibus perpetuis, ut ſententia publicata, *die* 10. *Octobris* 1654. judicatum fuit per Hyacinthum Sanchis de Aguirre J.U.D. Judicem delegatum, cum interventu M. Joannis Arques Jover R.C.D. aſſociati, in favorem dicti Collegii, & contra Don Franciſcum Roig, & alios, qua fuit revocata prima ſententia Judicis delegati in prima inſtantia lata, publicata per Ignacium Claret Notarium dictæ cauſæ Scribam, *die* 26. *Septembris* 1653. qua contrarium fuerat deciſum, non ſine juris fundamento.

De adminiſtratione poteſt dubitari, an ſit 188
manus mortua, & ſolvere debeat quindeniũ, nam adminiſtratio perpetua, quoddam corpus eſt ex adminiſtratore, vel adminiſtratoribus compoſitum, quod neque mutatur, neque extinguitur morte adminiſtratorum, ſed ſemper, & perpetuo remanet, ſubrogatis novis adminiſtratoribus, & hæc, & ſimilia corpora perpetua, quæ nunquam moriuntur, dicuntur manus mortuæ, ex ratione text. *in d. l. ut proponebatur, ff. de judiciis,* Oliban. *in commentar. in uſat. aliud namque, de jure fiſci, cap.* 7. *pag.* 137. D. Leon *dict. deciſ.* 77. *n.* 3. Sed hoc nimis generale eſt, & ut legitimè dignoſcatur an adminiſtratio ſit manus mortua, & ſolvere quindenium debeat, debent ſequẽtes conſiderari caſus. Primus eſt quando adminiſtratio non eſt perpetua, ſed tempora-
lis, & hoc in caſu etiam ſi ad longum, vel 189
longiſsimum tempus inſtituta fuerit adminiſtratio, non debet ſolvi quindenium propter emphyteuſim in adminiſtratione recadentem quia non eſt manus mortua, corpus, ſeu Collegium, quod moritur, & extingui debet, cum ut univerſitas, Collegium, vel Civitas manus dicatur mortua, neceſsè eſt fore corpus quod non moriatur, aut extingui temporaliter ſperetur, ſed perpetuò duret, Oliban. *ubi proxim.* D. Leon *dict. deciſ.* 77. *n.* 3. noſter Tru-

Trullench *in decalog. tom.2. lib. 7. cap.23. dubitat.* 8. *n.* 24. Secundus caſus erit quando
190 adminiſtratio eſt perpetua, ſed impermiſsio, &prohibitio alienandi emphyteutica bona in adminiſtratione recadentia, temporalis eſt, ut quia vendi debent bona, ut exequantur opera pia à teſtatore relicta, vel alia de cauſa, & hoc in caſu etiam ſi venditio, aut alienatio bonorum differatur ad centum annos, non debebitur quindenium, ut fuit deciſum ſententia publicata, *die* 25. *Maii* 1633. in favorem Subſacriſtæ Valentinæ Sedis certo adminiſtratorio nomine, & contra Hoſpitalē de en Conill, referente M. Joanne Baptiſta Roig. R.C.D. quam refert, & ſequitur Trullench *dict. tom.2. lib.7. cap.23. dubitat.* 8. *n.* 24. *in fin.* Quod non parum confirmatur ex ſententia anni 1637. quam retuli, *n.* 182. ubi dicitur quod etiam ſi teſtator impermittat emphyteuſis alienationem per centum annos, non debetur quindenium.

Tertius caſus erit quando adminiſtratio
191 perpetua eſt, & prohibitio alienandi emphyteutica bona etiam perpetua eſt, quia teſtator expreſsè ordinaverit quod bona ſua perpetuo conſervarentur ſub adminiſtratione, & hoç in caſu inſpiciendum eſt penes quam perſonam dominium bonorum adminiſtrationis fuerit. Si enim relicto hærede minori, incapaci, aut capaci, teſtator deceſſerit, & diſpoſuerit quod hæredis bona adminiſtrentur per aliquam, aut aliquas perſonas perpetuo, non debebitur quindenium, cum bona non poſſint conſiderari manui mortue acquiſita, ſed hæredi, cum recta via in illum transferatur dominium bonorum teſtatoris, *l.*1. §. *ſcevola, ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe juſus, &c. l. hæres, & hæreditas* 22. *ff. de uſucapionibus.* Quartus caſus conſiderari poterit, quando emphy-
192 teutica bona relicta fuerint titulo univerſali, aut particulari, Eccleſiæ, Univerſitati, Collegio, aut manui mortuæ, & adminiſtratio perpetua illorum mandata fuit perſonæ particulari, tunc enim cum dominium bonorum emphyteuticorum ſit penes manum mortuam, & illorum alienatio impermiſſa perpetuo reperiatur, *l. final. Cod. de vendit. rerum Civitat. l. final. Cod. de vectigalib. l.* 1. *ff. de adminiſtrat. ad rerum Civitat. l. ſanccimus, Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis, extravag. ambitioſe, de rebus Eccleſ. alienand. vel non.* debebitur proculdubio quindenium, cum potius inſpici debeat penes quem dominium bonorum eſt, quam penes quem adminiſtratio reperitur. Ex ad-
193 verſo autem, ſi titulo particulari, aut univerſali emphyteutica bona alicui particulari perſonæ relinquantur, & propter illius incapacitatem, aut alia de cauſa, adminiſtratio perpetua relicta fuerit Eccleſiæ, Collegio, Univerſitati, aut alteri manui mortuæ, cum Collegium, Univerſitas, aut manus mortua, dominium non habeant bonorum, ſed ſolum veluti mandatarii ſint, Carpio *de executorib. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 25. *cum ſequent.* Et bonorum dominium in manu mortua non ſit, ſed penes particularem perſonam, *l. hæreditas* 22. *cum vulgat. ff. de uſucapionibus*, non debebitur quindenium.

Quintus caſus erit, quando emphyteutica 194
bona non fuerunt relicta alicui perſonæ particulari, neque hæres inſtitutus reperitur, ſed ſolum teſtator mandavit opera pia, & univerſalem executorem, aut adminiſtratorem nominavit, ut exequeretur ab illo diſpoſita. In hoc enim caſu diſtinguendum judico, aut adminiſtratio univerſalis relicta fuit Eccleſię, Collegio, aut manui mortuæ, aut particulari perſonæ, ſi ſecundum, non debebitur quindenium, cum talis perſona particularis non ſit Univerſitas, Eccleſia, aut Collegium, vel manus mortua, ut cōſiderat Trullench *in decal. tom.2. lib.7. cap.23. n.*24. Si primū, ſatis dífici- 195
le videtur an debitū ſit quindeniū, cum nō ſatis incōperto ſit ubi reperiatur dominium bonorum hęreditariorum hoc in caſu, nàm in adminiſtratoribus, & manu mortua, nequit dominium conſiderari, quia implicat quod ſint domini, & adminiſtratores, imo adminiſtratio ſupponit dominium in alio quam in adminiſtratore, *l.* 1. *l. ſi res pupillaris* 50. *ff. de adminiſtrat. tutor.* Carpio *de executorib. dict. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 25. docet Peña *deciſ.* 757. *n.* 6. *& deciſ.* 869. *n.* 12. Ubi ergo erit dominium? nam in teſtatore nequit reperiri, quia morte expiravit dominium quod in ſuis habebat bonis, *l.* 3. *ff. de peculio, l. denique* 13. §. *quęſitum, ff. quod vi aut clam. l.* 1. §. 1. *ff. de rerum divitione.* Neque in adminiſtratione dominium poteſt eſſe, cum ſit ens in quo dominium minime poteſt radicari. Neque in hęrede, quia non reperitur hæres, ut dixi, & non entis nullæ ſunt qualitates, *l. ejus qui in Provincia, verſ. quoniam, ff. ſi certum petatur, l.* 4. §. *condemnatum ff. de re judicat.* Nulla alia ergo in parte poteſt conſiderari dominium, quam in hæreditate jacente, quæ dum hæres non apparet, perſonam ſuſtinet defuncti, & pro domina habetur, & hæreditariorum bonorum dominium, & omnia jura, quæ defuncti fuerunt habet, *l. non minus* 31. §. 1. *ff. de hæredib. inſtituend. l. nihil eſt aliud* 24. *ff. de verbor. ſignificat. l. hæreditas* 62. *ff. de regul. juris, l. liber. hom.*13. §. *ſi ſervus hæreditarius, ff. ad l. Aquiliam, l. hæreditas* 34. *ff. de adquiren. rerum domin.* cum aliis adductis à Cujacio *lib.* 5. *quæſt. Papinian. in l. hæreditas* 50. *ff. de petit. hæredit.* Donel. *lib.* 7. *commentar. c.* 2. Anton. Faber *in juriſprud. Papinian. tit.* 2. *princip.* 5. *illat.* 3. *& de errorib. decad.* 27. *error.* 1. Valentia *illuſtr. juris, lib.* 1. *tract.*3. *cap.*



*cap.*2. *num.*4. Et ſi in hæreditate jacente dominium reperitur bonorum, non erit debitū quindenium, quia hæreditas non eſt manus mortua, ſed ſingularis perſona ficta defunctū repræſentans temporaliter, quæ nequit conſiderari comprehenſa in conſuetudine ſolvendi quindenia, etiam ſi adminiſtratores alienare bona non poſſent, neque alienarent.

Idem tenendum videtur, ſi pauperes Chri-
196 ſti, aut anima teſtatoris fuerint hæredes inſtituti, & nominati executores, aut adminiſtratores univerſales, Eccleſia, Univerſitas, aut Collegium, vel quælibet alia manus mortua, nō enim dubitandum eſt, quod teſtatoris anima poteſt hæres inſtitui, D. Leon *tom.* 1. *deciſ.* 10. *per tot.* Caſanat. *conſ.* 29. *n.* 2. *&* 3. Matute *diſquiſit. legal.*10. Diana *reſol. moral. part.* 8. *tractat.* 5. *de executorib. reſolut.* 1. Mantic. *de conjectur. ultimar. voluntat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 7. Gratian. *diſceptat.* 329. *n.* 26. Carpio *de executorib. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 6. Roſa *conſultat.* 36. *n.* 7. *&* 26. Boſsius *in tractat. de teſtament. ad pias cauſas, n.*103. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 329. *n.* 2. *&* 7. Et cum anima teſtatoris nequeat dominium bonorum hæreditariorum habere, debemus aſſerere quod in hæreditate jacente erit, & ſi hoc verum eſſet, non deberetur quindenium ex rationibus à nobis ſupra adductis, & hoc, non obſtante quod fuerit adminiſtratio perpetua, & in illa remanerent emphiteutica bona perpetuo abſque alienandi ſpe, excluſo dominio directo
197 à perceptione laudemiorum, nam inſtituto majoratu, vel fideicommiſſo perpetuo ex emphiteuticis bonis, inalienabilia remanent, & abſque ſpe dominus directus percipiendi laudemia, & tamen propter majoratum, aut fideicommiſſum, non ſolvitur quindenium ea ratione quia conſuetudo ſolum introduxit quindeniorum ſolutionem in manibus mortuis, & hæc conſuetudo non eſt extendenda ad majoratus, aut fideicommiſſa, ut rectè probant D. Matheu *de regim. cap.* 2. §. 5. *à n.* 115. *uſque ad* 125. D. Creſpì *obſervat.* 106. *per tot.* Cardinal. de Luca *de emphyt. diſcurſ.* 50. *n.* 7.

Sed hæc nūquā mihi placere potuerūt, quia aut nullo hærede inſtituto, aut teſtatoris ani-
198 ma, aut pauperibus Chriſti inſtitutis hæredibus, non ſperatur hæres, qui hæreditatem adeat, nam neque teſtatoris anima, neque pauperes Chriſti, poſſunt hæreditatem adire, & cum hæreditatis fictio inducta fuerit, ut in hæredem continuari poſſet hæreditariorum bonorum dominium, *l. legatum* 80. *ff. de legat.* 2. *l.*1. §. *ſcevola in fin. ff. ſi his qui teſtamento liber juſſus, &c.* Si nullus ſperatur hæres, deficit neceſsitas illa inducendi hæreditatis fictionem, *l. novatio* 24. *ff. de novationib.* & deficiente hęredis ſpe, deficit etiam hæreditatis jacentis fictio, quæ jacere ſolum dici poteſt, donec eſt hæredis ſpes qui illam adire vellit, Barthol. *in l. ſi quis hæres inſtituatur, La grande, ff. de hæredib. inſtituend.* Rota *deciſ.* 728. *n.* 15. *part.* 1. *diverſor.* Petrus Ridolphin. *in prax. judiciar. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 44. Cum ergo hæreditas jacens non poſsit conſiderari in his caſibus, neque poterit conſiderari dominium bonorum in hæreditate jacente, quia, ut jam diximus, non entis nullæ ſunt qualitates. Neque te turbet conſiderare quod anima hærede inſtituta, poterunt adminiſtratores univerſales, nomine animę, hæreditatem adire, prout facit tutor, nomine pupilli, & procurator ſpecialis, nomine domini, nam ultra quod ſimiles adminiſtratores hæreditatem nunquam adeunt, magis indubitatum foret negotium, ſi illam adirent, nam cum per additionē extinguatur hæreditas jacens, *l.*1. §. *ſcevola, ff. ſi his qui teſtament. liber. juſſus, &c. l. hæres* 54. *ff. de adquirend. hæredit. l. ſi ex re* 28. *ff. de ſtipulat. ſervor.* Anton. Faber *in juriſprud. Papinian. tit.*6. *princip.*5. *illat.* 2. *&* 3. Valentia *illuſtr. juris, lib.*1. *tract.* 3. *cap.* 2. *n.*5. Oroz *de apicib. juris, lib.*5. *cap.* 12. *n.* 3. Santolaria *ad text. in l. ejus qui* 41. *ff. de rebus credit. n.* 9. Non poteſt amplius conſiderari dominium honorum in hæreditate jacente, neque in hærede, quia incapax eſt dominii, neque in adminiſtratione, quia ens improportionatum, neque in adminiſtratoribus, ut jam diximus.

Quomodo ergo poterunt hæc dubia dirui, 199
& legitimè reduci illorum reſolutio ad illa quæ pluries judicavit graviſsimus Senatus noſter ſentiendo, quod ſi adminiſtratio univerſalis fuerit relicta Collegio, Eccleſiæ, Univerſitati, aut alteri manui mortuæ, debet ſolvi quindenium, etiam ſi adminiſtratoribus data fuerit facultas ad alienanda emphiteutica bona in adminiſtratione recadentia, ut ſententia per Daza, *die* 4. *Februarii* 1639. in favorem Monaſterii Virginis Mariæ de la Merced, & contra Monaſterium Sanctiſsimæ Trinitatis, referente Excellentiſsimo Domino Don Chriſtophoro Creſpì de Valldaura, digniſsimo, & meritiſsimo Vicecancellario Patrię noſtrę Valentinæ decore, & alia anno 1671. inter Collegium Divi Pauli, & illius Rectorem certo adminiſtratorio nomine, & Hoſpitale Generale. Idem extitit deciſum in favorem Religionis Virginis Mariæ de Monteſa, & Sancti Georgii de Alfama, & contra Priorem Monaſterii de Arachriſt Adminiſtratorem bonorum Don Joannis Baptiſtæ Giner, tribus ſententiis conformibus Judicum delegatorum, & quarta Regii Senatus. Idem audivi deciſum contra Clerum Divi Andreæ certo adminiſtratorio nomine, non obſtante

quod

quod poterat vendere adminiſtrationis bona. Sed meo videri inſpectis juris ratiocinationibus, debet ſolvi hoc in caſu quindenium, quia pauperibus Chriſti, aut anima teſtatoris hęredibus inſtitutis, & deputatis executore, aut adminiſtratoribus univerſalibus ad diſtribuēda hęreditaria bona in opera pia, vel inter pauperes, hujuſmodi adminiſtratores, vel executores univerſales, hæredes ſunt, vel per fideicommiſſum, aut cum onere diſtribuendi bona inter pauperes, vel in opera pia, argum. text. *in l. ſi quis ad declinandam, l. nulli, Cod. de Epiſcop. & Clericis, cap. cum tibi, de teſtament.* ubi Imola *num.* 2. Ita docent, & defendunt Barthol. *in l. alio, numer.* 5. *ff. de aliment. legat. & in l. hæreditas, ff. de hæredib. inſtituend. & in l. centurio, num.* 21. *ff. de vulgar. & in l. fundi Trebatian. in fin. ff. de uſu, & uſufruct. & conſ.* 3. *num.* 3. *& conſ.* 56. *num.* 2. *lib.* 1. Bald. *in l. precib. num.* 45. *Cod. de impuberum, & aliis ſubſtit.* Socin. Senior *conſ.* 49. *lib.* 3. *num.* 4. Calderin. *conſ.* 19. *tit. de teſtament.* Jacob. de Canibus *de executorib. ultimar. voluntat. particul.* 2. §. *conſultis autem, n.* 29. Alexan. *conſ.* 4. *n.* 16. *& conſ.* 98. *n.* 10. *lib.* 2. *& conſ.* 12. *n.* 12. *lib.* 3. Oldendorp. *de executorib.* Innocentius, Panormitan, & ferè omnes *in dict. cap. cum tibi*, Covarrub. *in cap. cum Joannes, n.* 6. *de teſtament.* Decius *in l. final. n.* 26. *Cod. de edict. Divi Adrian. Tollend.* Zacius *in dict. l. centurio, ff. de vulgar. n.* 42. *&* 43. & ibi Ripa *num.* 105. Pariſius *conſ.* 74. *n.* 41. *lib.* 3. Pancirol. *variar. lection. lib.* 3. *cap.* 21. Peralta *in repetit. rubric. tituli, ff. de hæredib. inſtituend. n.* 178. Benedict. *in cap. Raynuntius, de teſtament. verſ. ſi abſque liberis moreretur, n.* 56. Boer. *deciſ.* 204. *n.* 47. Menoch. *de adipiſcend. remed.* 4. *ex n.* 256. *& de retinend. remed.* 3. *n.* 64. *& conſ.* 369. *num.* 10. Tiraquell. *in tractat. le mort*, 7. *part. declarat.* 5. *n.* 7. Matienz. *in l.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopilat. gloſſ.* 1. *n.* 7. *&* 8. Molin. *de juſtit. & jure, diſput.* 247. *n.* 7. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 27. *n.* 46. Valaſc. *conſultat.* 68. *n.* 4. *cum ſequent.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1429. *n.* 8. Mantic. *de conjectur. ultimar. voluntat. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 7. Trentacinq. *de ſubſtitut.* 4. *part. cap.* 10. *n.* 7. Gratian. *diſceptat.* 329. *n.* 26. Caſanate *conſ.* 29. *n.* 2. *&* 3. Barboſ. *ad text. in cap. cum tibi, de teſtament. n.* 3. *& in dict. l. nulli, n.* 40. *& in dict. l. ſi quis, n.* 16. Gama *deciſ.* 196. *n.* 1. Pichard. *in rubr. tit. inſtitut. de eo cui libertatis cauſa, n.* 50. Matute *diſquiſit. legal.* 10. Boſſius *in tractat. de teſtament. ad pias cauſas, n.* 103. Diana *reſol. moral. part.* 8. *tractat.* 5. *de executorib. reſolut.* 1. Carpio *de executorib. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 6. Roſa *conſultat.* 36. *n.* 7. *&* 26. Fagnan. *ad text. in cap. nimis prava, de exceſsib. prælator. n.* 28. *&* 29. *&* 41. Mendez à Caſtro *in prax. Lucitan. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 22. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ. ad Gratian. cap.* 329. *num.* 2. *&* 7.

200 Eodem modo ſi adminiſtrator, vel executor, aut executores univerſales, nullo hærede relicto, fuerint à teſtatore deputati ad eroganda bona hæreditaria in opera pia, hujuſmodi executores univerſales, ſunt hæredes fideicommiſſarii, vel cenſentur executores, hæredes inſtituti cum onere diſtribuendi bona in opera pia, *d. cap. cum tibi*, ubi communiter DD. *de teſtament.* Tiraquel. & Pancirol. *locis proxim. citatis*, Menoch. *dict. conſ.* 369. *num.* 10. Valaſc. *dict. conſultat.* 68. *n.* 4. Mendez à Caſtro *dict. cap.* 3. *num.* 22. Barboſ. *ad text. in dict. cap. cum tibi, num.* 3. Roſa *dict. conſultat.* 36. *num.* 7. Carol. Anton. de Luca *dict. cap.* 329. *num.* 7. Ergo cum Eccleſia, Collegium, vel manus mortua, quando adminiſtrationem univerſalem habent, anima teſtatoris, vel Chriſti pauperibus hæredibus inſtitutis, vel nullo hærede relicto, ſint hæredes gravati, & cum onere reſtituendi bona hæreditaria, ut probabimus, ſequitur quod debent ſolvere quindenia, cum dominium bonorum emphiteuticorum penes manum mortuam reperiatur, dummodo pro adimplemēto operis pii non alienantur, cum hæredes fideicommiſſarii, aut gravati, vel cum onere, domini ſunt hæreditariorum bonorum ante reſtitutionem, & dominium illorum habent, *l. ſpecies, ff. de auro, & argent. legat. l. generaliter, § ſub conditione, ff. qui & à quibus, l. Julian. §. final. Cod. de legat.* Salgad. *in labyr. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 57. Larrea *deciſ.* 38. *num.* 19. Knipſchiltd. *de fideicommiſ. cap.* 3. *n.* 13. *&* 52. *& cap.* 4. *num.* 19. Carpzov. *in juriſprud. forenſ. part.* 3. *conſtitut.* 8. *definit.* 35. *n.* 3. Antunez *de donationib. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 17. *n.* 51. *& cap.* 21. *n.* 1. Et quod etiam ſi adminiſtratorio nomine poſsideat Communitas Eccleſiaſtica emphiteuſim, teneatur ſolvere quindenium, declaravit doctiſsimus Ludovicus Agramunt de Siſternes Advocatus primarius, Judex delegatus, in favorē Brunonis Lopez, Diaconi, & contra Syndicum Confraternitatis Virginis Mariæ de la Seu, proviſione recepta per Ignatium Martinez Notarium, *die* 4. *Aprilis* 1650. confirmata in gradu appellationis, ſententia publicata per dictum Martinez, *die* 2. *Decembris* 1650. interveniente pro Aſſociato nobili Don Franciſco Bono R. C. D. & iterum confirmata in alia appellationis inſtantia, ſententia per eundem, *die* 31. *Octobris* 1651. interveniente pro Aſſociato Magnifico Joannes Arques Jover R. C. D.

201 Sed ſi non Collegio, aut manui mortuæ adminiſtratio univerſalis, nullo hærede inſtituto, aut anima teſtatoris hærede inſtituta,

reli-



relicta fuerit, ſed ſolum Priori, aut Abbati, aut Monacho particulari, poteſt inquiri an debeatur quindenium. Certiſsimum enim eſt, quod Abbas, vel Monachus, poſſunt cũ licentia Superioris ſui eſſe executores, & adminiſtratores ultimarum voluntatum, *cap. final, de teſtament. in* 6. *Clementin. unic. eod.* Rodrig. 3. *tom. quæſt. regular. quæſt.* 70. *artic.* 1. Carpio *de executorib. lib.* 1. *cap.* 5. *per tot.* Barboſ. *ad text. in dict. cap. ultimo, de teſtament. in* 6. Diana *reſolut. moral. part.* 8. *tractat.* 5. *de executorib. reſolut.* 9. Ferromantrique *in quæſtionib. moralib. & vicarialib. part.* 1. *quæſtion.* 63. *numer.* 5. Lezana *in opere moral. part.* 1. *cap.* 9. Bordon. *in oper. regular. tom.* 5. *cap.* 24. *de paupertat. religioſ. num.* 93. Petrus Maria Paſſerin. *tom.* 2. *quæſt.* 187. *artic.* 2. *inſpect.* 2. *num.* 108. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſt.* 7. *num.* 23. Garcia *en ſu politica regular. tom.* 1. *tractat.* 8. *dificultad.* 3. *duda* 5. *num.* 13. *& duda* 1. *punct.* 2. *num.* 6. Uritigoiti *in paſtoral. regular. part.* 2. *quæſt.* 6. Paxjordan. *vol.* 2. *de re benefic. lib.* 7. *tit.* 14. *à num.* 123. Villaroel *en ſu govierno politico, cap.* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 7. *num.* 24. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 123 *per tot.* Sed quindenium deberi judico, quia licet
202 adminiſtrator ſit perſona particularis, cum Abbas, aut Religioſus Univerſalis Adminiſtrator, ſit hæres, ut probavimus, & hærede inſtituto, Abbate, aut Religioſo, dominium bonorum neque per inſtans remanet penes eos, ſed Monaſterio acquiritur, *cap. ſi Religioſus, de elect. in* 6. *cap. quod Dei timorem, de ſtat. Monachor. authent. ingreſſi, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* cum aliis à me adductis, *cap.* 26. *de declarat. inteſtat. ſucceſſ. num.* 100. Dominium bonorum hæreditariorum, non poteſt remanere penes Religioſum adminiſtratorem, cum incapax ſit habendi proprietatem bonorum, etiam de licentia Superioris ſui, Conſilium Trident. *ſeſſ.* 25. *de regularib. cap.* 2. cum ibi notat. & cum Monaſterio acquiratur, penes manum mortuam reperiantur bona, & per conſequens debetur quindeniũ. Hoc vidi declaratũ ſententia publicata *die* 7. *menſis Junii* 1678. per Poncianum Navarro Notarium, ſub examine Gaſparis Berenguer. J. U. D. Judicis delegati, in favorem Illuſtris D. Jacobi Pertuſa Commendatoris oppidorum de Torrent, & Picaña, & contra Fratrem Hieronymum Gavàs Religionis Societatis Jeſu Procuratorem adminiſtratorum adminiſtrationis relictę per Domnam Eliſabetham Monpalau. Confirmata in appellationis inſtantia, ſententia per eundem Navarro, *die* 1. *Auguſti* 1679. ſub examine Franciſci Garcia de Villanueva J. U. D. Judicis delegati, interveniente M. Ludovico Paſtor, & Bertran pro Aſſociato. Et iterum confirmata, ſententia per eundem, *die* 13. *Februarii* 1680. ſub auditione Nobilis Don Franciſci Eſteve J. U. D. Judicis delegati, poſtea Aſſeſſoris gerentis vices generalis Gubernatoris, Monteſiane Familiæ militis, duobus aſſociatis intervenientibus, nemper Don Jacobo Madroño R. C. D. & Don Franciſco Ortin, & Lluqui R. C. D. hoc ergo in caſu relicta fuerat adminiſtratio patri Provinciali Coronæ Aragonum, & patri Prepoſitio Domus Profeſſę Societatis Jeſu noſtræ Urbis, qui pro tempore fuerint, & pronunciatum fuit deberi quindenium. Et ex hac ratione ſi Religioſo profeſſo fuerint relicta bona per fideicommiſſum, vel ſi hæres gravatus poſt mortem, profiteatur in aliqua religione capaci bonorum in communi, quia tunc bona, vita Monachi naturali durante, Monaſterio acquiruntur, aliud Monacho non diſponente, aut aliud non petente fideicommiſsi natura, ut exactè probavimus, *dict. cap.* 26. *n.* 86. debebitur quindenium, licet ſperetur quod à Monaſterio exeant bona, & ad vocatum revertantur, quia quoad ſolutionem quindeniorum attendēJus eſt ſtatus quem actualiter habent bona, non vero illum quem ſperant habere, ut rectiſsimè judicatum fuit à Judico delegato Cleri Divi Stephani noſtræ Urbis, ſententia per Petrum Jacobum Jornet Notarium, *die* 16. *Octobris* 1686. in favorem dicti Cleri, & contra Monaſterium Divi Auguſtini noſtræ Urbis, confirmata in appellationis gradu, ſententia per eundem, *die* 8. *Aprilis* 1687. cum interventu Nobilis Senatoris Don Dominici Matheu, & Silva R. C. D. Aſſociati. Et iterum confirmata ſententia per eundem, *die* 30. *Junii* 1687. cum Conſilio ſapientiſsimi Senatoris Donati Sanchez del Caſtellar R. C. D. Aſſociati. Et demum per Senatum confirmata ſententia per Saboya, *die* 12. *Februarii* 1688. referente Nobiliſsimo Senatore Don Joanne de la Torre, & Orumbella R. C. D. Actuario Ferrer, nam cum pro parte Monaſterii recurſus emiſſus fuerit ad Senatum à dictis ſententis, non fuit admiſſus, eo motivo, quod ſententiæ à quibus emittebatur non erant gravatoriæ. Idem invenies deciſum in illis ſententiis, *die* 18. *Julii* 1681 *& diei* 20. *Februarii* 1685. quas retuli, *n.* 187.

203 Hæc tamen non procedent, quando Eccleſiæ, vel manui mortuæ, aut Religioſo particulari fuerit relicta tantum adminiſtratio particularis aliquorum bonorum, & aliunde teſtator ſuam Univerſalem fecerit diſpoſitionem inſtituendo hæredem, aut aliter diſponendo, nam cum iſto in caſu manus mortua non ſit hæres, neque pro hærede habeatur, & non acquirat dominium bonorum hæreditariorum, quia penes hæredem, aut hæreditatem ſemper erit, imo ſolum adminiſtrator nu-

bam habeat adminiſtrationem, & miniſterium exequendi defuncti voluntatem diſtribuendo redditum illum bonorum particularis adminiſtrationis, aut precia illorum bonorum, prout defunctus diſpoſuerit, in opera pia, aut in illa quæ mandavit diſtribui, non erit debitum quindenium, etiam ſi adminiſtratio fuerit perpetua, & inalienabilia remanſerint bona, cum non ſit eorum dominiũ penes manum mortuam, ſine quo non intrat conſuetudo ſolvendi quindenium, & ſi aliquando contra iſta judicatum extet, non eſt meo videri legitimè judicatum, niſi fuiſſet dominium acquiſitum Communitati Eccleſiaſticæ, vel Monaſterio, tunc enim procederent deciſſa, & deberetur quindenium, & in hoc ſenſu poſſunt admitti declarationes ille à me adductæ *n.* 202. in favorem Illuſtris Commendatoris de Torrent. Demum, ſi ſimul Religioſo profeſſo, & layco, vel Clerico ſeculari, relicta univerſalis adminiſtratio fuerit, nullo hærede inſtituto, aut anima teſtatoris hærede inſtituta, ſi diviſſa fuerit adminiſtratio, & aſsignentur emphyteutica bona parti adminiſtrationis Religioſi, debebitur quindenium, ſi vero aſsignata fuerint parti layci, aut Clerici ſecularis, non debebitur quindenium, quia manus mortua non eſt. Si vero adminiſtratio non fuerit diviſa, & ambo adminiſtrent, cum ſolum pro parte Religioſi poſſit conſiderari dominium acquiſitum Monaſterio, & manui mortuæ, pro hac parte debebitur quindenium.

In Religioſis minoribus Obſervantiæ Se-
204 rafici Patris Divi Franciſci, non poſſunt hujuſmodi quæſtiones agitari, cum juxta canonica jura, adhuc de licentia Superiorum, adminiſtratores, & executoress ultimarum voluntatum non poſſunt eſſe, *Clementin. exivi de Paradiſo*, §. *verum etiam, de verbor. ſignificat.* ibi: *Debent ſibi ſcire interdictum, quod hujuſmodi executionibus, & diſpoſitionibus ſe exponant.* Barthol. *in tractat. minoritar. l.* 3. *diſtinct.* 1. *cap.* 1. Alexand. *conſ.* 80. *lib.* 5. *n.* 1. Angel. *in ſum. verbo, executor, n.* 26. Covarrub. *in cap. tua nos, n.* 1. *de teſtament.* Petr. Gregor. Toloſan. *ſintagmat. juris, lib.* 42. *cap.* 36. *n.* 10. Molin. *de juſtit. & jure, diſput.* 247. *n.* 12. Matienz. *in l.* 5. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopilat. gloſſ.* 8. *n.* 6. Rodrig. *quæſtion. regular. tom.* 3. *quæſt.* 70. *artic.* 2. *in princip.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 46. *n.* 20. & 21. Menchac. *illuſtr. cap.* 98. Sanchez *in decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 24. Gratian. *diſceptat.* 123. *n.* 1. *cum ſequent.* Carpio *de executorib. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 61. Diana *reſolut. moral. part.* 8. *tractat.* 5. *de executorib. reſolut.* 12. Barboſ. *ad text. in dict. clementin. exivi, n.* 23. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 123. *n.* 10. Sed quia juxta aliquorum opinionem, poſſunt adminiſtratores, & executores eſſe, ſi ſimul cum aliis ſecularibus, aut capacibus, eis executio, vel adminiſtratio mandata fuerit Portel. *in diverſ. regul. verb. teſtamentum, n.* 5. Rodrig. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 156. *n.* 7. Diana *reſolut. moral. part.* 8. *tractat.* 5. *de executorib. reſol.* 12. *in fin.* Judico quod non debebunt ſolvere quindenia, quia cum Monaſteria iſta incapacia ſint habendi bona in communi, nunquam poteſt conſiderari acquiſitum dominium bonorum emphyteuticorum Monaſterio, aut manui mortuæ, ut debitum ſit quindenium.

Quod majorem habet difficultatem, & diſ- 205
putatum hoc in tempore video, eſt, an Monaſteria prædicta Obſervantiæ Serafici Franciſci, debeant ſolvere quindenia dominis directi propter prædia quæ in horto habent incluſa ad Religioſorum uſum, vel propter domos cenſitas, Monaſterio aplicatas, vel in illo incluſas; contendit enim Monaſterium Divi Michaëlis de los Reyes, quod Monaſterium Divi Franciſci Civitatis Setabenſis, ſolvere tenetur quindenium propter partem terræ in horto incluſe dicti Monaſterii, tentam ſub directo dominio prædicti Monaſterii Divi Michaëlis de lòs Reyes, & quamvis Judices delegati diverſas tuliſſent ſententias, ſemper dixi quindenium non eſſe debitum, neque deberi à Monaſteriis diſcalceatorum divi Frãciſci, Capucinorũ, & quibuſlibet aliis incapacibus habendi bonorum proprietatem in cõmuni. Primo quia conſuetudo quæ introduxit quindeniorum ſolutionem, non fuit admiſſa neque reperitur introducta reſpectu horum Monaſteriorum, quę licet domos habeant cẽſitas Monaſteriis applicatas, & licet terras in hortis habeãt, ignoratur quod quindenia ſolverint: Ergo deficiente conſuetudinis lege, deficit etiam quindeniorum obligatio. Deinde quia, independenter à conſuetudine, bona relicta, aut empta à minoritis pro conſtructione Eccleſiæ, aut pro horto, & illorum dominium, non acquiritur illis, vel illorum Monaſteriis, cum incapaces ſint habendi dominium bonorum, non ſolum in particulari, ſed etiam in communi, *cap. exiit qui ſeminat, de verbor. ſignificat. in* 6. *Clement. exivi, cum vulgat. de verbor. ſignificat.* Navarro *conſ.* 2. *de regular. num.* 3. Menchac. *illuſtr. cap.* 32. *n.* 13. Dueñas *regul.* 381. *à princip.* Queſad. *in ſuis quæſtion. cap.* 14. *n.* 22. Azor *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 9. Leiſius *de juſtit. & jure, lib.* 2. *cap.* 3. *dubitat.* 8. *n.* 32. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 3. *tit.* 24. *n.* 1. Rodrig. *quæſtion. regular. tom.* 1. *quæſt.* 65. *artic.* 3. & *tom.* 3. *quæſt.* 29. *artic.* 5. Barboſ. *ad text. in dict. clement. exivi, n.* 6. & 7. Pellar. *in manual. regular. tom.* 2. *tractat.* 8. *cap.*



*cap.* 7. *n.* 1. & *tractat.* 4. *cap.* 2. *n.* 70. Carol. Anton. de Luca *in animadverſ.* ad Gratian. *cap.* 23. *n.* 10. Imo dominium hujuſ-
206 modi bonorum adquiritur Summo Eccleſiæ Præſuli, *cap. exiit qui ſeminat, de verbor. ſignificat. in* 6. *clementin. exivi de Paradiſo, de verbor. ſignificat.* Paulus IV. *in ſuo diplomate, diei* 1. *Julii* 1555. ita docent Soto *de juſtit. & jure, lib.* 4. *quæſt.* 1. *artic.* 1. Navarro *in apolog. de redditib. quæſt.* 1. *n.* 17. Salon. 2. 2. *quæſt.* 62. *in initio, tractat. de dominio, quæſt.* 1. *artic.* 2. *concluſ.* 1. Mirand. *in regul. in* 1. *inſpect. cap.* 79. *fol.* 471. & 472. & *in* 2. *impreſsione, cap.* 57. *fol.* 379. Rodrig. *quæſt. regular. tom.* 2. *quæſt.* 125. *artic.* 6. & *tom.* 3. *quæſt.* 39. *per tot.* Rebel. *de obligat. juſtit. part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 7. *ſect.* 4. *n.* 33. Sanchez *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *n.* 15. Barboſ. *ad text. in dict. cap. exiit, de verbor. ſignificat. in* 6. *n.* 6. & *in extravagant. ad conditorem, Joan. XXII. de verbor. ſignificat. n.* 5. Luengo *ſuper regul. fratr. minor. cap.* 4. *controverſ.* 15. *ſect.* 3. *per tot.* Lezana *tom.* 1. *cap.* 6. *n.* 5. Pellizar. *in manual. regular. tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 71. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 11. *quæſt.* 1. *n.* 9. Fratres enim minores, incapaces ſunt acquirendi, & habendi dominium bonorum, ſicuti ſervi, tam in particulari, quam in communi, & cum horum dei ſervorum, & Eccleſiæ pauperum, pater, & dominus Summus Pontifex ſit, ut dicitur *in d. cap. exiit, de verbor. ſignificat. in* 6. ibi: *Ve perſona Romani Pontificis Chriſti Vicarii, qui pater eſt omnium, & Fratruum Minorum nibilominus ſpecialis.* Luengo *ſuper regul. cap.* 4. *controverſ.* 15. *ſect.* 1. *num.* 4. Sicuti illa quæ ſervi, aut filii familias acquirunt, dominis ſuis, & patri quoad omnia acquiruntur, abſque eo quod in perſona ſervorum aliquid remaneat juris, *l. placet* 78. *ff. de adquirenda hæredit. l. quæritur* 38. *ff. de bonis libertor. l. quemadmodum* 46. *ff. de jure dotium, l. qui liberis* 8. §. *hæc verba, ff. de vulgar. l. acquiritur* 10. *l. etiam invitis* 32. *ff. de adquir. rer. domin. l. ſervus vetante* 62. *ff. de verbor. obligat. l.* 1. & *per tot. Cod. de bonis mater.* §. 1. & §. *item vobis* 3. *inſtitut. per quas perſonas nobis adquiratur.* Ita per filios minores pauperes, & Dei ſervos proprietatis incapaces, acquiritur Summo Eccleſiæ Præſuli illorum patri, & domino, dominium bonorum, *dict. cap. exiit, de verbor. ſignificat. in* 6. ibi: *Ne talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium cum patri filius ſuo modo, ſervus domino, & Monachus Monaſterio, res ſibi oblatas conceſſas, vel donatas acquirunt, &c.* Ergo cum dominium bonorum immobilium penes Monaſteria Fratruum Minorum non ſint, ſed penes Summum Eccleſiæ Præſulem, nullatenus poterunt conſiderari obligata Monaſteria ad ſolutionem quindeniorum, neque ab eis poterunt peti, prout fecit dictum Monaſterium de los Reyes.

Sed ut nihil prætermittamus, inquirere 207
opportebit an quindenium in caſu ſupra tradito debeat ſolvere Summus Pontifex, aut Syndicus minorum illius auctoritate deputatus, nam ſi dominium bonorum immobilium minoritarum ad Eccleſiam Romanam ſpectat, ut dicitur *in dict. cap. exiit, de verbor. ſignificat. in* 6. *clementin. exivi, eod.* Pellizar. *ubi proxim.* debitum videtur quindenium, cum Eccleſia Romana majori cum ratione debet conſiderari manus mortua. Sed ſemper cenſeo, neque à Sede Apoſtolica deberi quindenium, nam ultra quod reſpectu materiæ noſtræ, idem ſit Apoſtolica Sedes, quam Summus Pontifex, ut ex dictis juribus probatur, & PontifexSummus qui ſupra jus eſt, non poſſit conſiderari manus mortua, cum liberam habeat facultatem alienandi hujuſmodi bona, abſque juris ſolemnitatibus, tamen particulari ratione independenter à traditis, non debet quindenia ſolvere. Primo quia in Regno non eſt alia lex obligans ad ſolutionem quindeniorum, quam conſuetudo, & cum hæc ſit odioſa, & contra juris regulas, non eſt cur extendatur de manibus mortuis noſtri Regni, ad Apoſtolicam Sedem cum regulariter conſuetudo non admittat extentionem de loco ad locum, ut probabi *in pręlud. num.* 135. Secundo, quia quælibet diſpoſitio, lex, vel conſuetudo diſponens aliquid circa Eccleſiam, nunquam cenſetur comprehendere Eccleſiam Romanam, tam ex defectu poteſtatis, quam intentionis, imo excipitur ſemper Romana Eccleſia, Calderin. *conſ.* 492, *aliàs conſ.* 1. *de hæreticis*, Cardinal. Thuſc. *practicar. lit. E. concluſ.* 18. *n.* 3. & *concluſ.* 653. *n.* 41. Barboſ. *appellat.* 85. *num.* 8. Ergo à conſuetudine noſtri Regni inducente obligationem ſolvendi quindenia, ſemper cenſeri debet excepta Eccleſia Romana. Ultimo, quia quelibet Eccleſię Romanæ bona, exempta ſunt à quolibet gabellarum genere, *cap. ſi Papa* 10. *verſ. ſi autem, de privilegiis in* 6.

Debet æſtimari res emphyteutica, ut legi- 208
time deducatur quindenium, non per partes, ſed prout tota valet, *l. Mevius* §. *final.* & ibi Barthol. *ff. familiæ erciſcund.* idem Barthol. *in l. ſi ex falſis, Cod. de tranſactionib.* Gloſ. & Barthol. *in l.* 1. *ff. communi dividund.* Oldrad. *conſ.* 235. Cardinal. Thuſc. *lit. E. concluſ.* 670. Tondut. *in quæſtion. & reſolut. benefic. cap.* 46. *n.* 17. Non tamen debet æſtimari tamquam libera, ſed tamquam emphyteutica, & cum ſubjectionis onere, Amad. *quæſt. laudemial.* 5. *n.* 1. Tondut. *dict. cap.* 46. *n.* 17. Onera cenſualium ſuper emphyteutica re ſpecialiter impoſitorum domino conſentien-

te, deducenda ſunt de jure, prout probavi *n.*
139. In Regno minimè, prout etiã probavi *n.*
140. Solum deduci debet duplum majus,
quod eſt proprietas, ſive, ut melius loquar,
precium emphyteutici canonis Blancar. *ad
quæſtion. laudemial.* Aponte *not.* 5. *n.* 3. Ton-
dut. *d. cap.* 46. *n.* 20. & dixi *n.* 141. Ad legi-
209 timam æſtimationem faciendam emphyteuti-
cæ rei, quoad quindenii exactionem, non eſt
attendendus valor quem habebat res emphy-
teutica tempore quo ad manum mortuam per
venit, aut tempore quo quindenia, aut laude-
mia antecedẽtia ſoluta fuerunt, nam etſi Tru-
llench *dict. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 23. *dubitat.* 8.
*n.* 24. tradat ſolvendum eſſe quindenium
in eadem quantitate correſpondenti ultimo
laudemio, tamen certius eſt æſtimationẽ em-
phyteuticæ rei faciendam eſſe tempore quo
quindenium ſolvi debet, cum in æſtimatione
rei faciẽda, ſemper debeat attendi tempus, &
locus quo fieri debet ſolutio, *l. quoties* 59. *ff.
de verbor. obligat.* & ibi communiter DD.
Alexand. *in l. ſi hominem* 37. *ff. mandati*, & *in l. vinum, ff. ſi certum petatur*, docent in ter-
minis Ferretus *conſ.* 21. Burg. *in tractat. de
laudem. part.* 2. *inſpect.* 6. *n.* 26. Tondut.
*dict. cap.* 46. *à n.* 1. *uſque ad* 17. Bonden.
*de jure controverſ. collect.* 35. *n.* 91. Et quod
quolibet decimoquinto anno, & tempore ſol-
vendi quindenium, debeat attendi emphyteu-
ticæ rei valor, quo ad ſolutionem quindenii,
declaravit Senatus ſententia per Caſes, *die
3. Junii* 1628. inter Monaſterium de la Zay-
dia, & Monaſterium de la Eſperanza in ſub-
urbiis constructa.

Confirmatur ſatis urgenti argumento, nam
210 quoad ſolutionem laudemii, non inſpicitur
emphyteuticæ rei valor quem habebat tem-
pore venditionis, aut alienationis factæ, ſed
quem habet tempore quo laudemium ſolvi-
tur, Ferret. *reſponſ.* 21. *n.* 7. Pror. Perpa-
ſet *conſ.* 4. *n.* 1. Vivius *deciſ.* 496. *n.* 7.
Nigro *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 24. *n.* 14.
*cum ſequent.* Hoc autem erit ſequendum inde-
pendenter à cõventione, quia multoties quin-
denia iſta ſolvuntur hoc modo, quod partes
concordant in quantitate quindenii, dividitur
quæ quantitas in quindecim partes, & quoli-
bet anno, ad ſimilitudinem penſionis, ſolvi-
tur una pars, & ſub hac forma ſolvunt aliqui
quindenia, prout practicatur illa ſolvere hoc
modo in Cathalonia, ut docent Solſona *in
ſtil. capibreviand. poſt formas amortizationis, n.*
1. *pag.* 84. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.*
4. *gloſſ.* 12. *n.* 23. & *tom.* 1. *deciſ.* 279.
*n.* 22.

211 Debet etiam quoad ſolutionem quindenii
attendi valor meliorationum, cum ex valore
meliorationum debeatur etiam laudemium,
ut jam probavimus. Unde ſi emphyteuticus
fũdus aqua irrigaretur libera, & fuerit vendi-
tus, vel alienatus ſimul cum juribus aquæ, non
ſolum debebitur laudemium de valore em-
phyteutici fundi, ſed etiam de valore jurium
aquæ, nam etſi Senatus ſententia per Alreus,
*die* 20. *Julii* 1610. inter Oppidum del Rafol,
& alios judicaverit, non deberi laudemium,
venditio fundo emphyteutico cum juribus
aquæ liberè precioſe de valore aquæ, ſed tã-
tum de valore fundi, & pro hac ſententia fa-
ciat doctrina, Sola *ad ſtatuta ſubaudiæ, tit. de
jure emphyteut. §. in caſibus, n.* 35. *verſ.* 32. Ta-
men certius eſt deberi laudemium, non ſolum
de valore emphyteutici fundi, ſed etiam de
valore aquæ liberæ ſimul cum fundo venditę,
ut docent Solſona *in lucern. laudemior. celul.*
2. *n.* 22. Joan. Papon. *ad conſuetud. Bor-
bon.* §. 396. *in fin.* Nigro *de laudem. tom.* 1. *q.*
23. *n.* 84. Et pro hac ſententia facit primo, quia
aqua libera melioratio fundi eſt, & ex melio-
rationis valore laudemium debetur, ut dixi-
mus. Secundo, nam ubi materia in materia-
tum tranſit, deſinit eſſe materia, *l. lana* 86. *ff.
de legat.* 3. Et acceſſorium aquæ, ſequitur na-
turam principalis fundi cui acceſsit, ut conſi-
derat Nigro *ubi proxim. n.* 85. Ex adverſo
autem ſi aqua emphyteutica ſimul cum fundo 212
libero vendatur, cum fundus non poſsit ac-
ceſsio aquæ conſiderari, non debebitur lau-
demium ex valore fundi liberi, ſed tantum ex
valore emphyteuticæ aquæ, Franciſc. Marc.
*deciſ.* 608. *part.* 1. *n.* 2. Peguer. *in repetit.
cap.* 3. *Regis Petri verſ.* 1. *n.* 84. Nigro *de
laudem. tom.* 1. *quæſt.* 23. *n.* 88. Demum adver-
te quod ſi dominii directi uſusfructus penes
unam reperiatur perſonam, & penes aliã pro-
prietas, ſolvi quindenium debet uſufructua-
rio, & non proprietario, quia laudemia, uti
fructus emphyteuticæ rei, uſufructuario ſol-
vuntur ut probavi *n.* 149. Sed ſi tractetur de
ſolvendo quindenio, & bonorum uſusfructus
penes unum ſit, & proprietas penes alium, non
debet ſolvere quindenium uſusfructuarius,
ſed proprietarius, quia ad illum ſpectat laude-
mia ſolvere, ut etiam probavi *n.* 78.

Præſcribitur jus petendi quindenium con-
tra privatum, ſpatio triginta annorum, ſicuti 213
de laudemio probavi *n.* 178. Contra Eccle-
ſiam vero, aut communitatem Eccleſiaſticam,
præſcribi non poterit niſi quadraginta anno-
rum tempore, quia nunquam minori tempo-
re, quam quadraginta annorum contra Eccle-
ſiam præſcribi poteſt, *authent. quas actiones,
Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. de quarta* 4. *cap.
ad aures* 6. *cap. quia* 9. *de præſcriptionib. cap.
olim* 20. *de cenſib. cap. cum inter* 29. *de verb.
ſignificat. cap.* 2. *de præſcript. in* 6. *cap. placuit*
2. §. *quas actiones* 16. *quæſt.* 5. cum aliis ad-
ductis à Covarrub. *in regul. poſſeſſor. part.* 2.
§. 2. *n.* 3. Suares *de Religion. tom.* 1. *tract.*





2. *lib.* 1. *cap.* 12. Tiraquell. *de pia cauſa, pri-
vileg.* 139. Marta *de juriſdict. part.* 4. *cap.* 48.
Larrea *allegat.* 68. Barboſ. *ad text. in cap.* 4. *de
præſcriptionib. num.* 4. Solorzan. *de jure In-
diar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. Georgius Mund.
*conſ.* 17. *n.* 120. *lib.* 1. & *conſ.* 1. *n.* 54.
Fontanell. *deciſ.* 479. *n.* 5. Martin. Ventur.
*conſ.* 46. *n.* 62. Burat. *deciſ.* 774. *numer.* 4.
Gonzal. Tellez *ad text. in dict. cap.* 4. *de præſ-
cript. n.* 3. Tondut. *reſolut. benefic.* 100. *n.*
3. Rota *deciſ.* 247. *n.* 16. *part.* 8. & *deciſ.* 59.
*n.* 6. *part.* 9. *tom.* 1. *recentiſsimar.* Meli *ob-
ſervat.* 17. *n.* 18. Et quod quindenia præſ-
cribantur contra privatum triginta annorum
tempore, & contra Eccleſiam quadraginta
annorum ſpatio, declaravit Senatus ſententia
per Alreus, *die* 13. *Februarii* 1631. inter Mo-
naſteria de la Zaydia, & de la Eſperanza, &
idem fuit deciſum in illis tribus ſententiis in
favorem Cleri Divi Stephani, & contra Mo-
naſteriũ Divi Auguſtini, de quibus *n.* 202. Un-
de cum quindenium non debeatur niſi com-
pleto decimoquinto anno, & actio ad illud
petẽdum, non oriatur niſi poſt decimumquin-
tum annum, ſolũ poterunt peti à privato duo
quindenia, ut Senatus judicavit ſententia per
Caſes, *die* 23. *Decembris* 1631. inter Chriſto-
phorum Lloret, Presbyterum, & fabricam
murorum, & valium noſtræ Urbis; Eccleſia
autem, aut communitas Eccleſiaſtica poterit
petere tria quindenia, ut rectiſsimè judicatũ
fuit in dictis tribus ſententiis in favorem Cle-
ri Divi Stephani, cum non obſtet ei alia prę-
ſcriptio quam quadragenaria. Ratio eſt, quia
decimoquinto anno poteſt peti unũ quinde-
niũ, aliud decimoquinto alio, & hac de cauſa
intra quindecim annos, & unum diem, poſ-
ſunt per privatũ duo quindenia peti: alio au-
tem decimoquinto anno, & elapſo die, jam
non poteſt primum quindenium peti à priva-
to, quia per tranſcurſum triginta annorũ præ-
ſcripta fuit actio petẽdi illud; ab Eccleſia verò
rectè poterit peti tertium quindenium, cum
non potuerit excludi per triginta annorum
præſcriptionem à petitione primi quindenii,
& quamvis videantur elapſi pluſquam qua-
draginta anni, non eſt ita, bene inſpecta ma-
teria, nam præſcriptio non intrat niſi decimo-
quinto anno primo completo, cum antea nõ
oriatur actio ad petendum quindenium, &
ante nativitatem actionis non poteſt intrari
curſus præſcriptionis, cum nequeat agi, *l.* 1.
§. *ultimo, Cod. de annal. except. l. in rebus*, §.
*ultim. Cod. de jure dotium, authent. niſi triena-
le, in* 2. *part. Cod. de bonis matern.* Caſtrenſ.
*conſ.* 467. *n.* 2. & 3. *lib.* 2. Nata *conſ.* 437.
*n.* 5. & 7. Peregrin. *deciſ.* 44. *per tot.* Balb.
*de præſcript.* 1. *part.* 6. *part. principal. caſu* 16.
*n.* 10. Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.*
4. *cap.* 10. *n.* 3. Fular. *de ſubſtitut. quæſt.*
528. *n.* 4. Barboſ. *ad text. in l. in rebus* 30.
*n.* 12. *cum ſequent. Cod. de jure dotium*, Leo-
tard. *de uſuris, quæſt.* 54. *n.* 8. Merlin. *de
pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 22. *per tot.*

El Señor directo que deſea cobrar el quin-
„ denio, ò quindenios que ſe le eſtàn devien- 214
„ dò, deve pedirles delante ſu Juez delegado,
„ para lo qual deve hacer ſu inſtãcia in ſcrip-
„ tis ante dicho Juez, narrando en aquella, co-
„ mo la caſa, ò campo emphiteuticos eſtàn en
„ mano muerta, y que ſe le deven uno, ò mas
„ quindenios, y concluir pidiendo, ſea con-
„ demnada infra decem la Comunidad, ò Cõ-
„ vento que poſſehe la emphiteuſis, en pagar
„ las cantidades que importan los quinde-
„ nios, la qual inſtancia ſe ſigue con injunciõ
„ de la parte, haſta tres ſentencias conformes
„ ante los Juezes delegados, de las quales ſe
„ puede deſpues recurrir al Real Conſejo, y,
„ la inſtancia deve hacerſe en eſta forma.

JHS. Moſen F. T. Prebere, Syndic, y Procurador del Clero, y Capellans de la Igleſia Parroquial de T. de la preſent Ciutat, propoſant com millor pot, diu, que lo Convent de T. detè, y poſſeheix com à amo, y verdader Señor, deſde lo any 1630. una caſa ſituada, y poſada en la preſent Ciutat, Parroquia de T. en lo carrer de T. que afronta ab T. y T. tenguda ſots directa ſeñoria del dit Clero, à cens de T. ſous pagadors en T. termini, ab lluiſme, y fadiga, &c. Y per ſe com ès lo dit Convent ma morta, y deure pagar quindeni, eſtà devent à dit Clero tres quindenis del juſt valor de dita caſa: E com ſia juſt ſe li done ſatisfaciò à dit Clero de eſtos quindenis, y no es puga ductar de la dita ſeñoria directa, pues de aquella conſta per T. y T. Cabreus, dels quals fa preſentaciò ſi & in quantum.

Per tant, & aliàs, omni meliori modo, &c. Requir, ſia condemnat lo dit Convent en haver de pagar al dit Clero infra decem, tres quindenis de la juſta eſtimaciò de dita caſa, liquidatione in poſterum reſervata: Per ſer aixi, &c. Implorant, &c.

*Jeſus, M. die 9. Julii 1688.*
*Intimetur.*
F. T. Judex delegatus.

215 Demum ſi quæſtio fuerit orta ſuper faticæ juribus, pertinet juriſdictio ad dominum directum, vel illius judices delegatos, nam cum faticæ jura oriantur ex cenſitis rebus, uti cenſitis *for*. 32. & 46. *rubr. de jure emphyt*. Debet dominus directus cognoſcere de quæſtionibus motis ſuper fatica, cũ ad dominum ſpectet juriſdictio in hujuſmodi emphyteuticis juribus, ſive quando de re cenſita, ut cenſita agitur, *for*. 17. & 19. *rubr. de jure emphyteut*. D. Leon *tom*. 1. *deciſ*. 77. *n*. 15. Cerdan *in arbor. juriſdict. verb. Los Señores directos*. Cancer. *variar. lib*. 1. *cap*. 11. *n*. 63. Fontanell. *de pactis nuptialib. clauſ*. 4. *gloſſ*. 12. *n*. 32. D. Matheu *de regim. cap*. 6. §. 3. *n*. 5. *cum ſequent*. D. Creſpi *obſervat*. 106. *n*. 17. & *obſervat*. 61. *n*. 8. Fatica eſt vox barbara à facultate compoſita, & nihil eſt aliud quam
216 illa prælatio, quæ domino directo datur ad hoc, ut cuilibet rei emphyteuticæ emptori pro eodem præferatur precio, noſter Salon. *de juſtit. & jure, tom*. 2. *diſput. de cenſib. artic*. 2. *verſ. ex hac diferent. col*. 1227. Vela *diſſertat*. 17. *n*. 17. Ciriac. *controverſ*. 253. Larrea *allegat*. 120. Antonel. *de tempor. legal. lib*. 3. *cap*. 7. *n*. 1. Fontanell. *tom*. 1. *deciſ*. 277. *n*. 20. *cum ſequent*. Capic. Latr. *deciſ*. 46. *n*. 14. & 15. Nigro *de laudem. tom*. 2. *quæſt*. 21. *n*. 19. Pacion. *de locat. cap*. 20. *n*. 7. Peutinger. *deciſ*. 69. *n*. 8. Caſtejon *in alphabet. verbo retractus*, *n*.4. Anton. Gobius *conſultat*. 140. *n*. 45. Carol. Anton. de Luca *ad Franch. deciſ*. 392. *ſub n*. 4. Moſtazo *de cauſis piis*, *tom*. 1. *lib*. 2. *capit*. 8. *numer*. 14.

217 Poteſt directus dominus, uti fatica, ſive jure prælationis, de jure communi, intra duos menſes computandos à die venditionis factæ, *l. final. Cod. de jure emphyteut. cap. potuit, de locato. cap*. 1. §. *porro, qualiter olim feudum alienari poſſet*, Tiraquell. *in tractat. ceſſante cauſa*, *part*. 1. *n*.78. Caldas *de extinct. emphyteuſis*, *cap*. 14. *n*. 4. Barboſ. *ad text. in dict. l. final. Cod. de jure emphyteut. n*. 3. & *ad text. in dict. cap. potuit*, *de locato*, *n*. 14. & 15. Rota apud Farinac. *part*. 2. *recentiſsimar. deciſ*. 620. *n*. 1. Leſsius *de juſtit. & jure*, *lib*. 2. *cap*. 24. *dubitat*. 20. *n*. 8. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ*. 4. *gloſſ*. 12. *n*. 31. noſter Trullench *in decalog. tom*. 2. *lib*. 7. *cap*. 23. *dubitat*. 8. *n*. 20. Flores Diaz de Mena *in additionib*. ad Gamam *deciſ*. 5. *à n*. 4. Cencius *de cenſib. quæſt*. 19. *n*. 37. & *quæſt*. 21. *n*. 16. Hermoſill. *l*. 55. *gloſſ*. 2. *à n*. 2. *tit*. 5. *part*. 5. Larrea *allegat*. 120. Vela *diſſertat*. 17. *n*. 17. Salgad. *in labyrint. part*. 3. *cap*. 3. *n*. 54. Xammar *rerum judicatar. part*. 1. *definit*. 40. *n*. 33. Antonel. *de tempore legal. lib*. 3. *cap*. 7. *n*. 1. Nigro *de laudem. tom*. 1. *quæſt*. 26. *n*. 1. *cum ſequent*. Caſtejon *in alphabet. verb. emphyteuſis*, *n*. 22. Triſtany *deciſ*. 19. *n*. 61. In noſtro Regno ſolum intra triginta dies poteſt uti fatica directus dominus *for. los Señors* 28. *rubr. de jure emphyteut*. ibi: *Gens per ço no roman que no hachen fadiga de trenta dies*. Videndus D. Leon *tom*. 1. *deciſ*. 1. *n*.9. In Lucitania ſimilis conſtitutio habetur ordinans debere prælatione uti intra triginta dies, ut in ordinationibus Reg. Lucit. *lib*. 4. *tit*. 38. Caldas *de extinct. emphyteuſis*, *cap*. 14. *n*. 3. Cardoſ. *in prax. judic. verb. emphyteuſis*, *n*. 6. Cabedo *part*. 1. *deciſ*. 111. Barboſ. *ad text. in dict. cap. potuit*, *n*. 15. & 16. In Cathalonia eodem modo debet optari fatica à dominis directis intra triginta dies, juxta conſtitutionem *item ne ſuper laudem. tit. de jure emphyteut. n*. 1. *vol. conſtitut*. docent Mierres *in dict. conſtitut*. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ*. 4. *gloſſ*. 12. *n*. 31. Ripoll *variar. cap*. 7. *n*. 195. Triſtany *dict. deciſ*. 19. *n*. 61. De quibus conſtitutionibus particularibus, & aliis multis reſtringentibus faticę tempus ad triginta dies, videndus Nigro *de laudem. tom*. 1. *quæſt*. 26. *n*. 5. 6. & 7.

Non incipiunt currere hujuſmodi triginta 218
faticæ dies à celebrati contractus die, ſed à die quo emphyteuta domino denunciaverit directo emphyteuticæ rei venditionem, *dict. l. final. Cod. de jure emphyteut*. ibi: *Diſponimus ateſtationem domino tranſmitti, & prædicere quantum precium, ab alio re vera accipi poteſt*, *for. el dia* 46. *rubr. de jure emphyteut*. ibi: *El dia el qual lo Cenſater denunciarà à ſon Señor, que vol vendre, ò empeñorar, ò alienar en qualque manera la coſa, la qual tendrà per ell, en aquell dia comenſen correr los dies de la fadiga, los quals lo Señor ha, en aquella coſa*, docent Mierrez *in conſtitut. item ne ſuper laudem. n*. 49. Socarr. *in commentar. Petr. Albert. cap. cautum*, *n*. 54. Solſon. *in lucern. laudemior*. 3. *part. principal. n*. 13. Fontanell. *de pactis nuptial. clauſ*. 4. *gloſſ*. 12. *n*. 32. Ripoll *variar. cap*. 7. *n*. 196. Nigro *de laudem. tom*. 1. *quæſt*. 26. *n*. 1. *cum ſequent*. Cardinal. de Luca *de emphyteuſ. diſcurſ*. 51. *n*. 5. & *diſcurſ*. 68. *n*. 5. Triſtany *deciſ*. 19. *n*. 61. Et quod faticæ dies non currant niſi à die denunciationis venditionis factę, judicavit Senatus ſententia per Daza, *die* 1. *Decembris* 1614. inter Mathiam Sanchis Clericũ, & Beatricẽ Vila. In Cathalonia nõ ſufficit notitia ta- 219
lis, qualis aliàs ſufficeret, ſed eſt neceſſe quod domino directo exhibeatur, & injungatur vẽditionis inſtrumentum, & ſolum ab illo die intrat faticæ temporis curſus, Socarr. *ubi prox. n*. 54. Peguer. *in conſtitut. item ne ſuper laud. verſ*. 6. *n*. 28. Solſona *in lucern. laudemior. quæſt*. 4. *n*. 20. Fontanell. *dict. clauſ*. 4. *gloſſ*. 12. *n*. 34. Ripoll *dict. cap*. 7. *numer*. 197.

Tri-



Triſtany *dict. deciſ*. 19. *num*. 61. Sed hoc neceſſarium eſt in illo Regno, quia ex diſpoſitione particulari *cap*. 80. *de recognoverunt proceres*, requiritur, ut docet Ripoll *ubi prox*. In noſtro Regno non reperitur diſpoſitum, quod denuntiatio fiat injuncto venditionis inſtrumento directo domino, ac proinde incipient currere faticæ dies habita venditionis noticia à domino directo, facta ei denuntiatione alio quolibet modo. Et ſi directus dominus dicat ſemel, nolle faticæ juribus uti, nõ poterit poſtea penitentia ductus faticam optare, ut docent Ruin. *conſ*. 113. *lib*. 3. Magon. *deciſ*. 118. Mohedan. *deciſ*. 324. Hermoſill. *ad l*. 55. *gloſſ*. 3. *n*. 10. *lib*. 2. Cardinal. de Luca *de ſervitutib. diſ*. 75. *n*. 2. Anton. Gobius *conſultat*. 140. *n*.13.

220 Poſſunt omnes directi domini uti fatica iſta, etiam ſi Eccleſia, aut communitates Eccleſiaſticę fuerint, & dominium directum habuerint, prout habemus diſpoſitum *in cap. proviſio, &c. in extravagan. for. fol*. 31. Et de conſuetudine utendi fatica, tam Eccleſiaſticæ perſonæ, quam laicæ, teſtantur Anton. Faber *in ſuo Cod. lib*. 4. *tit*. 42. *definit*. 48. Fontanell. *de pact. nuptial. dict. clauſ*. 4. *gloſſ*. 12. *n*. 114. Et quod indiſtinctè, perſonæ omnes, tam Eccleſiaſticæ, quam ſæculares, & communitates, poſsint uti fatica, docent Nigro *de laudem. tom*. 2. *quæſt*. 21. *n*. 19. Meli *allegat*. 77. *n*. 3. *lib*. 2. Carol. Anton. de Luca *ad Franch. deciſ*. 392. *ſub n*. 4. Rodoer. *ad Marin. reſolut*. 232. *n*. 1. Pacion. *de locat. cap*. 20. *n*. 7. Cardinal. de Luca *de emphyteuſ. diſcurſ*. 51. *n*. 1. & *in ſummar. n*. 2. Anton. Gobius
221 *conſultat*. 140. *n*. 45. Et quamvis utatur fatica, & prælationis jure dominus, debetur ei eodem modo laudemium, *l. final. Cod. de jure emphyteut. for. jat ſia* 52. *rubr. de jure emphyteut*. Oñate *de contractib. tom*.4. *diſp*. 111. *n*. 200. Nigro *de laudem. quæſt*. 26. *n*. 77. Sed ſi vendita re emphyteutica, & capta illius poſſeſsione, avocetur res, virtute faticæ, à poſſeſſore, non erit debitum laudemium ex avocatione iſta, ſed ex prima venditione, cum unicus ſit contractus, & non poteſt duplex deberi laudemium, ut ſingulariter docent Gratian. *diſcep*. 460. *n*. 65. Burg. *de laudem. part*. 2. *inſpect*. 5. *n*.4. & *part*. 2. *inſpect*. 23. *à n*. 5. Ponte *de laudem. quæſt*. 26. *n*. 3. Font. *tom*. 1. *deciſ*. 277. *n*. 25. *cum ſequent*.

222 Non ſolum poteſt directus dominus fatica, & prælationis juribus uti, quando extrajudicialiter emphiteuſis venditur, ſed etiam quando per curiam, & ſub haſta, vendita fuerit, Amad. *de laudem. quæſt*. 27. *n*. 14. Franch. *deciſ*. 277. & 482. Dioniſ. Pontan. *ad conſuet. Bleſenſ. artic*. 81. §. 6. Rendell. *de jure prothomiſ*. §. *per emphyteuſim*, *n*. 3. Caldas *de extinct. emphyteuſ. cap*. 6. *n*. 15. Salgad. *in labyrint. part*. 3. *cap*. 3. *n*. 25. Nigro *de laud. tom*. 2. *quæſt*. 14. *artic*. 2. *n*. 41. Ita declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 1. *Decembris* 1614. inter Mathiam Sanchis Clericum, & Beatricem Vila, ſed ut fiat dominus rei per curiam venditæ directus dominus, non ſufficit quod fatica utatur, ſed neceſsè eſt quod precium rei deponat intra triginta dies utendo fatica, ut Senatus dixit ſententia per Alreus, *die* 26. *Aprilis* 1609. inter Doretheam Juſt, & Hieronymum Deſllor, & in dicta ſententia *diei* 1. *Decembris* 1614. Et ſi eveniat quod per Curiam, ſimul cum emphiteuſi, vendita reperiantur allodialia bona, ſingula ſuo juſto precio, poterit dominus directus fatica uti in ſola re emphiteutica, abſque eo quod teneatur cætera allodialia bona etiam retrahere, ut judicavit Senatus, ſententia per Daza, *die* 24. *Julii* 1627. inter Collegium Corporis Chriſti, & Arcadium Bondia. Idem erit ſi unico precio vendita fuerint ſimul allodialia bona, & emphiteutica, nam ex hoc non debet pręjudicium inferri domino directo in juribus faticæ, ut declaravit Senatus ſententia per Daza, *die* 14. *Junii* 1628. inter Don Gaſparem Artès, & Vincentium Boſch. Quod intellige, ſi emptor voluerit cætera allodialia bona, ſuo juſto precio, nam illo renuente innanis remanebit fatica, cum venditio inſubſiſtens ſit, ea ratione à nobis, *num*. 223. adducta, niſi dominus omnia vellet bona, nam tunc erit ei danda fatica.

Sed ſi emphiteutica res vendatur, non po- 223
terit dominus directus uti faticæ juribus ad habendam ſolam partem rei, ſed ad habendam omnem rem pro eodem precio, & multò minus ſi emphiteutica res commodam non pateretur diviſionem, ut probat Ripoll *var. cap*. 7. *num*. 465. Et ex eadem ratione, ſi duo reperiantur domini directi pro parte rei emphiteuticæ venditæ, & unus vellit fatica uti ſolum pro ſua parte, & alius nollit illa uti, nõ erit ei danda prælatio, nunc fuerit emphiteuſis dividua, nunc individua fuerit, nam contractus venditionis unicus eſt, & nequit propter faticam admittere diviſionem in præjudicium emphyteutæ, ut rectè docẽt Guido Pap. *deciſ*. 411. & *deciſ*. 508. Solſon. *in lucern. laudemior. fol*. 14. *cap. conſuetud. antiqua*, Ripoll *dict. cap*. 7. *n*. 472. Ex adverſo autem, ſi dominus directus pro parte, vellet uti fatica ad habendam omnem emphiteuſim, non eſt dubitandum ei competere hoc jus, cum alias innanis eſſet fatica, & non redundet hoc in caſu prælatio in domini præjudicium, præmaximè cum ſi vendita fuerit res partim libera, & partim emphiteutica, quamvis ſolum pro parte dominus dominium directum habeat, competunt ei jura prælationis, & faticæ, ut Senatus judicavit ſententia per Alreus, *die* 12. *De-*

*cem-*

cembris 1584. inter Balthaſarem Blanes, & Don Michaelem Sanchis: Et adhuc judico quod ſi vendantur extrajudicialiter, & unico precio ſimul, diverſa prædia, quorum unum, vel aliud emphiteuticũ ſit, & cętera allodialia, non erit rationi conſonum, quod habeat faticam, & prælationem dominus, quoad prædium emphyteuticũ tantum, quia fortè emptor, deducta emphyteuſi, non emeret cætera prędia illo precio, & hoc eſſet in damnum emphiteutæ, & nollente emptore cætera prædia emere, inanis venditio foret, & neque pro parte valere poſſet, ut dominus reſpectu emphiteuſis haberet faticam, & emere, cum venditio plurium rerum unico precio facta cenſetur una venditio, & tamquam individua res, non poteſt pro parte valere, & pro parte non, ut judicavit Senatus ſententia per Saboya, die 25. Januarii 1677. inter Don Ignatium Pujades Curatorẽ Domnæ Joſephæ Pujades, & Philippum Ivañez Notariũ. Imò credo quod non convenientibus venditore, & emptore, aut non habebit faticam dominus, aut debet illa uti in omnibus bonis venditis unico precio.

224 Habet directus dominus utendi fatica, ſive prælatione jus, quando res emphiteutica venditur, l. final. Cod. de jure emphyteut. for. ſi aquell 32. rubr. de jure emphyteut. Etiam ſi neceſſario venditio fiat, nàm in venditionibus neceſſariis, habet fatica locum, Merlin. deciſ. 606. n. 8. Manent. de contractib. libellar. quæſt. 15. n. 47. & 48. Cavaller. deciſ. 623. n. 7. Fulgin. de jure emphyteut. tit. de alienationib. quæſt. 1. n. 160. & 314. Peutinger. deciſ. 69. ex n. 9. Anton. Gobius conſultat. 105. n. 57. Sed ſi res emphyteutica donetur, permutetur, & ſpecialiter obligetur, aut aliter alienetur, dubitari poteſt an competat domino directo fatica; videtur enim in Regno ei competere, quia in for. 46. rubr. de jure emphiteut. Diſponitur, quod triginta dies ad optandam faticam, incipiant currere domino directo à die quo ei denunciatum fuerit rem emphiteuticam vendi, opignorari, vel aliter alienari, ibi: *El dia el qual lo cenſater denunciarà à ſon Señor que vol vendre, ò empeñorar, ò alienar en qualque manera la coſſa, la qual tendrà per ell, en aquell dia comenſen à correr los dies de la fadiga.* Ergo ſupponitur competere in omni alienatione directo domino faticam. Sed tenendum eſt ſolum in venditionibus habere dominum directum faticam, ſive prælationem, quia lex final. Cod. de jure emphiteut. concedens directo domino faticam, ſolum de venditionibus loquitur, ibi: *Ipſum dominum omnino hęc comparare.* In diviſionibus autem, permutationibus, donationibus, legatis, dotibus, & aliis alienationibus, nequit dominus directus fatica, ſive prælatione uti. Privileg. 39. Regis Jacobi I. fol. 12. docent Socarrat. ad conſuetud. Cathaloniæ, cap. cautum, n. 68. Mierres in conſtitut. item ne ſuper laudem. Regis Petri, in Curia Perpiniani, n. 49. col. 6. fol. 389. Guido Pap. deciſ. 47. & deciſ. 508. Franciſc. Marcus deciſ. 358. n. 14. Cancer variar. part. 1. cap. 11. de emphyteuſ. n. 50. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 12. n. 113. Ripoll variar. dict. cap. 7. n. 195. & 179. Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7. n. 9. Peña deciſ. 71. n. 20. Fulgin. de jure emphyteut. tit. de alienationib. quæſt. 1. n. 253. Sperel. deciſ. 120. n. 94. Nigro de laudem. tom. 2. quæſt. 32. n. 43. Cardinal. de Luca de ſervitutib. ad materiam retract. diſcurſ. 73. per tot. Anton. Gobius conſult. 140. num. 16. & 17. Quamvis in permutationibus, habere dominum directum faticam defendant, non ſatis juridica ratione, Rota deciſ. 491. à n. 2. part. 4. recentiſsimar. Franciſc. Palma conſultat. forenſ. 15. n. 1. & per tot Anton. Gobius dict. conſultat. 140. n. 65. Solum in locationibus ad longum tempus, probabiliſsimo defenditur fundamento, habere locum faticam, & domino directo competere prælationis jura, Bald. conſ. 415. lib. 1. Urſill. ad Afflict. deciſ. 238. n. 6. Berojus conſ. 125. per tot. lib. 1. Corbul. de cauſis privat. ob alienat. ampliat. 35. n. 8. Sanfelicius deciſ. 106. n. 8. Anton. Gobius conſultat. 105. n. 55. Neque obſtant verba prædicti fori, nam in illis non diſponitur dominum directum in omni alienatione habere faticam, ſed quod incipiant currere faticæ dies à die denunciationis venditionis factæ, & additur à die opignorationis, & cujuſlibet alienationis, non quia in illis detur domino directo fatica, ſed majoris demonſtrationis gratia. An quando emphyteuta concedit alicui in emphyteuſim bona emphyteutica, & ſubemphyteuticat illa, habeat faticam, ſive prælationem dominus directus, vide, Pet. Jacob. in prax. rubr. 4. n. 34. Rota deciſ. 1. de locat. in antiquis, n. 38. Caldas de extinct. emphyteuſ. cap. 4. n. 41. & 47. Nigro de laudem. tom. 1. q. 10. art. 1. n. 17.

Inſpectis juris regulis, non videtur poſſe dominum directum jura faticæ cedere in favorem cujuſlibet perſonæ, quia hujuſmodi jura perſonaliſsima ſunt, & ſolum domino directo dantur, ut ſatis probatur ex text. in d. l. final. Cod. de jure emphyteut. ibi: *Ipſum dominum omnino hæc comparare.* Novel. ut de cætero non fiant commutat. §. de cætero, ita docent Caſſaneus in conſuetud. Burgund. tit. de cenſ. §. 1. verſ. retenue, Guido Pap. deciſ. 411. Tiraquell. de retract. conventional. §. 1. gloſſ. 6. n. 25. Cancer variar. part. 1. cap. 11. n. 48. Urſill. ad Afflict. deciſ. 238. ſub n. 6. Caldas de revocat. emphyteuſ. quæſt. 13. n. 6. Intrigliol. de feudis, centur. 2. art. 5. n. 998. Giurba deciſ. 51. n. 6. & 8. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 12. n. 112. & tom. 1. deciſ. 277. n. 17. Amato variar. reſolut. 16. per tot. præcipuè à n. 6. Hodiern. ad Surd. deciſ. 39. n. 5. & 6. Larrea allegat. 120. per tot. Ripoll variar. dict. cap. 7. n. 202. Cyriac. controverſ. 253. n. 14. & controverſ. 254. n. 1. & 13. Capic. Galeot. in additionib. ad controverſ. 53. artic. 1. n. 17. tom. 1. Arias de Meſa lib. 1. variar. cap. 21. n. 11. Olea de ceſſion. jurium, tit. 3. quæſt. 2. n. 21. Acoſta de privileg. creditor. regul. 1. ampliat. 11. n. 41. Nigro de laudem. tom. 1. quæſt. 19. n. 34. An-  
226 ton. Gobius conſultat. 105. n. 81. Sed multi contrariam tenent ſententiam defendendo, poſſe directum dominum cedere faticæ, ſive prælationis jura in favorem cujuſlibet perſonæ, Paul. de Caſtro conſ. 335. n. 1. vol. 1. & conſ. 2. per tot. vol. 2. Roland. à Valle vol. 2. conſ. 28. n. 35. Boer. deciſ. 191. num. 1. Cravet. conſ. 191. n. 2. uſque ad n. 8. Roſentall de feudis, cap. 9. membr. 2. concluſ. 92. n. 6. & 9. Fachin. controverſiar. lib. 2. cap. 11. Azeved. in l. 7. tit. 11. lib. 5. recopilat. n. 30. Grivel. deciſ. 45. n. 5. cum ſequent. Quam opinionem, licet de jure minus veriorem, ſequi debemus in Regno, quia particulari conſtitutione ſtabilitum habemus, quod poſsit directus dominus hujuſmodi faticę jura cedere, for. ſi aquell 32. rubr. de jure emphyteut. ibi: *Si aquell qui haurà preſa alcuna coſa à cens, la volrà vendre, lo ſeñor de aquella coſa la pot retenir per aytant depreu com altre hy donarà, è pot donar aquella coſa, ò en altra manera otorgar à altre.* Idem in Cathalonia ſtabilitum reperitur, ut docent Socarrat. in cap. cautum, n. 53. cum ſequentib. Peguer. in cap. ne ſuper laudem. verſ. 6. n. 32. Solſona in lucern. laudemior. 3. part. principal. à n. 17. Cancer var. dict. part. 1. cap. 11. n. 49. Fontanell. de pactis nuptial. d. clauſ. 4. gloſſ. 12. n. 37. & n. 112. & tom. 1. deciſ. 277. n. 17. Ripoll variar. d. cap. 7. n. 201. Amato variar. reſolut. 16. n. 4. Grivel. deciſ. 45. per tot. Olea de ceſsion. jurium, tit. 3. quæſt. 2. n. 20. Nigro de laudem. tom. 1. quæſt. 19. n. 34. Triſtany deciſ. 19. n. 61. Et in pluribus Provinciis hoc ipſum admiſſum eſſe, docent Tondut. reſolut. civil. cap. 23. n. 1. cum ſequent. Olea dict. n. 20. Nigro dict. n. 34. cum ſequent. Solum obſervare debes quod ſi dominus directus duobus diverſis perſonis ceſſerit faticæ jus, debet effectum habere illa ceſsio, quæ primo fuerit facta, ut declaravit Senatus ſententia per Caſes, die 15. Februarii 1628. inter Joannem Baptiſtam Palau, & Gaſparem Cifre.

227 Quod erit, non ſine ratione dubitandi, inquirendum eſt an dominii directi, proprietate penes unum exiſtente, & uſumfructum penes alium, competat faticę jus uſufructuario, vel proprietario; videtur enim ad uſumfructuarium ſpectare, quia emolumẽtum, & quaſi uſusfructus eſt dominii directi habere emptam emphyteuticam rem, pro illo precio quo quilibet eam habere poteſt: ergo ad uſumfructuarium debet ſpectare fatica, cum omnia emolumenta, & fructus à dominio directo provenientia, ad uſumfructuarium, & non ad proprietarium ſpectent, l. item ſi fundi, ff. de uſufructu, l. in pecudum, l. uſuræ, ff. de uſuris, l. de fructibus, ff. de donationib. inter. Facit etiam, quod uſusfructuarius dicitur habere mandatum à proprietario, l. 1. §. final. cum l. ſequenti, ff. uſusfructuarius quemadmodum caveat, l. ſi pignori in fine, ff. de pignorib. l. 1. §. final. ff. de novi operis nuntiat. Anton. Gomez variar. tom. 2. cap. 15. de ſervitutib. n. 6. Garcia de expenſis, & meliorat. cap. 11. n. 3. Anton. Faber in ſuo C. tit. de jure emphyteut. definit. 46. Caſtill. de uſufruct. cap. 20. n. 6. D. Matheu de regim. cap. 6. §. 3. n. 13. Ergo poterit uſuſfructuarius, tanquam habens mandatum ſpeciale à proprietario, uti faticæ juribus.

His tamen non obſtantibus tenendum judico, faticæ, & prælationis jura, non competere uſufructuario, ſed proprietario. Primo quia hęc faticæ jura ſpectant ad dominum directum, & ſunt illi perſonaliſsima, l. final. C. de jure emphyteutic. ibi: *Ipſum dominum omnia hæc comparare*: Ergo ad proprietarium debent pertinere, cum uſusfructuarius non ſit dominus directus, ſed proprietarius, Anton. Faber dict. definit. 46. D. Matheu dict. cap. 6. §. 3. n. 13. Secundo quia, etſi laudemia, uſufructuario, & non proprietario debeantur, ut probabi, n. 149. & ſolvantur propter laudationem, Peguer. deciſ. 158. n. 1. Ripoll var. dict. cap. 7. n. 175. cum aliis à me traditis n. 147. & 148. tamen laudare  
alienationes, & inveſtituram dare novis emphyteutis, non ſpectat ad uſumfructuarium, 229  
ſed ad proprietatium, nam cum hæc omnia facere ad dominum directum ſpectent, ſolus proprietarius poteſt laudationes facere, apud nos dictas *Lloacions*, & inveſtire, quia tranſferre utile dominium, aut ab alio tranſlatum laudare, nullus alius poteſt, quam qui dominium directum habet, l. ultim. ubi communiter DD. Cod. de jure emphyteutic. docent Burg. part. 1. inſpect. 4. n. 20. Aponte quæſt. 20. laudemial. Anton. Faber dict. definit. 46. Gibalin. de uſuris, tom. 2. lib. 4. cap. 4. art. 5. n. 2. D. Matheu de regim. dict. cap. 6. §. 3. n. 13. Et eſt tam peculiare dominii directi alienationes laudare, quod ſi plures fuerint domini directi, non poterit unus ſine aliis laudationes facere, neque capibrevium, ut judicavit Senatus ſententia per Alreus, die 15. Januarii 1637. inter Abbatiſſam Monaſterii Di-

væ

v æ Claræ de Xativa, & Illuſtrem Marchio-
